BIBLIOTHECA
CONCIONVM

E CELEBRIORIBVS TAM ANTIQVIS
NOVISQVE AVTHORIBVS ET POSTILLATORIBVS, QVAM
E VARIIS LECTIONIBVS, ET MEDITATIONIBVS:

PER DOMINICAS, FESTIVITATES, VIGILIAS Præcipuas, Ferias Quartas & Sextas totius Anni, & per totam Quadragesimam, ordine congesta, vt non tantum explicatio varia & copiosa, sed & exordia singula posita, cum suis Conclusionibus, pro nouis Concionibus illicò materiam copiosam subministrent.

OPVS OMNIBVS CONCIONATORIBVS, VERBIQVE DIVINI amatoribus, cuiuscunq; sint status, vtilissimum & necessarium.

AVTHORE

REVERMO. D. GEORGIO BARTHOLDO
PONTANO A BRAITENBERG, S. METROPOLIT. ECCLES. PRAgensis Præposito, Olomucen. Canonico, Budissinen. Seniore, Prothonot. Apost. Comite Palatin. & Archiepiscopat. Pragen. Officiali.

TOMVS TERTIVS.

A FESTO PASCHATIS, VSQVE AD DOMINICAM SS. TRINITATIS.



COLONIÆ AGRIPPINÆ,
Sumptibus Ioannnis Gymnici, sub Monocerote.
ANNO M. DC. XXV.

INDEX EVANGELIORVM QVÆ IN HOC TERTIO TOMO BIBLIOTHECÆ CONCION. CONTINENTVR.

FINIS.

IN SOLENNI DIE PASCHATIS.

Maria Magdalena, & Maria Iacobi, & Salomone, emerunt aromata, vt venientes vngerent Iesum. Mar. 16.

GLoria *tibi Trinitas & ante omnia sæcula, & nunc & in perpetuum Laudem dicite Deo nostro, & qui timetis Deum pusilli & magni, quoniam regnauit Dominus noster omnipotens, gaudeamus & exultemus, & demus gloriam Deo.* Halelujah.

Ita Auditores, ita præ gaudio & exultatione cum laude & gratiarum actione pro triumpho & victoriâ gloriosissimâ vnigeniti filij Dei & Domini nostri Iesu Christi, Redēptoris & Saluatoris nostri Opt. Max. sponsi sui vnicè dilecti, sacrosancta Catholica Ecclesia gratulabunda conenit & personat, ita nos meritò cum illâ decantamus, hinc tormenta Ecclesiæ bellica campanæ nimirum explodūtur. Solēnis agitur cum imagine victoris gloriosi processio, oīa templa laudibus, canticis, organis & gaudijs resultant, & in vijs, vicis & plateis canitur & repetitur Halelu-jah, imò hodie lætātur cælum & terra, angeli & homines, viui & mortui, & omnia complet hodiernæ festiuitatis lætitia. *Vox exultationis & salutis in tabernaculis iustorum.* Ps. 117. *Lapis quem reprobauerunt ædificantes, factus est in caput anguli,* Halelujah per Ierusalem canitur. Apo. 19. *vox in cælo dicentium, Halelujah. salus, honor, virtus, & potestas Deo nostro.* Hodie enim rex gloriæ Christus superbo & cōiurato suo hoste diabolo & inferno debellato, mirabili & glorioso triumpho ab inferis redijt, pacem, salutē, gratiam, gloriam nobis obtinuit. Hodie Ioseph fili⁹ Iacobi eductus è carcere fit Dominus Ægypti, Ge. 41. Hodie Samson tulit portas ciuitatis Gazæ mediâ nocte, Iud. 16. Hodie redijt cum magnâ multitudine, expectatus valde Tobias iunior, Tob. 10. Hodie Dauid deprompsit ex torrente quinq; lapides, quibus prostrauit Goliam, & liberauit populum de manu Philistinorum. Hodie Ionas è vētre ceti viuus prodijt, Ion. 1. Hodie vicit leo de tribu Iuda, radix Dauid, Apo. 5. Hodie viuificatum est nobile frumēti granum, quod cadens in terra mortuum fuit, Io. 12. Hodie verè mortui resurgunt, captiuis redemptio, afflictis consolatio deprædicatur, inferni claustra destructa, portæ cæli apertæ sunt. *Alacrior illa dies,* ait D. August. *refulget non de vsitatis solis circulis illuminata præclariùs sed de lumine agni resurgentis illustrata sublimius. Sol iustitiæ Christus pulso nubilo, ab inferis redit, & radios lætabundos emittit.* Hodie absorpta est mors in victoria, & ignita romphæa illa, & paradisi portam, quâ nullus potuit effringere, hac die Christus cum latrone reserauit, dicens ad angelos, Ps. 117. *Aperite mihi portas iustitiæ, & ingressus in eas confitebor Domino.* Ex eo nimirum tempore, quo passus est Domin⁹ porta hæc & clausa & reserata est. Clausa quidem incredulis & peccatoribus, reserata verò iustis & credentibus. Quomodo autem mater Domini inter omnes mulieres tenet principatum, ita & inter cæteras dies hæc omnium mater est, & regina dierum & festiuitatum. Nasci nil profuisset, si mortuus non resurrexisset. Hæc est dies, in qua Synagoga finitur, & Ecclesia nascitur. Hæc est, in cuius numero octo animæ seruatæ sunt in arca Noë, Genes. 7. & 8. Hodie volucres cæli omnes, omnes terræ flores & odores, & quicquid vspiam est, in laudem Domino decantat, Victoria, victoria, Halelu-jah, halelu-jah. O felix in cælo halelu-jah, vbi templum Dei sunt angeli, ibi enim cōcordia summa laudātium, vbi nulla lex in membris repugnat legi mentis, vbi non est rixa cupiditatis, in qua periclitetur victoria charitatis. O si saltem paruo temporis spatio hodie cælorum gaudium & exultationem possemus inspicere, nec lingua posset exprimere, nec mens concipere. Hic Hic ergò halelu-iah cantemus adhuc solliciti, vt illic possimus cantare aliquando securi, quando sc. mortale corpus, immortale & incorruptibile factum fuerit, quando tota tentatio perierit. Hæc est ergò dies, quam fecit Dominus, à qua omnes dies, sine qua nihil omnes dies, exultemus & lætemur in eâ. Atque vt rem gestam, & ex ea gaudendi materiam percipiamus, audiamus

Tormenta campanæ Ecclesiæ bellica. [illegible]

Resurrectione Christi [illegible]

Inenarrabile in cælo gaudium.

EVANGELIVM.

MAria Magdalena, & Maria Iacobi, & Maria Salomone, *emerunt aromata, vt venientes vngerent Iesum.*] Pri⁹ quam istas laudemus, non obliuiscamur sanctissimæ Dei genitricis, & magnæ cæli Reginæ Mariæ, quasi illa vel fuisset istis Marijs segnior, vel in participanda Resurrectionis Dominicæ lætitia & gloria longè minor. Cur autē ad monumentum cum alijs mater Dei non venerit, Prima causa est, Quia mater sepulchrum filij sine magno dolore videre non potuisset, & maximè recenter sepulti. Si n. sepulchrum filij vidisset, quasi doloris gladius animam eius trāsfixisset. Et satis probabile est, quòd si ire voluisset, Ioannes eius custos non permisisset, imò etiam cæteri Apostoli Ioāni dixissent, nullo modo illuc eam ire permittas, quia si iuerit, tantum ibi flebit & se affliget, vt etiam infirmetur & moriatur. Secunda, Quia in parasceue & sabbatho tantum fleuerat, vigilārat, & se discruciārat, quòd etiam se sustinere nō posset. Vt enim dicit Bern. *Oportuit, quòd inter manus discipulorum tanquam semiuiua, de cruce ad domum propriam portaretur.* Tertia, Quia tres illæ mulieres putabant corpus Christi adhuc in monumento esse, & volebant, prout antiquitus consuetudo erat, ipsum corpus inungere, vt conseruaretur à fœtore, & vermium corrosione, & ab incineratione: at deceptæ erant, quia corpus Christi erat Deitatis balsamo cōditum, & ideò si per decem millia annorum in terra latuisset, non potuisset putrefieri, nec à vermibus atrodi. Beatissima autē virgo sciuit, quod ibi non esset, sed quia iam immortalis & incorruptibilis surrexerat, & ideò illuc ire nolebat, prout nec poterat. Ipsa itaque, ex quo vnigenitum filium suum teneri, flagellari & crucifigi vidit, attenuata vigilijs, fletib. & precibus in aliquo secreto conclaui lamentabatur super omnia quæ gesta erant, vbi subitò Dominus Iesus in candidissimis vestibus gloriæ & resurrectionis nouitatis suę, vultu sereno, speciosus, gloriosus, & gaudens matri desolatæ totus festiuus apparuit. Ac illa adorans & surgens cum lachrymis, præ gaudio eum amplexatur, & tota mœroris acerbitas in lętitiam vertitur. Posteà colloquentibus eis, pariter, curiosè intuebatur eum in vultu latere & cicatricibus per totum, diligenter quærens, si omnis pœna transisset, & omnis dolor cessasset. O quāto gaudio mater implebatur, cùm ipsa natum impassibilem intuebatur, non solum in æternum victurum, sed & cælo & terræ, & omni creaturæ perenni iure dominaturum. Colloquebantur gaudētes, & pascha delectabiliter & amanter ducentes, narrante ei Domino nostro omnia, quæ ille triduo circa expugnationem diaboli, expoliationem inferni, & patrum liberationem egisset. O sancta Maria, da nobis saltem vnam micam illi⁹ gaudij tui ineffabilis. Et licet scriptura sacra de hac apparitione nihil scribat, cùm nec omnia scripta sint, piè tamen creditur: Primo, Quia Eccl. 7. dicitur, *Gemitus matris ne obliuiscaris,* quomodo autem Christus apparens alijs, matris obliuisci potuisset? Secundo, propter fidei meritum, quia illa semper præsens fuit, & de ijs quæ à de filio de se dicente audiuit & vidit, firmiter sola credidit, dubitantibus & fugientibus Apostolis. Tertio, Nemo filium sic dilexit, vt ipsa,

Maria mater cur ad monumentum non iuit.

B. Virgo Christum resurrexisse norat.

B. Virginis de Christi resurrectione gaudium.

Dicit autem idem Ioan. 14. *Qui diligit me, diligetur à patre meo, & ego diligam eum, & meipsum manifestabo ei.* & Psal. 136. *Si oblitus fuero tui Ierusalem, obliuioni detur dextera mea, adhæreat lingua mea faucibus meis, si non meminero tui, si non proposuero Ierusalem in principio lætitiæ meæ.* Quòd si matrem in cruce iam moriturus commendauit Ioanni, quid eam non visitaret, & quidem ante omnes? Iterum si multi mortui resurrexerunt & visitarunt suos, quid non faceret Christus matri suæ dilectissimæ? Piè autem creditur sicut in incarnatione, sic & nunc apparuisse angelum, qui Christi resurrectionem prænunciaret, prout S. Gregorio fuit reuelatum, qui cantauit vel dixit, *Regina cæli lætare, halelu-iah*; cui subiunxit idem S. Gregorius, *Ora pro nobis Deum.* & finita annunciatione ab angelo Christum apparuisse. S. Aug. etiam dicit patres in limbo cantasse canticum in aduentu Christi: Aduenisti desiderabilis, quem expectabamus in tenebris prout S. Ecclesia adhuc in processione canit. Quantum autem illorum gaudium fuit, vix dici potest, nisi adumbrari. Nam ex languore eum, qui per totum Aduentum in S. Ecclesia repetitur, gaudium eorum potest percipi.

Mariæ tres ad Christi sepulchrum venientes, quæ.

Sed nunc ad tres Marias veniamus. Illæ enim summo mane, vtpote Maria Magdalene, & Maria Iacobi minoris mater, quæ etiam appellatur Maria Ioseph, scil. mater, qui fuit frater Iacobi, & vnus de septuaginta duobus discipulis, & ab Apostolis cum Mathia statutus, & quandoq; Maria Cleophæ, sc. filia appellatur, & Maria Salome, sc. filia, quæ etiam mater filiorum Zebedæi vocatur, & cæteræ, quæ cum eis erant, licentia priùs petita à Domina cœperunt ea deuotione & fide, quam ad Dominum habebant, ire cum vnguentis ad monumentum. Et pulchrè hæ mulieres censentur vno nomine, vt quibus vna erat voluntas, per quæ desiderium, vnum esset vocabulum:

Mariæ cur tres.

Vbi sciendum, quod tres sunt status hominum saluãdorũ, quilibet quærit Christum, & extra hos nemo saluatur, sc. Incipientium, proficientium & perfectorum, siue pœnitentium, actiuorum & contemplatiuorum. Et hi tres status significantur per tres Marias, quæ quærebant Dominum, quorum ad triplicem nominis Mariæ interpretationem. Status pœnitẽtium signatur in Maria Magdalena, quæ famosa fuit peccatrix, & pœnituit. Status verò proficientiũ & actiuorum signatur in Maria Iacobi, quæ fuit mater Iacobi minoris. Ad proficientes enim pertinet supplãtare vitia, & luctari in exercitio spirituali virtutũ. Qui in proficere volunt, sunt in cõtinuo conflictu propter promptitatem ad malum, & difficultatem ad bonum, necesse est proficientes dominari passionib. per rationem, quos ne tentationibus cedant, ex qua lucta quãdo ratio prædominatur sensualitati, generantur virtutes. Nam virtus in infirmitate perficitur. Status perfectorum & cõtemplatiuorum signatur in Maria Salome, quæ fuit mater filiorum Zebedæi, sc. Iacobi maioris & Ioannis. Hæc postulauit filijs suis regnum. sic perfecti & contemplatiui non occupantur, nisi circa regnum Dei, imò ipsi in se habent regnum Dei, & hic prægustãt quodammodo regnum cælorum, vnde etiam Salome, interpretatur pacificans. Nã in hac vita nulla est pax homini, nisi in actu contemplationis. Et huic consonat tertia interpretatio nominis Mariæ, prout dicitur illuminata, vnde animæ contemplatiuæ dicitur illud Isa. 60. *Surge illuminare Ierusalem.*

Statu tres per Marias totidem significantur.

Et dignæ sunt istæ sanctæ mulieres commendatione. Primo, à vera amicitia, quia in vita sequebantur Christum ministrãtes ei de facultatibus suis, & in morte fuerunt iuxta crucem, & post mortem ierunt ad sepulchrum ipsius, vt corpus inungerent. Prou. 17. *Omni tempore diligit, qui amicus est.* Amicitia mundi est solum in vita, & solum circa prospera consistit. Eccl. 6. *Est amicus socius mensæ, & non permanet in tempore necessitatis.* Secundo, Ab eximia religione, quia cùm tantum diligerent Christum tam in vita, quàm in morte, tamen propter custodiam sabbathi non mouerunt se ab Ierusalem in sabbatho sancto, vt legem Domini custodirent. Vade & tu, & fac similiter, vt propter nullius timorem vel amorem prætereas legem Dei. Sed nunc propter miserum denarium nescio quæ mala fiunt. Tertio, à sollicitudine magna, quia valde manè surrexerunt ad corpus Domini videndum & vngendum. Sic & nos debemus facere. Psalm. *Surgite post quam sederitis, qui manducatis panem doloris.* Eph. 5. *Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus.* Mich. 6. *Indicabo tibi ò homo, quid sit bonum. & quid Dominus requirat à te. vtique facere iudicium, & diligere misericordiam & sollicitum ambulare cum Deo tuo.*

Mariæ tres commendantur a sex.

Quarto, Ab honestate mutua, quia nõ vna sola, sed multę simul ierunt. Eccl. 4. *Væ soli quia cùm ceciderit, non habet subleuantem se.* Quia Susanna mansit in Pomario sola, fuit confusa & condemnata ad mortem. Nunquam mulier alicuius valoris sola incedere deberet.

Solitudo periculosa.

Quinto, ab intentione recta, quia ierunt vngere Christum, non ad procos, aut ad res malas. Iesum enim inungimus, quando in bonis operibus, quæ exercemus, bonam intentionem habemus, vt ea faciamus ad Dei honorem, & proximi ædificationem. Mat. 6. *Tu autem cùm ieiunas, vnge caput tuum*, id est, Christum. Propterea illæ quinque virgines non intrauerunt ad nuptias, quia non habuerunt oleum in lampadibus, id est, bonam intentionem in operibus, vt dicit Augustinus & ideò lampades eorum sunt extinctæ, quia ignis Spiritus sancti non potest ardere in operibus mala intentione factis. Bona ergò intentione debemus ad Ecclesiam ire, scil. vt vngamus corpus Iesu, & non vt videamus vel videamur, sicut multi faciunt.

Bona intentione sacra adeunda.

Sexto, à locutione honesta, quia non vana, nec detractoria loquebantur, sed dicebant: *Quis reuoluet nobis lapidem.* Quicunque enim de Deo loquitur, Deus est cum eo, Matt. 18. *Vbi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi sum ego in medio eorum.*

Quia hodie duo discipuli loquebantur de Iesu, apparuit illis Iesus, Lucæ 24. Et quia istę mulieres loquebantur de amotione lapidis, vt vngerent corpus Iesu, apparuit illis angelus, & compleuit desiderium earum amouendo lapidem. Prouerb. 10. *Desiderium suum iustis dabit.* Loquamur & nos de Iesu, vt amoueat lapidem, id est, duritiem à corde nostro, vt possimus vngere corpus Iesu, id est, opera pietatis in Christi mẽbra exercere. Matth. 25. *Quod vni ex minimis meis fecistis.* Euntes prætereà dicuntur. Ire enim debemus vigore præceptorum, amore sociorum, & dulcedine præmiorum. Consilium vngendi erat loco præcepti, amor erat sociarum & Christi; præmium autem ipse Christus. Et debemus ire spiritualiter ad Deum per viã pœnitentiæ. Exod. 5. *Ite ad onera vestra.* Per viam diligentiæ, Mat. 2. *Ite, interrogate diligenter de puero.* Per viam compassionis, Mat. 22. *Ite ad exitus viarum.* Per viam discretionis. Matth. 27. *Ite, custodite sicut scitis.* Per viam confessionis, Luc. 17. *Ite ostendite vos sacerdotibus.* Per viam contemplationis, Michææ 2. *Surgite & ite, quia non habetis hic requiem.*

Nota etiam propter amorem sociorum, quod in via morum debemus esse vniti. Vnde Zachar. octauo, *Ibimus vobiscum, audiuimus enim quoniam Deus vobiscum est.* & sic per charitatis vinculum sociati eamus ad fortius operandum. Ioa. 15. *Vos amici mei estis, si feceritis quæ præcipio vobis.* Ad resistendum firmius. Ioan. 16. *Vos estis, qui permansistis mecum in tribulationibus meis.* Ad diligendum verius, Ioan. 16. *Vos dixi amicos.* Ad clarius inueniendum nos, Thr. 1. *O vos omnes qui transitis*, &c. Ad contemplandum nos altius, Ioan. septimo, *Vos ascendite ad diem festum hunc*, & Matth. decimonono, *Sedebitis & vos.*

Morum congruentia requiritur in amicitia.

Præmium verò, quod agricolis & mercatoribus, & similibus dulce est, hoc etiam debet esse euntibus ad Christum. Ire enim debemus ad Paradisi societatem, quia locus est inextinguibilis charitatis, quia omnes fratres filij Dei, quos ibi videre possumus. Lucæ 15. *Surgam, & ibo ad patrem meum.* Est vnitas indissolubilis, quia pax perpetua. Gen. decimoquinto, *Ibis ad patres tuos in pace.* Vbertas, Ioann. 15. *Posui vos vt eatis, & fructum afferatis.* Psal. 125. *Euntes ibant & flebant.* Sicut & hæ mulieres, Venientes autem veniebant cum exultatione, propter ea quę viderant, & ab angelo audierant. Sed eundum est, Per viam rectam, quæ est veritas. Ps. 106. *Deduxit eos per viam rectam, vt irent in ciuitatem habitationis.* Per viam imam, quæ est humilitas. 1. Mach. 6. *Per loca humilia ibant cautè & ordinatè.* Per viam arctam, quæ est Pœnalitas. Exod. 3. *Viam trium dierum ibimus in solitudine.* Solitudo est pœnitẽtia, vbi per tres diætas debemus ire, quæ sunt, cordis contritio, oris confessio, operis satisfactio. Et quid volebant emere? Emit Deus humanas animas, seipsum tribuens. Emit iustus virtutes optimas, se culpis cauens. Emit impius res vilissimas, se culpis induens. Emere autem

Emendi ratio illustrata.

debe-

debemus charitatis igniculum, qui semper ardeat Apoc. 3. *Suadeo tibi emere aurum ignitum, probatum, vt locuples fias, & indumentis alba induaris.* Ecce quàm benè hoc conueniat Marijs. Emere etiam oportet, Veritatem clarè lucentē, Veritas enim & sapientia emitur, quando studendo, legendo, audiendo, interrogando, ad acquisitionem ipsius laboratur. Pro. 23. *Veritatem eme, & noli vendere sapientiam, & doctrinam, & intelligentiam.* Pietatem pauperes fouentem. Matt. 6. *Euntes emamus ducentis denarijs panes, & dabimus his manducare.* Firmitatem semper manentem, 4. Reg. 22. *Emantur ligna & lapides ad instaurandum templum.* Benignitatem Christum demulcentem. Marc. 16. vti hodie. Iucunditatem in Deo gaudentem, Is. 55. *Emite absque argento, & vlla commutatione vinum & lac. Vinum* enim *lætificat cor hominis.* Fælicitatem semper abundantem, id est, gloriam paradisi, thesaurum in agro cæli, Matt. 13. Impius autem cum diabolo contrahit, & emit ab ipso mundi delectabilia, & nescit quod habebit inferni terribilia. Tres pyxides significant Trinitatem trinæ substātiæ, quæ fuit in Christo, scil. anima, corpus & deitas, in quibus fides nostra consistit, quam quærens Deum debet habere in pyxide cordis sui, & debet portare in manibus, quia debet iam per opera manifestare, Iacob. 2. Ostende mihi fidem tuam sine operibus, & ego ostendam tibi fidem meam cum operibus.

Tria in pyxidibus vnguenta quid.

Tria vnguenta in pyxidibus significant tres amores, quos quærens Deum debet habere secum. Primus est amor Dei, qui per amorem Mariæ Magdalenæ significatur, quæ maximè & super omnia dilexit Deum. Secundus amor propriæ salutis, qui per vnguentum Mariæ Iacobi designatur, qui tunc est, quando anima regit corpus, & mundum supplantat & peccata. Iacobus enim supplātator dicitur. Tertius est amor proximi, qui per vnguentum Mariæ Salome designatur, qui tunc est quando homo habet cor amarum in miserijs peccatorum & proximorum. 2. Cor. 10. *Quis infirmatur, & ego non infirmor.*

Corpora cur vngi solita.

Inungebatur præterea corpus alicuius quinque de causis. Primo, in signum honoris, 3. Reg. 1. *Vnxerunt regem Salomonem in Gihon.* Sic corpus mysticum vngitur in baptismo, in signum regni futuri, Secundo, ad sanitatem, Eccles. 38. *Vnguentarius vnctiones conficiet sanitatis.* Luc. 10. Samaritanus infudit vinum & oleum vulneribus sauciati. Sic corpus Christi mysticum vngitur in sacramento confirmationis & extremæ vnctionis, Iac. vlt. *Infirmatur quis in vobis.* Tertio, ad sanitatem. Hester 2. Puellæ quæ præparabantur Assuero, vtebantur oleo myrtino, & quibusdam vnguentis sex mēsibus. Sic corpus Christi mysticum vngitur à viris sanctis, dum exemplis eorum in bono confortatur, 2. Cor 2. *Christi bonus odor sumus.* Eccl. 6. *Melius est bonum nomen, quàm vnguentum [illegible]osum.* Quarto, Si quis init certamen, ne possit ab [illegible] teneri. Sic Christus & Apostoli inuncti sunt gratia mansuetudinis, & inuincibiles extiterunt. Is. 61. *Spiritus Domini super me, eò quòd vnxerit me: ad annunciandum mansuetis misit me.* Quinto, Vt seruetur corpus à putredine, quæ causa fuit his mulieribus hodiernis. Corpus autem Christi mortuū potest intelligi vel illa pars Ecclesiæ, quæ mundo mortua est, Col. 3. *Mortui estis, & vita vestra abscondita est cū Christo.* Vel illa pars Ecclesiæ, cuius vita genus mortis est, Eccl. 30. *Melior est mors quàm vita amara.* Vel illa pars Ecclesiæ, quæ quandoque vixit vita gratiæ, nunc verò mortua est morte culpæ. Mulieres quæ maioris compassionis sunt, quæ infirmis nolunt resistere, & pauperibus ea, quibus indigent, denegare nesciunt, figuram tenent Prælatorum, qui aromata bonorum operum deberent præparare ad vngendum corpus Christi mortuum tribus prædictis modis. Sed quidam potius spinas habent vitiorum, quidam corpus Christi perungunt & scandalizant, multi non timent desænire in corpus Christi mortuum, vel gladio linguæ detrahentis, vel alio genere persecutionis, non attendentes quòd lancea, quæ percussit Christum mortuum, dira vocatur, cum claui dulces appellentur.

Vnctionis [illegible]

Pœnitentium aromata quæ.

Aduerte autem quod pœnitentium aromata sunt, dolor contritionis, pudor confessionis, & labor satisfactionis. Ex his conficitur vnguentum, quo libenter vngitur Dominus, & hoc ex myrrhâ, aloe, & thure. Per myrrham quæ valde amara est, significatur amaritudo contritionis. Per aloen, quæ etiam amara est, & valet contra retentionē menstruorum, id est, peccatorum, significatur verecundia confessionis. Per thus, cuius odor cum fumo ascendit, significantur opera satisfactionis, quæ per rectam intentionem in Deum diriguntur, sed ex his tribus non bene conficitur vnguentum, nisi opponatur oleum misericordiæ diuinæ, sine qua omnis pœnitentia est inefficax, quale fuit vnguentum sanctæ Mariæ Magdalenæ. Itaque quælibet anima debet pro suo statu illas mulieres imitari, & cum istis vnguentis Christum quærere & vngere, vt scil. instanter pœnitentiam faciat, viriliter tentationes sustineat, pacificè se ad proximum habeat. Ista enim tria faciunt apparere Iesum & cuilibet, secundum statum suum, secundum Bernardum.

Mariæ tres quid moraliter.

Moraliter per istas mulieres, significatur in quolibet iusto, mens, lingua, manus, quæ habent valde pretiosa vnguenta. Mentis vnguentis sunt tria: contritio, compassio, & deuotio, Primum sc. contritionis conficitur ex vilissimis speciebus, sc. ex peccatis, quę crescunt in horto nostro proprio. Secundum, sc. compassionis conficitur ex amarissimis speciebus, sc. ex proximorum miserijs, quę crescunt in horto alieno. Tertium, sc. deuotionis conficitur ex pretiosis speciebus, scil. ex Christi beneficijs, quæ crescunt in horto Dominico. Linguæ vnguenta sunt tria: Oratio deuota, cōfessio integra, prædicatio vera: Primum sc. orationis conficitur ex herbis, quæ sunt intentio recta, attentio firma, affectio pia. Secundum sc. confessionis conficitur ex herbis, quæ sunt pudor commissi, dolor amissi, timor supplicij. Tertium prædicationis, conficitur ex herbis, quę sunt fidei instructio, morum informatio, vitiorum increpatio. Manus vnguenta, sunt septem opera misericordiæ. Qui autem vult prædicta aromata habere, oportet ea emere, Ille enim qui emit, dat de suo, & accipit de alieno, sic & in operibus virtuosis oportet aliquid ponere de nostro, sc. voluntatem, & aliquid à Deo recipere, sc. operandi facultatem, vel à Deo recipimus gratiam præuenientem, de nostro apponimus voluntatem subsequentem.

Gratæ erga Christum tres Mariæ.

Iterum vide, quomodo istæ mulieres gratæ erant Christo pro beneficijs. & tu quid facis? Dilexerunt enim in vita, quia secutæ, in morte, quia adfuerunt crucifixo, post mortem, vt vngerent. Vide etiam illarum deuotionem. Primo, Quia naturaliter horridum est tractare corpus mortuum post duos vel tres dies in sepulchro repositum, ita quod ibi timeret mater tangere corpus filij sui. Secundo, sciebant ibi esse milites armatos plurimos, nec timuerunt vt Apostoli. Tertio, sciebant clausum monumentum grandi lapide, nec curabant. Quarto, Nec timebant frangere sigilla Pilati & aliorum, quæ quidem miles non fuisset ausus tollere. Quinto, Nec expectarunt plenè diem, sed valde manè, non vt vos, quæ stertitis, & pectinatis vos vsque ad meridiem.

Dictio Mane explicatur.

Et valde mane vna sabbathorum veniunt ad monumentum orto iam sole.] Hæc in sabbati sancti Euangelio sunt declarata. Ab ipso mane iuuentutis debemus Dei maiestatem contēplari Psal. 5. *Mane astabo tibi & videbo, quoniam non Deus volens iniquitatem tu es.* Manè exoranda Dei bonitas. Psal. 87. *Mane oratio mea præueniet te.* Mane diuina veritas perscrutanda. Prouerb. octauo, *Qui mane vigilauerint ad me, inuenient me.* Mane diuina pietas prædicanda. Psal. 91. *Ad annunciandum mane misericordiam tuam, & veritatem tuam per noctem.* Ista enim opera cum alijs similibus sunt quædam spiritualia semina, quæ à nobis in mane iuuentutis debent seminari, vt fructus cælestis gloriæ possint inde reportari vltimò, *Euntes ibant & flebant,* Psal. 125. *Venientes autem venient.* Debemus etiam mane bene facere, vt inueniamus actum faciliorem, Non enim cesset manus tua, Multum est assuefieri, Eccl. 14 *Quodcunque potest manus tua, instanter operare.* Sicut enim dicitur Leu. 6. *Ignis in altari semper debet ardere,* cui in mane sacerdotes ligna debebant subijcere, vt ipsum possent facile per totum diem enutrire, sic est faciendum de operibus bonis & charitatiuis, & Ruth secundo dicitur, quòd de mane vsque ad vesperam stabat in agro, nec ad momentum ad domum reuertebatur.

Ista verò sunt contra multos, qui similes sunt quibusdam diebus mendacibus, qui mane incipiunt esse pulcherrimi, & mox vel ad meridiem fiunt turbulentissimi. Isai. 14. *Quo-*

modo cecidisti Lucifer, qui mane oriebaris? Mane operādum est, vt perficiamus finem vtiliorem, Sed nunc mane surgitis ad ebrietatem. Isa. quinto, *Væ qui mane consurgitis ad ebrietatem sectandam. & ad potandum vsq; ad vesperam.* Ad erudelitatem, Iob 24. *Mane consurgit homicida.* Ad gulam, Eccles. 10. *Cuius principes mane comedunt.*

Monumenti consideratio.

In monumento considera primo conscientiæ sanctitatem, Ioan. 19. dicitur, quod Christus in horto, vbi erat monumentum, in quo nondum quisquam positus fuerat, reconditus fuit. Et significat conscientiam iusti. Hortus dicitur propter virtutum fœcunditatē, Nouum propter virtutum amœnitatem. Nullus erat sepultus, id est, nullum peccatum, propter specialem synceritatem, & propterea ibi mundè sepelitur Christus per cōtinuam suæ mortis memoriam & dolores. Secundo, Conscientiæ turpitudinem. Sicut enim monumentum exterius est clausum, & quādoque pulchrum & pictum, intrinsecus verò omni immunditia plenum: Sic conscientia peccatoris est exterius clausa p confessionis denegationem, interius verò infecta grauissimis peccatis, & exterius videtur pulchra per hypocrisin, interius squallida & contaminata, Lucæ 11. *Væ vobis qui estis, vt monumenta quæ non apparent,* & Marc. 5. de illo qui habitabat in monumentis. Tertio, Temporalium prosperitatem, quia sicut illi qui in monumētis sunt, nunquam exire possunt, sed perpetuò ibi remanendum, sic illi qui prosperitate mundanā semper fucrum inuoluti, nunquam se possunt amplius expedire, sed semper ibidem manent & fœtent, vt Lazarus, Ioan. 11. Vnde Prou. 12. *Desiderium impij, monumentum est pessimum.* Quarto, Acerbitatem mortis corporelis, monumentum quia mouet, & Magdalena, Ioann. 11. vadit ad monumentum, vt ploret.

Sol cum Christo comparatur.

Insuper aduerte, quòd sol signat diuinam conditionem. Deus enim quantum ad diuinitatem, & quātum ad humanitatem potest sol appellari. Sol habet claritatem, sic Christus claritatem sapientiæ, quia prædicando mundum illuminauit, Eccles. 42. *Sol illuminans per omnia respexit.* Celeritatem potentia, sic Christus quia mundum creauit. Psal. 135. *Fecit solem in potestate diei.* Caliditatem, quę non refrigeratur: sic Christus calorem amoris perfecti, quo mundum fouit & reformauit, 1. Reg. 11. *Cras erit vobis salus, cùm incaluerit sol.* Vtilitatem, Sic Christus quia mundum ditauit. Eccl. 26. *Sol oriens mundo,* id est, ad omnium vtilitatem, quæ in mundo sunt. Mobilitatem, Sic Christus habet mobilitatem occultæ & imperceptibilis prouidentiæ, qua mundum gubernatur, Quia sicut solis motus non percipitur, cùm tamen constet ipsum valde celeriter moueri, sic motus prouidentiæ non percipitur, quamuis omnia regendo continuè moueatur. Vnde Eccles. 1. dicitur, quòd *oritur sol & occidit, & super circulos suos reuertitur gyrat ad meridiem, & flectitur ad aquilonem,* quasi dicat. Deus per prouidentiam suam vndique circuit & gyrat. Iterum Christus fuit sol velatus per carnis assumptionem. Obscuratus per mortis afflictionem, Illuminatus per vitæ resumptionem, Rubricatus per iudicij prælationem vel correctionem. Sol etiam est diuina gratia, hæc feruet per charitatem, Iacob. 1. *Exortus est sol cum ardore,* Splendet per veritatē, vel fidei claritatē. 2. Mach. 1. dicitur, *Sol refulsit, qui prius erat in nubilo.* Multi tamen dicunt illud Sap. 5. *Sol intelligentiæ non est ortus nobis.* Currit & mouet se per diligentiam. Naum. 3. *Ortus est sol & auolauerunt.* Eccles. 48. *Retrocessit sol, & addidit regi vitam.* Per pietatem influit, aut fouet alios. Psal. 103. *Ortus est sol & congregati sunt,* id est, pauperes ad accipiendam Eleëmosynam. Tenet medium per iustitiam. Ios. 10. *Stetit sol in medio cæli.* Per contemplationem sursum residet, Eccl. 26. *Sol oriens mundo in altissimis Dei.* Hic autem etiam dicitur orto iam sole, id est, cùm iā Christus resurrexerat, quod istæ nesciebant, volentes vngere mortuum. Ita precemini Deum, vt & in vobis oriatur, & si ortus est, nolite impedire suos radios, imò gratias quas potestis agite.

Sol velatus Christus.

Et dicebant ad inuicem, Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti?] Ex hoc potes cognoscere, illas nondum sciuisse resurrectionem, habuisse tamen magnum desiderium videndi & vngendi corpus Domini. Præterea habes antiquū morem ponendi lapides super sepulchrum. Item falsum esse, quod Iudæi corrumpentes custodes voluerunt, quasi discipuli fuissent corpus furati, qui error adhuc in cordib. Iudæorum marcescit. Sed falsum est dupliciter. Primo aut custodes dormiebant, aut non. Si dormierunt, quomodo hoc scire potuerunt? si non dormierūt, quomodo cùm custodes erant armati, permiserunt Apostolos qui erāt personę viles & tremebundi, rapere corpus Iesu. Secundo, Quia si discipuli fuissent furati corpus Christi, nō traxissent moram ad expoliandum ipsum, sed subitò asportassent, nec reliquissent linteamina. Adde, quomodo potuissent sine magno strepitu, cùm lapis esset magnus valde, amouere & corpus tollere, quomodo enim tantus sopor custodes conductos potuisset opprimere, vt clamorem & fragorem iubentium & voluentium, & lapidis, & similia vnus saltē ex illis non audisset? Sed tu ô Christiane, quis reuoluet lapidē duritiei, auaritię, luxurię, & mali ab ostio monumēti tui? Quis reuoluet, vt possis orare, confiteri, laudare Deum, gratias agere, veritatem dicere, prædicare, corrigere, instruere, & similia facere? Deus faciet, si eum in adiutorium vocaueris, si tu ipse voles. Itaq; nil tam impossibile credas, quod non erit facile, si te Deo credideris & submiseris. Grauis res lapis est, sed potest amoueri, atteri, comminui prout opus est.

Falsum esse discipulos furatos fuisse corpus Christi.

Et respicientes viderunt reuolutum lapidem: erat quippe magnum valde.] Respicere idem est, quod aliquid attentè videre. Respicit Deus, respicit homo. Habet Deus tres oculos, quibus vniuersa respicit. Oculum scientiæ quo mundum respicit ad gubernandum. Clementiæ quo bonos respicit ad adiuuandum, & iustitię quo malos respicit ad contemplandum & puniendum. Habet respectum scientiæ luminosum, sicut lynx, aquilā, imò & solis, qui dicitur oculus mundi. Psal. 137. *Excelsus Dominus, & humilia respicit, & alta à longe cognoscit.* Iob. 38. *Omnia quæ sub cælo sunt, respicit.* Habet respectum gratiosum suæ clementiæ, hoc Petrum, Magdalenam, & omnes peccatores, humiles, & suos respicit, qui oculus maximè in incarnatione fuit apertus. Habet rigorosum suę iustitiæ. Ps. 103. *Qui respicit terram, & facit eam tremere.* Homo habet respectum pariter bonum, qui est sensus & discretio recta, qua quis videt, quæ sibi ad salutem sunt vtilia. Eccl. 23. *Nihil melius & dulcius, quàm respicere in mandata Dei.* Respicienda sunt superius gaudia beatorum, sicut nos stellas contemplamur. Respicienda exterius suspiria egenorum. Inferius, supplicia damnatorum. Interius, flagitia vitiorum tanquam in speculo. Posterius, dispendia futurorum: hæc omnia respexerunt mulieres istæ, & iam cœptus est etiam lapis ab illarum cordibus amoueri.

Oculi tres Dei, quo nam.

Et introeuntes in monumentum, viderunt iuuenem sedentem à dextris stola candida, & obstupuerunt.] Ecce quanta dilectio. quanta animi magnitudo, quantus feruor, quanta pietas. Introierunt, Auditores, quia Eccl. 7. scribitur, *Melius est ire ad domum luctus, quàm ad domum conuiuij: in illa enim finis cunctorum admonetur hominum, & viuens cogitat quid futurum sit.* In monumento videbis quæ tua vita sit, sed non qualis tua mors, & qualis sepultura, non videbis differre diuitem à paupere, vbi multa ossa sunt reposita, nec dominum à seruo, nec inimicum ab amico. Gaudebis cùm videbis sepulchrum extra bene constructum, sed sunt viuorum nō mortuorum consolationes, gaudebis etiā à Deo ordinatū hunc recondendi modum, & à sanctis patribus veteris Testamēti proprias adaptatas sepulturas fuisse, vbi eorum memoria & nomina conseruarentur, quod iustum est, videbitis resurrectionem ex illis credi & confirmari, videbis & corpore, quorum animæ vt diuitis in inferno sunt sepultę, ibi que cessare omnem auaritiam, libidinem, Tyrannidē, & omnia mala quæ in mundo sunt. Videbis vacua Christi monumēta & sanctissimæ Virginis, quia cum corpore in cælum cōmigrarunt, videbis vacua, vbi & corpora diabolus secum abstulit, vt multorum impiorum. Videbis comestores vermes & serpentes, cùm in viuis nihil de minima substantia dedissent pauperibus. Hodie autem istæ tres mulieres, quia sanctæ, deuotæ, & plenæ pietate, considerarunt quidem in viā quæ mortis sunt, & luxerunt, at quādo venerunt in monumentum, viderunt angelum à Deo singulariter illuc pro illis constitutum, viderunt reuolutum lapidem, Christum non amplius esse in monumento vinctum, sed linteaminibus relictis accessisse, audierunt ab angelo totam historiam rei gestæ, & sine dubio plure & cum magnâ iucunditate,

Monumenti inspectio.

quam

quam hic Euangelista conscripsit, audierunt se ablegari cum magna nouitate & commissione ad Apostolos, vt dicerent Christum resurrexisse, præcessisse in Galilæam, ibique inueniendum, hæc & multa alia in hoc monumento sanctissimo ipsæ sanctæ inuenerunt, quousque tandem & ipsum Christum rediuiuum proprijs oculis carneis conspexerunt. Sic equidem qui peregrinari vultis ad sacra loca, facere deberetis, non cum clamore aut garrulitate, qua & cantus in processione, & deuotio singulorum impediatur. de Deo loquendum, non de mundanis aut irrisoriè aut detractoriè, non propter comessationes, libertates laudē humanam & similia, sed cum Deo, pro Deo, per Deum, ad Deum. *Viderunt iuuenem sedentem in dextris*, angelum. *Quæ enim à Deo sunt, ordinata sunt*. Rom. 13. Est autem hic ordo diuinitus institutus, vt ea quæ supra sunt, hominibus per angelos reuelentur.

Peregrinationis qualitas.

Christus autem resurgens non rediijt ad vitam communiter omnibus notam, sed ad vitam quandam immortalē, & Deo conformem, secundùm illud Rom. 6. *Quod enim viuit, viuit Deo*. Et ideò ipsa Christi resurrectio non debuit ab omnibus videri immediatè, sed nunciari ab angelis. Vnde Hilarius dic. super Matthæum, quod ideò angelus prius est resurrectionis index, vt quodam famulatu paternæ voluntatis resurrectio nunciaretur. Quia igitur per resurrectionem Christi ruina angelica erat reparanda in hominibus. Matt. 22 *Erunt homines sicut angeli in Dei cælo*, ideò angeli hoc hominibus nunciauerunt. Fuerunt autem præcipuè quatuor angeli. Primus extra sepulchrum, Matt. 28. *Angelus autem Domini descendit de cælo*, cuius descensus fuit magnæ virtutis, quia terræ motus factus est magnus. Psa. 75. *Terra tremuit dum resurgeret in iudicium Deus*. Fuit magnæ gloriæ, quia *aspectus eius erat sicut fulgur, vestimenta eius candida sicut nix*. Fuit magni terroris, quia *præ timore exterriti sunt custodes*. Fuit magnæ affabilitatis, qui dixit, *Nolite timere. Scio enim quia Iesum crucifixum quæritis*. Secundus angelus fuit in ingressu sepulchri, Marc. 16. *Et introeuntes in monumentum, viderunt iuuenem sedentem in dextris, coopertum stolà candidà, & obstupuerūt*. Tertius & quartus angelus fuerunt intra sepulchrum, Ioa. 20. *Inclinauit se, & prospexit in monumentum, & vidit duos angelos in albis sedentes vnum ad caput, & vnum ad pedes, vbi positum fuerat corpus Christi*. Qui omnes testati sunt Christum resurrexisse. Viderunt & patriarchæ iuuenem sedentem in dextris, quibus hoc Sacramentum resurrectionis reuelatū fuit, quamuis notitia clarè intelligerent non e, sicut post factum. Adam in statu innocentiæ, cui dormienti costa detrahitur, vt coniux efficiatur, ita & Christo in cruce morienti sanguis ex eius latere effunditur, vt Ecclesia construatur. Dormit Adam, vt fiat Eua: Moritur Christus, vt fiat Ecclesia. Dormienti Adæ fit Eua de latere: Mortuo Christo lancea percutitur latus, vt profluant sacramenta, quibus formetur Ecclesia. Vnde merito Apostolus primum Adam dicit formam fuisse futuri, quoniam sic dormitio Adæ figurabat mortem Christi, ita expergefactio ipsius figurabat resurrectionem Christi. Ps. 3 *Ego dormiui & soporatus sum, & exurrexi*. Noë denudatus in tabernaculo suo dormiens propter ebrietatem, significat Christum infinitâ charitate calefactum, dormientem, in ligno crucis denudatum omninò vestibus, quas milites inter se diuiserunt. Et sicut Cham derisit patrem suum, ita Iudæi prætereuntes blasphemabant Christū Deum suum. Sed Noë expergefactus, cognitâ nequitiâ Cham, maledixit Chanaan filio eius, ita Christ' expergefactus à somno mortis per resurrectionem, imprecatus est maledictionem filijs Iudæorum, & nō illis, qui eum crucifixerunt, pro quibus orauit in Cruce, dic. *Pater ignosce illis*, &c. Abraham cui promiserat Deus: *In Isaac vocabitur tibi semen*, & tamen mandatum à Deo acceperat, vt filium suum Isaac immolaret. *Credidit Abraham Deo*. Credidit enim Isaac post immolationem resurrecturum, & filios progeniturū, in quo immolatio & resurrectio Christi figurabatur. Iacob benedicens Iudam ait, *Catulus leonis Iuda ad prædam ascendisti fili mi requiescens accubuisti, vt leo, quis suscitabit eum*. Gen. 49. Dicunt Naturales, quod leo parit catulos mortuos, & die tertia rugiendo super eos, accipiunt spiritum vitæ. Sic etiā est de Christo. Samson in ciuitatem Gaza ingrediens, ab inimicis comprehendi non potuit, Sed surgens media no-

Patriarchæ viderunt iuuenem.

Rom. 4.

cte, portas ciuitatis cum seris abstulit, & in cacumine montis portauit. Sic milites custodientes sepulchrum Christi, eū tenere non potuerunt, quin de sepulchro resurgens egrederetur saluis sigillis Pilati, quibus erat signatum. Ionas fuit in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus, tertio autē die pristinæ vitæ redditus est. Sic filius hominis tribus diebus & trib. noctib. fuit in corde terræ, & tertia die surrexit.

Viderunt & Prophetæ iuuenem sedentem in dextris, quoniam in manibus Prophetarum assimilatus est Christus. Isaias 11. c. dic. *In die illa erit radix Iesse, qui stat in signum populorum, ipsum gentes deprecabuntur. & erit sepulchrum eius gloriosum*. Oseæ 13 *Hic filius meus sapiens. Nunc enim non stabit in contritione filiorum; de manu mortis liberabo eum. & de manu inferorum eruam eum Vbi est iudicium tuum mors? Vbi est aculeus tuus? Ero mors tua, ô mors, ero morsus tuus inferne. Viuificabit nos post duos dies, in die tertia suscitabit nos*. Michæ. 6. *Ne læteris inimica mea, quia cecidi, consurgam. cum sedero in tenebris. Dominus lux mea est educet me in lucem, videbo iustitiam eius*. Amos 9. *In die illa suscitabo tabernaculum Dauid quod cecidit. & aperturas murorum eius reædificabo, & ea quæ corruerunt restaurabo* Sophon. 3. *Expecta me in die resurrectionis meæ in futurum, quia iudicium meum est, vt congregem regna. & colligam gentes, tunc reddam populis labium electum, vt omnes inuocent in nomine Domini, & seruiant ei humero vno*. Abac. 2. *Lapis de pariete clamabit, & lignum quod inter iuncturas murorum est, respondebit, quia replebitur terra, vt cognoscant gloriam Domini*. Dauid ait, *Exurrexi, & adhuc sum tecum*. Psalm. 5.

Prophetæ viderunt.

Viderunt sancti patres in limbo. Nam passio Christi fuit quædam causa vniuersalis humanæ salutis; tam viuorum, quàm mortuorum, Causa autem vniuersalis applicatur ad singulares effectus per aliquod speciale. Vnde sicut virtus passionis Christi applicatur viuentibus per sacramenta cōfigurantia nos passioni Christi, ita etiam applicata est mortuis per descensum Christi ad inferos. Vnde Apostolus Ephes. 4. *Quod autem ascendit quid est, nisi quia descendit, primum in inferiores partes terræ*, id est, ad inferos.

S. Patres viderunt.

Nam per descensum suum ad inferos eduxit quatuor sanctorum ordines, iuxta illud Col. 2. *Expolians principatus & potestates, traduxit illos confidenter*. Primo visitauit sanctos patres in limbo, Per hoc enim sancti patres detinebantur in inferno, quod eis ad vitam gloriæ propter peccatum primi parentis aditus non patebat. Et sic Christus descendens ad inferos, sanctos patres ab inferis liberauit, & hoc ipsum confitentur seipsos confortantes & consolantes spiritualiter. Dauid ait, *Confiteantur Domino misericordia eius, & mirabilia eius filijs, quia contriuit portas æreas, & vectes ferreos confregit, & eduxit eos de tenebris & ab vmbra mortis, & vincula eorū disrupit*. Salomon Eccles. 24. Penetrabo inferiores partes terræ, & inspiciam omnes dormientes, & illuminabo omnes sperantes in Domino. Isaias 24. Congregabuntur congregatione vnius fascis in locum, & claudentur in carcerem, & post multos dies visitabuntur. Oseæ 11. *Ego quasi nutritius Ephraim, portabam eos in brachijs meis, & nescierunt quia curarem eos. In funiculis traham eos in vinculis charitatis*. Zacharias nono, *Tu quoque in sanguine testamenti tui emisisti vinctos de lacu, in quo non erat aqua*. Cumque sic colloquerentur, ecce angeli Christum comitantes, dixerunt: *Tollite portas principes vestras, & eleuamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ*. Dæmones autem qui intus erant, obstupefacti ad hanc vocem, quæsierunt, dic. *Quis est iste rex gloriæ?* Respondit Dauid, dic. *Dominus fortis & potens, Dominus potens in prælio, Dominus virtutum ipse est rex gloriæ*. Statimque vectes inferni confracti sunt, id est, impedimenta, quib. sancti patres de inferno exire prohibebantur, reatu culpæ primi parentis Christus descendens ad inferos virtute suæ passionis & mortis confregit, non statim educendo eos, sed eos in inferno luce gloriæ illustrando.

Ab Inferis eduxit 4. Sanctorum ordines.

Psal. 106.

Secundo, Visitauit iustos simplices. Nam latro quidem loco in infernum cum Christo descendit, vt cum Christo esset, quia dictum est ei, *Hodie mecum eris in paradiso*, sed præmio in paradiso fuit, non quidem corporeo, sed spirituali, in quo esse dicuntur, quicunque diuinâ gloriâ perfruuntur, quia ibi diuinitate Christi fruebatur, sicut & alij sancti. Tertio, Visitauit omnes purgandos, qui purgationem suā perfecerant. Quarto, Visitauit angelos, qui hos iustos cu-

ludebant, consolabantur & associabant, quos omnes eduxit, iuxta illud Act. 2. *Deus Christum suscitauit solutis doloribus inferni*, scilicet, gloriam præbendo, maximè ex gloriosa resurrectione Christi.

Mortui viderunt. Viderunt & mortui iuuenem, Matt. vigesimo septimo, *Multa corpora sanctorum, quæ dormierant surrexerunt, & exeuntes de monumentis post resurrectionem eius, venerunt in sanctam ciuitatem, & apparuerunt multis*. Videtur autem illos iterum mortuos esse.

Gentiles viderunt. Viderunt gentiles, quantum ad quatuor differentias. Primo, Iob decimonono, *Scio*, scilicet, per fidei certitudinem, *quod redemptor meus viuit*. id est, Christus resurgens à mortuis, *& ideò in nouissimo die de terra resurrecturus sum. Reposita est hæc spes in sinu meo*. Secundo, Sybilla, vt allegat beatus Augustinus libro decimooctauo, de Ciu. Dei, cap. vigesimosecundo, dic. [Et morte morietur tribus diebus somno suscepto, & tunc ab inferis regressus, ad lucem veniet primus, resurrectionis principio reuocatis ostenso.] Tertio, Custodes, Mat. 28. *Quidam de custodibus venerunt in ciuitatem, & nunciauerunt principibus sacerdotum, quæ facta fuerunt. & congregati cum senioribus, consilio accepto, copiosam pecuniam dederunt militibus*. Quarto, Centurio, qui ait, *Verè filius Dei erat homo iste*. In hoc enim magis certificatus fuit de Christi resurrectione, quoniam in monumento exciso in Petra, conditus est, ne si ex multis lapidibus ædificatum fuisset, tumuli fundamentis suffossis, furto sublatus diceretur. Vnde & saxum magnum, quod fuit appositum, ostendit, non absque plurimorum auxilio sepulchrum potuisse reserari. Etiam quia resurrexit, & exiuit, de sepulchro saluis sigillis.

Mulieres viderunt. Viderunt mulieres. Licet enim mulieri non permittatur publicè in Ecclesia docere, secundum illud 1. Cor. 14. *Mulieres in Ecclesiis taceant*, & 1. Timoth. 2. *Docere mulieri non permitto*, tamen permittitur ei priuatim domestica admonitione alios instruere. Ambrosius super Lucam, [Ad eos fœmina mittitur, qui domestici sunt, non autem mittitur ad hoc, quod resurrectionis testimonium ferat ad populum.] Inter mulieres autem est quadruplex differentia. Primo apparuit Christus post resurrectionem beatissimæ virgini, Ambrosius lib. 3. de virginitate: *Vidit Maria resurrectionem Domini, & prima vidit, & credidit*. Secundo, Apparuit mulieribus euntibus ad monumentum, vt mulier, quæ primò initium mortis ad hominem detulit, prima etiam vitam resurgentis Christi in gloria nunciaret. Cyrillus, [Fœmina quæ quodammodo mortis fuit ministra, venerandum resurrectionis mysterium prima percepit & nunciauit. Adeptum est igitur fœmineum genus, & ignominiæ absolutionem, & maledictionis repudium.] Simul etiam per hoc

Mulierum in statu gloriæ, partes potiores. ostenditur, quod quantum ad statum gloriæ pertinet, nullum detrimentum patietur sexus fœmineus, sed si maiori charitate feruebunt maiori etiam gloria ex visione diuina potientur, eo quòd mulieres quæ Dominum arctius amauerunt, in tantum, vt ab eius sepulchro, discipulis etiam recedentibus non recederent, primo viderunt Dominum in gloria resurgentem. Tertio, Mulieribus redeuntibus à monumento, quando dixit eis, *Auete, tunc accesserunt, & tenuerunt pedes eius*, Mat. vlt. Quarto, Mariæ Magdalenæ, quando dixit ei, Io. 20. *Noli me tangere, nondum enim ascendi ad patrem meum*. Per hoc enim, vt dicit Augustinus, in illa fœmina figuratur de gentib. Ecclesia, quę in Christum non credidit, nisi cùm ascendisset ad patrē. Aut sic in se credi voluit Iesus, hoc est, sic se spiritualiter tangi, quod ipse & pater vnum sunt. Eius quippe intimis sensib. quodammodo ascendit ad patrem, qui sic in eo profecerit, vt patri agnoscat æqualē, nunc autē carnaliter adhuc in eum credebat, quem sicut hominem flebat. Vel sicut dic. Chrys. Volebat hæc mulier adhuc eum Christo conuersari, sicut & ante passionem, & præ gaudio nihil magnum cogitabat, quāuis caro Christi multo melior facta fuerit resurgendo, & ideo dixit: *Nondum enim ascendi ad patrem meum*. q. d. Non æstimes me iam terrenam vitam agere, quod enim in terris me vides, hoc est, quia nondum ascendi ad patrem meum, sed in promptu est, ꝙ ascendam.

Discipuli viderunt. Viderunt discipuli, quibus quadrupliciter apparuit. Primo, Simoni Petro, Luc. 24. *Surrexit Dominus verè, & apparuit Simoni* Sed quando vbi nescitur, nisi quando redibat à monumento cum Iohanne, vel vbicunque alibi.

Secundò, apparuit duobus discipulis euntibus in Emaus in specie peregrini, Luc. vlt. Nam resurrectio Christi fuit manifestando hominibus per modum, quo eis diuina reuelantur: Innotescunt autem diuina hominib9, secundùm quod diuersimodè sunt affecti: Illi qui habent mentem bene dispositam percipiunt diuina secundùm veritatem, illi autem qui habent mentem non bene dispositam, diuina percipiunt cum quâdam confusione dubij vel erroris. *Animalis enim homo non percipit ea, quæ sunt spiritus Dei*. 1. Cor. 2. Et ideò Christus quibusdam ad credendum dispositis post resurrectionem apparuit in propriâ effigie, illis autem in alia effigie apparuit, qui iam videbantur circa fidem tepescere. Vnde dicebant, *Nos sperabamus, quòd ipse esset redempturus Israel*. Vnde Gregorius dic. in homilia, quod talem se eis exhibuit in corpore, qualis apud illos erat in mente. Quia .n. adhuc in eorum cordibus peregrinus erat à fide, ita se longiùs finxit, sc. ac si esset peregrinus. Nam oculi eorum tenebantur vsque ad sacramentum panis, vt veritate corporis eius participatâ, remoueretur impedimentum inimici, vt Christus possit agnosci.

Tertio, Discipulis in cœnaculo, vbi non erat Thomas, vbi certificauit eos de quatuor. Primo, de veritate corporis, & hoc tripliciter. Primo, quòd esset verum corpus, & solidum, non phantasticum vel rarum, sicut aër, ideò dic. *Palpate & videte, quia spiritus carnem & ossa non habet*. Secundo, quòd esset corpus humanum, ostendendo eis veram effigiem, quam oculis intuerentur. Tertio, quòd esset idem numero corpus, quod prius habuerat, ostendendo eis vulnerum cicatrices, Luc. vlt. *Videte manus meas*. Secundo, Certificauit eos de veritate animæ iterato corpori vnitę, & hoc ostendit per opera triplicis vitæ. Primo per opus vitę nutritiuæ in hoc, quod cum discipulis mãducauit & bibit, Lu. vlt. Secundo, per opera vitæ sensitiuæ in hoc, quod discipulis ad interrogata respondebat, & præsentes salutabat, d. *Pax vobis*, in quo ostendebat se videre & audire. Tertio, per opa vitæ intellectiuæ, quia cum eis loquebatur, & de scripturis disserebat. Lu. vlt. *Nonne cor nostrum ardens erat*. Tertio, Certificauit eos de veritate diuinitatis suæ. Primo, per testificationem d. *Ego sum*, quod est nomen Dei. Io. 8. *Antequam Abrahā fieret, ego sum*. Secundo, per occultarum cogitationum manifestationem d. *Quid turbati estis, & cogitationes ascendunt in corda vestra*. Tertio, per miraculi probationem in piscibus capiendis, d. *Mittite in dextram nauigij rete & inuenietis*. Quarto, quòd eis videntibus ascendit in cælum, Io. 3. *Nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo, filius hominis qui est in cælo. Et his videntib. illis eleuatus est*, Act. 1. Quarto, Certificauit eos de gloria suæ resurrectionis per hoc, ꝙ ad eos ianuis clausis intrauit, secundùm quod Greg. dixit in homil. Palpandam carnem Dominus præbuit, quam clausis ianuis introduxit, vt esse post resurrectionem ostenderet corpus suum, & eiusdem naturæ, & alterius gloriæ. Similiter etiam ad proprietatem gloriæ pertinebat, quod subito ab oculis discipulorum euanuit, Lu. vlt. quod per hoc ostēdebatur, quod in eius potestate erat videri & non videri, quod pertinet ad conditionem corporis gloriosi. Et sicut Aug. dicit ad Orosium, Clarificatâ carne Dominus resurrexit, sed noluit in ea claritate discipulis suis apparere, quia non possent oculis talem claritatem perspicere. Si enim antequam moreretur pro nobis & resurgeret, quando transfiguratus est in mōte, discipuli sui eum videre non potuerunt, quāto magis clarificata carne Domini eum videre nequissent. Est etiam considerandum, quod post resurrectionem Dominus hoc præcipuè volebat ostēdere, quod idem ipse esset, qui mortuus fuerat, quod multum poterat impediri, si eis sui corporis claritatem ostenderet. Nam immutatio, quæ fit secundùm aspectum, maximè ostendit diuersitatē eius, quod videtur. Sed ante passionem, ne infirmitatem passionis eius discipuli despicerent, maxime intendebat Christus eis gloriam suæ maiestatis ostendere, quam maxime demonstrat claritas corporis, & ideò ante passionem suam gloriam præmonstrauit discipulis per claritatem, Post resurrectionem autem per alia iudicia.

Discipuli à Christo certiores facti de quatuor.

Subitanea ex discipulorum oculis euanescentia suæ gloriæ.

Quarto, apparuit discipulis, cum quibus etiam Thomas erat, Ioannis 20. cui Dominus dixit, *Infer digitum tuum huc, & vide manus meas*. Non ergò tantùm vidit, sed & tetigit.

Iudæi viderunt, 1.Cor.15.

git. Viderunt Iudæi inter quos eſt quadruplex differentia. Primo, apparuit vniuerſis diſcipulis & fratribus, de quibus Paulus dic. *deinde apparuit plus quã quingentis fratribus ſimul*, & iſtis cum multa poteſtate oſtenſionem ſui fecit, præbens ſe eis viuentem poſt paſſionem in ſignis multis. Secundo, Iacobo Alphæi. Nam vt dic. Ioſephus, *Iacobus in paraſceue mortuo Domino votum vouit, ſe nõ comeſturum, donec videret Dominum à mortuis ſurrexiſſe.* In ipſa autẽ die reſurrectionis cũ vſq; ad illum diem Iacobus nil guſtaſſet, eidem Dominus apparuit, ac eis qui cum eo erant, dic. *Ponite menſam & panẽ.* Deinde Dominus panem accipiẽs benedixit, & dedit Iacobo iuſto dic. *Surge frater mi, comede, quia filius hominis à mortuis reſurrexit.* Vnde 1. Corint. 15. *Deinde viſus eſt Iacobo.* Tertio, ſecundum Nicodemi Euangelium, apparuit Ioſepho ab Arimathia in carcerem coniecto, quem Iudæi poſt Sabbathum voluerant occidere, eumq; ſaluis ſigillis liberauit. Quarto Paulo 1.Cor.15 *Chriſtus reſurrexit tertia die, nouiſſimè omnium tanquam abortiuo viſus eſt & mihi.*

Viderunt Elementa. Ambr. *Ex reſurrectione Chriſti aër ſalubrior, ſol candidior, terra facta eſt fœcundior.* Et Maximus in ſermon. dic. *In reſurrectione Chriſti elementa omnia gloriantur. Nam & ſolem ipſum arbitror in hac die ſolito clariorem. Neceſſe eſt enim vt ſol in eius reſurrectione gaudeat, in cuius paſſione condoluit.* Auguſtinus, *Hodie tota creatura lætatur. Gaudet itaque cœlum, quia videt iamdiu peccatis ſordidam terram Domini cruore purgatam. Gaudet multitudo cœleſtis exercitus, quia conflictu regis ſui omnis inimici principis debellata eſt militia. Gaudet ſol quia lugubres illas tenebras, quas Domino moriente pertulerat, lætioribus radijs & perpetua gratulatione recompenſat.* Et David Pſalm.117. *Hæc dies quam fecit Dominus.*

Chriſti reſurrectione lætantur omnia.

Viderunt mixta. Auguſtin. lib. de vit. Domini, dic. *Cum enim appareat ſemen ignis, adhibes lapillum & modicum ferri, & excutis de viſceribus lapilli, quantum opus eſt ignis. Videmus hyemis algentis arbores ſpoliari pomis, nudari folijs ſed rurſum verno tempore ſpeciem exprimere reſurrectionis. Certe herba quæ oritur & moritur, rurſum renaſcitur ex ſemine. Cum mortuum fuerit triticum terræ mandatum, fœcundum reſurgit.*

Sepulchrũ Chriſti quale.

Obſerua etiam ſepulchrum Chriſti, Primo fuiſſe nouũ. Primo ne ſecundum Amb. li. de virg. de monumento veteri alius ſurrexiſſe crederetur. Secundo, propter Chriſti reuerentiam, ſicut.n. in vtero virginis nemo fuit ante eum, ſic in monumento. Tertio, ad deſignãdum, quod qui vult corpus Chriſti ſuſcipere, & in cor ſuum tanquam ſepulchrum ponere, debet nouam vitam habere.1.Cor.5. *Expurgate vetus fermentum.* Et hoc figuratur in ſindone munda, in quam inuoluebatur corpus Ieſu, ad deſignandum conſcientiam puram.

Secundo, ſepulchrum fuiſſe alienum. Primo ſecundum Ambro. quia pro alieno peccato moriebatur. Secundo, ad oſtendendã ſuam paupertatem, quia & in aliena domo naſci, & ſepeliri voluit. Tertio, ad deſignandum ꝙ homo non ſuam, ſed Dei adimplere debet voluntatem, dicendo cum Saluatore, Matth.26. *Non ſicut ego volo, ſed ſicut tu*, Gal.2. *Viuo autẽ iam non ego, viuit verò in me Chriſtus.* Itaq; qui vult ſacram Euchariſtiam in ſepulchro cordis locare, debet propriæ voluntati renunciare.

Tertio, Monumentum fuiſſe Iuſti, ad deſignandum ꝙ in corde iuſtorũ requieſcit, non in corde auarorũ qui bonum iniuſtum detinent. Quarto, Fuiſſe ſigillatum duobus ſigillis, Pilati & Iudæorũ, ſicut cor noſtrũ timore & amore debemus ſigillare, Timore vt peccata caueamus. *Timor .n. Domini expellit peccatum.* Eccleſ.1. Amore, vt pcepta impleamus. Deut.10. *Audi Iſrael quid Dominus Deus tuus petit à te, niſi vt timeas Dominũ Deum tuum & ambules in vijs eius, & diligas eũ, ac ſeruias Domino Deo tuo in toto corde tuo, & in tota anima, & cuſtodias mandata Domini* Quinto, Fuiſſe lapideum, ad deſignandũ pſeuerantiam in bono opere. Sexto, Cuſtodibus munitũ. Sic volens dignè ſuſcipere hoc venerabile ſacramentum, debet cuſtodire cor ſuum. Prouerbiorum quarto: *Omni cuſtodia ſerua cor tuum*, quia *ex ipſo vita procedit*: & ſic de omnibus ſenſibus.

Angeli conſideratio.

Obſerua iterum, ꝙ hic primo deſignatur ætas reſurgentiũ, quia Angeli in ætate iuuenili apparuerunt, in qua Chriſtus reſurrexit, in qua etiã oẽs reſurgemus, Eph.4. *Donec occurramus oẽs in virum perfectum, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti.* Secundo perennis gloria reſurgentium, quia ſedentem in dextris viderunt. Per dextram autem beata ſum[...] vita, per ſiniſtram præſens ſæculum deſignatur. Terti[o] Claritas corporum glorioſorum, quia in veſte fulgenti [...] ſtola candida coopertum iuuenem viderunt, quæ veſ[tis] fulgens & ſtola candida, nihil aliud fuit, niſi quidam fu[l]gor gloriæ & claritas luminis. Ex abundantia.n. gloriæ, an[i]mæ redundabit quidam ſplendor in corpus ſole clarior, [&] delectabilis ad videndum, Matthæi 13. *Fulgebunt iuſti ſicut ſol.* Quarto, Differentia reſurgentium, quia dic. Matth. *Erat autem aſpectus eius ſicut fulgur.* Chriſtus enim glorioſus & ſple[n]dens apparebit iuſtis, & bonis in iudicio, malis autem ter[ri]bilis, propter quod dicent montibus, *Operite nos.* Apo[c.] quarto:

De ſtola enim intellige, eſſe quandam Incipientium, i[d] eſt, qui de nouo ſunt conuerſi qui induuntur ſtola prim[a] ſcilicet, gratia Dei, quæ nulli redeunti negatur, quod ben[e] figuratur de filio prodigo reuertente, de quo dic. pater. *C[i]tò proferte ſtolam primam, & induite eum.* Quandam proficie[n]tium, & iſta eſt pœnitentia quæ neceſſaria eſt proficient[i]bus, vt ipſos dirigat & augmentet. Pœnitentia enim e[ſt] ſtola belli, de qua dicitur 1. Machab. 14. *Iuuenes induebant glo. ia & ſtola belli*, Quandam Perficientium, quæ eſt pe[r]ſeuerantia indumentum perfectorum, vel honeſta app[a]rentia 2. Eſd. *Statuit ſacerdotes per vices dierum ſtolis amicto[s]* Quandam prædominantium, id eſt, in cælo manentiu[m] quæ eſt veſtimentum gloriæ, quo Deus induit triumpha[n]tes. Eccleſiaſtic.15. *Stolam iucunditatis induit eum Dominu[s]* Quandam mundi potentum, quæ eſt indumentum bon[o]rum temporalium & mundi gloriæ. 2. Macha.5. *Vidi per aë[rem] equites diſcurrentes, amictos ſtolis aureis.* Quandam hypocr[i]tarum, quæ eſt ſtola exterioris apparentiæ honeſtæ. Ma[r.] 12. *Cauete a ſcribis, qui volunt in ſtolis albis ambulare.* Vel eſt ſto[]la Nitoris continentium, quædam caſtorum quæ eſt byſ[ſi]na, quã Ioſeph mutatis carceris veſtibus, eſt indutus, G[e]neſis 41. Vnde Leuitic.16. dicitur, quod ſacerdotes ſto[lis] lineis induantur. Byſſus verò eſt linum candidum, caſti[ta]tem deſignans. Stola Decoris qua ſanctè conuerſantes i[n]duuntur, de qua Geneſis quadrageſimo quinto dicitu[r] Quod Ioſeph *ſingulis fratribus proferri iuſſit binas ſtolas. Beniamin vero dedit trecentos argenteos cum quinque ſtolis.* Binæ eni[m] ſtolæ ſunt honeſtas in ſermone & opere, quinque ve[ro] ſtolæ ſunt quinque ſenſuum continentia. *Stola Vigoris* qua induuntur qui continuè ſunt in pugna, & eſt ſtola c[on]ſtantiæ de qua 1. Mach.14. *Iuuenes induebant ſe gloria & ſto[lis] belli.* Stola honoris, qua induuntur viri triumphantes d[e] vitijs, qua Sancti in patria induuntur Apoc.7. *Illi qui erant ante thronũ Dei, erant amicti ſtolis albis, & palmæ in manibus eorum & iſti ſunt, qui venerunt ex magna tribulatione, & lauerunt ſtol[as] ſuas in ſanguine agni* Stola ſplendoris, qua beati contẽplan[]tes ſc. Angeli, & beati qui ſtola gloriæ & ſplendoris fulgẽ[] induũtur, figurati in 24. ſenioribus, qui ſedebant ſup thro[]nos 24. circũamicti ſtolis albis, & hoc hodie in Euãgelio. [I]taq; nõ immerito obſtupuerunt, videntes amotũ lapidem ſedentem iuuenẽ hoc modo, & quidem Angelum, corp[us] Chriſti amotum, intentionem ipſarum locum nõ habere Angelum loqui, & quidem ea quæ habentur in hiſtoria.

Terræmotus in peccatore fit, cum mouetur motu ti[]moris qui expellit peccatum, vel quando terra, quæ io e[]erat ſurſum, fit deorſum. Prouerbiorum vigeſimo quin[]to: *Cœlum ſurſum, & terra deorſum.* Angelus deſcendit d[e] cœlo, & reuoluit lapidem, quando gratia cœleſtis infun[]ditur, duritiem cordis lapideam remouens, & os ad con[]feſſionem aperiens, vel ad laudem Dei. Et vide quò[d] Angelus non reuoluit lapidem, vt egreſſuro Chriſto [a]periret, ſed vt egreſſum eius oſtenderet iam factum quia iam reſurrexerat, ſed ſpiritualiter reſurgit pecca[]tor per contritionem, antequam eos ad confeſſionem [a]periat.

Item motio terræ ſignificat motionem futuram in mu[n]do ad prædicationem Dominicæ reſurrectionis. Deſce[n]ſus Angeli lapidem reuoluentis, gratiam Spiritus ſa[n]cti miſſam, cœlitus corda hominum emollientem. Qu[i] autem, O vos hæretici, vſurarij, impij & Tyranni, reuolu[]lapidem veſtrum à corde veſtro? Si diuina pietas nõ

ite c ... si autem non inuocabitis, manebit super vos & in peccatis vestris ... eternum.

Angeli est, & Diaboli est oppugnatio. Qui dixit illis: *Nolite expauescere. Iesum quæritis Nazarenum crucifixum: Surrexit, non est hic.*] Angelorum est consolari, cælestia pandere, gloriam Dei testari & similia facere. Diabolorum autem est terrere, falsa suadere, fastum & superbiam huius mundi magnificare, & ex toto seducere. Vide ergo eius conuersatione & colloquio vitatis. Non enim nouum est, quod homines plurimi libentius cum diabolo tractent quam cum Angelis. Nolite autem expauescere, si etiam quædam pericula, incommoda & infortunia super iustus veniant, tolletur lapis ille qui premit, resurgetis cum gloria, cum consolatione, cum præmio.

Pauor est multorum. Pauent iusti & sapientes. Sicut enim aurum est pallidū, quod est in metallis excellentius, sic verè cor hominis prudentis est pauidum, Prouerbiorum 28. *Beatus homo, qui pauidus est semper.* Iob vigesimo sexto. Columnæ cæli tremunt & contremiscunt ad nutum eius. Pauent autem primo, propter splendorem negotiorum & excellentiam miraculorum illorum, quæ arguunt diuinam maiestatem & ardua illius opera. Iacob Genesis 28. visa visione, pauens dixit, *Quam terribilis est locus iste.* Secundo, ad stuporem iudiciorū Dei apparentium, quorum causæ sunt ignotæ, vt est tribulatio iustorum, prosperitas malignorum, mutationes temporum & regnorum. Vnde de Ægypto dicitur, Isaiæ decimo nono: quod *omnis qui illius fuerit recordatus, pauebit à facie consilij Domini, quod ipse cogitauit super eam.* Quid autem non facerent hodie istæ tres mulieres? Tertio, ad horrorem flagitiorum accidentium, secundo Regum decimo septimo, *Fortissimus quisque, cuius cor est quasi leonis, pauore soluetur.* Et quantum commiserunt Iudæi, & quid illa corporis amotio monebat mulieres? Quarto, ad terrorem periculorum imminentium, Ester decimo quarto: pauens periculum quod imminebat, confugit ad Dominum. Et 2. Paral. 20. *Irruit pauor Domini super vniuersa regna.* Et mulieres multa habebant propter quæ expauescerent, vt dictum est. Aliter stulti & impij pauent, quia ipsi delinquentes sunt. Prouerbiorum decimo: *Pauor his qui operantur malum.* Miseri pauent, quia sunt inconstantes. Prouerbiorum decimo: *Pauor pauperum, egestas eorum.* Pauent damnati, quia sunt desperantes, vt iudicati ad mortem, multo ergo fortius qui sunt in inferno. Talis autem pauor nō est in paradiso, ideo Angelus dic. *Nolite expauescere.* Quare? Ante omnia, quia *Iesum Nazarenum crucifixum quæritis.* & ibi comprehendit omnia, vt non habeat mulieres quod dubitent, quo minus rectè informentur. Quærit autem Deus conuersionem nostram, vt nos possit ad statum gratiæ & gloriæ reuocare, quod in pastore errantem ouem, & muliere drachmam

Quærit Deus, & homo & hostis. quærente figuratur. Quærit iustus vitæ perfectionem & suā saluationem, non minus quam animalia naturaliter quærunt, quæ sibi sunt vtilia. Quærit impius mundum corruptorem & desiderij sui satisfactionem. Quærit diabolus nostram damnationem. Quærit mundus rerum possessionem. Quærit corpus carnis nostræ infectionem. Sed sicut nos Christus quæsiuit vsque ad Crucem & post Crucem, sic & istæ tres mulieres quæsierunt: & nos eum quærere debemus. Item quærenda est interna sapientia, Prouerbiorum decimo quinto. *Cor sapientis quærit doctrinam.* Et 1. Corinthiorum decimo quinto: *Iudæi signa petunt, Græci sapientiam quærunt:* & illa non nisi à Deo peti & haberi potest: itaque si Deum habebimus, habebimus & sapientiam. Item fraterna amicitia. Genesis trigesimo septimo: *Fratres meos quæro, indica mihi, vbi pascant greges.* Istæ mulieres vt docerentur, de Christo resurrectiuro, & fide plenius, iterumque vt suum amorem erga mortuum ostendant, quærunt Christum. Item operum efficaciæ sanctitudo, vt de illa muliere, Prouerbiorum trigesimo primo dicitur, *quæsiuit linum & lanam, & operata est consilio manuum suarum:* & hæc emerunt aromata Pax & concordia. Ieremiæ vigesimo nono: *Quærite pacem ciuitatis, ad quam transmigrare vos feci.* Fidelis permanentia. 1. Corinthios. 4 [Hic iam quæritur inter dispēsatores, vt fidelis quis inueniatur.] Virtutum opulentia, Matthæi decimo tertio: *Simile est regnum cælorum homini negotiatori, quærenti bonas margaritas,* scilicet virtutes. Iustitia & æquitas. 1. Machab. 2. *Descenderunt multi quærentes iudicium & iustitiam in deserto.* Cœlestis eminentia. Matth. 6. *Primum quærite regnum Dei.* & Col. 3. *quæ sursum sunt, quærite.* Finis vltimus huius semper est Deus, propter quē eū quærere debemus. Quæratur igitur Dominus refugium securissimum. Psal. *Quærite Dominum & confirmamini, quærite faciem eius semper.* Tanquam remedium felicissimum, Lucæ 6. *Omnis turba quærebat eum tangere, quia virtus de illo exibat & sanabat omnes.* Tanquam palatium quietissimum. Eccl. 24. *In omnibus requiē quæsiui, & in hæreditate Domini morabor.* Tanquam spectaculum pulcherrimum, Lucæ 19. *Quærebat Iesū videre, & non poterat.* Tanquam fortissimum propugnaculum. Iob nono: *Si fortitudo quæritur, robustissimus est.* Quærēdus iterum est, cum passione. Lucæ secundo: *Dolentes quærebamus te,* sicut & hodie. Cum deuotione, sicut etiam hodie, cum læta congratulatione, Ps. 104. *Lætetur cor quærentiū Dominum.* Et Psalm. 5. *Lætentur omnes qui sperant in te.* Cum

Quærunt frustra, qui. continuatione. Psa. 4. & 104 *Quærite faciem eius semper.* Quidam quærunt & nihil accipiunt, vt qui in principio fuit optimi, & in fine vitæ mali. Cant. 3. *Quæsiui eum, & non inueni.* Similes spiritui immundo, qui exiens non inuenit requiem. Matt. 12. Alij sunt non quærentes, sed accipientes, vt qui in principio ad nullum bonum vacant, sed tamē de Dei misericordia conuertuntur ad salutem & gloriam assequuntur, vt Paulus, Magdalena, latro in cruce. Isaiæ 64. *Inuenerunt me, qui non quæsierunt me.* Quidam sunt quærentes & inuenientes, sicut generaliter omnes boni. Matthæi 7. *Quærite & inuenietis.* Quidam nec quærentes nec inuenientes, vt omnes mali. 2 Paral. 15. *Si quis non quæsierit Dominum, moriatur.* Et nota quod non sine exiguā laus & commendatio, quod Angelus propter istas tres mulieres hic positus, eas in tanto opere exhilarauit, & bene remuneratæ sunt nouitate historiæ resurrectionis inexpectata, & noua cōmissione ad Apostolos in renunciatione eius. Quid debebāt facere, quid dicere: *Surrexit.* Ecce præ gaudio vix hæc possunt eloqui. Sic Ecclesia sacrosācta imitatur, dic. *Resurrexi,* &, *In resurrectione tua Christe,* halleluia, & similia cantando.

Christus quare surrexit. Surrexit autem primo, propter diuinæ iustitiæ commendationem, ad quam spectat exaltare eos, qui se humiliauerunt propter Deum. Lucæ 14. *Qui se humiliat, exaltabitur.* Philip. 2. *Exinaniuit semetipsum formam serui accipiens, propter quod exaltauit illum.* Secundo, Ad fidei nostræ instinctionē. Est autem fides nostra de diuinitate & humanitate Christi, nec sufficit vnum sine altero credere. Vt autem confirmaretur fides diuinitatis ipsius, oportuit ipsum resurgere. Ideo iam tunc antequam resurrectionem suam manifestauerat, dubitauerunt illi duo discipuli, euntes in Emaus, Luc. vltimo, Nos *sperabamus, quod ipse redempturus esset Israel.* Tertio, ad nostræ spei subleuationē: quia dum videmus Christum resurgere, qui est caput nostrum, speramus & nos resurrecturos: Iob decimo nono: *Scio quod redemptor meus viuit, & in die nouissimo,* &c. 1. Corinthior. 15. *Si Christus non resurrexit, inanis est prædicatio nostra, inanis est fides vestra. Sicut in Adam omnes moriuntur, sic & in Christo omnes viuificabuntur.* Quarto, propter suam sanctificationem. quia indignum erat vt Sanctus Sanctorum teneretur à morte. Actor. 2. *Quem Deus suscitauit solutis doloribus inferni.* Psal. *Non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem.* & hoc propter diuinitatis in eius corpore existentis præsentiam. Quinto, propter Euangelij prædicationem. Psal. 15. Luc. vltim. *Et sic oportebat Christum pati, & prædicari in nomine eius pœnitentiam & remissionem peccatorum in omnes gentes.* Ro. 6. *Christus resurgens ex mortuis, iam non moritur vltra, ita & vos existimate mortuos esse peccato, viuentes autem Deo.* Sexto, propter nostram iustificationem. Rom. 4. *vt sicut per suam mortem mortui sumus peccato; sic & per suam resurrectionem iustificati a peccato iustitia viuamus.* Ephes. 5. *Surge qui dormis, & exurge à mortuis & illuminabit te Christus.* Itaque clamemus iterum Victoria, victoria, Io triumphe.

Surrexit Christus multis modis. Surrexit præterea multis modis. Et primo quidem subtiliter sine resistentia ad modum solis iuxta illud 2. Mach. 1. *Refulsit sol, qui prius erat sub nubilo.* Flor quidam est campi iob. lis, habens asperum stipitem & quinque folia rubea, & potest naturaliter exire terram, sine læsione ipsius perietus & apertione: Sic Christus pertulit asperitatē crucis & habuit quinque vulnera, & exiuit de terra. Et sic patet

in figu-

in figura Ionæ. Ideo merito hodie omnes fideles debemus gaudere, quia nos etiam in subtili corpore resurgemus I. Corin.15. *Seminatur animale, surget spirituale.* Sed mali resurgent cum crasso corpore. *Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur,* per dotes scil. glorificati corporis: Soli .n. boni ad gloriam resurgent. Et nos debemus spiritualiter resurgere, & subtiliter, deponentes omnem crassitiem cuiuslibet corruptibilitatis, cogitationum locutionum, & operationum, Ephes.4. *Vos autem ita didicistis Christum, & in ipso edocti estis, sicut & veritas in Iesu, deponere vos secundum pristinam conuersationem veterē hominem qui corrumpitur secundum desideria erroris.* Col.4. *Si surrexistis cum Christo.* & hoc significat prime littera S. Secundo, Sol corporalis vtiliter sine negligentia surrexit, qui educit flores de terra, & hoc patet per secundam literam V. sic & Christus surrexit vtiliter, quia flores spirituales, id est, sanctorum patrum animas de terra eduxit tenebratum. August. in serm. Paschali. *Sicut Panthera triduo dormiens cum surgit, odorem itu suauem, de ore emittit, vt quæcunque animalia illum senserint, ipsum sequuntur.* Sic Christus tertia die resurgens de spelunca inferni, odorem diuinitatis emisit, quem patres pio cum affectu, & plurimum oblectati cum gaudio magno sequebantur. Cant.1. *Trahe me post te.* Item surrexit vtiliter, quia non solus, sed cum multis, & vt granum frumenti prodijt hodie. Tertio, surrexit R. uerenter, quod tertia significat littera, qui in magnis radijs, claritate seu fulgore, Matthæi decimo tertio: *Fulgebant iusti sicut sol.* & sic nos debemus surgere & apparere in morum splendore, & vitæ sanctitate. Matthæ. 5. *Sic luceat lux vestra* primæ Petr. secundo: *Conuersationem vestrā inter gentes habentes bonam.* Quarto, Surrexit euidenter sine diffidentia. Nam sicut ortum solis non solum percipiunt montes, sed etiam valles, sic etiam resurrectio Christi ita fuit euidens, quod non solum montes, id est, Apostoli, sed & milites cognouerunt & Iudæi. Quinto, Potenter cum claritate & gloria. Bene legimus alios suscitatos, sed non surrexisse propria virtute. Sexto, Integraliter sine defectu, quia nec menum nec pedem dimisit in sepulchro, & nihil in eo fuit, quod glorificatum non fuit. Sic nos integraliter debemus resurgere, vt nihil in nobis remaneat, quod à peccato non resurgat, manus, id est opera, & pedes, id est, affectiones debent resurgere. Sed nunc aliqui remittunt pedem in sepulchro, aliqui manus. Septimo, Triumphanter sine mœstitia, quia triumphauit victa morte & auctore mortis, iuxta illud Romanorum sexto: *Christus resurgens à mortuis.* Sic & nos hodie debemus resurgere à morte animæ, vt de cætero non moriamur in transgressione, dicentes cum Psalmo centesimo decimo septimo: *Non moriar, sed viuam.*

Aduerte etiā quod surgere est mentis eleuationis. Eph. 5. *Surge qui dormis, & exurge à mortuis. & illuminabit te Christus.* Præterea est diuinæ suscitationis, surrexit non est hic. Insuper tribulationis, illud scil. quo sancti post mortem surgunt de miseria mundi ad gloriam paradisi. Et propter hoc potest dicere cuilibet animæ beatæ, illud Isa. 60. *Surge illuminare Hierusalem.* Postremò est superbæ contradictionis, quia superborum alter insurgit contra alterum, & alter semper surgere vult, & erigi contra alium. Lucæ 21. *Surget gens contra gentem.* Item surgere debemus ad amplexandum Deum per dilectionem, & sic dicit animæ, Cant. secundo. *Surge propera, amica mea.* Ad deprecandum per deuotionem, sic dicitur Ionæ dormienti, cap. primo *Surge, inuoca Deum tuum.* & Apostolis dormientibus dictum est, Lucæ vigesimo secundo: *Surgite & adorate, ne intretis in tentationem.* Ad hostes impugnandos, Isaiæ vigesimo primo: *Surgite principes, accingite gladios.* Ad mortem meditandum, Ieremiæ decimo octauo: *Surge & descende in domum figuli.* & dicitur ibi, quod cum intrasset domum, confractum est, quod faciebat figulus super rotam. Ad plebem informandem. Ionæ primo, *Surge & vade in Niniuen ciuitatem magnam, & prædica ibi.* Ad iter peragendum, Matthæ. nono: *Surge, tolle grabatum tuum, & ambula.* Ad mundum fugiendum, Matthæi secundo: *Surge accipe puerum & matrem eius, & fuge in Ægyptum.* Ad ipsum manducandum, tertij Regum decimo nono, *Surge comede, grandis enim tibi restat via.* Ad culpam confitendum, Ecclesiast. ... primo: *Si gratum fueris in edendo multum, surge de medio & vome.* Psal. *Media nocte surgebam ad confitendum,* & cæt. Surgamus propter corripientem, propter dispositionem status deficientis, propter inquinationem loci inficientis.

Non, Non est peccabilis, quia peccatum non fecit, ideo non est & alius homo in sepulchro. Non est falsus, quia *non est Deus, vt homo, vt mentiatur, nec vt filius hominis, vt mutetur.* Numer.23. Non est vanus, aut mutabilis, quia ipse est *apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio* Iacob. primo: Ideo Psalm. *Tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient.* Malach tertio: *Ego Dominus qui non mutor.* Non est mortalis amplius aut corruptibilis, quia *vltra non moritur,* Romanorum sexto: Non est iniquus, quia nec peccatum facit, nec consentit peccato, imo magis prohibet: vt maximè peccatum Veneris, quod carnē maculat, ex eris, id est superbiæ, quod sursum eleuat, funeris, quod pigrum vinculis captiuat, hoc est accidia. Sceleris quod ira emittit, hoc est seuitia. Fœnoris, quod opes cumulat, hoc est, auaritia. Leoris quod in ventre pullulat, hoc est, gastrimargia. Pectoris, quod bonos iugulat, hoc est inuidiæ. Et quilibet inquinatur, debent valde esse solliciti de hoc *Non,* vt non sint. Sed maximè omnes peccatores gaudent isto, *Non,* quo sua que vitia excusant. Sed hoc, *Non,* claudit Dei benignitatem, negat omnem iucunditatem, infert omnem crudelitatem, aufert omnem stabilitatem. Non, verè accipitur.

Vide autem quia Christus surrexit à mortuis tam gloriosè, quod non tantùm Est, sed est in perpetuum, cuius regni non est finis, & quem Iudæi volebant non esse, debent videre sicut & omnes impij & hæretici eum esse in Ecclesia, in sacramentis, in omnibus, eumque esse, qui veniet ad iudicium, & debit bonis præmia, malis pœnam & damnationem. De cuius Esse sanctus Ioannes Euangelista suum Euangelium incepit tanquam aquila, altè volans, In principio erat verbum. Omnia reliqua cœperunt, ille semper est, & ab illo cœpit omne, quod est.

Et attende quod, Est, sed non est Hic. Nam, hic, est locus expectationis, quia hic *oportet viuere in spe & patientia, & expectare beatam spem, & aduentum gloriæ magni Dei.* Tit. secundo: Vnde Abraham ascendens in montem, legitur dixisse duobus pueris suis, Genesis vigesimo secundo: Expectate hic cum asino. Asinus patientiam designat, quia Abraham, id est Christus, quando montem paradisi ascendit, in spe, expectatione & patientia pueros & seruos suos viuere persuasit. Marc. vigesimo quarto: *Sustinete hic.* Sed illud Hic non conueniebat Christo, ideo non est hic. Item est locus liberationis de periculo damnationis æternæ per fidem & charitatem, Genesis decimo nono: Loth audiens Sodomam perituram, dixit Domino, *Non possum saluari in monte, est ciuitas hic iuxta parua, ad quam possum fugere, & saluabor in ea,* Ideo in mundi eminentie non est salus, nec hic Christus esse voluit. Item est locus quietis in statu Ecclesiæ religionis vel gratiæ, ideo cuilibet quietem amanti, dicitur illud, Ruth quarto, *Declina parumper & sede hic.* Et 4. Regum 2. *Sede hic, quia Dominus misit me.* Sedere enim quietem significat. Item est locus dispensationis, quia hic sunt prælati, quibus emeritis dispensāt beneficia, & curati, qui pœnitentibus dispensat sacramenta: & Deus & Sancti, qui dispensant cunctis gratiarum & virtutum suffragia. 1. Cor. 4. *Hic iam quæritur inter dispensatores.* Sed dispenset super omnia Christus, ideo hic illi locus non est. Item est locus eruditionis in figura, Ioannis sexto: *Est puer hic vnus.* Puer est Christus, sed non amplius hic administrabit residens, sed in cælo gloriosus. Item hic est locus castigationis, quia hic debet homo coercere & corrigere suos vagos appetitus, Iob trigesimo octauo: *Hic confringes tumentes fluctus tuos.* Sed quid hoc ad Christum? Item est locus longæ peregrinationis, quia ciuitas ista non est manens, sed transiens, Hebræorum decimo tertio: de hoc mundo ad patrem. Sed Christi peregrinatio finita iam fuit, ideo non est hic. Item est locus longæ mansionis vsque ad mortem, non per mundum & mundi negotiis diuagari, quarto Regum secundo, *Non egrediar, sed moriar.* Et Exodi vigesimo quarto: *Expectate hic, donec reuertar.* Sed mansit Christus diu, hic mortuus, & expectarunt, donec ab inferis reuerteretur: tunc vero expectant, donec reuertatur

ad iudi-

Margin notes: Surgendi cum subtili corpore. — Euidenter Christus resurrexit. — Surgere quid. — Surgendi ad quid. — Non, verè accipitur. — Hic admirabili explicatur. — Coercendi mali appetitus.

vt... Item est locus meditationis. Lucæ vigesimo tertio: *Sustinete hic, & vigilate.* Hæc omnia absoluit Christ⁹. Item est locus introductionis, quia ista est via & porta eundi in cœlum. Genesis vigesimo octauo: *Verè non est hic aliud, nisi domus Dei, & porta cæli.* Sed iste locus vtilis ad habitandum Christo ampliùs non erat: ideo Non est hic. Item est locus ad promerendum, Iam omnia fecit Christus & compleuit. *Surrexit ergo Christus & non est hic.* Non est inter vsurarios, luxuriosos, hæreticos & alios, non est hic, quia partem cum illis non habet, noli ergo inter illos eum quærere. Non est in inferno, nisi per potentiam, & æquitatem qua punit damnatos. Non est in purgatorio, nisi per potentiam & consolationem & liberationem. In cælo autem est per gratiam gloriam & omnia, licet vbique sit, sed distinctè. Timete autem Auditores, ne de vobis dicatur, *Non est hic.* Peius enim dicitur, quàm de thesauro ablato, cui solet eiusmodi inscriptio fieri, quia plus de terrenis quam cœlestibus cogitant; quamuis & illi malè hoc applicent.

Causa resurrectionis Christi plures, breuiter dicuntur.

Enumerantur & plures, & alio modo rationes resurrectionis, quas hic breuiter recensebo. Prima, est ea parte iustitiæ, quia cum non peccasset Christus, non debebat puniri. Secunda, ea parte sapientiæ Dei, quæ ordinat omnia, quia anima debuit coniungi corpori facta redemptione humana, propter quam fuerat à corpore separata. Tertia, ex largitate Dei, quæ omnibus creaturis suis dat perfectionem & omne bonum, quod secundum naturam ei competit. Iacob. primo: *qui dat omnibus affluenter.* Christi autem corpus poterat recipere gloriã resurrectionis quia fuit corpus gloriosi Dei. Quarta, à Maioritatis decentia, qui habet principale, debet etiam habere accessorium, sed corpus Christi habebat semper Deitatem, ergo & gloriam debebat habere, quæ Dei est, hæc autem est gloria resurrectionis. Quinta, Vt anima inflammetur ad bene agendum, nam assueti corporalibus, magis diligimus bona temporalia. Gloria autem corporis, bonum corporale est, quam dum in Christi corpore speculamur, quæ etiam nobis promittitur, Philipp. tertio: *Saluatorem nostrum expectamus*, magis ad bene operandum accendimur. Sexta, Vt naturale desiderium compleatur, quod frustrari non potest, eo quod ostenderet imperfectionem æternitatis Dei. Sed naturale desiderium animæ inest, corpori reuniri, & cum eo simul glorificari, Et Christi resurrectio est causa nostræ resurrectionis. Septima, à virtute supernaturali quæ fuit in Christo, qui maiorem virtutem habuit ad viuificandum, quam Adam ad mortificandum, Romanorum secundo. Sed Adam transmisit mortem in se, & omnes posteros, ergo multo magis Christus suscitauit se, & omnes alios virtute suæ potentiæ. primæ Corinthiorum decimo quinto: *Sicut in Adam omnes moriuntur*, &cæt. Octaua, A Christi humilitate, quæ debebat secundum legem Dei exaltari. Vnde data est illi omnis potestas, Matthæi vigesimo octauo. Nona, A Christi obedientia. Multis sanctis obedientibus Deo, obediuerunt creaturæ & mors & vita; cur non & Christo obedientissimo mors & vita obedirent? Ioannis decimo: *Potestatem habeo ponendi animam meam, & iterum sumendi eam.* Decima, est propter reuerentiam fidei Christianæ & euadendam irrisionem infidelium, quæ maximè sequeretur, si Christus non resurrexisset, & diceretur Dominus, Christianorum quidam mortuum Deus. *Non est autem Deus mortuorum.* Matthæi vigesimo secundo. Vndecima, ad fidem nostram confirmandam. *Vt credamus & confiteamur, quia Dominus noster Iesus Christus est Deus & homo.* Ioannis decimo quarto: *Creditis in Deum, & in me credite.* Si Christus victus à morte fuisset, non habuisset omnipotentiam Dei, quam magis in absorbenda morte demonstrauit. Similiter non fuisset homo, quia filius Dei in triduo mortis non fuit homo, cùm anima fuit à corpore separata. Duodecima, est complementum fœlicitatis æternæ, quæ consistit in cogitatione deitatis & humanitatis Christi. Ioannis 17. *Hæc est vita æterna*, &c. Itaque victoria, victoria.

Deitas cũ corpore Christi semper.

Casus hominis quadruplex.

Cecidit ô homo quadruplici casu, & ideo gloriosâ resurrectione indigebat. Primo, p mortẽ corporis, ideo indigebat resurrectione corporali. Secundo, p mortẽ mẽtis, & ideo spirituali. Apoc. 9. *Beatus qui habet partem resurrectionis.* Tertio, per mortẽ vetustæ cõuersationis. ideo sacramẽtali. Ro. 11. *Sicut Christus resurrexit à mortuis.* Quarto, p mortem infidelitatis, ideo resurrectione exẽplari. Nũquam. n. credidisset homo resurrectionis sacramentũ, nisi eũ habuisset in exẽplum. Probatur ergo resurrectio Christi per scripturas veteris & noui testamenti. Per testimoniũ cæleste scili. Angelorum, dic. *Surrexit.* Terrestre vt trium mulierũ istarum, & aliarum, militum, Pilati, & Apostolorum, videntium, tangentium, comedentium. Et infernale, quia *multa corpora Sanctorum apparuerunt multis*, Matt. 27. Item per rationes quas adduximus. per figuras Samsonis. Ionæ. Et per exempla naturalia. Leo tertia die rugitu suos catulos suscitat. Et Phœnix renouatur, & per modos qui supra ea nomine positi sunt.

Resurrectio Christi diuersis argumẽtis probatur.

Ecce locus vbi posuerunt eum.] Nunquam, *Ecce* in scriptura ponitur, nisi quiddam arduum & notabile debeat dici. De re mira, vt habem⁹ de partu virginis. Isa. 7. *Ecce virgo cõcipiet.* De re noua Apo. 21 *Ecce noua facio omnia.* De re magna Lu. 2. *Ecce Euangelizo.* De re insolita & ignota. Mal. 4. *Ecce mittã vobis Eliam Prophetam.* De re prompta Isai. 6. *Ecce ego, mitte me.* Omnia ista cõcurrunt in hodierno nostro, *Ecce.* Sumitur itẽ demonstratiuè, De re certa si fit sermo, vt hodie, *Ecce locus.* De re præsenti. *Ecce agnus Dei.* Ioan. 1. De re vili, Iudith. 4. *Ecce Holofernes iacet in terra.* De re miserabili seu pia, Ioan. 19. *Ecce homo* Danie. 13 *Ecce morior, cum nihil horum fecerim* Quid ais Angele Dei, quid vis quod dicas, *Ecce & ecce locus* O magna & admiranda. Ecce de quo omnes Prophetæ dixerãt, quem totus mundus Redemptorẽ credebat, mortuus est, & sepultus fuit: *Ecce locus.* Ille præter totius orbis expectationem ex clauso sepulchro militib⁹ custodiẽtibus, diluculo cum gloria, & cum triũpho, patribus è limbo secum adductis resurrexit. *Ecce locus*, & sic de alijs Ecce quẽ totus mundus capere nõ poterat, cõtentus hic fuit. *Ecce locus.* Inaudita & plena salutis gaudia hodie cælo & terra insonuerunt, & incepta, vbi mor⁹ fuerũt sperata. *Ecce locus* Hic sepultus. hic resurrexit, De⁹ creãs & generãs, qui dic. Isai. 65. *Ecce ego creo cælos nouos, & terram nouam* & Ierem. 31. *Ecce tu fecisti cælum & terram.* Hic Deus iuuans & liberans Psalm. *Ecce Deus adiuuat me, & Dominus susceptor est animæ meæ.* Hic Deus pungens & verberans. Ierem. 25. *Ecce in ciuitate in qua inuocatum est nomẽ meum, incipio affligere.* & 46. *Ecce quos ædificaui, ego destruo, & quos plantaui, ego euello.* Ecce locus vbi quieuit, resurrexit & visus est, Hic Deus, ad quẽ spectat regimen totius vniuersi. Isai. 32. *Ecce in iustitia regnabit rex. Ecce locus.* vbi victa morte, mundo & diabolo, se regẽ & Dominum vniuersi ostendit, rex cum sua iustitia. *Ecce locus.* Deus visitans & cõsolans quieuit hic Isa. 62. *Ecce Saluator tuus venit.* Deus patiens & miserans triduum substitit vsq; dum miseratione suam maximã demonstraret. *Ecce locus.* de illo Psalm. *Ecce oculi Domini super metuentes eum. & in his qui sperãt super misericordia eius.* Quæsiuit ille peccatores vt misereatur si resipiscant, & obduratos puniat, innẽtus fuit in terra, *Ecce locus.* Deus superans & vincẽs respirauit post arduum prælium Apoc. 5 *Ecce vicit leo de tribu Iuda. Ecce locus.* Certe locus cælo & hominibus adorandus: quem adhuc ex toto orbe visitant pij, vt S. Ecclesia recolit Ecce hic locus ostendit, quam mundus sit arctus & sterilis locus, quã dur⁹ & flebilis, loc⁹ superbiæ & elationis, auaritię & ambitionis, iniustitię & crudelitatis, fraudulẽtię & deceptionis, immũditiæ & infectionis, quia talẽ locum Christus nunquam habitauit, nec ibi requiescit. Ecce hic locus ostendit, quis sit locus cõscientiæ. Apes de suis aluearibus proijciunt fæces suas. Peccator conscientiam suam lachrymis purgare & odore bonorum operum fragrantem reddere. Psal. n. *Deus in loco sancto suo.* Talis est locus Christi vbi vult poni. Ecce hic locus ostendit, quis sit locus Ecclesia vel Religio, vbi manet Christus & vult reponi. 4. Reg. 14. In qua dicitur, *Contentus esto gloria tua, & sede in loco tuo.* Non autem hæresis: locus est Christi, Vide igitur Germania an sit locus Christi, quæ nihil facit Ecclesiam aut religionem veram. Ecce iste locus ostendit, quis sit locus inferni nimirum locus timoris inæstimabilis, erroris ineuitabilis, retentionis inenasibilis, laboris incessabilis, ardoris inextinguibilis, ab hoc loco tã cito rediit Christus, tanquã horrido & impio, à quo quãto desiderio oẽs damnati eruperent,

Ecce ad verbum declaratur.

Locus sepulturæ exprimitur.

Ecclesia & Religio quis locus.

eupetent,

cuperet, si possenet? Et vos Auditores tam parũ illuc venire timetis & curatis? Ecce locus ostẽdit, quãtus locus sit Paradisus ad quem cum patribus liberatis, primo venit, quãtus locus sit cælum quo ascendit cum suis, & ibi perpetuo viuit regnat & triumphat. Ecce ergo tu locus, in quo estis in hoc mundo non securi, sed semper infirmi & moribundi. quid de eo gloriamini aut præsumitis, qui forte cras estis tumulãdi? Et qui estis in dignitatib⁹ & gradib⁹, ecce locus vester vbi posuerunt eum, nondum.n. habetis nomẽ, quia nescitur quomodo administrauetitis: aut si nomen meretis, ecce asini in loco tapetibus strato, & nescitis quãdo de iciamini, quam rationẽ estis reddituri, quid de vobis loquãt homines, & qualis locus iste requirat, & an vos locum vel locus vos honoret: quam turpe erit de vobis post. Ecce locus vbi erat repositus, sed ecce quam miser, quã abiectus. & sic de reliquis. Ecce vltimo locus post mortem, cui nihil satis erat, quẽ omnes prosequebantur, & omnes volebat mortuos, ecce locus putredinis & fœtoris Ecce locus diuitis helluonis in inferno, qui tãtus erat in mundo. Ecce locus Lazari, qui tam vilis erat in mundo. Ecce locus vnde sibi veniat auxilium, sicut sanctus Stephanus vidit ibi Christum stantem, & Paulus vocem tonantem audiuit. Ecce locus Sanctorum in Ecclesia venerandus & colendus.

Eum pronomen explicatur.

Quod autẽ dicat. *Eum*, significat non esse nomen quod possit maiestatẽ & gloriam Christi exprimere: Licet.n. multa nomina habeat, nullum tamen illum plenè cõplectitur: Vnde & ipse Deus dixit Gen. 32. *Cur quæris nomen meum quod est mirabile*, Isai. 9. *Vocabitur nomen eius admirabilis, consiliarius*. & Apoca. 1. dicitur, *Gratia vobis & pax ab eo qui est, qui erat, & qui venturus est* Deus pater significatur per *Eum*, patet Io. 14. *Domine ostende nobis Patrem Philippe qui videt me, videt & Patrẽ meum, & amodo cognouistis eum, & vidistis eum* i. Patrem. De⁹ filius intelligitur per *Eum*. Vnde in persona Patris loquẽtis de filio dicitur 3. Reg. 7. *Ego ero ei in Patrem*. Sic Deus Spiritus S. designatur, sicut de Spiritu sancto Christus loquens dicit, Ioann. 16 *Cùm assumptus fuero, mittam vobis eum*. Ille est adorandus. Psal. *Adorate eum omnes Angeli eius* Honorandus, Ecclesia. 38. *Dedit hominibus scientiam altissimus*. Exaltandus, Ecclesiast. 34. *Exaltate eum quantum potestis quia maior omni laude* Laudandus, Psalm. *Laudate eum in excelsis*. & Musice laudet, *in suo tuba, psalterio, & cithara, tympano, & choro chordis & organo, cymbalis bene sonantibus, cymbalis iubilationis. Omnis spiritus laudet Dominum*. Tenendus, Cantic. tertio: *Tenui eum nec dimittam*, sed sepulchrum eorum dim fit, quia Christi maior gloria. Frequentandus. De sapiente dici potest illud, Ecclesiastic. *Omnis sapientia à Domino Deo est*, & cum eo fuit semper, & est ante æuum, vt sic quilibet dicat illud. *Cùm eo eram cuncta componens*. Prouerbiorum octauo. Cõ. enim lindus. Numer. 24. *Videbo eum, sed non modo, intuebor eum, sed non propè* Formidandus. Matthæi 10: *Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere, sed potius timete eum qui potest corpus & animam occidere & mittere in gehennam*. Visitandus. Ioannis 14. *Ad eum veniemus & mansionem apud eum faciemus*. Ipsius essentia nunquam moritur, potentia nunquam vincitur, clementia nunquam arescit, sapientia nunquam decipitur, & iustitia nunquam variatur præsentia nunquam effugitur. Ecce quantus erat, quem locus cõtinebat, quem mulieres visitabant, quem Angelus annunciabat, & post resurrectionem locum, & quæ aderant, custodiebat.

Formidandus ante omnia Deus.

Sit nomen eius benedictum in sæcula, ante solem permanet nomen eius. Multa millia ministrabant ei, Daniel 7. & potestas eius potestas æterna, in cuius signum Angelus hic visus est *A summo cælo egressio eius* Psalm. & Mich. quinto: *Egressus eius à diebus æternitatis*. Lucæ secundo: Inuenerũt puerum cum Maria matre eius & procidentes adorauerũt eum, cum transiret mundum, *Sui eum non receperunt*. Ioann. primo: In cruce mortuus est. Isaiæ quinquagesimo tertio: *Vidimus eum, & non aspectus vnde nec reputauimus eum, verè dolores nostros ipse portauit*. Et paulo post. *Disciplina pacis nostræ super eum, & liuore eius sanati sumus*. Ad vitam rediit Galat. primo: *Deus suscitauit eum à mortuis*. *Vbi posuerunt eum*. Ad cælos ascendit. Actor. primo: *Quemadmodum vidistis eum euntem in cælum*. In cælis gloriatur. Isaiæ sexagesimo. *Gloria libani data est ei, decor Carmeli & Saran* Cantic. quinto: *Dilectus meus candidus & rubicundus, electus ex millibus, caput eius, aurum optimum: coma eius, sicut elatæ palmarum, oculi eius sicut columbæ gena illius sicut areola aromatum, labia eius distillantia myrrham primam, manus eius tornatiles, aureæ, plenæ hyacinthis, venter eius eburneus, distinctus Sapphiris, crura illius columnæ marmoreæ. species eius vt libani, electus vt Cedri*. Hunc mulieres sanctæ quærebant.

Christi in cælo gloria.

Sed ite, dicite discipulis eius, & Petro, quia præcedet vos in Galilæam, ibi eum videbitis sicut dixit vobis.] Visio est tota merces, & nisi videamus Deum nulla est salus, & nisi ibi, nullibi videbimus. Ibi ergo est nostra vita, salus, victoria, gloria, portus & anchora, ibi sunt gaudia immortalia, ibi sancta Trinitas, gloriosa virgo patrona nostra, omnes sancti Angeli & electi Dei, ibi nulla mors, nullum malum, ibi videbimus propter quæ hic passi sumus, & si ibi non erimus, mortem æternam & omnes cruciatus patiemur. Ibi ergo debet esse nostra intentio, mens, vita & gaudium.

Dicenda quæ maxime hodie.

Iam ergo quid dicam vobis hodie Auditores, quid? Primo Triumphum Christi nobilem, mors enim & vita mirando conflixere duello, sed Christus vicit mortem diabolum & mundum. salue ergo festa dies, qua mors absorpta est, & manu inermi crucique affixa Christus aëreas potestates debellauit. Ita facite Auditores & huiusmodi hostes vincite & laudate Dominum. Secundo, Dico vobis expoliatum infernum, confractas portas, patres sanctos liberatos. Extrahamus & nos animas parentum nostrorum de purgatorio, beneficijs & orationibus nostris & laudemus Dominum. Tertio, Dico vobis spem generis humani infallibilem, quia Christus rex noster & caro & frater noster gloriosus in anima & corpore hodie resurrexit, cuius resurrectio est causa & forma nostræ resurrectionis, & ideo firmiter sperare debemus, quod sicut ipse resurrexit, ita & nos resurgemus. Annunciemus ergo hominibus, vt deinceps in spe beatæ resurrectionis viuant, quæ spes facit omnia aduersa patienter & libenter tolerare. Ideo, *Salue festa dies* Quarto, Dico vobis miserationem & affectum mirabilem. Quia licet Christo post resurrectionem defuit miseria, non autem misericordia quod in apparitione & Spiritus sancti datione manifestatur. Apud homines, *Honores mutant mores*. Sed apud Christum audimus, Math. 28. *Ecce ego vobiscum sum vsque ad consũmationem sæculi*. Quinto, Dico vobis confidentiam salutarem. Multum enim debent peccatores confidere, quia Christus resurgens prius apparuit peccatrici, & negotiatori, quam alijs, ad innuendum, quod sicut pro peccatoribus mortuus fuerat, ita pro peccatoribus resurrexit, Matthæ. nono: Non veni vocare iustos, sed peccatores. Et sicut apparuit Paulo eunti ad persequendum membra sua, & vltimo eum Apostolum constituit Sexto, Dico vobis recoperationem cælestem, & Hierusalem cælestem quæ est ciuitas nostra Hebr. 13 *Non habemus hic ciuitatem manentem, sed futuram inquirimus*. Itaque accipiamus ea quæ peregrinantium sunt, & recto tramite, (cum olim per limbum circumire oporteret) ad Patriam cælestem, ad gaudia illa superna, ad illum admirabilem & gloriosum victorem, Saluatorem, & redemptorem nostrum contendamus indefesso studio. interim dico cum Psalmista, *Laudate Dominum omnes gentes laudate eum omnes populi, quoniam confirmata est super nos misericordia eius, & veritas Domini manet in æternum Gloria Patri & filio, & Spiritui Sancto, sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in sæcula sæculorum, Amen.*

Christi prima apparitio coram peccatrice, peccatoribus est magno solatio.

(****)

Laus DEO, *& Beatissimæ Virgini* MARIÆ, *& omnibus sanctis.*

EODEM

EODEM DIE PASCHATIS.

In illo tempore, Maria Magdalena, & Maria Iacobi & Salome, emerunt aromata, vt venientes vngerent Iesum, Marc. 16.

IN hoc triumphali & glorioso Dominicæ Resurrectionis festo SS. Ecclesia exultans & iubilans præ gaudio & insolita lætitia, nescia diem festum eloqui, nescia tam admiranda, insolita & inaudita, simul & semel exprimere, vno versu totum hoc, quod concipit pro se & pro filijs suis pijs, canit, monet, effert, *In resurrectione tua Christe, cælum & terra lætentur.* Vere vtique lætandum, quia nihil profuisset nobis nasci, nisi & mors sua & redemptio nobis profuisset, & ipse in gloria resurrexisset. Postquam persecutor filiorum Israël Pharao, Exod. 15. submersus fuit & filij Israël liberati, cantant Moyses & filij Israël carmē Domino, dic. *Cantemus Domino, gloriose enim magnificatus est, equū & ascensorem deiecit in mare. Fortitudo mea & laus mea Dominus, & factus est mihi in salutem. Iste Deus meus & glorificabo eum. Deus patris mei, & exaltabo eum. Dominus quasi vir pugnator, omnipotens nomen eius. Et Maria prophetissa soror Aaron, sumpsit tympanum in manu sua, & egressæ sunt omnes mulieres post eam, cum tympanis & choris quibus præcinebat dic. cantemus* &c. prout & Moyses præcinuerat. Tale est & Iudith 16. Sic Auditores mei charissimi, sic planè hodie monet S. Ecclesia mater nostra dulcissima, quasi altera Maria, vt Saluatori & Redemptori nostro psallamus, cantemus, & iubilemus, dic. *Laudem dicite Deo nostro omnes sancti eius, & qui timetis eum pusilli & magni, quoniam regnauit Dominus Deus noster omnipotens, gaudeamus & exultemus & demus gloriam Deo, Deo qui mortem, mundum, carnem & diabolum vicit, Deo qui tartara effregit, patres e limbo eduxit, tot millibus annorum vinctos & inferni doloribus constrictos, Deo qui vniuersum genus humanum redemit, & cælos antea vacuos per lapsum Luciferi replenit, de quo lætatur S. Trinitas quæ hanc salutis viam ordinauit, & ad consummationem deduxit. Lætantur cœli cælorum, & quidquid intus concluditur, lætatur omnis Christianus, & quicquid est super vniuersum terrarum orbem.* Hanc lætitiam nobis Christus intonuit multo ante, Psal. 138. *Exsurrexi, & adhuc tecum sum, Domine probasti me & cognouisti me.* Euangelium dicit, Angelum testatum, corpore nō inuento Christū surrexisse, præcessisse in Galilæam. Et quod prædictum est à Moyse & Prophetis, Luc. vlt. & sicut ipse dixit Apostolis sæpissimè, hoc hodie etiā factum est. Psal. 20. *A Domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris.* Neque multis verbis Angeli & Mariæ tātum gaudium exprimūt, nisi dicendo, *Non est hic, surrexit, surrexit sicut dixit. Cito euntes, dicite discipulis: Vidimus Dominum*, & similiter, sic Ecclesia, Surrexit Christus hodie, & in Introitu, *Resurrexi*, & iterum eam tam solennitatē triumphali modo publicat, dic. *Triumphat Dei filius ab hoste superbissimo*, Item, *Cum rex gloriæ*, *Salue festa dies, qua Deus infernum vicit, & astra tenet*. & quæ alia triumpho videntur cōpetere. Quare ego cum Christo & Ecclesia triūphans, de quatuor triumphis qui per hanc Quadragesimam cum hodierno, nobis ab Ecclesia propositi sunt, breuiter agam: & post de ijs quæ in Romanis triūphis adhiberi solita & nostro triumphatori Christo, & Triumpho eius accommodari possunt, adhibebo. Præbete aures faciles, vt Victori Christo animis lætantibus possitis psallere & gratiarum actiones decantare.

Verba exultātis Ecclesiæ.

Canticū Ecclesiæ, de Christi resurrectione exultantis.

Victoria quid.

Victoria nihil aliud est, quām prædominatio quā habet aliquis de alio: & quo hostis fortior, eo victoria fit illustrior. Sed in primis magna est victoria seipsum vincere & subiugare. Alexander, vt dic. Seneca, tot populorū & regnorū victor, iræ & tristitiæ succubuit. Annibal pugnator fortissimus vicit armis, & victus fuit à vitijs. Triūphator autem noster hoc quia nihil in se habuit, ideo fuit potētissimus. Iam ante de eo Iudith. 16. *Adonai, Domine rex, quē superare nemo potest.* Et de hac victoria Christi scribit Ioann. Apoc. 5. *Vicit leo de tribu Iuda, radix Dauid.* Quod autem de Christo hæc dicta sunt, Audi clamantem cæcum, Mar. 10. *Iesu fili Dauid.* Lu. 1. Angelū testantem, *Hic erit magnus & filius altissimi vocabitur, & dabit illi Dominus Deus sedem Patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum.* Matt. 22. disputat ipse cum Iudæis dicentibus, illum esse filium Dauid, & Ioan. 7. *Nonne scriptura dicit, quia ex semine Dauid, & de Bethleem castello vbi erat Dauid, venit Christus?* Huius itaq; quadruplicē victoriam habemus & in hac Quadragesima nobis proposuit Ecclesia. Prima erat cōtra diabolū, qui secū habuit mundum & carnē cum castris suis: Noluit autem Christus expectare eū domi, sed prodijt in campum vt extra pugnaret, & huc in deserto. Castra diaboli erant sicut Ægyptiorū tandem submersorū. Et primū cōgressum fecit per carnem de pane ex lapide faciendo: eo volebat illum ad absurdum impellere. Alterū fecit per semetipsum in casu, vt se demittat & præcipitet. Tertium, per mundum de gloria ostensa. Vnde bene quidem 1. Petr. 5. *Aduersarius vester diabolus tanquā leo circuit, quærens quē deuoret.* Et Ephe. 6. monet induere Paulus armaturam Dei, vt possimus stare aduersus insidias diaboli. Sed tandē cōfusis & prostratis hostibus potenter triumphauit dic. *Vade retro Satana.* & accesserunt Angeli de triumpho gloriantes. O quā præclara illa victoria, quam & vos reportetis, cum Christo & sub Christo militātes. Secunda, ante 14. dies ex ca. Ioan. octauo fuit proposita, & erat illa cōtra peccatum, quod item diabolus fecit, secundum August. *sine ipso factum est Nihil.* Ioa. 1. Peccatum autē nihil est, nisi spiritualis vitæ defect9, & priuatio gratiæ & virtutū, sed Christus erat plen9 gratia & veritate. Et cū diabolus cum mūdo & carne & cum Pharisæis illum impugnarent, vt illi aliquod peccatū imponerent, statim virtute sua diuina illos cōfudit & debellauit, dic. *Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatē vobis dico quare nō creditis mihi?* Vbi estis qui dixistis me vini potorē, conuersantem cum publicanis, me eijcere per Beelzebub dæmonia, me prætergiatorem, & qui mihi similia affingebatis? nunc adeste & in hoc theatro, in hoc Emporio, in hoc campo ostendite mihi etiā minimum. Victi estis, confusi estis, prostrati estis, vna cum vestro peccato. Quippe de Christo scriptū est per Isaiam. *Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius.* Et quod verum sit. Ecce dicit, *Qui peccatū non habet, projiciat primus lapidē in adulteram.* Quis iam vestrū vna cum diabolo est, qui peccatum non habet? Omnes habetis; ergo nullus potest proijcere. Et ego qui possum nolo, sed vos condemno, illam absoluo, ab illa diabolū & peccatum eijcio, & me Dominum vobis nolentibus & reclamātibus etiam, cōuictis tamen, constituo. Victoria, victoria. Tertia, ante 8. dies fuit proposita contra mūdum. *Totus enim mundus in maligno positus erat.* Iacob. 1. 1, Ioa. 2. *Omne quod in mundo est, aut est concupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorū, aut superbia vitæ.* Et comparatur castris Syriæ 4. Reg. 7. *Iuimus ad castra Syriæ, & nullum ibi inuenimus hominem, sed tantum equos & asinos.* scilic. quibus nō intellectus. In mundo sunt leones, vt Tyrāni, & crudeles sicut Tigrides, & vrsi, id est, tēporal. dediti, canes, asini, versicolores, quoad affect9 & cogitationes. & sicut in syluis variæ & multæ feræ, sic in mūdo varij & multi homines. Sic etiā erat inter Iudæos varia & fera gens, & quæ cū Christo sæpe & mirabiliter, & crudeliter & dolosè cōgressa est. Ipse tamē in humilitate sua pauper & iustus, præcedentibus & sequētibus turbis in Hierusalē, & ad eos qui eū quærebāt interficere, equitauit, cum multo clamore præcedentium, comitātium, & sequentium puerorum, vt moris est in prælio Christianorum, Iesus Iesus, Turcarū verò, Halla Halla, hic vero Osanna filio Dauid, introiuit, eiecit ementes & vēdentes, & in ciuitate & in templo Salomonis se Dominum & Victorem declarauit, & nemo illi restitit. Matt. 21. Ecce quanta victoria, quanta illorū omnium cōfusio, quāta Christi gloria. Quarta, est hodierna. Nam cum diabolus esset à Christo profligatus cum suis complicibus, & huc seorsim & simul, & eiect9 esset ab hominib9, mundū & mortem instigauit, vt eum vna secum adhibitis omnib9 copijs & cōsilijs debellarent. At decepti sunt nescientes, quod Prouerb. 21. dicatur, *Non est consilium contra Dominum, Ille autem est terribilis in consilijs super filios hominum.* Psal. 65. nec ipse abit in consilio impiorum Psalm. 1. *cogitauerunt illi consilia quæ non potuerunt stabilire.* Psal. 20. Ille autem *reprobat*, Psalm. 32.

Victoriam quadruplicē hodie nobis Ecclesia proposuit.

Peccati quadam descriptio.

In prælio clamantis vox, Christianorum, Iesus, Iesus. Turcarū, Halla, Halla.

consilia

consilia principum, & dissipat consilia gentium. Comprahendantur illis in consilijs quibus cogitent. Psalm. 10. Sed *quis hominum potest scire consilium Dei.* Psal. 106. Dauid dicit de eo Psal. 9. *Inimici defecerunt frameo, & ciuitates eorum destruxisti.* De diabolo & mundo iam ante dixerat, Ioan. 16. *Quia Princeps huius mundi iam iudicatus est. In mundo pressuram habebitis, sed confidite, ego vici mundum.* Iam ille de se Ionæ exemplum, Matth. 12. & serpentem æneum Ioann. 3. dixerat. Iam præmonuerat Matth. 16. Petrum & Matt. 20. discipulos de pugna ardentissima & victoria gloriosissima, *Ecce ascendimus Hierusalem,* & quid? solus filius hominis pugnabit, & tertia die vincet, & cap. 26. *Filius hominis vadit sicut scriptum est.* Sic Marc. 9. & 17. & Ioan. 7. *Quid me quæritis interficere?* Et turba respondit: *Dæmonium habes quis te quærit interficere?* & Ioan. 8 dicit Christus: *Cum exaltaueritis filium hominis, tunc cognoscetis quia ego sum, & à meipso facio nihil, sed sicut me docet Pater, hæc loquor, & qui me misit mecum est, non reliquit me solum, quia ego, quæ placita sunt ei, facio semper.* & 10. *propterea diligit me pater, quia ego pono animam meam vt iterum sumam eam. Pater meus quod dedit mihi maius est, & nemo potest rapere de manu Patris mei.* & iterum cap. 12. *Nunc princeps mundi huius eijcietur foras.* Et, *ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me.* Et cap. 14. *Venit enim princeps mundi huius, & in me non habet quicquam.* & cap. 18. *Regnum meum non est de hoc mundo: si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei decertarent vtiq; vt non traderer Iudæis. Nunc autem regnum meum non est hic.* Et Pilato dic. Ioan. 19. *Non haberes potestatem aduersum me vllam, nisi tibi datum esset desuper. Expedit itaque vt vnus moriatur.* Ecce quanto tempore omnia ista præuisa, præmonita, prænunciata, quæ ad hoc tam atrox prælium spectare videbantur, tam quo ad Christum & suos aliquo modo spectatores pugnæ, quàm quoad ea quæ contra hostes & eorum vim facere videbantur.

Ionas & serpens æneus Christi passionis signa.

Nouum præterea victoriæ genus est, cum alij viuendo, & alios iugulando victores euadant: Christus moriendo vicit, & vt per lignum vinceretur, qui per lignum vicerat. Sitiebat ergo iam in cruce hanc victoriam gloriosam de hoste superbissimo, patrum insuper ardens desiderium, totius cœlestis curiæ inspectationem & hostium confusionem, vt quod in cœlo iam factum esset per Archangelum Michaelem, deijcientem pugna dæmonem cum suis socijs, hoc ille in proprijs diaboli regnis præstaret, abiecit omnia sicut Dauid, saltem crucem secum assumpsit, iam consummatum erat, quod statuerat in quo se resoluerat, non poterat nec volebat ampliùs pati ignominiam sui æterni Patris, nec dæmonis superbiam qui se sicut Deum in terris adorari permisit, nec crudelitatem in genus humanum, nec diaboli persecutionem, & mala, quæ fecerat & faciebat sibi, scilicet Christo, in vita & in passione, nec dum cessare statuerat, ideo emisit spiritum, vbi mundum & carnem simul ad vltimum prostrauit, & tunc ad diabolum properauit, tanquam Gigas ad currendum viam suam. Quis autem potest enarrare bellum illud horribile, inuisibile quidem, tamen verissimum. Non erat Christus sicut ille Luc. 14. volens ducere militem, aut turrim ædificare, qui postea sumptibus egens, susceptum negotium non potuit perficere, sed cum pudore & iactura debuit ab incepto desistere. Nullius consilio indiguit nulli⁹ planè? *Ipse autē trāsiēs per mediū illorū ibat.* Luc. 4. Vlos ne est hominū adiutorio? Nullo. *Dilexerunt .n. homines magis tenebras, quam lucem.* Ioan. 3. & 5. ca. *Claritatem ab hominibus non accipio.* Nonne ibi erant tenebræ, quia vmbræ mortis? Ioan. 8. *Ego sum lux mundi, qui sequitur me non ambulat in tenebris.* Quem autem commeatum habuit? Ioann. 4. *Meus est cibus, vt faciam voluntatem patris mei* & Ioan. 6. *Ego sum panis vitæ, qui venit ad me non esuriet, & qui credit in me, non sitiet vnquam.* Quis erat caduceus Ioan. 6. *Domine ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes.* Quam viam iuit? Matth. 7. *Intrare per angustam portam, quia lata & spatiosa via est, quæ ducit ad perditionem.* Quid faciebat captiuus populus? Matth. 4. *Populus qui sedebat in tenebris vidit lucem magnam.* Quomodo intrauit fortalitia? *Ego sum ostium,* Ioan. 11. Quid dicebant diaboli? Videbant in qua maiestate veniebat, & à quo toties essent profligati: quibus dicebat illud, *Tollatur impius, ne videat gloriam.* Iuxta dies perditionis, & adesse festinant tempora. *Attollite ergo portas principes vestras, & eleuamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ,* Psal. 23. Interrogabant illi, sed tremebundi, *Quis est iste rex gloriæ?* Dicit ille, *Ego sum, qui sum.* Exo. 13. *& consilium meum non est cum impijs.* Vt etiam hodie canit Ecclesia. Quis es ergo? *Ego sum,* respondit, & non est alius præter me, & ad cuius vocem corruerūt omnes, me persequentes in horto. Deut. 32. *Ego occidam, & ego viuere faciam: percutiam, & ego sanabo, non est qui de manu mea se possit eruere. Leuabo ad cælum manum meas, & dicam: viuo ego in æternum.* Ecce ille homo sum, de quo Pilatus Ioannis decimo nono, dixit populo: Quam causam amodo vos contra eum inuenitis? *Attollite, attollite portas vestras,* Quid putatis fecisse tum in limbo patres? Psalmo centesimo sexto: *Clamauerunt ad Dominum, cum tribularentur, & de necessitatibus eorum liberauit eos.* Christus ergo cruce contriuit portas ferreas, & vectes ferreos confregit. Crux erat petarra qua appensa portas disiecit, crux tormentum quod explosit, & aries quo muros concussit, crux, scala, qua Tartara conscendit, crux arcus & spicula, crux erat, omnia robora & munimina cōtra hostem & arma præseotissima, & omnes ad vnum prostrauit & capitauit, & eduxit patres de tenebris & vmbra mortis, & vincula eorum dirupit.

Per lignū paradisi victor, per lignū crucis victus.

Diabolus Christi triumpho expauefactus.

Quanta verò fuerit militia & ardor pugnādi, ex his potestis colligere, quia sol fuit obscuratus, tenebræ factæ, templi velum scissum, terra commota, petræ ruptæ, monumēta aperta, multa corpora surrexerunt & apparuerunt in Hierusalem. Verè vos ô dæmones, verè vos ô Iudæi iniquissimi, verè patres afflictissimi, verè filius Dei erat iste, quia nemo nisi Deus hæc potuisset in se recipere aut perficere. Victoria ergo, victoria. *Confiteantur nunc Domino misericordiæ eius, & mirabilia eius filijs hominum,* Psalm. 106. Hoc quippe est, quod canit Ecclesia, quod populus Christianus omnis iubilat, *Surrexit, surrexit, sicut dixit.* Atque quod Christus dic. Ioan. 11. *Ego sum resurrectio & vita.* & Io. 1. *In ipso vita erat. Vidimus gloriam eius,* non sicut in transfiguratione, quæ erat saltem quædam adumbratio eius gloriæ, sed vidimus Christum, de diabolo, mundo, carne, & morte triumphātem, & totum glorificatum, & quia iam omnia quæ debebat voluntate patris, & volebat voluntate sua, conformi patris voluntati, & voluntate benignissima erga genus humanum pro sui redemptione & salute perficere, plenissimè, & ad vltimum & minimum vsque fœlicissimè cōsummauit. Iam interrogate Iudæi & dæmones, in qua potestate hæc faciat, Mat. 21 & qui interrogabatis, Io. 11. *Quousque animam nostram tollis Si tu es Christus, dic nobis palam.* Et vos Iudæi, vos ne an ille fregit sabbatum, condemnate nūc illum mortis. O Pilate, dic te habere super Christum iurisdictionem. O proditor, vende tuum Magistrum & Dominum. Ite nunc omnes Pharisæi, Scribæ & Pontifices & vestra consilia contra illum congerite, & vigiles etiam ad mandata nummis conducite. Surrexit Christus & illuxit populo suo quem redemit sanguine suo. Verum est quod dixit Pilatus, *Nullam causam in eo inuenio,* licet iudicauerit cōtra ius & conscientiam. Nihil itaque, verè nihil proficitis omnes, quicunque Christo Saluatori & Redemptori nostro quoquomodo aduersamini. Quare? *Quia totus mundus post eum abit,* Ioan. 12.

Christi contra diabolum pugnantis ardor.

Hic est triumphus, Auditores mei dilectissimi, hic est triumphus omnium triumphorum, quotquot dici possunt, maximus, triumphus fœlicissimus, triumphus optatissimus, triumphus gloriosissimus, triumphus omni hominū memoria summè colēdus. Hic triumphus est vnionis carnis & animæ. Triumphus consecrationis, quia mediator Dei & hominum factus est, Triumphus liberationis Hebr. 3. quia *mortem destruxit, & nos à timore mortis liberauit.* Triūphus exultationis post passionem, Psalm. *Tu cognouisti sessionem meam,* id est, humilitatem meæ passionis, *factus est obediens vsque ad mortem,* Philip. 2. *Propter quod & Deus exaltauit illum & donauit illi nomen, quod est supra omne nomen, vt in nomine eius flectantur genua cœlestia, terrestria, & infernorum, & omnis lingua confiteatur, &c.* Triumphus superationis, quia mortem corporis resurgendo destruxit, & mortem animæ, Iob 19. *Scio quod Redemptor meus viuit.* Rom. 6. Quod enim mortuus est, *peccato mortuus est semel, quòd autem viuit, viuit Deo.* Triumphus illuminationis. Primi enim dies post lapsum erant à luce in noctem. *Fuistis aliquando tenebræ,* dicit Paul. *nunc autem lux in Domino.* Psal. *Nox illuminatio mea.* Triumphus

Christi triumphus omnium triumphorum maximus.

umphus glorificationis, quia incipit tempus gratiæ à Christo vsq; ad finem mundi, & tertius status sanctorum, vt per mortem suam destruens tenebras culpæ & pœnæ, purgatos nos luce gloriæ illostraret. Triumphus penetrationis quia clauso sepulchro prodijt viuus victor & gloriosus & ianuis clausis apparuit. Triumphus clarificationis. Triumphus verificationis. Luc. vlt. *Videte manus meas & pedes meos.* Triumphus perfectionis, quia cum eisdem vulneribus surrexit à mortuis, sed non ampliùs dolorem ingerentibus. Triumphus consolationis, quia & veritas resurrectionis & gloria resurgentis erat declarãda discipolis, hinc pluries apparuit. Triumphus adoptionis, Ephes. 1. *Prædestinauit nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum.* Triumphus Christi. *Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra.* Matth. vlt. Ioan. 14. *Qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipse faciet.* Triumphus Patrum, quia liberati & in cœlos translati. Triumphus noster, quia nobis dedit potestatem vincendi, & cœlum possidendi. Triumphus totius curiæ cœlestis, quia genus humanum ab Angelis visitatur & assomitur, & in cælis numerus frattuio, & per hoc gaudium illorum adimpletur. Triumphus sanctissimæ Trinitatis, per quã hæc omnia & singula facta sunt, cui hodie in matutinis antequam sepulchrum aperitur, concinit S. mater Ecclesia. *Gloria tibi Trinitas, æqualis vna Deitas, & ante omnia sæcula, & nunc & in perpetuum.*

Christus à resurrectione pluries apparuit.

Laus D *& Beatissimæ* MARIAE *Virgini, & omnibus sanctis.*

FERIA SECVNDA PASCHATIS.

Et ecce duo ex illis ibant ipsa die in Castellum, quod erat in spatio stadiorum sexaginta ab Hierusalem, nomine Emaus, Luc. 24.

SI vobis Paschalia gaudia verè annunciare volo & debeo, Auditores dilectissimi, non possum alio modo, quam quo Ecclesia sacrosancta intonat, iubilat & triumphat, cantaos *Resurrexi, surrexit Christus*, & similibus, quia non habet verba humana, quæ tantam gloriam & gaudium, tantam victoriam & triumphum dignè pleneque possint exprimere. Quod mihi in Ecclesia Dei minimo & indignissimo itidem euenit, ideoq; libentiùs verba S. matris Ecclesiæ profero. Hæc verba per prophetam regium sont multò antè Ps. 138. decantata *Resurrexi, & adhuc tecum sum*, quod & hodie duobus discipulis dubitantibus verbis & rationibus efficacissimis, suaq; iocundissima apparitione comprobauit. Sic diuinum & verax os eius prolocutum est testibus Matth. 16. *tertia die resurget*, Marc. 10. & Luc. 18. sed & Mat. 14. dixerat: *Sed postquã surrexero, præcedam vos in Galilæam*, Ioan. 20. *Oportuit eum à mortuis resurgere*, 1. Cor. 15. *Et quia resurrexit tertia die*, ait vas electionis. 2. Timoth. 2 *Memor esto Dominum Iesum Christum resurrexisse*, & Act. 17. *Christum oportuit pati & resurgere*, & hodie testatur hoc S. Ecclesia cantu & historia duorum discipulorum, qui cognouerunt Dominum in fractione panis. Sed ad quid ista omnia? Resurrectio Domini basis est Catholicæ fidei. Cùm enim omnia in symbolo Apostolico præferantur, sequitur Carnis resurrectio & Vita æterna, quæ pijs est proxima. Vnde in Concilio Nicæno, articulo resurrectionis additum est, *secundum scripturas*, quod S. Paulus 1. Cor. 15 prius addiderat dicens *Et quia surrexit secundum scripturas.* Et iterum. *Tradidi enim vobis in primis, quod & accepi, quoniam Christus mortuus est pro peccatis nostris secundum scripturas & quia sepultus est & quia resurrexit, tertia die secundum scripturas.* Nihil enim nasci fuisset, nisi redimi profuisset, canit Ecclesia. Et in persona Saluatoris dicit Dauid, Psalmo vigesimo nono: *Quæ vtilitas in sanguine meo, dum descendero in corruptionem*, id est, nisi rediuiuus fuero, quid profuit totum meum sanguinem profudisse? Si enim descendero ad corruptionem, quomodo ad gentes salus perueniet, quam operatus sum? Per eius autem resurrectionem resurrexit in fide credentium eius incarnatio, miracula, doctrina, spes resurrectionis, nostræ futuræ gloriæ pignus & omnia. Et fœcunda quidem hic est materia quam aliqua breuitate complectar, ideoq; nunc ad

Resurrectio Christi prænunciata.

Nasci nihil fuisset, nisi profuisset redimi.

EVANGELIVM.

ET *ecce duo*, &c.] Nota primò, quod magnum peccatum est diffidentia, quia tollit omnipotentiam & prouidentiam Dei Helisæus, qui pallio percussa Iordanis aqua, quòd statim diuisam non cerneret, dixit. *Vbi est Deus Eliæ?* 4. Reg. 2. Et ipse Moyses dubitauit. Numerorum 20. cum egeret populus aqua in solicitudine, nec statim pro voto effunderetur, donec percussa virga aquam eduxit, sic in promptu volumus habere promissiones Christi: & iste defectus est adhuc apud plurimos mortales, qui in suis necessitatibus de Dei prouidentia aut bonitate volunt desperare. *Nunquid verò qui dormit, non adijciet vt resurget?* Psalm. 40. Imò maximè. At *fides est sperandarum rerum substantia.* Itaque qui credit, quod sperare non debeat? Iob 13. *Etiamsi me occiderit, adhuc in ipso sperabo.* Quis credidisset Abrahamo gladium carnificis posse quenquam occurrere, Genesis vigesimo secundo: quis Susannæ, quis Petro, quis alijs? At longè maius peccatum est, diffidentia articuli fidei Resurrectionis Dominicæ: Quia *qui in vno peccat, omnium fit reus.* Iacob. secundo: Periculosum est vulnerare, sed omnium periculosissimum medicinam fugere. Fugit autem & medicinam & exhortationem, qui Ecclesiam deserit, quod in istis duobus figuratur. Ecce dubitatio & quam leuiter de Christo loquuntur, quem ante duos dies per mortem amiserant, hoc est, longè ab oculis à corde. Et in ipsa die & extra Hierosalẽ vt eorum diffidentia augeretur, & ad noctem in Emaus qui poterãt adhuc Hierosolymis illo vnico die substitisse. Redeunt itaque quasi à transacta comœdia, vel celebratis nuptijs, & omnia delijsse arbitrantur: Quod si quintum vel sextum diem expectassent, non esset mirum, quod ambigerent. Promisit enim tertia die se resurrecturum, quid ergo antequam tertius dies planè præterierat conqueruntur? Immeritò quidem. Fugiunt autem ciuitatem sanguinolentam effundentem sanguinem innoxium. Etiam sanguinis Christi recens erat, & recedunt à populo, vbi tot & tanti peccatores habitabant. Extorres fiunt à ciuitate, vbi tot delicta patrantur, & statim offendunt Christum. Mox vt se à dæmonio, conuersatione & mundi delitijs auertunt, à Deo visitantur & consolantur. Non ergo pœniteat nos mundum eiusque honores & vanitates fugere, siquidem nobis in maius solatium cedit. Elias 3. Reg. 19. fugiens à consortio Iezabel prophetarum Dei interfectricis, ab Angelo fuit visitatus. Attende etiam quod mulieres tres Christus per Angelum consolatur, sed per se ipsum istos discipulos.

Ecclesiam deserens, medicinam salutis fugit.

Et ipsi loquebantur ad inuicem de his omnibus quæ acciderant: & factum est dum fabularentur, & secum quærerent, & ipse Iesus appropinquans, ibat cum illis.] Expende primò, quomodo isti duo discipuli proculdubio nihil eorũ prætermiserint, quæ ad crudelitatem & malitiam Iudæorum, præterea ad pietatem, innocentiam & patientiam Christi spectare videbantur, vt nunc cum acerbitate & amaritudine animæ referrent

Duorum ... Emaus ... tium fide... ... narratio... nem de Christo.

tent

rent Christi dolores & tormenta, è contra exprobrarent duritiam cordium Iudaicorum. Attende autem & Christi bonitatem, qui gratam habet suæ passionis memoriam, adeo vt gratius sibi nihil possit fieri, eoque gratius quò plus aut intensius ipsos sanctissima vulnera & cruciatus deplangas. Ecce enim si duo isti discipuli dubitantes traxerunt Christum hac recitatione suæ passionis, vt cum illis iret, quid si cum sancto Francisco stigmata peteres, aut cum dolore cordis & oculorum lacbrymis frequentiùs & confidentiùs mortem & passionem suam deplorares?

Obserua Christi bonitatem, qui minoribus dignatus est apparere, & eos per longam viam instruere, vt eos in veram Dei cognitionem peruenire faciat: Sed modò multi ex maioribus prælatis contemnunt docere paruulos, nec volunt exercere scientiam, nisi coram regibus & principibus. Animaduerte etiam Christi prudentiam & charitatem. Nam Paulus dicebat primo Corinthiorum nono. *Omnia factus sum omnibus, vt omnes ad me traham.* Si Paulus auxilio Christi adiutus hoc faciebat, quantò meliùs ipse Christus faceret? Et apparet Deus vnicuique secundum dignitatem & conditionem suam. Cùm paruulis fit paruulus, cum magnis magnus. *Cum sancto sanctus eris*, Psalmo decimo septimo: *& cum viro innocente, innocens eris, & cum electo electus, & cum peruerso peruerteris.* Et si litera videatur de societate impiorum cauenda hic loqui, potiùs tamen de Deo vult loqui, quòd ipsemet Deus est humilis cum humilibus, potens enim potentibus. cum sanctis sanctus est, & cum peruersis puniens eos, eisque est, quasi esset peruersus. *Potentes enim potenter tormenta patientur.* Sapient. sexto: Quapropter Psalmista præmisit. *Et retribuet mihi Dominus secundum iustitiam meam, & secundum puritatem manuum mearum in conspectu oculorum eius.* Et sequitur. *Cùm sancto sanctus eris*. quasi dicat. Tu habes te secundum conditionem eius. Et subdit. *Quoniam tu populum humilem saluum facies, & oculos superborum humiliabis.* Est Deus vt speculum, quod quicquid obijcias refert. Si te placidum & benignum illi ostendis, placidum & benignum se tibi ostendit, si verò iratus & similem vultum speculi sentis furore commotum. Ideò in Euangelio modò se comparat pastori, modò agricolæ, modò regi ponenti rationem cum seruis suis. Sic fecit in sua resurrectione cum his, quibus apparuit. Quibusdam fortis apparet & terribilis sicut armatis iuxta sepulchrum positis, alijs verò humilis, sicut hodiernis, hortulanus Mariæ Magdalenæ, & peregrinus discipulis. Secùs faciunt modò magnates & Prælati: Illis qui nihil ferunt, qui pauperes sunt, & opibus destituuntur, sunt seueri, & è contra benigni multa promittentes, aliquando nihil præstantes.

Deus apparet unicuique secundum conditionem suam.

Obserua ergò quòd Christus Primò, appareat illis personis quæ præcepta sua seruant, quales isti duo erant, quia duo simul ambulabant. Lucæ decimo: *Misit illos binos ante faciem suam*, ad significandum duplicem charitatem Dei & proximi, in quibus consistunt Dei præcepta. Secundò. Per gratiam de se loquentibus. Matthæi decimo octauo: *Vbi enim sunt duo*, &c. Admonemur præterea in communibus colloquijs, conuiuijs, & itineribus de Deo loqui & agere, vt eum comitem habeamus. Vadit enim sæpè nobiscum, & est nobiscum, & loquitur nobiscum, etiamsi ignoremus. Quotiescunque enim ad aliquod bonum opus admonemur, vel in cordibus nostris, vel à fratribus nostris, toties à Domino ipso admonemur. Et si cogitaremus perpetuò omnes bonos cogitatus ex Deo esse, cautiores certè essemus in rebus gerendis. Sed vide obsecro quæ loquelæ in templo sub concione, Missa & vesperis, quæ in mensa & colloquijs, quæ hinc inde adeò quòd iam diabolus possit dicere: *Vbi fuerint duo aut tres congregati in nomine meo, ibi ego sum in medio vestrum.* Et certè multum elaborandum est, vt Christum habeamus comitem. Primo, quia ipse scit omnes vias, quibus itur ad cælum aliquando autem per Angelum, vt per Raphaelem apud Tobiam quinto capite, nos dirigit dic. *Omnia itinera frequenter ambulaui, & ego ducam illum sanum, & reducam*: & sic quotidie nos ducit per Angelum suum. Quandoque per seipsum, vt hodie. Oportuit Christum pati. Via autem huius directa & trita est, cuius rectitudinem expertus est latro, qui per viam directissimam venit ad paradisum. Trita autem, quia per hanc Apostoli & alij incessanter ierunt. Secundò, Quia baiulus oneris nostri, Isa. 53. *Verè languores nostros ipse portauit.* Portauit crucem pro nobis & scelera nostra, & hodie infidelitatem eorum. Tertiò, Non dimittit quemquam in vita aut in morte, Hodie per omnia discrimina passionis suæ conduxit peregrinos ad hospitium. Quartò, Quia est subleuamē laboris, vt comes cantando, narrando, delectando, Narrare cœpit à Moyse, ita vt toti raperentur in Deum. Cantando. *Cantabo Domino qui bona tribuit mihi*, id est, omnia beneficia. Orationes & bona opera faciendo, Psalm. 118. *Cantabiles mihi erant iustificationes tuæ in loco peregrinationis meæ.* Et Musica facit obliuisci laboris, Psalm. *Cantent in vijs Domini, quoniam magna est gloria eius.*

Christus non apparet nisi humilibus.

Laborandum frequenter, ut Christum habeamus comitem.

Oculi autem eorum tenebantur, ne eum agnoscerent.] In potestate animæ glorificatæ est prohibere lucem sui corporis, ne agat in visum, sicut & quælibet alia actio corporis erit in potestate eius, & potest per suam voluntatem occultare lumen sui corporis; Nam in corpore glorioso est summa obedientia ad animam suam. Sic videbatur eis quasi non esset gloriosus, nec etiam oculi discipulorum illum cognoscebant. Nec putandum est quod dispositio faciei Christi sit mutata, quia verè fuit glorificatus, nec alia effigies fuit subiectiuè in facie Christi. Et cùm Marcus dixit, quod apparuit eis in alia effigie, intellige, quod alia effigies fuit subiectiuè solùm in oculis discipulorum, vel in aëre.

Simile accidit Petro cùm eductus de carcere Herodis ab Angelo, non discernebat nec cognoscebat, quod in veritate ambularet, sed existimabat se visum videre & nobis quotidie hoc accidit, qui cùm Christum ob oculos habeamus, qui tot beneficia nobis confert & nobiscum incedit, ducens & à dæmonio, morte & inferno eripiens, & tamen eum nolumus cognoscere. Filij Iacob fratrem Ioseph cùm præsentem haberent, qui quidem eis triticū dabat & nummos quos ipsimet tulerant, & tandem eis magnam mensam parauit, quibus beneficijs non obstantibus minimè eum cognouerunt. Oculi cæci splendore mundi non nouerunt Deum, & si obiectum habeant: Quare dum homines magis sunt intenti mundo, minus Deum nouerunt. Quot enim sunt qui audiunt conciones, miracula, pœnas Dei grauissimas, quibus omnis generis peccatores puniuit, inconstantiam hæreticorum, falsam doctrinam, & mille absurda, qui tamen oculis mentis capti, nec volūt aut possunt lucem veritatis cognoscere & vim Sacramentorum in sancta Dei Ecclesia? Vt autem isti oculis corporis Christum non cognoscebant, ita Christus non cognoscitur humanis rationibus, quicquid delirant hæretici, sed sola fide & scripturis sanctis. *Scrutamini*, inquit Christus Iudæis, *scripturas, in quibus vos putatis habere vitam, illæ enim de me testificantur.* Sed asini sunt magni, qui sine Dei adiutorio & instinctu & gratia sublimes artes quærunt, aut qui tempus in lapide illo philosophico & similibus laboribus proterunt, quia in mirabilibus super se & rebus non necessarijs, sed ad fructum & gloriam mundanam conuertendis occupantur. Illi autem debent Deo perpetuas gratias, quorum oculi in rebus fidei, iustitiæ & veritatis aperti sunt.

Petrus A. post liberatus è carcere, nō sentiebat.

Ioan. 5.

Tres autem sunt principales rationes, quare Christus ab istis discipulis noluit agnosci. Prima est Theophili, dic. *Ideo tenebantur eorum oculi, vt ipsi totam suam intentionem reuelarent, & vt sic vulnus detegentes medicinam reciperent.* Secunda est Thomæ, dic. *Vt ipsis clarificati corporis qualitatem insinuaret, quod & ostendit se, sicut vult cognoscibiliter, vel incognoscibiliter.* Tertia, est Gregorij, dic. *Vt in hoc qualitatem ipsorum cordium insinuaret, quia talem Dominus ostendit se eis, qualis erat apud eos. Ipsi enim ore benè loquebantur de eo, sed corde in eum non crediderunt*; vnde postea dicebant. *Nos sperabamus*. Itaque vt ipsorum incredulitatem insinuaret, non vt eorum locutioni satisfaceret, apparuit.

Christus quare noluerit agnosci à duobus illis discipulis.

Præterea ea quæ loquimur, possunt quinq; modis contineri: Loqui enim debemus, Attentiùs per orationem, quia debemus esse feruentes spiritu, Apertiùs per confessionem, Vtiliùs per instructionem, Modestiùs per discretionem, Cœlestiùs per deuotionem. De primo quidem. Inter omnes locutiones nostras oratio debet fieri cum fer-

Locutionis genera.

uore spiritus, qui in nimietiam sine vocis emissione, vt Anna 1 Reg. 1. Sicut enim feruor & ardor, in ventre nubis causat tonitru magnum & altum, ex quo sequitur pluuiarum abundantia: sic verè quando in ventre nubis, id est, in corde hominis est feruor deuotionis & dilectionis, tunc solet altius tonitru, id est, altior apud Deum oratio resonare & pluuiarum, id est, beneficiorum copia abundantior redundare. Debemus itaque loqui Deo, cum pœnitentia & compunctione. Iob decimo. *Loquar in amaritudine animæ meæ.* Cum reuerentia & subiectione. Prouerbiorum decimo octauo: *Cum obsecrationibus loquitur pauper.* Cum amicitia & dilectione. Canticor. secundo: *En dilectus meus loquitur mihi, & ego illi.* Et sic erit in nobis feruor Doloris, Honoris & Amoris. Secus faciunt, qui aliter corde, aliter ore loquuntur. De secundo, scilicet, confessio ipsa debet esse

Confessio simplex & aperta sit.

simplex, aperta, non conditionata, ita quod possit confitenti dici illud, Ioannis decimo sexto: *Ecce nunc palam loqueris, & prouerbium nullum dicis.* &c. alis locutio solet dæmonia fugare, vitia dissipare, Dominum placare. De tertio scilicet, Vtilius per instructionem. Inter omnia enim quæ exeunt ab ore nostro illud, quod proximo est magis vtile est instructio & doctrina, quia ista ducet & dat dulcem monitionem, acrem correctionem, benignam consolationem, austeram commniationem Tit. secundo: *Loquere quæ decet sanam doctrinam.* Locutio enim Doctoris vel prædicatoris debet esse, sicut locutio tonitrui seu tubæ, quæ nunc altè, nunc profundè, nunc collateraliter, nunc per anfractus loquitur. Quia prædicator debet altè loqui de cœlo, profundè de inferno, lateraliter de mundo, anfractuosè, iam scilicet terribiliter corrigendo, iam delectabiliter consolando. Apocalyp quarto: *Vox prima quam audiui, tanquam loquentis mecum*, Vt sic possint dicere auditores illud hodiernum, *Nonne cor nostrum ardens erat in nobis?* Sed mutatis honoribus, nunc mutât linguas suas, & linguis loquuntur nouis. De quarto, Modestius per discretionem, primu Co-

Loquendo obseruandum, quis, quid, cui, quando, loquatur.

rinthiorum secundò *Sapientiam loquimur inter perfectos.* Ecclesiastic. quinto. *Ne temerè quid loquaris, nec sis velox ad proferendum sermonem.* Obseruandum ergo quis, quid, cui, quando loquatur. De quinto, Cælestiùs per deuotionem, Ea scilicet, quæ sunt Dei, Actorum secundo: *Loquebatur variis linguis magnalia Dei.* 1. Thess. 1. 2. *Ita loquimur, non quasi hominibus placentes, sed Deo, qui probat corda nostra.* Sunt autem nostro tempore, qui vel adulatoriè loquuntur Ieremiæ nono: *Sagitta vulnerans est lingua eorum, dolum locuta est.* Vel diffamatoriè Psalm. *Sedens aduersus fratrem tuum loquebaris, & aduersus filios matris tuæ ponebas scandalum.* Vel ostentatoriè Ieremiæ nono: *Docuerunt linguam suam loqui mendacium, vt iniquè agerent laborauerunt.* Disperdat ergo Dominus labia dolosa & linguam magnificam. Vel blasphematoriè, Daniel. vndecimo: *Aduersus Deum Deorum loquetur magnifica.* Vel nimis tarde, vt qui verecundantur confiteri peccata. Ieremiæ primo: *Nescio loqui, quia puer ego sum.* Vel nimis cito, per stultiloquium. Vel nimis aspere, vt inuidi. *Non poterant ei quicquam pacificè loqui.* Genesis trigesimo septimo: Vel nimis altè vt gloriabundi. Isaiæ vigesimo octauo *In loquela labij & lingua alta loquetur ad populum.* Vel nimis profundè vt auari. Ioannis tertio: *Qui de terra est, de terra loquitur.* Et 1. Ioann. 4. *Ipsi de mundo sunt, ideo de mundo loquuntur.* & Isaiæ vigesimo nono: *Humiliaberis, & de terra loqueris, & de humo audietur eloquium tuum, & erit quasi Pythonis de terra vox tua, & de humo eloquium tuum mussitabit.* Ex istis videte cuiusmodi sitis collocutores, cum quibus Christus non ambulat.

Sed loquitur cum bonis adhuc, Per nutum occultæ in-

Loquitur Christus cum aliquibus per occultam inspirationē

spirationis, Oseæ secundo: *Ducam eam in solitudinem & loquar ad cor eius.* Cum virga asperæ tribulationis. Isaiæ quadragesimo secundo: *Tacui semper & silui, patiens fui, tanquam parturiens loquar, dissipabo & absorbebo simul.* Per literam sacræ scripturæ & lectionis. Psalm. *Deus Deorum Dominus locutus est, & vocauit terram.* Lucæ 1 *Sicut locutus est per os Sanctorum.* In litera autem sacræ Scripturæ Deus tot verba nobis loquitur, quot ibi bona sunt documenta. Per verbum suæ personalis prædicationis, Et sic locutus est nobis Christus personaliter incarnatus, dic. Numerorum duodecimo: *Ore ad os loquor ei.* Quia sicut dicitur, Exodi 33. *Dominus loquebatur Moysi a facie ad faciem, sicut solet homo loqui cum proximo suo.*

Qui sunt hi sermones, quos confertis ad inuicem, & estis tristes?] Mirabiles ambages & modos quærit Christus, sicut & cum illa Samaritana ad fontem Sichar, vt illos ad loquendum prouocet, vt veniant in sui cognitionem, sicut & Samaritana in peccati detestationem. Idem adhuc quotidiè in nobis operatur Christus, nos orat & nihil intentatum relinquit cum sit ipsemet offensus. Et licet omnia sint nuda oculis eius. Hebræorum quarto: tamen læpè ad discipulos interrogationem fecisse legitur. Primo vt haberet occasionem miracula faciendi. Sic interrogauit Ioannis sexto: cum

Cur sæpe Christus interrogationibus fit vsus ad discipulos, cum sciret omnia.

quinque panibus vellet quinque millia hominum satiare. Sic Ioannis vndecimo: Interrogauit Martham & Magdalenam, vbi posuissent Lazarum. Secundò, Vt fidem in eum credentium reuelaret: sic Matthæi nono: Postquam mulierem illam à fluxu sanguinis liberauerat quæ intra se dicebat. *Si tetigero fimbriam vestimenti eius, saluabor:* Dixit. *Quis me tetigit?* Matthæi decimo sexto: *Quem dicunt homines esse filium hominis:* vsque Petrus respondit. Tertiò, Vt occasionem docendi haberet.

Aduerte præterea hos discipulos per viam incedere tristes, non ob aliud, nisi quia dilectissimo suo carebant. Nihil adeo Christianum hominem debet tristem reddere, quam Christi Domini absentia. Hoc solum Dauidem cogebat ad tristitiam, quando dicebat, *Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte.* Psalmo quadragesimo primo, & centesimo decimo nono: *Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est.* Et ideo Christus loquens de sua absentia dixit discipulis. *Tristitia impleuit cor vestrum.* Ioannis decimo quinto: Nam cum gloria, vt ait Paulus 1 Corinthiorum 1. sit con-

Perditionis cor malum hominum sermo.

scientiæ bonus testis, & hanc sine Deo nemo consequi potest, sequitur ergo nullam posse esse veram lætitiam, vbi Deus non est, sine quo omne gaudium falsum est lætitia quoque vana & momentanea. Solent homines lugere propter amissam pecuniam, fratres, aut amicos mortuos, & tamen non meminerunt Deum amisisse. *Qui sunt hi sermones quos confertis*, ô Iudices, vt bursam emungatis, innocentem condemnetis? *Qui sunt hi sermones*, vestri ô hæretici, quos tam nequiter populo proponitis & inculcatis? *Qui sunt hi sermones*, quos in templo sub officijs diuinis effutitis? Qui, quos in tabernis & vicis publicis perstrepitis? Qui, quos procuratores ad decipiendum, consulitis? Qui quos datis pauperi mendicanti, oppresso supplicanti, iudicium & iustitiam imploranti, sua repetenti? Qui, quos super fratrem & proximum deliberatis? *Qui sunt hi sermones vestri*, vsurarij. Tyranni, quasi in æternum victuri. *Qui sunt hi sermones*, quos diaboli de vobis concipiunt, imò quos diuina iustitia contra vos fulminabit & pronunciabit. *Qualis sermo vester, tale cor vestrum.* Si sermo ex Deo est, Dei estis, sin minus iam habetis conclusionem.

Et respondens vnus, cui nomen Cleophas, dixit: Et tu solus Peregrinus es in Hierusalem, & non cognouisti, quæ facta sunt in illa his diebus?] Tristes nec ad quæsita sciunt respondere, nec plenè quidem respondent: Sed confusè & tardè, & hoc ideo, quia existimant omnes suæ tristitiæ gnaros esse, ac si tenerentur alij suæ tristitiæ causam & rationem præsagire. Habet enim hoc proprium humanus affectus, vt quod cuique

Sermonis euntium in Emaus duplex sensus.

vaidè cordi est, putet nemini ignotum esse, & nemini non esse curæ. Sic sponsa in Canticis capit. quinto, quærit à filiabus Hierusalem. *Nunquid quem diligit anima mea, vidistis?* Et Magdalena. Ioannis vigesimo in horto, si tu sustulisti eum. Sic huc in loco, Et habent ista verba duplicem sensum. Tu solus hospes Hierosolymitanus es, ignorans ea, quæ nemo nescit quantumuis aduena? Aut tu adeo peregrinus es, vt hæc ignores? Meritò potest dicere Christum esse peregrinum in mundo apud plurimorum corda, siquidem tractatur ac si peregrinus esset. Peregrinus enim semper hospes est, nam hodie accedit, & cras migrat, propter quod semper amicis caret. Sic Christus per paucos amicos habet in hoc sæculo, nec ad plurimorum corda ascendit, quando iam ab eis expellitur.

Quam plurimi sua peccata confitentur in Quadragesima, qui iam de sua agunt correctione, & in die Paschatis corpus Christi recipiunt, qui postea illum à se expellunt ad antiqua peccata reuertentes. Tempore paschatis adueniente terunt tempus in ludis, gaudijs & similibus,

Pro-

Propter hoc conqueritur Deus dic. Psalmo sexagesimo octauo: *Extraneus factus sum fratribus meis & peregrinus filijs matris meæ.* Resurrexitne Christus, vt vos peiores efficeremini? Scitote quoniam festum Paschæ non factum est, vt dimitteretis habenas vitijs, sed vt homines fierent meliores. Et Paulus dicit Romanorum quarto: *Christus resurrexit propter iustificationem nostram.* Itaque qui hactenus se varijs peccatis commacularunt, illi iterum se virtutibus exornent, & qui hactenus fuerunt ebriosi nunc sint sobrij & sic de alijs.

Nota quod Dominus apparuit in habitu peregrino propter tres causas. Primo propter diuersa hospitia quæ habuit in carne assumpta, Vnde sicut peregrini de hospitio ad hospitium vagantur: Sic & ipse. Vnde primo hospitatus fuit in vtero virginis, deinde triginta annis & amplius in hoc mundo, Deinde quadraginta horis in sepulchro.

Christi quasi hospitia consideranda.

Secundo, propter multiplices aduersitates iam ab imbribus, iam à canibus, iam à latronibus: Sic Dominus per totum vitæ suæ tempus fuit aduersitatibus subiectus. In cuius figuram cum natus est statim fleuit, iuxta illud. Sap. 7. *Primam vocem similem omnibus emisit plorans.*

Christi habitum peregrinum.

Tertio, propter insignia, Fuit peregrinus quantum ad habitum, quem assumpsit; Ipse enim crucem assumpsit, quando ipsam proprijs humeris baiulauit quæ quidem

I. crux fuit nauis quæ in cœlestem Hierusalem eum deduxit. Sap. decimo quarto: *Transeuntes mare per ratem liberati sunt.* Et fuit malus in ipsa naui. Ezechielis vigesimo septimo: *Cedrum de Libano tulerunt, vt facerent tibi malum.* & fuit clauis, qui cœlestem Hierusalem aperuit, Isaiæ vigesimo secundo:

II. *Dabo Dauid clauem super humerum eius.* Secundo, assumpsit pileum & coronam spineam. Peregrini enim portant pileum contra æstum, ventum & pluuiam: Sic Christi corona & passio est nobis in vmbra ab æstu voluptatum, defendit nos à pluuia tribulationum & à vento tentationum. Isaiæ quarto. *Tabernaculum erit in vmbraculum diei ab æstu*, quo ad primum & in absconsione, & turbidine, & pluuiæ, quo ad

III. aliud. Tertio assumpsit equum, id est, corpus quod fuit albi coloris propter puritatem: Apocalypsis decimo nono: *Ecce equus albus.* Corpus enim Christi fuit equus, in quantum ratio ipsum duxit, & fuit albus in quantum puritatem habuit, deinde factus est & niger propter liuorem. Isaiæ decimo quarto: vltimo factus rubeus per sanguinis effusionem. Isaiæ sexagesimo tertio: *Quare rubrum est vesti-*

IV. *mentum tuum?* Quarto, Peram, id est, animam, vbi thesaurum poneret. In Christi anima fuit triplex thesaurus, misericordiæ, gratiæ & sapientiæ Ioann. *Vidimus gloriam eius,* & gloriosam misericordiam eius *plenum gratia & veritatis.*

In anima Christi thesaurus triplex.

V. Quinto, Baculum & Crucem qui quatuor clauis fuit ferratus. Peregrini enim vtuntur baculo ad sustentationem ad fluuiorum transuadationem, ad bestiarum percussionem. Sic Christus baculo suæ Crucis mundum sustentauit. Psalm. *Virga tua & baculus tuus ipsa me consolata sunt.* Flumen mundi transuadauit. Genesis vigesimo quarto: *In baculo meo meo transiui Iordanem istum.* & diabolum percussit. *A voce Domini pauebit Assur virga percussus.* Isaiæ trigesimo.

VI. Sexto, assumpsit calceamentum, sicut peregrini contra lutum, spinas & lapides. Psalm. *Eripe me de luto, vt non infigar.* Spinas quando coronam spineam sibi impresserunt, & lapides. Ioannis octauo: *Tulerunt lapides vt iacerent in eum.* Contra ista Christus assumpsit calceamenta. Deuteronomij trigesimo tertio: *Tingat in oleo pedem suum, ferrum & calceamentum eius.* Anima Christi erat tincta oleo gratiæ, quæ omnia aduersa dulcorabat, munita ferro constantiæ, qua ipsa aduersa non timebat, & incorruptibilis patientiæ supplicia tolerabat.

VII. Septimo, assumpsit insignia & vulnera.

A peregrinatione reuertentium consuetudo.

Peregrini enim reuertentes insignia assumunt, vt ostendant, quod suam peregrinationem compleuerunt ad plenum, vt homines prouocent sibi ad bene faciendum, & sint securiores ad ambulandum: Sic Christus ad patriam rediens cicatrices reseruat. Et hoc in ostensionem pœnitentiæ & obedientiæ tam completæ, Ioannis decimo septimo: *Opus consummaui quod dedisti mihi vt facerem*, in prouocationem paternæ misericordiæ obtinendæ.

VIII. Octauo, Habitus istius peregrini fuit benedictus. Nam eius animam benedixit Deus, Ezechiel. tertio: *Benedicta gloria Domini de loco suo.* Eius carnem benedixit Spiritus sanctus. Lucæ primo: *Benedictus fructus ventris tui.* Eius baculum & crucem benedixit totus mundus. Sapient. decimo quarto: *Benedictum lignum per quod fit iustitia.*

Sed nota, quod peregrinatio est hominum viatorum mortalium, Et ista est peregrinatio, quam facit omnis homo in præsenti vita; Omnes enim sumus hic peregrini & hospites in hoc mundo. Sicut enim peregrinus in sua peregrinatione nullam habet mansionem, & habitationem, quinimo tendit ad suam de qua natus est regionem: Sic mortalis homo in hoc sæculo non habet locum, vbi possit diu habitare, sed ad locum de quo natus est, id est, ad terram de qua formatus est quantum ad corpus, vel ad Deum quantum ad animam, non cessat continuè properare, Hebræorum decimo tertio: *Non habemus hic manentem ciuitatem.*

Secundò nota quod est peregrinatio hominum perfectorum, quæ nihil aliud est quam vita ipsorum. Ipsi enim in mundo isto viuunt rectè ad modum peregrinorum, Nihil enim se hic habere reputant, Sciunt enim quod ad istam patriam non sunt creati; Sic dicit Paulus Hebræorum vndecimo: *Defuncti sunt, non acceptis repromissionibus, sed à longe eas aspicientes, salutantes, & confitentes quia peregrini sunt & hospites super terram.*

Boni cur in hoc mundo peregrini.

Boni autem dicuntur peregrini in hoc mundo, quia peregrini solent quamdiu peregrinantur. Primo, Iter continuare, non propter pulchrum pratum, aut similia iter diei negligere. I. Secundo, Patriam affectare, & oculum semper eo dirigere, quo tendit. II. Et quia paradisus est patria nostra, pro nobis facta, & nobis à Deo ordinata, Hinc est quod in ista peregrinatione manentes illam debemus iugiter affectare, & oculum cordis ad illam per desiderium vertere. Illa enim quæ videt peregrinus in terra aliena, non sunt sua, imò si ipsa vult habere cum expensis, & laboribus oportet ea comparare, & ideo ipsa quæ in patria sunt sua, amplius diligit, & in illis semper mouet oculum: Sic bona huius mundi propriè nostra non sunt, primo Timoth. sexto. *Nihil intulimus in hunc mundum, haud dubium quia nec auferre quid possumus.* ergo maneant necessario alijs & non nobis. Bona vero paradisi quæ propriè sunt nostra, & quæ semel habita nobis auferri non poterunt, quoquomodo sunt cum omni diligentia affectanda.

A Eterna bona tantum diligenda.

Quod bene figuratur in filio prodigo Lucæ decimo quinto: qui portionem accepit suam, & omnia bona peregrè expendit. Et ideo necesse est bona æterna solummodo diligere, & ad Patrem nostrum Deum cordialiter anhelare, Deus enim tales peregrinos diligit & eos in paradisi hospitio recipit, & admittit. Quod ostenditur, Deuteronom. decimo: vbi dicitur quod Dominus amat peregrinum, & dat ei victum & vestitum. Vnde etiam ipse Dominus potest dicere illud. Iob trigesimo primo. *Foris non mansit peregrinus, ostium meum viatori patuit.* III. Tertio, Temporalibus non onerari, sicut peregrinus non portat secum superflua, Ecclesiastic. vigesimo nono: *Minimum pro magno placeat tibi, & improperium peregrinationis non audies.* IV. Quarto, Mundi delitijs non impinguari. Ecclesiastic. vigesimo nono. *Melius est victus pauperis sub tegmine asserum, quam epulæ splendidæ peregrè sine domicilio.* V. Quinto, Non debemus conturbari passi molestias, quia peregrini multa habent sustinere, quæ si ciues essent, non sustinere, quæ si ciues essent, non sustinerent, & ideo necesse est, quod tales sint humiles & patientes. Et quamuis Dominus præcipiat Exodi vigesimo tertio: *Peregrino molestus non eris,* hodie tamen peregrini & extranei ab incolis molestantur Psalm. 38. *Aduena ego sum apud te, & peregrinus sicut omnes patres mei.* VI. Sexto, Non procurandi honores sæculi, sicut nec peregrini domos aut officia in via ambiunt. Sic verè nec nos qui in isto mundo non sumus diu mansuri imò, statim per mortem ad patriam transituri mundi honores & fauores non debemus quærere. Vnde Moysi dictum fuit. Genesis decimo nono. *Vt aduena ingressus es, nunquid vt iudices?* quasi dicat. Non decet vt nos qui sumus aduenæ, & peregrini apud Dominum, sicut omnes patres nostri. VII. Septimo, signa virtutum semper portare, sicut peregrini, Sic verè nos debemus signa virtu-

Virtutum signa semper nobiscum circumferenda.

sum & gratiarum habere & capellum diuini timoris, peram diuini amoris, baculum id est, memoriam diuini doloris, & memoriam crucis Domini, nobiscum portare, vt sic non omnes de isto mundo sed de paradiso nos possit quilibet reputare. Capellum enim quod super alia vestimenta ponitur, significat diuinum timorem, quia sicut dicitur. Ecclesiastic. vigesimo quintu: *Timor Domini super omnia se superposuit.* Pera quæ recepta seruat signa cordium amorem. Vnde de Dauid primo Regum decimo septimo dicitur, quod quinque lapides sumptos de flumine posuit in pera pastorali. Baculus verò qui innitentes sustentat signat crucis compassionem & dolorem, Zachar. octauo: *Viri baculus in manu eius.* Vnde vxor Tobiæ dixit, *Vt quid misimus te peregrinari, baculum senectutis nostræ*, quasi dicat, baculus est peregrinis necessarius. Et sic patet, quomodo viri perfecti dicuntur in hoc sæculo peregrini. Sicut etiam Paulus de beato Barnaba dicit. secundo Corinthiorum octauo, quod ordinatus erat ab Ecclesia comes peregrinationis suæ. Propter nos factus est Christus peregrinus in hac terra, per nos, id est homines, male exceptus & tractatus fuit, & tamen vult, vt ad ipsum securè peregrinemur.

Christus irridet labores præteritos, & sic omnium sanctorum immensos.

Quibus ille dixit, Quæ?] Quid bone Iesu oblitus es tantorum cruciatuum, & tormentorum quæ pro nobis passus es his diebus elapsis, annon omnia tibi sputa, flagra & tormenta occurrunt? Sed vna ratio est: Quia tam fœlix status quem Christi corpus possidet post eius beatificam resurrectionem, vt labores & præteritos irrideat, & quasi per contemptum dicit, *Quæ?* Nihili enim faciunt sancti omnes suus dolores perpessus, ratione gaudij & gloriæ, quam nunc possident, vt omnia etiam mundi tormenta pro ea assumerent. Sapientiæ quinto: dicunt damnati. *Quid profuit nobis superbia, & diuitiarum iactantia quid contulit nobis?* Altera est ipsius immensus amor, quo nos prosequitur, vt totum quod pro nobis fecit & passus est, parum ei videatur, si cum amore quo nos afficit, appenderetur. Parum facio quæ passus sum, quæ pro vobis sustinui. Siquidem si opus esset, iterum pro vobis morerer. Magnum quid videtur vobis passio mea, ex se quidem verum est, est enim adeo terribilis, vt nullus vnquam talem sustinuit: Sed maiora adhuc facerem. Seruiuit Iacob Laban propter Rachel septem annos, & inquit Scriptura, Genesis vigesimo nono: quod *pauci dies ei videbantur præ amoris magnitudine.* Respice ergo ô homo quantum debeas huic Domino, siquidem cùm hoc quod pro te fecit magnum sit, parum ei videtur, quia nos magno affecit amore. Ideo quærit. *Quæ?* Sed nos contra facimus, qui cum parum pro illo sustinemus, videatur nos multum fecisse, Deumque de rigore iustitiæ debere cœlum, & nobismet iudicamus sancti, Sicut Pharisæos ille. Lucæ decimo octauo.

Operum Dei quædam mente meditanda sunt.

Sed nos debemus respondere Christo ad suam quæstionem, *Quæ:* Quædam enim sunt mente meditanda, qualia sunt opera & mirabilia Dei & ipsius beneficia nobis impensa. Opera enim Dei magna & mirabilia sunt, Ratione potentiæ quam summè ostendit, ratione clementiæ, quam bonis impendit, ratione iustitiæ, qua malos offendit: De operibus potentiæ. Deuteronomij decimo: *Est Deus tuus qui facit magnalia & terribilia quæ viderunt oculi tui.* Psalm. 45. *Venite & videte opera Domini, quæ posuit prodigia super terram.* De operibus clementiæ, Psalm. 115. *Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi, &c.* De operibus iustitiæ. Sapient. duodecimo: Cùm ergò sis iustus, omnia iuste disponis. Isti deberent esse sermones nostræ mentis, quos perpetuo deberemus conferre nubiscum, sed non respondemus ad suam interrogationem.

Quædam etiam perscrutanda.

Quædam sunt vtiliter perscrutanda, vt sunt occulta Dei iudicia & secreta, & diuinæ paginæ documenta. Deuteronomij quatro: *Audi præcepta & iudicia, quæ ego docebo te.* Iosue Octauo: *Legit omnia verba benedictionis, & cuncta quæ scripta fuerunt.* Istos sermones non conferimus, itaque nos merito arguis piè Saluator, *Quæ?*

Quædam sunt adimplenda.

Quædam sunt vtiliter operanda & adimplēda, vt mandata Dei, & omnia bona opera, Deuteronomij duodecimo *Obserua & audi omnia quæ ego præcipio tibi*: Numerorum primo: *Fecerunt Filij Israel iuxta omnia quæ præceperat Dominus.* At nos nihil horum facimus, iuste ergo dicis, *Quæ?* Quædam sunt humiliter veneranda, qualia sunt Ecclesiastica sacramenta, sancti etiam & sanctæ, & omnia cœlestia bona & dona. secundo Esdr. primo. *Consummata sunt omnia quæ pertinebant ad sacrificia Domini.* Et si etiam in his nos examinas, deficimus.

Quædam veneranda nobis humiliter.

Quædam non prædicanda.

Quædam sunt voce prædicanda, vt omnia quæ pertinent ad salutem, Ieremiæ primo dicit Dominus cuilibet prædicatori, & Doctori: *Ad omnia quæ mittam te, ibis, & quæ mandauero tibi, loqueris ad eos, & ipsis dicatur illud.* Iudith. octauo: *Omnia quæ locuta es, vera sunt, & non est in sermonibus tuis vlla reprehensio.*

Quædam credenda.

Quædam sunt veraciter confitenda, aut credenda, vt articuli fidei, & omnia quæ credit & tenet Ecclesia Sancta Mater, Actorum vigesimo quarto: *Credens omnibus quæ in lege & Prophetis scripta sunt.* Lucæ primo: *Beata quæ credidisti.*

Quædam diuidenda.

Quædam vulgariter diuidenda, vt sunt bona temporalia, per Eleemosynam. Iob secundo: *Cuncta quæ habet homo, dabit pro anima sua.* Lucæ vndecimo: *Vendite quæ possidetis, & date Eleemosynam*: & merito, quia dicitur. Galat sexto: *Quæ seminauerit homo, hæc & metet.*

Quædam appetenda

Quædam totaliter appetenda, vt bona gloria paradisi. Vnde beatis dici potest illud, Lucæ decimo: *Beati oculi qui vident quæ vos videtis. Oculus enim non vidit, nec auris audiuit.*

Quædam metuenda

Quædam finaliter metuenda, vt inferni tormenta. Vnde quæ hoc ducunt transitoria huius mundi bona ansam peccandi nobis suppeditantia sagaciter sunt fugienda, nihil enim in illis stabilitatis. Ecclesiastic. primo: *Vidi cuncta quæ fiunt sub sole, & ecce vniuersa vanitas.* Et Ecclesiast. quadragesimo primo: *Omnia quæ de terra sunt, in terram conuertentur.* Si quæris de istis nos, pauci sumus ô bone Saluator, qui tibi respondebimus, cum nostræ cogitationes & opera sint vanitas vanitatum.

Quorundam inter Catholicos, & in monasterijs educatorum inscitia.

Nota etiam, quod multi inter Catholicos & in monasterijs à iuuentute educantur, & non conuertuntur, ignorantes omnia quæ veræ sunt fidei vt vel omnia dicant, *Quæ?*

Et dixerunt de Iesu Nazareno, qui fuit Propheta potens in opere & sermone coram Deo, & omni populo & quomodo eum tradiderunt summi Sacerdotes & principes nostri in damnationem mortis, & crucifixerunt eum. Nos autem sperabamus quia ipse esset redempturus Israel. Et nunc super hæc omnia, tertia dies est hodie, quod hæc facta sunt.] Aduerte primo quòd nomen exprimunt eum cognomine, vt de quo loquantur, intelligatur: Sed quia ignorabant quid esset Iesus, & eius officium tanquam Saluatoris in terris, ideo simpliciter referunt, nec referunt statim, quod ipsius fuissent discipuli, aut præ timore persecutionis Iudæorum, aut timore confusionis, quod talem Magistrum habuissent, de quo ipsi eas quæ gesta sunt referunt. Sic solent homines etiam de maioribus & Magistratu suo loqui, multoties autem per contemptum & inuidiam leuiter nominare eos, quod magis familiare est potētibus & superbis, vt alios posthabeant respiciendo vel loquendo, prout nunc virorum doctorum nulla habetur ratio.

De Iesu Nazareno itaque, de quo Exodi tertio: respondet Moysi *Ego sum qui sum. Qui est, misit me ad vos*: Lucæ vigesimo tertio: *Quem quæritis ego sum.* Actorum nono; *Ego sum Iesus Nazarenus, quem tu persequeris.* Genesis quadragesimo sexto; *Ego sum fortissimus patris tui.* Ioannis octauo: *Ego sum lux mundi.* Isaiæ quadragesimo tertio: *Ego sum qui deleo iniquitates propter me, dicit Dominus.* Isaiæ quadragesimo quarto: *Ego sum Dominus faciens omnia.* & Pilato dixit, *Tu dicis, quia rex sum ego.* Isaiæ quadragesimo tertio; *Ego sum Dominus, & absque me non est Saluator.* Ioann. 6. *Ego sum panis vitæ.* Matth. 14. *Ego sum, nolite timere.* Isaiæ quinquagesimo primo: *Fugiet & dolor & gemitus, ego ipse qui consolabor vos.* Ioann. vndecimo: *Ego sum resurrectio & vita, qui credit in me, etsi mortuus fuerit, viuet.* Ioannis decimo quarto; *Ego sum via, veritas, & vita.* Lucæ primo: *Et vocabis nomen eius Iesum. Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum.*

Christus specialiter laudatus de tribus

Laudauerunt eum specialiter in tribus. Primo, in vitæ puritate & sanctitate. Ipse enim erat plenus virtute, gratia & veritate, & in hoc eum laudauerunt, quia *peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius.* primo Petr. secundo. Vnde & Iudæis inimicis suis dixit, Ioannis octauo, *Quis ex vobis arguet me de peccato?* Secundo, Laudauerunt eum in intellectus perspicuitate, quia Propheta omnia sciens. Ioannis quarto dic. Samaritana, *Domine vt video Propheta es*

tu, &

tu, & ſcit omnia, & Ioannis ſexto, Satiatis quinque millibus hominum, dixerunt, *Hic verè Propheta eſt qui venturus eſt in mundum.* Tertio, In operum efficacia, quia potens in opere & ſermone, quia *coram Deo & omni populo.* Vnde *ſolo verbo, quicquid voluit fecit.* Pſalm. 32.

Eſt autem laus magna hominis, qui potens eſt penetrare, ſi iudex eſt, ſi potens eſt ſermone, ſi perſuadere debet, ſi opus ſermoni correſpondeat. Multi ſunt potentes opere, & non ſermone, multi ſermone, non opere. Inſuper culpam mortis Chriſti non Pilato aut gentibus tradunt, ſed Iudæis, eorumque principibus & ſacerdotibus, quia iſti iudicauerunt Chriſtum reum mortis, Actor. 1. & tradiderunt illum Pilato, & ſuis clamoribus fecerunt, vt Pilatus illum morte damnaret.

Summa impietatis eſt inchoare aliquod malum.

Ex hoc facto duo obſerua. Primum, quàm impium ſit aliquod malum inchoare, Siquidem à Iudæis mors Chriſti petitur, quia ab eis initium habuit, quamuis ab ipſo Pilato finem. 3. & 4. libro Regum, ſæpè repetit ſcriptura peccatum Ieroboam, quia fuit primus, tertio Regum duodecimo, qui vitulos aureos ubtulit à populo adorandos, cuius iniquo exemplo ſucceſſerunt alij reges, qui illum conſueſtum imitari non eſſe abs re, ſed tamen ſemper ſcriptura tribuit culpam Ieroboam, quia initium mali fuit. Hinc videbis, quàm acerbè Deus ſupplicium ſumet de his, qui ſunt nouitatum inuentores circa veſtes & alias diſſolutiones & vanitates.

Secundum, licet gentiles Chriſtum manibus crucifixerunt, tamen Iudæi linguis accuſauerunt, diffamauerunt, & falſa teſtimonia, & blaſphemias contra Chriſtum dixerunt, atque ideò iſti multò grauiori pœna puniti, & abiecti ſunt ab omni natione, ita vt poſuerit Deus illos in deriſum & opprobrium omni nationi. Cernite populum, quem Deus elegit, tanti fecit, tot miraculis eduxit de Ægypto, & tandem filius Dei ex eo carnem aſſumere non dedignatus eſt, modo tamen abiectior proculdubio, & vilior cæteris mundi nationibus eſt. Hæc tota fuit eis inflicta pœna, propter linguam eorum iniquam, ſiquidem inſontem Ieſum condemnârunt, Barrabam incolumem manere clamantes, Quare ſanguis Chriſti cadit ſuper eos & filios ſuos, ſicut ipſi à Pilato petierunt. Malæ linguæ peccatum fecit, vt Mariæ ſorori Moyſi percuteretur leprâ, Dathan & Abiron fuerunt abſorpti. Core igne combuſtus, & maior pars filiorum Iſrael in deſertu periret.

Lingua ab uſu quod operatur mali.

Dicunt præterea, *Sperabamus, non ſperamus*; Loquuntur enim vt homines, qui ante habebant ſpem, ſed modo eam amiſerunt, quare omnino diffidebant, dic. *Tertia dies eſt hodie.* Multi ſicle apud homines oſtentant, quod ſi officium haberent, omnia ad rhombum deducerent, & ſic fallunt, quia pigriores & ineptiores fiunt omnium ſpe & expectatione, & minus faciunt.

Spetabat Germania Lutherum redemptorem illam, quia magna præ ſe ferebat, ſed exitus miſerabilis oſtendit, qualis fuerit, quidve fecerit. Chriſtus tamen quod promiſit præſtitit, & tertia die, & nunc & ſemper, cum homines quæ promittunt, aut parum, aut nunquam præſtent.

Sed & mulieres quædam ex noſtris terruerunt nos, quæ ante lucem fuerunt ad monumentum, & non inuento corpore eius, venerunt dic. ſe etiam viſionem angelorum vidiſſe, qui dicunt eum viuere, & abierunt quidam ex noſtris ad monumentum, & ita inuenerunt ſicut mulieres dixerunt, ipſum verò non inuenerunt.] Condemnant ſemetipſos ſuis dictis, dum loquuntur, *Iſtæ mulieres erant ex noſtris*, ergò Chriſtianæ & ſtudioſæ, quibus æquum erat fidem adhibere. Secundo, Sufficiebat vnius angeli teſtimonium, vt crederent ipſum Chriſtum Dominum viuere, quanto magis, quia certum eſt, mulieres illas vidiſſe angelos, quæ nunciarunt Apoſtolis ab Angelo prolata.

Tres Mariæ quomodo terruerint Apoſtolos.

Sed nota, quòd iſtæ mulieres non tantùm terruerunt Apoſtolos, eò quòd Chriſti reſurrectionem narrabant, ſed potiùs, quòd non inuenerunt corpus Domini, de quo diſcipuli Domini erant vehementer territi. Præterea Petrus & Ioannes etiam viderunt linteamina tantùm, & ſudarium, quod fuit ſuper caput eius. Itaque teſtimonia conueniunt.

Vide hic Chriſti bonitatem, quantaque patientia audierit vnam diffidentiam & incredulitatem, poſt aliam, vnam ſtultitiam poſt aliam; Tu autem adeò impatiens es, vt cùm tibi ipſi videaris magnus & ſufficiens, tenuis proximum tuum audire, vel vſque ad finem auſcultare. Moyſes audiebat populi querelas à mane vſque ad veſperam cum magna patientia, Exod. decimo octauo, Quod & confeſſarijs neceſſarium eſt facere in audienda & examinanda confeſſione integra. Non omnes ſimul audire & abſoluere, non primo audito peccato ſtatim ſcandalizari, & carpere, ne peccator metu concuſſus, alia ſimilia aut grauiora peccata ſubticeat.

O ſtulti & tardi corde, ad credendum in omnibus quæ locuti ſunt Prophetæ. Nonne hæc oportuit pati Chriſtum, & ita intrare in gloriam ſuam.] Hucuſque audiuit medicus, quid ipſi haberent infirmitatis, nunc officio medici fungitur, ſanguinem emittit præcipit, & medicamina expulſiua confert, vt incolumes euadant. Itaque propter vtilitatem eorum illos durius arguit, vt confundantur tanti magiſtri diſcipuli, audentes ante dictum tempus de myſterio Reſurrectionis Dominicæ tam leuiter iudicare. Chriſtus enim vt bonus artifex nouit quid faciat, poteſt punire, corripere & contundere, vt aliquid perfectius euadit. Stulti ſanè, qui tanti magiſtri lectionem, & ſapientiſſimi verba, tam malè repetebant & explicabant præſumentes eſſe ſuper magiſtrum.

Cordis in ſcriptura ſignificatio.

Nota etiam, quòd cor in ſcriptura ſacra ſumitur pro parte animæ ſuperiori, in qua voluntas eſt & intellectus, Nec enim cor eſt, aut voluntas ſola, aut mens ſola, ſed vtrumque ſimul. Ideò Romanorum primo, *Corde creditur ad iuſtitiam*, non autem crederet, ſi voluntas eſſet ſola. Et Ephel. primo, *Det Deus vobis illuminatos oculos cordis veſtri, vt ſciatis quid ſit ſpes*, ſed voluntas non habet oculos, nec ſcit. Iſaiæ ſexto, *excæcauit oculos eorum, & indurauit cor eorum, vt non videant oculis, & intelligant corde.* Cùm ergò cor intelligat, & diligit, neceſſarium eſt, vt ſimul intellectum complectatur & voluntatem. Sic cùm fides ſit in intellectu & voluntate, ideò Chriſtus hic dixit eis quòd erant tardi corde ad credendum.

Obſerua etiam proximorum defectus non palam, ſed occultè, quantum fieri poteſt arguere, vt hic Chriſtus diſcipulos in itinere: ſic remotis extraneis, oſtendit ſe Ioſeph fratribus ſuis, Geneſ. quadrageſimo quinto, ſic Dominus cùm voluit Iob arguere, ſolum illum conuenit, quem cùm arguiſſet ſeorſum apud amicos, in publico commendauit. Iob quadrageſimo ſecundo, dic. *Non locuti eſtis rectum, ſicut ſeruus meus Iob.* Sic voluit arguere Mariam & Aaron, murmurantes in Moſen, eos ad fœderis tabernaculum ire præcepit cum fratre. Numer. 12. Ioann. 14. Sic Samaritanam ſolam & ſecretò arguerat Chriſtus, mittens diſcipulos vt cibos emerent. Sic Chriſtus nunc ſeparat hos ab aliorum ſocietate, vt ſeorſum in via carpat. Multi ſunt, qui omnia etiam leuiſſima coram alijs, & irati effutiunt.

Stultorum genera 4.

Aduerte autem, quod quatuor ſunt genera hominum, qui ſunt ſtultiores huius mundi. Primi ſunt, qui in tali ſtatu viuunt in quo mori non auderent, Nunquam enim habuerunt, neque habebunt certitudinem vnius præſentis vitæ, nec ſciunt tempus verum mane vel veſpere, die vel nocte, in igne vel aqua morituri ſunt. Itaque vbique expectanda mors. Et qui in tali ſtatu per viginti aut triginta annos moratur, ſemper eſt in poteſtate diaboli, quomodo ergò ſecurè mori poterit, ne infernum ſubeat. Eſt autem Dei miſericordia, quæ talem conſeruat. Pſalm. 106. *Appropinquauerunt vſque ad portas mortis.* Audax eſt ergò valdè, qui ſcienter in peccato mortali per vnam noctem, niſi ad minus contritus ſit, dormit & audacior teſte ſancto Auguſtino, quam qui cum ſeptem hoſtibus de morte ſua inuicem obligatis confligit. Ideò nemo hominum vel vnam horam permanere deberet in tali ſtatu, propter incertitudinem mortis, Matthæ. vigeſimo quinto, *Neſcitis diem neque horam.* Secundi ſunt, qui quærunt quod inuenire non poſſunt, id eſt, diu viuere, & negligunt quærere, quod faciliter poſſent inuenire, ſcilicet, benè viuere tam in præſenti, quàm futuro. Sed vita noſtra breuis eſt, & nullus vitam longam poteſt acquirere, ſed bonam quidem, quia Deus ſemper paratus eſt indulgere peccata, & dare gratiã, venit enim peccatores

saluos facere. Quantum quæso laboratur pro longitudine vitæ, sed pro bona vita parum. Tertij, Qui habent malam vitam, & volunt habere bonam mortem. Et tales non intelligunt, quòd vita mala & mors mala concordant, & comitantur simul, & rarò benè moriuntur, qui malè viuunt. Quarti, Qui intendunt bene facere, & tamen ad effectum illam intentionem non perducunt, sed tñ multi sunt, qui dicunt se habere bonam voluntatem benefaciendi & emendandi se adhuc ante mortem: Sed longius sibi terminum præfigentes, deficiunt antequam incipiunt benefacere, qui stulti sunt.

Vita mala cum mala morte consensus.

Ad Christum redeamus. Sic placuit Deo, & fuit ab æterno ordinatum, per stultitiam crucis saluos facere credentes, & Christum per passionem suam cælum ascendere, & corpore glorificari, & cælestem gloriam plenè possidere. Christus quippe sua humiliatione, passione & morte promeruit sibi præmium accidentale atque dominium omnis creaturæ, dicente Apostolo. Phil. 2. *Humiliauit semetipsum factus obediens vsq; ad mortem, propter quod Deus exaltauit illum.* Anima Christi in ipso instanti conceptionis habuit gloriã hanc, quæ redundabat indesinenter in corpus eius, & impossibile illud fuisset, nisi Deo dispensante redundantia illa fuisset vsq; ad resurrectionem dilata. Si autem Christum oportuit pati, nos qui sumus membra, sumus capite meliores? Interrogabantur filij Zebedæi, an possent bibere calicem passionis, nos bibendo & comedẽdo volumus ingredi? Si mereharis propter multa adulteria mortem, aut similia flagitia, & iudex te damnat trium dierum carcere, adhuc illum crudelem dices? Et quid si pro mille inferni pœnis, tibi modicas passiones infert in hac vita? Ruben dixit fratribus suis. Gen. 42. cùm tribularentur in Ægypto. *Meritò hæc patimur, quia peccauimus in fratrem nostrum, & non audiuimus eum* &c: Sic tu de te cogita, imò considera quot sunt in inferno, quibus tu peiores. quibus si à Deo daretur copia, & esset integrum potiri hac luce, cura & salute, quibus tu poteris, proculdubiò à semetipsis beati iudicarentur, licet oẽs mundi homines in propriis facies spuerent, vapularent, & in clibanos mitterentur. Si considerare non vis, quid propter peccata tua mereatis, considera quòd fuisti creatus ad seruendum Deo, & æternã eius beatitudine, & quod homo hæc consequitur laboribus, passionibus & persecutionib⁹ pro Christo Redemptore nostro. 2. Tim. 3. *Oẽs quippe volunt viuere in Christo, persecutionẽ patiuntur.* Christus aũt non habuit causam patiendi, sed tamẽ oportuit ipsum pati. Primũ ex parte æterni sui patris passionem & mortem Christi præordinantis, vt puniretur homo qui peccauerat, nec satisfacere poterat, & satisfaceret Deo qui poterat, & non peccauerat. Secundo, ex parte filij Dei pro nostra redemptione sustinentis: sicut enim communicauit nobiscum in passionibus carnis, & in natura passibili, vt pro omnibus gustaret mortem, conueniens erat, vt per hanc passionem nobis daret impassibilitatem, & reduceret per suam mortẽ ad gloriæ æternæ immortalitatẽ. Tertio, Ex parte eorum qui indigebant redemptione, vt cognoscerent sua dilectionem, nam incarnatio filij Dei fuit ex dilectione. Ioan. 3. Quarto, ex parte Prophetarũ, nam ferè omnes Prophetæ vet. Test. prædixerunt filium in humana natura passurum. Matt. 56. *Quomodo ergo implebuntur scripturæ, quia sic oportet fieri.* Gloria itaque resurrectionis causata est ex passione eius.

Aequo animo pœnã ferant merentes.

Christum pati oportet, etsi nõ meritum

Et incipiens à Moyse, & omnibus Prophetis, interpretabatur illis in omnibus scripturis, quæ de ipso erant.] Vide hic primo Christi benignitatem, vide Christum verè amicum fidelem & benignum, Siquidem accessit ad eos, & causam tristitiæ interrogauit, & corda eorum inflammans, exposuit illis scripturas, vnde bonitatem & clementiam Christi potes cognoscere. Hoc & nobiscum agit quotidie, nam si de Christo loquimur, si aliqua tristitia & calamitate concutimur, statim adest in spiritu confortans, illuminans, & inflammãs corda nostra in sui dilectionem. Ideoq; optimum remedium est, vt de Christo loquamur in omni tribulatione nostra, & itineris labore. Secundo, Expende Christi clementiã in dilectione sua, & in profũda eius humilitate. Vide quãta humilitate incedit Rex cæli, cũ his duobus discipulis pauperculis, ac si esset quasi vnus ex eis. Non tibi videtur q̃ reuersus est ad assuetã eius humilitatem, cùm se in colloquio discipulis suis adeò familiarẽ præbuit. Et proculdubiò neruosè omnia prosecutus est per vniuersã scripturam, & maximè quæ ille sciebat esse ad captum discipulorum, quæq; priùs dixerat, aut q̃ pulchrè sese inuicem consequebantur. Sic enim fecit cum suis similitudinib⁹ apud vulgares, apud maiores aũt difficilioribus scripturæ locis. Prout & cõcionatores deberẽt facere, non apud rusticos dicere, q̃ summè Theologica sunt, neq; apud doctissimos, q̃ valde vulgaria sunt, vt & discretio habeatur, quis, quid, cui dicat, & ẽt intelligatur vel locum, aut effectum habeat, quod dicitur. Eandem enim dicunt isti Apostoli, *Nonne cor nostrum ardens erat?* Et licet hic multi dicant alij testimonia, ego pauciora producam, & se consequentia. Et quidem quod deberet nasci ex semine Abrahæ. Genes. 22. *In semine tuo benedicentur omnes gẽtes.* Quod de virgine. Is. 7. *Ecce virgo concipiet.* Quod nascendus deberet nunciari per homines, & per angelum, iuxta illud Amos 3. *Non faciet Dominus verbũ, quod non loquatur prius ad sanctos suos Prophetas.* Quod nasci in Bethlehem. Michæ. 5. Quòd in luco vili. Is. 1. *Cognouit bos possessorem suum & asinus præsepe Domini sui.* Quòd à cunctis gentibus adorandus, Isa. 60. *Omnes gentes ad te current.* Quòd circumcidendus. Gen. 17. *Omne masculinum circumcidetur in vobis.* In tẽplo præsentandus. Mal. 3. *Ecce ego mitto angelum meum.* Ad Ægyptum peregrinari. Isa. 19 *Ascendet Dominus super nubem leuem, & ingredietur Ægyptum.* Ab Ægypto reuocandus. *Ex Ægypto vocaui filium meum.* In medio Doctorum sedere. *Deus stetit in synagoga deorũ in medio.* A Ioan. Baptista præconizari: *Ecce ego mitto angelum meum.* Aquã baptismi consecrari. *Erit fons patens in domo Iacob.* A diabolo tentãdos, vt Iob 2. qui à diabolo fuit tentatus, sed non superatus. In deserto ieiunare. *Operui in ieiunio animam meam.* Ab angelis ministrari, vt in Elia, cui angelus apposuit panem, & vas aquæ. In tẽplo prædicare. Is. 2. *Docebit nos vias suas.* Spiritu Prophetico illustrari. Deut. 18. *Prophetam suscitabo de fratribus tuis.* Discipulos pauperes aggregare. Isa. 61. *Spiritus Domini super me, Euangelizare pauperibus.* Paupertatem amare. *Ego sum pauper & dolens.* Iustitiam diligere exercere. *Erit iustitia cingulum lumborum eius.* Humiliter conuersari. *Humiliatus sum vsquequaque.* Suæ doctrinæ despectio à Iudæis. *Tota die expandi manus meas ad populum contradicentem mihi.* Isai. 65. Miraculorum operatio. *Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum patebunt.* Isai. 35. Multitudinis populi cibatio. *Suscitabo super gregem meum pastorem.* Ezechiel 34. Summi sacrificij institutio Isa. 25. *Faciet Dominus conuiuiũ in monte cunctis gentibus.* Æterni regni ordinatio: Daniel. 7. *Suscitabit Deus regnum.* Cultus Dei zelatio. Psalm. *Zelus domus tuæ comedit me.* A principibus sacerdotum, & alijs persecutio. *Sederunt principes, & aduersum me loquebantur.* Iudæorum insidiatio *Omnes in sanguine insidiantur.* Mich. 7. Concilij Iudæorum contra ipsum congregatio. *Astiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum.* Vnius eius proditio. *Ampliauit super me supplantationem.* Eius venditio. *Appenderunt mercedem meam triginta argenteis.* Zachar. 11. Eius captio. *Ceperunt animam meam, ceciderunt in me fortes.* Eius ligatio. *Fili hominis data sunt super te vincula, & ligabunt te.* Spontanea eius oblatio. *Oblatus est, quia ipse voluit* Eius flagellatio *Ego sum flagellatus tota die.* Eius falsa accusatio. *Amici mei & proximi mei aduersum me appropinquauerunt & steterunt.* Maxillæ percussio. *In virga percutient maxillam iudicis Israel.* Mich. 5. Eius illusio. *Illuserunt tibi viri fœderis tui.* Pœnarum afflictio. *Afflictus sum & humiliatus sum nimis.* Eius faciei velatio & percussio: *Faciem meam non auerti ab increpantibus, & conspuentibus in me.* Eius expoliatio. *Vadam spoliatus & nudus.* Eius blasphematio. *Tota die non cessant blasphemare nomen meum.* Eius negatio. *Non erit eius populus, qui eum negaturus est.* Ad mortẽ vilem condemnatio. *Morte turpissima condemnemus eum.* Crucis baiulatio. *Mittamus lignum in panem eius.* Eius crucifixio. *Suspendium elegit anima mea.* Ipsius inter sceleratos collocatio. *Cum sceleratis reputatus est.* In cruce cibatio & potatio. *Dederunt in escam meam fel, & in siti mea potauerunt me aceto.* Eius mors & occisio. *Tradidit in mortem animam suam.* Pro peccatoribus immolatio. *Propter scelus populi mei percussi eum.* Per ipsũ facta nostra redẽptio. *In dilectione sua & indulgentia redemit eos.* Eius vulneratio. *Foderunt manus meas & pedes meos.* Ei⁹ lãceatio: *Circũdedit me lanceis suis, & vulnerauit lũbos meos.* Sanctorũ patrũ liberatio: *Clamabũt ad Dominũ à fa-*

Dei erga duos Emauntinos benignitas.

Concionatorũ apud auditores discretio.

Iob tentatus à diabolo, sed non superatus.

Oblatio Christi spontanea.

et tribulata, & mittet eum a sleatorem Diaboli subiugatio *Percussit caput de domo impij.* Eius sepelitio. *Suspensum in patibulo, eadem die sepelietur.* Eius resurrectio. *Non derelinques animam meam in inferno* Ad cælos ascensio. *Ascendit super talum cali ad Orientem.* Ad patris dexterā confessus. *Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis* Spiritus sancti missio. *Effundā de spiritu meo super omnem carnē* Et omnium in fine mundi iudicatio Ioel 3. *Congregabo omnes in vallem Iosaphat.* Hæc & similia testimonia elucidauit, vt eos confunderet, & doceret. Et aduerte quòd si cui genealogiam deduxeris à paucis annis, tēmaguam & gratam facies, si fidem, si religionem Catholicam ab antiquis annis, prophetijs, oraculis, patribus testimonijs deduxeris, parum vel nihil efficies, adeò miserum est gen⁹ mortaliū, vt potiùs à se, quā à Deo, velit originem ducere: nec ostēdas eis tuū qualecunq; quantūcunq; iudici, nō ille requiescet, nisi promiseris, nisi dederis, licet ille millies iurauerit, quod velit propter munera, fauores aut alia iudicare.

Et appropinquauerunt castello quo ibant, & ipse se finxit longius ire.] Sic fit, quando tales miseri, de quibus iam dictum est, appropinquant ad mortem, fingunt ipsi Christum longius ire, se non vidisse peccata, nō vlturum, & cum clamauerint in iudicio, *Mane nobiscum Domine*, aut permitte nos tecum manere, elabetur prolata sententia. Sed ad contextum: fecit, vt eorū desiderium magis accenderet, fingit se longius ire, quæ simulatio facta est licita & commendabilis, quando fit ex rationabili causa & bono fine. Vnde Iosue 8. cum filijs Israel simulauit fugam, quādo ceperunt ciuitatē Hai. Vide iterum Salutatoris bonitatem & ansas quas quærit, vt veneti possimus: Millia facit, vt incendat desideria nostra in suum amorem. Sciebat Matth. 15. quid facturus esset Chananææ, sed dissimulauit & distulit beneficium, vt eius desiderium accenderet, & perseuerans & clamans efficeretur dignior, vt maiorem gratiam consequeretur, & sic maiori affecta est honore, & digna vt à Christo laudaretur, & eius fides exaltaretur: Quod etiam hodie tales fecit. Fingūt nostri aulici, quando ad consilia, ad similia debent ire, promotiones magnas, quando abeunt, dimittunt expectantes manes. Fingunt viri perfecti, religiosi, eruditi & alij, se nihil facere, tamen longius eunt alijs non cogitantibus.

Et coegerunt illum dicentes, Mane nobiscum, quoniam ad vesperascit, & inclinata est iam dies.] Commendat iste locus hospitalitatem, quę amplius apud homines est carissima Heb. 13. *Hospitalitatem nolite obliuisci, per hanc enim quidam placuerunt angelis hospitio susceptis.* Vide etiam quanto maioris valoris sunt apud Deum bona opera quam ornata, dulcia & eleganti verba. Non nouerunt illi discipuli Dominum, quādo de lege ipsa loquebatur, nouerunt tamen, quando opere adimpleuerunt quę lex eadem fieri iubebat. Pluris enim æstimantur opera charitatis & misericordiæ coram Deo, quam verba plena pluribus ambagibus; Nam cœlum bonis operibus extorquetur, minime autem verbis. Quod eleganter dixit Propheta regius, Psal. 118. *A mandatis tuis intellexi*, q. d. Intellexi te Domine, & noui ex mandatis tuis. Quare minimè credendum est, custodientem & obseruantem mandata Dei vnquam lapsurum in hereses aut errores: Nam legis Dei obseruatio, ducit nos in maiorem & clariorem eius cognitionem, non autem in errores. Secus est de vitiosis, de quibus idē Psalmista eodem Psalmo. *Intellectus bonus omnibus facientibus eum.* Et isti discipuli non cognoscentes Christum, erant charitatiui, & multa promeruerunt.

Iterum attende. Iam isti erant experti commodum, quod erant consecuti ex Christi societate, nam post hæc ad inuicem dixerunt, *Nonne cor nostrum*: Ideò volunt illum secum habere. Sic & tu age, vt tecum semper habeas viros probos & sapientes. Vides quantum isti consecuti sunt ex Christi consortio. Crede hoc commodum quotidie accrescere in corde tuo, si adhæseris optimis viris. Eccl. 13. *Pondus super se tollit, qui honestiori communicat.* q. d. Onus sibi imponit qui cum bono conuersatur. Sicut enim equus petulans onere domatur, sic efficitur iuuenis, quando cum viro sapiente conuersatur, quia corā illo non audet diffamare, blasphemare, nugas & vanitates, aut peccata exercere. Vt quamanimam Deus lucretur, bonum tibi mittit, vt suis bonis operibus & exemplis ad eum conuertaris, teq; illuminet. Sic Tobias dixit c. 13. *Confitemini Domino filij Israel, & in conspectu gentium laudate eū, quoniā ideo dispersit vos inter gētes, quæ ignorāt Deū, vt vos enarretis mirabilia eius, & faciatis scire eos, quia nō est alius Deus omnipotēs præter eū.* Hoc isti discipuli ēt experti sunt.

Præterea gratitudinem docet locus iste, Docuerat illos Christus per viā, non ergo erat decens ieiunum dimittere illum, qui tot bonis operibus & beneficijs eos affecerat, esset. n. ingratitudo & inurbanitas. Ex quo discamos cibare prædicatores, & alere eos verbum Dei docentes. Sic fecit mulier cum propheta Elisæo, 4. Reg 4. Et Luc. 10. dixit, *In eadem domo manete edentes & bibentes, quæ apud illos sunt.*

Aduerte quod sunt tria genera hominum Primi sunt, ad quos nunquam venit Christus per gratiam gratum facientem, & sunt qui nunquam redeunt ad cor suum, per considerationem vitæ suæ: Quamuis enim Dominus eos hortetur, vt ad se redeant. Isa. 46. *Redite præuaricatores ad cor.* Ipsi tamen hoc minimè attendunt, nec redire volunt. Et isti nunquam veram agunt pœnitentiā. Secundi sunt ad quos venit, sed non manet, sicut qui Christum receperunt tempore paschali in venerabili Sacramento, sed citò peccatis consentiunt & recidiuant, Luc. 8. *Ad tempus credunt, & in tempore tētationis recedūt*, sc. à bono proposito ad peccatum. Tertij sunt, ad quos venit per gratiam, & manet perseueranter. Tales dicunt, *Mane nobiscum Domine.*

Hic enim de facili amittitur, non solum enim de facto, sed etiam verbo & voluntate sola. Qui autē hunc amittit, amittit omne bonum, Sap. 7. *Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa.* Ose. 8. *Proiecit Israel omne bonum*, & sic amittit regnum Dei, & seipsum. Itē, Ab optimo Domino ad pessimum sic transit, quia vbi ingreditur Dominus, egreditur diabolus, & è contra, & accipit septem nequiores secum, Matth. 12. Præterea amissus Dominus non de facili recuperatur, nec cunis (ut ita dicam de homine) redit, vbi percutitur ante ianuas. Et qui sic eiecit peccata multiplicet Nam qui accipit depositum vt custodiat fideliter, maximè si ex inde lucrū accipit & nō custodiat, peccat: Sic est qui Christum in venerabili Sacramento accipit, pro cuius custodia gloriā paratam expectamus. Hoc peccatum simile est Iudæ, q ad mensam Domini comedit, postea surrexit & tradidit. Item Iudæorū, qui Dominica Palmarum ita solenniter exceperunt Christum, & postea cum magna contumelia eiecerunt. Est. n. magna proditio sic Dominum inuitare semper, ac dicere. Veni, visita me, & cum venit, multis modis expellere. Similes sunt illis Iudęis, qui Barrabam latronē Christo præponunt, expellunt eum qui protegit, & introducunt qui iugulet. Psal. 52. *Si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem vtiq; Tu verò homo vnanimis Veniat mors super illos*, Ps. 40. *Homo qui edebat panes meos, magnificauit super me supplantationem. Tu autem Domine resuscita me.* Dixit Dominus, *Si quis mihi aperuerit ianuam, intrabo ad eum, & cœnabo cum eo, & ipse mecum.* Ecce cum aperiunt, intromittunt, claudunt, cœnant, male tractant, eijciunt. Iā illum hæretici eiecerunt è Germania, quotidie peccatores ex anima, ideo non est salus.

Et intrauit cum illis. Et factum est dum recumberet cum eis, accepit panem ac benedixit, & fregit & porrigebat illis, & aperti sunt oculi eorum, & cognouerunt eum.] Sic equidem sæpè ac sæpius nobis contingit, quibus quādo abire apparet, tunc manet; Cum apud nos vult requiescere, signa protectionis ostendit, fingit se ire, vt tandem maneat. Sentis te tristem, & absque vllo solatio tepidum, postquam te deuotum vidisti, tā adeo destitui tibi videris, & quod tu iam non meruisti: Scito tamen tunc Deum velle manere, & maiori te amore afficere; Nam ea asperitate solet nos Deus tractare, quando nos diligit. Videbatur Deus recedere à populo Israelitico, Exod 5. eumque relinquere, quando Pharao eius labores duplicabat, tributa, & vectigalia augebat, & tamen secundum veritatem, tunc magis ad eos appropinquabat, & statuebat eos ab Ægypto eruere & educere.

Expende etiam quàm bonus est Deus in concedendis petitionibus eorum, qui fidei & deuotioni vacant. Ps. 144. *Prope est Dominus omnibus inuocantibus eum in veritate. Voluntatem timentium se faciet, & deprecationem eorum exaudiet.* Vult Deus à nobis vocari, exorari, vt hac humilitate eius gratiā digni efficiamur. In bonitate tamen eius confide, Nam si perstiteris petens, vt isti duo fecerunt, non vtiq; tibi, quod petis, denegabitur, sicut nec istis,

Hominum genera tria.

Deum amissum non facilè recuperatur.

Dominus valens manere nobiscum fingit abire rursum se.

Atten-

Quatuor actiones Christi circa panem

Attende iterum, quòd quatuor actiones Christi Ieſu circa panem deſcribantur, Acceptio, benedictio, fractio, & porrectio: & tamen in ſola fractione eſt agnitus, vt intelligamus fractionem fuiſſe miraculoſam, hoc eſt, quia frangebat panem manibus ſuis, ſicut alij incidunt gladio. Solitum hunc frangendi modum fuiſſe creditur, & proptereà diſcipuli ea conſueto Ieſu modo cognouerunt eum. Nam ſi hic modus frangendi panem non fuiſſet illi conſuetus, nullum agnitionis teſtimonium afferent dicendo, quomodo agnitus fuiſſet ab eis in fractione panis. Hoc licet aliquid probabilitatis habere poſſit, maieſtati tamen Chriſti non videtur adeo conueniens, potiùs igitur dicendum, quod ſicut præfatus actiones circa panem exercendo in vltimâ cœnâ diſcipulis ſuis ſeipſum ſub ſpecie panis tradiderit, ita & hic egerit, atq; ex iſto dilectionis in valedictione ſua teſtimonio fuerit agnitus contra illos ſub vtraque quidum de pluralitate ſpecierum, cauto Diaboli inuento diſputant, rem ipſam perduxit, vt videre eſt in ſacramentariorum ſecto, cui hæc diſputatio originem dedit, vt taceamus ipſam huius diſputationis ſectam variè inter ſe diſſectam, eò perueniſſe ſecundum aliquos, vt veritatem præſtitiæ corporis Christi ad ſumptionem actualem allegit, quid amplius teſtat, quam vt prorſus negetur?

Non aperiisse nobis oculos Christo, non videmus.

Obſerua etiam, quomodo Chriſtus oculos aperiat. Qui bona p̄ſtant, merentur à Deo illuminari. Sic Cornelius Act. 10. faciebat Eleemoſynas, & opera miſericordiæ, & illuminatus eſt, & venit ad fidem & cognitionē Dei. Vnde Eccl. 2. *Qui timetis Dominum, diligite illum, & illuminabuntur corda veſtra.* Tunc autem *oculos aperire, dicitur in ſcripturis, quando aliquid clarè cognoſcimus, quod ante ignorabamus*, vt ait Aug. Præterea niſi Ieſus aperiat nobis oculos, nemo videt, ideò Pſal. 118. *Reuela oculos meos, & cōſiderabo mirabilia de lege tua.* Attende etiam, quòd ſicut hic in fractione panis eſt cognitus, ita cognoſcitur à nobis per ſuos effect⁹, iuxta illud Prophetæ, Pſ. 18. *Cæli enarrant gloriā Dei, opera manuum eius annunciat firmamentum.* Et hæc demonſtratio Christi, per quam agnoſcitur à nobis, apud Dialecticos vocatur. Quia non propter quid, quæ fit per cauſam. Et ſic homo etiā bonus & Catholicus ex operibus, & non ex ſola fide cognoſcendus eſt.

Omnia terrena euaneſcunt

Et ipſe euanuit ex oculis eorum.] Statim cum Deus in hac vita tribuit ſolatia ſuis, aufert, ne in eorum veniant detrimentum. Sicuti pater qui nō vult largiri nummos paruulo filio ne ludat, & inde in perditionē deueniat, vſq; dum creſcat, & conſumere ſciat. Imitat Deus his ſolatijs & aufert, vt eis refecti homines in cœlum tollantur. Voluit Christus hos duos diſcipulos ſua præſentia reficere, propter q̄ ſunt illi gaudij; Poſt cognitionē autem eius euaneſcit ex oculis eorum, vt corda in Deum ipſum tollār, ne nimium corporali præſentia Christi afficiantur. Porrò in eo, quòd repentè, & quaſi imperceptibiliter per dotē agilitatis ab eorū aſpectu diſperuit, mōſtrauit ſe corpus habere glorificatum. Ex hoc etiam diſce, quàm omnia q̄ videntur, quæ amantur in terra, q̄ quaſi volumus rapere & tenere, vt diuitiæ, gloria, fauores, honores, delitiæ, vltimò vita ipſa ſtatim euaneſcant: quid ergò iſtis plus tribuis, quàm illis, q̄ perpetuò ſunt duratura? Vbi eſt doctrina Ariſtotelis? fortitudo Herculis? lōga vita Neſtoris? euanuit. Hæc eſt reſponſio ad omnia ſimilia quæſita, & ad ea, de quibus ſapientiſſimi huius mundi diſputant. Sed & ſi vos interrogauero cras, vbi eſt paſchale gaudium, vbi mentis lætitia, nolite quæſo pati, vt dicatis, Euanuit & hoc propter peccatum, aut occupationem circa res mundanas.

Eloquium Dei verè ignitum.

Et dixerunt ad inuicem: Nonne cor noſtrum ardens erat in nobis, dum loqueretur in via, & aperiret nobis ſcripturas?] Peccatum ſicut vinum acetoſum, infectū guſtum habet in fine, ideò relinquit hominē triſtem & inſipidum. E contra aūt Chriſtus facit, qui latens relinquit diſcipulos exultantes, & roboratos circa fidem, quamobrem lætitia pleni ad inuicem colloquebantur. Quare nō ſtatim procubuimus corā illo, ſiquidē in corde ſigna ſuæ præſentiæ experiebamur? ea q̄ue lætitia ebrij Ieruſalem reuerſi ſunt. Vide quàm verè dixerit Dauid, loquens Deo de eius eloquio, dic. Pſ. 18. *Ignitum eloquium tuum vehementer.* & Ier. 23. dic. Dominus: *Nunquid non verba mea ſunt quaſi ignis, & quaſi malleum cōterens petras?* Sic iſti accendebantur: ſic tu quotieſcunq; verbum Dei audis, & nihil mutationis in corde tuo ſentis, toties ſcito te audire, non verbum Dei, ſed hominis, qualiſcunq; tandem ſit ille miniſter verbi Dei. Contrà, quotieſcunq; ſenſeris pios aliquos motus in te excitare, certò ſcias, Chriſtū & huius ſpiritum tibi loqui, qualiſcunq; tandem ſit, qui concionatur.

Obſerua, quod cor noſtrum debet eſſe, ſicut caſtrum hoſtibus claudendum, ſic etiam debet præmuniri à mundi delectabilibus, ne introeant vſque ad cor, id eſt, vſq; ad complacentiā & conſenſum. Aliàs rex, id eſt, intellectus, & regina, id eſt, voluntas, ſpiritualiter occiduntur, Intellectus à vero deuiando, & voluntas malo adhærendo; Ideò conſulitur. Pro. 4. *Omni diligentia ſerua cor tuum, quoniam ab ipſo vita procedit.* Apes concludunt portas aluearij ſuccis amaris, ne ſubintrent araneæ, vel alia animalia venenoſa: Sic nos debemus cor noſtrum tenere clauſum, & ſtrictum, & cum amaritudine timoris Domini ipſum facere magis arctum, ne venenoſæ cogitationes ſubintrent, Eccl. 7. *Cor ſapientū, vbi triſtitia & cor ſtultorum, vbi lætitia.* & Prou. 14. *Cor quod nouit amaritudinem animæ ſuæ, in gaudio eius non miſcebitur extraneus.* Sed in cōtrarium quidā habent cor expoſitum ad auaritiā ſectandā, Oſeæ 7. *Applicuerunt quaſi clibanum cor ſuum.* Quidam ad ſuperbiam, Dan. 4. *Exaltatum eſt regnum Nabuchodonoſor, eleuatū eſt cor eius.* Quidam ad inanem lætitiam, Eccl. 7. *Cor ſtultorum, vbi lætitia.* Quidam ad peruerſam malitiam, Eccl. 1. *Cor tuum plenum eſt dolo & fallacia.* Item cor noſtrum debet eſſe, ſicut aſtrum lumine magnæ claritatis. Lux enim ſapientiæ, diſcretionis & prudentiæ debet in cordibus noſtris relucere. Ocul⁹ aquilæ multū habet de lumine, & hoc quia lōge videt prædā ſuā. Oculus et mundi ſol debet eſſe luminoſus, vt totum mundum illuminet. Sic oculus cordis noſtri debet eſſe luminoſus, vt videat bona paradiſi, Prou. 14. *Sapientia requieſcet in corde eius.* & c. 18. dicitur, *Cor prudens poſſidebit ſapientiā.* Quidam itē ſunt, quorum cor eſt ſapiens ad mundi delitias acquirendas, malitias cogitādas, nequitias perpetrandas, ſimiles noctuis & cattis, qui melius de nocte vident. Præterea cor noſtrū debet eſſe ſicut clauſtrū à crimine mundatum, Pſ. 50. *Cor mundū crea in me Deus.* & alio Pſal. 10. *Quis aſcendet in montē Domini? Innocens manibus, & mundo corde.* Matt. 5. *Beati mundo corde, quoniā ipſi Deū videbunt.* In corde puro Deus ſeipſum ſpeculatur, & in eius aſpectu quamplurimum delectatur. Et ſicut videmus, quòd ſol puros vapores ſuperius ad ſe trahit, ſic Deus corda pura, & munda ad ſui contemplationē & dilectionē inducit. Vnde Iob 34. *Si direxerit ad Deum cor ſuum, ſpiritū eius & flatum ad ſe trahet.* Ideò neceſſe eſt primò, vt habeat rectitudinē intentionis, quæ eſt ad Deum tanquā ad finem. Secundò, ſanctitudinē affectionis, quæ debet eſſe pura & ſancta, quia dicitur *ſpiritū eius.* Spiritus aūt eſt ventus in ſe mundus, & alia quæ tangit mundificat, Pſ. 50. *Cor mundū crea in me Deus, & ſpiritū rectū innoua in viſceribus meis.* Mundum debet eſſe vas, in quo ponuntur mundæ reliquiæ, ergò & cor, vbi Deus vult reponi. Tertiò, debet habere amplitudinem dilectionis, q̄ dicitur, *Flatū eius.* Flatus. n. id eſt, deſiderium cordis noſtri, debet trahi ad Deum per amorem & dilectionem. Nihil autem fortius trahitur, quam quod vinculis colligatur, & ferrum ab adamante trahitur. Et ad tale clauſtrū vel caſtellūm ibat & ducebat Chriſtus ſuos diſcipulos, vt redirēt ad cor. Luminoſum præterea voluit illorum cor, vt arderet.

Cor noſtrū quale debeat eſſe.

In homine iuſto requiſita.

Bonorum cor multiplex.

Boni inſuper habent multiplex cor: Humiliatum, Pſ. 50. per ſubiectionem. Subtiliatum per diſcretionē, Ier. 24. *Dabo eis cor, vt ſciant me.* Ampliatum per ſpē diuinā, Pſ. 72. *Deus cordis mei, & pars mea, Deus in æternū.* Conciliatū per pacem. Phil. 4. *Pax Dei quæ exuperat oēm ſenſum, cuſtodiat corda veſtra, & intelligentias veſtras.* Præparatū per obedientiā & bonā operationē, Pſ. 56. *Paratū cor meū, Deus, paratū cor meū: cantabo & pſalmum dicam.* Reparatum per reſtaurationem virtutum, 1. Reg. 7. *Præparate corda veſtra Domino, & ſeruite illi ſoli.* Purgatum, reijciendo oēm culpā, Iac. 4. *Emundate manus peccatores, purificate corda, duplices animo.* Ier. 4. *Laua à malitia cor tuum Ieruſalem, vt ſalua fias.* Conſeruatum per diligentem examinationem, Pro. 4. *Omni cuſtodia ſerua cor tuum, quoniā ab ipſo vita procedit.* Viſitatum per diuinā gratiam & inſpirationem, Pſ. 16. *Probaſti cor meū, & viſitaſti nocte.* Aggregatum per ſuiipſius circumſpectionem, Eccl. 30. *Miſerere animæ tuæ placēs Deo, & aggrega cor tuū in ſanctitate illius.* Inflammatum per amorem,

Pſal.

Psal. 72. *Inflammatum est cor meum, & renes mei mutati sunt.* & hodie, *Nonne cor nostrum ardens erat?* Anxiatum per contritionem, Psal. 57. *Afflictus sum & humiliatus sum nimis, rugiebā à gemitu cordis mei.* Et, *Dum anxiaretur cor meum, in petra exaltasti me.* Consolatum, quando sperat futuram retributionē. Psal. 15. *Lætatum est cor meum, & exultabit lingua mea, insuper & caro mea requiescet in spe.* Psal. 118 *Inclinaui cor meum ad iustitias faciendas in æternum, propter retributionē.* Eleuatum per cœlestium afflictionē, Thren. 3. *Leuemus corda nostra cum manibus ad Dominū.* Liquefactum per compassionem, Psal. *Factum est cor meum, tanquam cera liquescens, in medio ventris mei.* Calefactum per deuotionē, Psal. *Concaluit cor meum intra me.* Madefactum per lachrymationem. Psal. *Ascensiones disposuit in corde suo in valle lachrymarum.* Mundum per sanctitatem & innocentiæ deputationem, Psal. *Cor mundum crea in me Deus.* Profundum per futurorum meditationem. Psal. *Accedet homo ad cor altū, & exaltabitur Deus.* Turbidum per admirationem, Esther. 13. *Conturbatum est cor meum præ timore gloriæ tuæ, quia valde admirabilis es Domine.* Iucundum per consolationē & lætitiam, Psal. *Cor meū & caro mea exultauerunt in Deum viuum.* Eccl. 30 *Non est oblectatio super cordis gaudium, quia iucunditas cordis hæc est vita hominis.* Sapiens per nociuorum declinationem, Eccl. 3. *Sapiens cor & intelligibile abstinebit à peccatis.* Sentiens propriā infirmitatem, Eccl. 23. *Qui pungit cor, profert sensum.* Patiens per tolerantiā aduersitatum, Eccl. 2. *Deprime cor tuum & sustine.* Compatiens propter confraternam tribulationē, Thren. 2. *Effunde sicut aquam cor tuum, pro animabus paruulorum tuorum qui perierunt.* Lætum per communem congratulationē, Psal. *Dedisti lætitiam in corde meo.* Ferū propter confirmationem in bono, Psal. *Si consistāt aduersum me castra, non timebit cor meum.* Et *confirmatū est cor eius non commouebitur.* Discretum, per boni & mali discussionē. Cant. 5. *Ego dormio, & cor meum vigilat.* Rectum per adæquatam bonam intentionē. Et meritò, quia sicut dicitur in Psal. *Deus est qui saluos facit rectos corde.* Et *gloriabūtur omnes recti corde. Bonus Israel Dominus his qui recto sunt corde.* Directum per eleuationē in Deum, 2. Thess. 3. *Dominus autem dirigat corda & corpora nostra in charitate Dei & patientia Christi.* Ier. 31. *Dirige cor tuū in viam rectam.* Erectum per cōtemplationem. Vnde Ecclesia orat, dic. *Ibi nostra fixa sint corda, vbi vera sunt gaudia.* Porrectum per Eleemos. largitionē Pro. 23 *Fili præbe cor tuū mihi.* Correctū per pænitentiā. De populo Israel qui deliquerat, dicitur Baruch. 2. quòd *conuertetur ad cor suum in terra captiuitatis suæ.* Tactum per diuinā admonitionem, 1 Reg. 10. *Abijt cum eo pars exercitus, quorum Deus tetigerat corda.* Contritum per interiorem compunctionem, Psal. *Deus sanat cōtritos corde, & alligat contritiones eorum.* Apertum ad diuinæ legis & gratiæ receptionem, 2. Mach. 1. *Ad aperiat Dominus cor vestrū in lege sua, & in præceptis suis.* Espositū ad Dei visionem, 1. Re. 16. *Deus aūt intuetur cor.* Illuminatū per verā cognitionē Dei, Eccl. 2. *Diligite Dominum, & illuminabūtur corda vestra.* Dilatatam per charitatiuam ampliationem, 2. Cor. 6. *Os nostrum patet ad vos Corinthios, cor nostrū dilatatū est.* Renouatū, per recuperatā omnimodam perfectionē, Ezech. 36. *Dabo vobis cor nouum, & spiritum nouum ponā in medio vestri.* Beatificatum per finalē saluationem, Isa. 60. *Mirabitur & dilatabitur cor tuum, quando conuersa fuerit ad te multitudo maris.* Tale cor habebant aut accipiebāt postea discipuli, cum Christo tam dulciter colloquentes, quod facilè potest applicari.

Sed iterum sunt multi, qui Deo se offerunt sine corde, quod diabolus iam deuorauit. Præterea sunt qui cor habent malitiosum, Psal. *Cor tuum abundauit malitia, & lingua tua cōcinnabat dolos.* Iniquum & perniciosum, Pro 6. *Cor tuum meditabitur peruersa.* Pro. 26. *Septem nequitiæ sunt in corde eius.* Præsumptuosum, Iudith 1 *Exaltatum est regnū Nabuchodonosor, & eleuatum est cor eius.* Auarum & ambitiosum, Ose. 7. *Applicauerunt quasi clibanum cor suum.* Clibanus ad ardorem auaritię significat. Obliuiosum, Deut. 8. *Ne eleuetur cor tuum, & obliuiscaris Dei tui.* Luxuriosum, 3. Re. 11. *Cum iam senex esset Salomon, deprauatum est cor eius per luxuriā & mulieres.* Obliquum, Psal. *Cor aūt eorum non erat rectum cum eo, nec fideles habiti sunt in testamento eius.* Infatuatum, Pro. 12. *Cor insipientum prouocat stultitiam.* Coagulatum vel obstinatum. Psal. *Coagulatum est sicut lac, cor eorum.* Duplicatum, Eccl. 2, *Væ duplici corde, & homini ingredienti terrā duabus vijs.* Psal. *Iniquitatē in corde & corde locuti sunt.* Segregatum, Ose 10. *Diuisum est cor eorum, nunc interibunt.* Quia verò Iudæi tale cor non habebant, ideò Christus ad eos nō venit, nec ibi manere voluit post resurrectionem. Quod itidem facile est applicare. Non ardebat cor discipulorū ardore luxuriæ vel auaritiæ, sed charitatis; Sicut aūt res ardens seu ardor sursum tendit, calefacit, incendit, purgat, & puritatem impendit, sic verè per affectionē sursum eleuamur, per electionē intus inflāmamur, per correptionē à malis purgamur, vt hic. O stulti: & quamdiu flamma ardet, semper sursum tēdit, sic faciebant discipuli, sic & nos faciamus, & vt thus resoluamur in fumū fragrantissimum. Mirabile est quod homines ignis fumū deorsum deprimunt, dum affectionē ad temporalia torquent, nec permittunt ascendere, vt oēs auari, cupidi, luxuriosi. Præterea sicut res quæ ardet, facile potest alteri coniūgi, sicut patet de vitro, & ferro ignito, quod tunc alteri ferro potest vniri. Sic verè cor, quod per amorē feruet & ardet, Deo & proximo se coniungere semper studet. Sic hodie & Leuit. 6. *Ignis in altari meo semper ardet.* Ita in altari cordis nostri ignis & ardor esse debet perfectæ charitatis, semper & continuè. De isto ardore dicitur Luc. 12. *Ignem veni mittere in terrā, & quid volo nisi vt ardeat?* Et semper quia vera charitas & perfectus amor nunquam ex toto deficit, nec perit, 1. Cor. 13. *Charitas nunquā excidit.* Vltimò debemus habere alium ardorem, sc. correctionem mala castigantem. Sicut .n. ignis ardens agendo in materia purgabili ignē igniendo, & fæces eius consumēdo purificat: sic ardor correctionis, aduersitatis & tribulationis, pænitentiæ & zeli diuini, de quo 1. Cor. 13. *Si tradidero corpus meū vt ardeā*, Eccl. 2. *In igne probatur aurū & argentū, sic homines in tribulationibus*, & hodie isti discipuli. Et dū sunt in igne alicuius fortis tribulationis vel correctionis, fiunt molles per benignitatē, placabiles per subiectionem & humilitatē, sed verè quando ipsi possunt sanari & refrigerari, liberari & prosperari, tunc iterū incipiunt indurari per crudelitatem, obstinari per malignitatem, & in malam primā consuetudinem mutari. Exemplum est Pharao. Alius ardor est peccatorū, alius inferni, de quibus hic nō dicimus.

Cor feruēs charitate facilè Deo cōglutinatur.

Itaq; vt iterum ad textum veniamus, *Nonne cor nostrū ardens erat?* ita debet cōfessarius, concionator, & qui curā habet rei corporalis aut spiritualis intendere se, vt prius ille commotus possit alijs eosdē bonos motus inducere, & illi acceptare. Quid .n. prodest totum diem clamare in Cathedra, nisi fructum faciat, & Spiritū quidē habeat sanctum? Ardere præterea debet cor nostrū, nec satis est in alijs hominibus videre Quadragesimali tēpore concionis, confessionis, Missæ, aut pœnitentiæ bona exēpla, itemq; dolores & lachrymas, nisi & nos ipsi commoueamur & doleamus. Ardent iudices zelo iustitiæ, cùm causam indignā audiūt, sed cessat ardor, quū frig⁹ iniquæ corruptionis & largitionis interuenit, & sic in multis casibus. Et ecce hoc in via solet fieri, vt corrumpātur iterū in fieri, priusquā ad esse veniant.

Concionator & confessarius ardentes sint, vt auditores accendant.

Et surgentes eadem hora regressi sunt in Ierusalem, & inuenerunt vndecim congregatos, & eos qui cum illis erant, dicētes, Quòd surrexit Dominus verè, & apparuit Simoni.] Bonum & salutare nuncium non est differēdum, vt hic. Sic factum est, quando illi 4. leprosi inuenientes castra Syriæ, & diuitias, & cibos in eis dixerunt 4. Reg. 7. *Hæc dies boni nuncij est, si tacuerimus & noluerimus nūciare, sceleris arguemur. Venite eamus & nunciemus in aula regis.* Vnde constat prædicationē non debere differri in longum tempus, sicut nec actum cōuersionis, & quæ bona aut sancta sunt, aut in plurimorū vtilitatem vergunt. Mali in proclamandis & promouendis malis, & hæretici in reb⁹ suis longè sunt expeditiores, adeò longè mūdus distat à cęlestibus. Vnde Angelus Raphael dixit, Tob. 12. *Opera Dei reuelare & confiteri honorificū est.* Expende ēt feruoris & spirit⁹ illorum magnitudinem, qui tempore primitiuæ Ecclesiæ vixerunt. *Eadem hora* dicit. Cùm iam peragrassent, quatuor illas leucas illo⁹ die, redierūt eadē in Ierusalē, & iterum illud iter egerunt, nunciantes Apostolis, & toti Ecclesiæ, & sic videtur, quod circa meridiem venerint in Emaus, vnde licebat eis adhuc reuerti Ierusalē. Talis feruor deberet inesse nobis, quem ēt Paulus optabat Romanis, cum eis dixit, Rom. 12. *Sollicitudine nō pigri spiritu feruentes Domino seruientes.* Vult Deus feruorē in obsequijs illis præstitis. Cain, vt inquit scriptura. Gen. 4. serò & impiè obtulit Deo ea, quæ obtulit. Non

Spiritu ferueamus, vt hortatur Paulus.

hic

sic Abraham Gen. 22. nec moram fecit in filij sui sacrificio, nam statim Deo præcipiente nocte surrexit absq; vlla mora, & in montem eum sacrificaturus se contulit. Heu nostram ignauiam, vincat ergò carnē istam amor Dei, & cordibus nostris residiat, & in eo fortis efficiatur, nō solùm ad incedendum per viam Dei, sed etiam per eandem currendum, ita vt verè possimus dicere, q̃ propheta Dauid, Psal. 118. *Viam mandatorum tuorum cucurri, cùm dilatasti cor meum.*

Præterea obserua, quàm nobilis & illustris est amor Dei, quàm vilis & parui momēti amor mundanus. Amor enim mundi & carnis adeò est ignobilis & infamis, vt aliquod consortium non admittat, si quia carnaliter mulierem diligit, renuit alios eadem dilectione eam prosequi, adeò vt nec cerni permittat, vult solus in amore esse, quare societatem in eo non admittit, quod quidem est maximus amoris defectus. Amor autem Dei est nobilis. Qui enim Deum amat, cupit & desiderat omnes alios eum amare. Si quis patronum habet Ioannem Baptistam, S. Wenceslaum, & reliquos patronos, optat cæteros habere, & quod eum amore prosequantur. Dauid qui plenus erat amoris Dei, dicebat omnes inuitans, *Diligite Dominum omnes sancti eius.* Psal. 30. Et Psal. 110. Non solùm angelos & homines vocat ad laudem Dei, sed etiam creaturas irrationabiles, bestias, creaturas insensibiles, grandinem, ignem & reliqua. Quando enim amor Dei conditur in alicuius hominis pectore, desiderat maximè omnes venas, neruos, & cæteras corporis partes conuerti in linguas, vt laudes diuinas efferant. Lætitia quidem spiritualis statim sese communicat, in quo videbis verum esse bonum, quia de natura boni est, esse communicatiuum suiipsius. Sic isti discipuli non fuerunt exigui gaudij, sed pleni amore Dei, & spirituali solatio, voluerunt socios eiusdem esse participes, quare statim ad eos se contulerunt bonū nuncium portantes. Faxit Dominus Deus, hâc horâ, qui ab Ecclesiâ recesserunt, ad Ecclesiam redeāt, non quidem vt ipsi bonum nuncium portarent, aut Ecclesiam tantùm lætificarent, sed sibiipsis consulerent. Non aūt Medici, nec Iurisperiti, nec alij eadem hora, qua pecuniam accipiunt, qua veritatē intelligūt, qua iuuari possunt, surgunt, ideò habebunt ipsi, q̃ Domino Deo respondeant.

Habens aliquos patronos sanctos, optat alios eosdē.

Aliam apparitionem allegat Euangelista, quæ facta fuit Petro. Primo enim Mariæ Magdalenæ, vt Ioannes ait. Secūdo, illis quinq; mulieribus in itinere, cùm reuerterentur de sepulchro, vt Matth. ait. Tertio, Petro, vt hic. Quarto, duobus discipulis in Emaus. Quinto, omnibus, excepto Thoma. Apparuit autem Petro, priùs quam alijs Apostolis & discipulis, eum pluris quàm alios faciens, quia Erat Prælatus & Ecclesiæ pastor, in quo docuit nos quantum Prælatos venerari debeamus, & plus quàm alios, & sic eum angelus demonstrauit, & in particulari nominauit, cum mulieribus loquens, & eum pluris fecit, cùm dixit: *Ite & dicite discipulis eius, & Petro.* Secundo, nominauit angelus Petrum, & eum Christus magnificauit ei apparens tantùm, & priùs, vt experiri possis, quot Deus beneficijs & fauoribus afficiat peccatores, qui ad eum conuertuntur, & agunt pænitentiā

Post resurrectionem quibus apparuerit Christus.

Et ipsi narrabant quæ gesta erant in via, & quomodo cognouerunt eum in fractione panis.] Aduerte, quòd quamuis Christus apparuit omnibus discipulis simul, vespere in cænaculo Ierosolymis, à manè tamen sen. per misit ad eos suæ resurrectionis nuncios, qui quidem eos solarentur & lætificarent, vt in hoc bono nuncio manerent. Misit ergò manè ad mulieres, posteà ad Petrum, deinde ad hos discipulos, & tandē venit ipsemet. Ita meritò vt tanti Victoris gloria, & tanti mysterij resurrectionis Dominicæ fides magis magisq; innotesceret, & inculcaretur, & ipsi aptiores essent ad recipiendum eum. Eodem modo Christus facit nobiscum, qui in vesperam præmiū differt, mortis sc. tempus, quo omnes iusti eum glorificatum intuentur atq; beatum, interea tamen eos detinet varijs solatijs spiritualibus, quibus adiuti & roborati, labores huius vitæ præsentis ferre valent. Ne existimes tu bonos, quantumuis in hoc sęculo sint abiecti, non visitari à Deo, & interea consolatione affici. Moratur quidem Deus in reddendo præmio, intereà tamen multi fruuntur bonis, quæ si peccatores nossent, æquo animo contemnerent omnes voluptates & delicias, quibus sunt dediti. Et ne forsan putes iustos destitutos esse, vnū eorum audi dicentem 2. Cor. 1. *Benedictus Deus & pater Domini nostri Iesu Christi, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra, vt possimus & ipsi consolari eos, qui in omni pressura sunt per exhortationem, qua exhortamur & ipsi à Domino. Quoniam sicut abundant passiones Christi in nobis, ita & per Christum abundat consolatio nostra.* Sic Deus in hac vita, etsi suis labores inferat, suam gloriosam visionem differēs, detinet tñ eos varijs spiritualibus solatijs. Sic se habuit cum iustis & sanctis, qui erant in Ierusalem, quibus etsi differt suam visionem in vesperum, vt eorum desideria magis accēdat, non tamen deserit eos, nec obliuiscitur eorum: siquidem inquit hic Euangelista, quod accesserunt isti duo discipuli, & narrauerunt Apostolis, & qui cum eis erant, q̃ gesta erant in via, & in fractione panis. Nos aūt referimus hæreticis, q̃ in tota scriptura, & & miraculis, & testimonijs continentur, & pauci credunt, pauci gaudent. Referimus aliorum vitia, & gaudent omnes propria nec quidem vno signo vellent audire. Referimus casus & necessitates nostras, ijs quib⁹ oportet, quibus conuenit, & nō cognoscūt nos, nisi in fractione panis, hoc est, qñ nostrā substantiā illis communicamus, cum illis bene facimus, etiamsi causam & expensas debeamus amittere.

Præmia nostra Christus in finē vitæ differt.

Hæretici nec scriptura testimonijs, nec miraculis credunt.

Sed quid narrabo vobis, Auditores. Oportuit sic fieri, quid? oportuit ita fieri mala, aut vt mala eueniāt? Minimè. Sed oportet operari. Lu. 13. *Sex sunt dies in quibus operari oportet.* Oportet sustinere tribulationem, vt hodie. Oportet obtinere consolationem, Luc. 15. *Epulari & gaudere oportet, quia frater tuus mortuus fuerat, & reuixit.* Oportet speculari, Act. 19. *Oportet me Romā videre.* Oportet vendere augmētationē, Ioh. 12. *Oportet exaltari filiū hominis.* Oportet minorari, Io. 3. *Illum oportet crescere, me autem minui.* Imò attendite quæso, Auditores, quæ oporteat facere. Oportet fideliter credere, Heb. 11. *Credere oportet ascendentem ad Dominum.* Oportet stabiliter perseuerare in bono dicendo, Christo illud, Luc. 19. *In domo tua oportet me manere.* Oportet vtiliter agere, Ioā. 9. *Oportet me operari opera eius qui misit me.* Oportet subtiliter fugere tēporalia, & contemplari cælestia Ioan. 12. *Oportet filiū hominis exaltari.* Ioan 13. *Illum oportet crescere.* Ioan. 20. *Oportet eum à mortuis resurgere.* Oportet sapere prout decet. Rom. 12. *Non plus sapere quàm oportet.* Oportet moraliter viuere, Ioh. 3. *Oportet nos renasci denuò.* & 1. Tim. 3. *Oportet Episcopum irreprehensibilem esse.* Oportet illum testimonium habere bonum, Oportet vera dicere & ostēdere, & vtilia. Luc. 4. *Ciuitatibus oportet me Euangelizare.* Apoc. 10. *Oportet te iterum prophetare,* Oportet benignè parcere. Matt. 18. *Nonne oportuit & te misereri conserui tui.* Act. 20. *Oportet suscipere infirmos.* Oportet in communitate eligere vna voce & voto, quando casus contingit, Act. 1. *Oportet ex his viris qui nobiscum sunt, eligere vnum.* Oportet malos seuerè arguere. Tit. 1. *Sunt n. multi quos oportet argui.* Oportet verbaliter instruere. Col. 4. *Oportet vos vnicuiq; respondere.* Et Act. 23. *Te oportet Romæ testificari.* Oportet humiliter precari. Ioan 4. *In spiritu & veritate oportet vos adorare.* Oportet vos mentaliter sedari, Act. 19. *Oportet vos sedatos esse.* Oportet vos flebiliter tristari, 1. Pet. 1. *Modicum nunc si tristari oportet in varijs tribulationibus.* Oportet syncerè conuersari, 1. Tim. 3. *Scias quomodo oporteat te conuersari.* Oportet simpliciter gloriari. 2. Cor. 12. *Si gloriari oportet, in his quæ infirmitatis meæ sunt, gloriabor.* Oportet seruiliter famulari Deo, Act. 10. *Obedire oportet Deo magis, quā hominibus.* Oportet adusq; pœnam tribulari propter Deum. Matt. 8. *Oportet filium hominis pati.* & Matt. 26. *Si oportuerit me mori tecum, non negabo.* Oportet viriliter negotiari. Matth. 25. *Nonne oportuit pecuniam meam cōmittere nummularijs.* Oportet agiliter peregrinari, sc. loca sancta amore Domini visitādo, Matt. 16. *Oportet eum ire Ierosolymam.* Act. 19. *Oportet me & Romam videre.* Oportet finaliter coram Deo iudicari. 2. Cor. 5. *Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt recipiat vnusquisq; prout in tempore gessit.* Dei autem solius misericordia est, quę nos visitat, instruit, custodit, beatificat, Ille det vt in cœlis, quæ gesta sunt, nobiscum referre valeamus. Amen.

Fugienda temporalia & contemplanda cælestia.

Deo famulandū seruiliter.

Laus Deo, & B. Mariæ Virgini & omnibus Sanctis.

EADEM FERIA SECVNDA PASCHATIS.

FEria secunda Triumphus Christi iterum tractari poterit, quia discipuli omnia referebant, quæ Iudæi contra Christũ cogitauerant, dixerant, & fecerant, & in his laudib⁹, quas illi nomine omnium bonorũ memorabant, & Christus, & ipsi triũphabant apud se. Triumph⁹ de mulieribus, quæ viderunt visionẽ angelorum dicentiũ, Christum venire, & visionẽ illam discipulis annunciarunt. Triumphus de discipulis, qui ita rem se habere conspexerunt. Triumphus Christi dicentis discipulis duobus. *O stulti, & tardi corde ad credendũ in omnibus quæ locuti sunt prophetæ.* Triũphus de Mose & Prophetis, quia hæc ante pronunciauerunt. Triumphus quando illis in fractione panis aperuit oculus, & ipse euanuit. Triumphus discipulorũ dicentium, *Nonne cor nostrum ardens erat in nobis dum loqueretur in via, & aperiret nobis scripturas?* Triumphus horum duorum, & aliorum discipulorum quibus dixerunt. *Surrexit Dominus verè, & apparuit Simoni*, & quando narrarunt quæ gesta erant in via, & quomodo cognouerunt eum in fractione panis. Isti triumphi nostri sunt Auditores, qui nos consolantur, erudiunt, confirmant, lætificant, Vnde ne simus soli peregrini in Ierusalem, id est, in Ecclesia sancta, & in terra ista, qui non cognoscamus, quæ facta sunt in illa his diebus, audiamus Ecclesiam, illi credamus, ab illa non recedamus, in ea Dominum Deum saluatorem cum gratiarum actione collaudemus & prædicemus, vt per eum & in ea, quod speramus & credimus, non Israël amodo, sed nostram redemptionem consequamur.

Laus DEO, *& Beatissimæ Virgini* MARIÆ, *& omnibus sanctis.*

FERIA TERTIA PASCHATIS.

In illo tempore, Stetit Iesus in medio eorum, & dixit eis: Pax vobis. Ego sum. Nolite timere, Luc. 24.

INTER omnes difficultates, & veritates fidei Christianæ, articulus resurrectionis fuit maioris difficultatis ad credendũ, non solum infidelib⁹ paganis & philosophis, sed etiam ipsis discipulis Domini. Cũ Paulus doceret Athenis articulos fidei, Actor. 17. libenter audierunt, quousq; peruentum fuit ad articulum resurrectionis, tunc deridentes dixerunt, *Quid vult seminator verborum hic dicere?* Alij dixerunt, *Nouorum dæmoniorum videtur esse annunciator*, quia Iesum & resurrectionem eis annunciabat. Nam à priuatione ad habitum, nõ fit processus, nec à cæcitate ad visum, à surditate ad auditum, Et mors est priuatio omnium sensuum: Ideo fuit hic articulus magnæ difficultatis. Abac. 1. dicitur, *Aspicite in gentibus, & videte, & admiramini, & obstupescite, quia opus factum est in diebus vestris, quod nemo credet, cum narrabitur.* Christus igitur ad maiorem demonstrationem tanti mysterij resurrectionis suæ per quinque sensus probat: Per auditum dic. *Pax vobis*, quia dæmon solet dissensiones inducere. Per tactum, *Palpate & videte, quoniam spiritus carnem & ossa non habet.* Per visum. *Quid turbati estis & cogitationes ascendunt in cordibus vestris? Videte manus meas & pedes meos, & latus, quia ego ipse sum.* Vnde David Psalm. 118. *Reuela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua.* Per gustum. *Habetis aliquid quod manducetur?* Per olfactum. Ioan. 20. *Insufflauit*, vt ex odore daret argumentum. Per intellectum. *Aperuit eis illis sensum.* Nullus alius potest tam cito dare scientiam ignoranti, nisi solus Deus, Vnde David. *Benedicam Dominum, qui tribuit mihi intellectum.* Intellectus autem illustratur à Deo, fides à nobis requiritur, vtrunque Dei beneficium, vtrunque à Deo petendum est. Sed nunc accingamus nos in hac Paschali lætitia ad

Psal. 15. Intellectus ... illustratur, fides à nobis requiritur.

Paulus ... resurrectionis annunciator, ... somniam putant.

EVANGELIVM.

IN illo tempore, Stetit Iesus in medio eorum, & dixit, Pax vobis ego sum, nolite timere.*] Nota primo q; quando venerunt isti duo discipuli ex Emaus, erant vndecim congregati, sed Thomas incredulus verbis discipulorum Emaunticorum, & eorum qui enarrabant, quomodo apparuit Petro, exijt foras, cum hæc narrarentur, & cùm esset absens, tunc venit Christus & apparuit decem Apostolis, & alijs qui erãt, cum illis, & tunc Thomas non erat cum eis, quando venit Iesus, & cùm existet Ioannes & Lucas, dicunt quod stetit in medio eorum, sicut cor in medio corporis humani atq; vt illud fieret, quod olim dixit Dominus Mosi Exod. 8. *Vt scias quia ego sum Dominus in medio terræ.* Stetit, quia subito inter eos apparuit, & ianuis clausis intrauit. Stetit sicut sol inter sydera, vt eos illuminaret, sicut flos inter lilia, vt eos decoraret, sicut princeps inter milites, vt eos roboraret. Sicut magister inter discipulos, vt eos informaret: sicut pater inter filios, vt eos concordaret, sicut cor inter membra, vt eos viuificaret, & sicut bonus amicus, vt se eis omnibus communicaret. Stetit, non iniit aut sedit, ad designandum, quod non haberet corpus fluxibile, transiens & passibile, sed perpetuum & impassibile. Stetit, vt potentiam diuinitatis ostenderet, se non amisisse, propter quam nostram infirmitatem perpetuò roboraret, & se dominium in omnibus habere probaret. Matth. vltimo. *Data est mihi omnis potestas.* Stare est virtus perfectorum omnium propria. Ephes. 6. *Induite vos armaturam Dei, vt possitis stare*, scilicet contra tela tribulationum & tentationum Eccles. 2. *Fili accedens ad seruitutem Dei sta in iustitia & timore.* Faciunt autem quinque nos stabiles & firmos: Dilectio qua Deo copulamur, Spes qua à Deo sustentamur, Fides qua in Deo radicamur, Iustitia qua à Deo rectificamur, Timiditas qua à Deo grauamur. Dicitur Eccles. 2. *Fili quod est nomen amoris*; vitis alligatur pago, per se debilis, homo constans efficitur, quando cum Deo qui in æternum stat per amoris vinculum copulatur. 1. Cor. 15. *Fratres mei dilecti, stabiles estote & immobiles.* Qui enim perfectè aliquem diligit, perfectè cum eo stat & manet. Sic verè, si Deum dilexerimus, cum ipso per gratiam perseuerabimus. Philip. 4. *Fratres mei dilectissimi & desideratissimi, gaudium meum & corona mea: sic state in Domino charissimi.* Secundo, Per spem firmiter sustentamur. *Accedens*, inquit. Accessus enim approximationem spei designat, quia ille Deo approximat, qui in ipso confidit & sperat, & in eo per spem & desiderium se stabilit & sustentat. Iste enim accessus hominem facit stabilem, quia sicut illud quod fundamentum habet firmissimum, est stabile. Sic ille qui ponit in Deo spem suam, sicut in fortissimo fundamento. 2. Timoth. 2. *Firmum fundamentum Dei stat, constans & stabilis efficitur. Accedens* inquit & Roman. 5. *Accessum habemus ad Deum per gratiam, in qua stamus.* Iob. 11. *Eris stabilis, & non timebis.* Tertio, Per fidem quod innuitur per verba, *seruitutem Dei*, quia illi qui sunt propriè serui Dei, scilicet fidei ipsius professores, sunt præ cæteris stabiliores. Arbor quæ profundam habet radicem, stabilior est & contra impetum ventorum firmior: Sic verè illi qui per fidem sunt profundè radicati in Domino, 1. Corinth. 15. *Vigilate, state in fide.* Quia seruitus Dei facit hominem audacem. 3. Reg. 10. *Beati serui tui qui stent coram te semper.* Psalm. 135. & 134. *Laudate serui Domini Dominum, qui statis in domo Domini.* Quarto, Cum per æquitatem regulamur, *Iustitia* inquit. Columna enim recta magis est stabilis quam obliqua: Sic homo quando per iustitiam est rectus, magis vt communiter stabilis est. Sap. 5. *Stabunt iusti in magna constantia aduersus eos qui se angust.* Quinto, Cum per Dei timorem in fine aggrauamur. *Et timore*, inquit. Res enim

Per quinque stabiles efficimur.

Fides Christiana professores, alijs stabiliores.

quanto grauior, tanto stabilior est & immobilior, sicut patet in montibus & rupibus: Sic vere illos, quos Dei timor premit & aggrauat, Deus in bono stabilit atq; firmat. *In timore*, ait, Eccles. 27. *Quod nisi in timore tenueris te instanter, cito subuertetur domus tua.* Et de Tobia dicitur capit. 2. quod immobilis in Dei amore permansit. 2. Cor. 7. *Illa quæ secundum Deum tristitia est, pœnitentiam in salutem stabilem operatur.* Sed hinc sic falsi amici à longè stant. Psal. 37. Hypocritæ. Iob. 8. *Sicut tela aranearum, sic fiducia eius.* Mendaces, Ioan. 10. *In veritate non stetit & veritas non est in eo.* Diuites. Psal. 55. *Expulsi sunt, nec potuerunt stare.* Stant ambitiosi, vt valeant sursum ascendere. Desidiosi, vt læti quiescant, seditiosi, vt gentes seducant. Non talis est autem Saluator noster, sed ecce quomodo stetit docendo, patiendo, ita stat apud suos & cum suis etiam post mortem & glorificatus.

Per multi stant hoc sine, quam Christum.

Cùm mali huius sæculi vix dignantur, requirere suos familiares ad honores iam assumpti, ideo bene ponit Euangelista quis in medio steterit. Cùm dicat, *Stetit Iesus* & quomodo vocatur dici ostendit de se dicere, & se vocantem non tacuit antenis: *Ego sum; Iesus* ergo & *Qui est*, vel *Ego sum, stetit in medio.* Vtiq; potest dicere, *Ego sum.* Qui sustentator omnis debilitatis. Gene. quadragesimo sexto. *Ego sum fortissimus Deus patris tui.* Illustrator omnis obscuritatis. Ioan. 8. *Ego sum lux mundi*, & Ioa. 12. *Ego lux veni in mundum.* Expiator omnis iniquitatis Isa. quadragesimo tertio. *Ego sum qui deleo iniquitates propter me, dicit Dominus.* Antiquitatis renouator Isai. 43. *Ecce ego facio noua.* & 44. *Ego sum Dominus faciēs omnia.* Imperator magnæ authoritatis. Vnde dixit Pilato, *Tu dicis, quia rex sum ego.* & Isai. quadragesimo tertio. *Ego sum Dominus, & absque me non est saluator.* Prædicator magnæ sagacitatis. Isai. 63. *Ego qui loquor iustitiam & propugnator sum ad saluandum.* Satiator fertilitatis Ioan. 6. *Ego sum panis vitæ.* Consolator securitatis. Matth. decimo quarto. *Ego sum nolite timere*, prout & hodie. Isai. quinquagesimo primo. *Fugiet dolor & gemitus, ego ipse qui consolabor vos.* Isai. 66. *Ego consolabor vos, in Ierusalem consolabimini*: ecce quomodo isti hodie correspondent. Gubernator magnæ benignitatis. Ioa. 10. *Ego sum pastor bonus, & cognosco oues meas.* Amplexator fidelitatis. Ioan. 12. *Quæ ego loquor, sicut dixit mihi pater, sic loquor*, quasi diceret: Nolo loqui nisi quod mādatum est mihi à patre, qui misit me: quia *descendi de cælo, non vt faciam voluntatem meam, sed voluntatem eius, qui misit me.* Tolerator aduersitatis. Actor. 9. *Quis es? Ego sum Iesus Nazarenus, quem tu persequeris.* Executor humilitatis Luc. 22. *Ego autem in medio vestri sum, sicut qui ministrat.* Reparator mortalitatis. Ioann. 11. *Ego sum resurrectio & vita, qui credit in me, etiamsi mortuus fuerit, viuet.* Ioa. 14. *Ego sum via, veritas & vita.* Liberator quia dicitur saluator, Venit enim vt saluum faciat, quod iam ex sua morte & victoria ostendebat. Hinc Luc. 1. *Vocabis nomen eius Iesum*, & huius causa ad Apostolos etiam hodie concordauit Apostolos dic. *Pax vobis.* Tormenta pro nobis sustulit, factus aries, pro Isaac. Matthæi 28. *Iesum Crucifixum quæritis.* Mirandarum homines operatus est. Ioan. vltimo: *Multa quidem & alia signa fecit Iesus.* Est floridus conuersator. Nazarenus enim floridus interpretatur *per floridam conuersationem.* Matthæi vigesimo primo. *Hic est Iesus propheta à Nazareth Galilææ.* Ecce quam pulchrè dici potest Iesus, & huic consonant *Ego sum.* Sed paulo subsistamus etiam in medio isto, & IESVM melius videamus. In illo nascente inuenimus exemplum dulcoris, quo nihil iucundius, quam quod Deus homo fieret: Ioann. 1. *Ecce Agnus Dei.* & Ierem. vndecimo: *Ego quasi agnus mansuetus, qui portatur ad victimam.* Fuit ille innocentissimus, ideo Puer. Luc. 2. *Remansit puer Iesus in Ierusalem.* Fuit sapientissimus Luc. 2. *Proficiebat sapientia & ætate coram Deo & hominibus.* Fuit patientissi. Matth. 4. *Ductus est in desertum vt tentaretur.* Fuit benignissimus Ioan. 11. *Lachrymatus est Iesus*, & cæcus Luc. decimo septimo. *Iesu præceptor miserere mei.*

Gubernator pastor summa cura boni- tatum.

I. Christo in assumpte dulcoritatem exemplum.

Item in Iesu pendente in Cruce exemplū doloris videmus, constat enim quod Christi passio fuit nobis in exēplum, vt præ aliis & miseriatas pro ipso sustinere loco & tempore debeamus. 1. Pet. 2. *Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt sequamini vestigia eius.* 1. Pet. 2. Vnde de Christo dicitur. Ioan. decimonono *Exiuit Iesus portans coronam spineam, & purpureum vestimentum.* Et dixit Pilatus. *Ecce, homo*: quasi diceret: Ecce exemplum vigoris. Cōstat enim quod Iesus in triduo illo dæmones debellauit, inferos spoliauit, patres liberauit, & tandem telum eius mortis potestatem superauit, in quo vigorē suæ fortissimæ potentiæ demonstrauit, & exemplum pugnādi contra vitia, & vincendi hostiles in pectus nobis dedit. Ecclesiast. quadragesimo sexto. *Fortis in bello Iesus Naue.* & Matth. vigesimo octauo. *Iesum Crucifixum quæritis surrexit non est hic.* Præterea in Iesu ascendente inuenimus exemplum honoris, In hoc enim quod Christus *se exinaniuit formam serui accipiens, & humiliauit semetipsum factus est obediens vsque ad mortem, propterea exaltauit illum, & dedit illi nomen, quod est super omne nomen.* Philip. 2. Datum est exemplum fidelibus, quòd per viam pœnæ, martyrij vel laboris perueniunt ad fastigium excelsi præmij vel honoris. Et quod per exercitium laboriosum nomen acquiritur gloriosum. *In nomine*, inquit, *Iesu flectatur omne genu.* Et tenet illud est nomen fortissimum, & honorabilissimum angelis, sanctis gratissimum, dæmonibus vero est terribilissimum, Istud est nomen summi honoris Luc. vigesimo quarto. *Hic est rex Iudæorum.*

Per viam laboris & martyrij peruenitur ad excelsi præmia.

Iterum inuenimus in Iesu salutante Apostolos, & promissionem spiritus mittente, exemplum fauoris. Ad regem enim in regni solio pacificè & potenter dominantem & electis abundantem bene spectat, quod se fauorabilem & liberalem ostendat, & qui de bonis suis omnibus deuotis sibi largiatur. Sicut fecit Christus, qui iam regnans in cælis spiritum Sanct. misit, & discipulos suos donis varijs ditauit, & multiplici consolatione confirmauit, omnibus dans exemplum, quod illi qui sciunt & possunt, debent his & maximè indigētibus benefacere, & cunctis se prebere fauorabiles. Ille enim confert gratiam pœnitentibus, laetitiam contemplantibus, Gloriam triumphantibus.

Vltimo inuenimus in Iesu tonante exemplum rigoris: Decet enim eum esse non solum amorosum in bonis, sed rigidum in malis, sic Iesus non solū spiritus, gratiam bonis dādo, mōstrauit amorem, sed rigorem impios puniēdo. Act. 10. *Verbum misit Dominus filijs Israel, annuncians pacem per Iesum Christum.* Sequitur. *Quem constituit iudicem viuorum atq; mortuorum.* De rigore etiam suo, dum viueret, habemus exemplum. Ioan. 2. *Vendentes & ementes de templo fecit de funiculis flagello.* Mar. 3. *Circumspiciens eos cum ira contristatus est.* Quæ singula suis temporibus, omnibus etiam, pro nobis sunt depicta atque descripta. Hic autem agitata sunt plures ob causas, & maxime, quod post mortem gloriosus discipulis apparuit, & ideo, vt in illis quæ dixit, ea quæ facta sunt, tanquam in speculo contemplarentur.

Pax vobis. Primum verbum, quo Christus Apostolos salutauit, *Pax vobis.* Merito quidem, quo iam fructus victoriæ & meriti, pax est; siquidem ergo Christus Crucis victor euaserat, & eripuerat nos dæmoni & morti, æquum erat, vt pax publico præconio declararetur, cum iam bellum esset finitum, & omnes inimici deuicti & victi, consecuta victoria. Quod vt intelligas, te prius oportet nosse, quod ex primi parentis peccato totum est damnum mundo exortum. Si Adam in innocentia perseuerasset, multis malis essemus liberi, ipso autem cadente incidimus, & nos in manus duorum fortissimorum inimicorum, Dæmonis & Mortis. Tetendit enim primus parens fructus vetito, vesci cupidus, sed anima eius fuit impeeatrix. Corpus quidem comedit, sed anima sic fieri voluit, propter quod vterque fuit punitus, anima succumbens dæmoni, Corpus verò captiuum & subiectum manens morti. Romanor. 5. [Per vnum hominem peccatum, & per peccatum mors.] Regnauit mors ab Adam vsque ad Moysen, sed per Tyrannidem, eam quæ non fecit Deus, sed impij manibus suis quæsierunt. Regnabit etiam tanquam vice regis mortis constitutus Lucifer. Et sicut prouocans solet eligere locū, prouocatus autem arma, sic Christus elegit Caluariæ montem, dæmon autem arma, sc. Crucem, quamuis cum interpetet sentire virtutem Crucis, ea mutare cupiuit per Iudæos clamans, [Descende nunc de Cruce, alia arma sumamus.] Noluit Christus, quia erat victoria celebrior armis, in quibus eius inimicus strenuus erat vincere, iden in Cruce fuit victus & moriens Christus victor euasit. Hebr. 2. *Vt per*

Vox Christi saluatoris Apostolo, Pax vobis.

In duello, pro uocans eligit locū, prouocatus arma.

mortem

mortem deſtrueret eum, qui habebat mortis imperium. Vnde idē Dominus morti appropinquans dixit. Ioann. 12. *Nunc princeps huius mundi eijcietur foras.* Sed mortuo Chriſto & apparente gloria diuinitatis eius, fugit Lucifer in infernum, quem Chriſtus inſequens proſtrauit, & ſicut fortis dux deſcendit ad dirumpendum infernum eumque ſpoliandum, iuxta illud Col. 2. *Spolians principatus & poteſtates confidenter, Deſcendit Chriſtus ad inferos.* & omnes diuitias arripit, captiuans dæmonum principem igneis catenis, vt dicitur in Apoc. 20. *Apprehendit draconem, ſerpentem antiquum, qui eſt diabolus, & Satanas, & alligauit eum & miſit eum in abyſſum.* atque hæc prima Chriſti victoria. Secunda victoria eſt mortis, q̃ ad bellandum ſepulturā elegit, & ſic mors & vita in arenā deſcenderunt, Quod ſi corpus nō reſurgens in ſepulchro manſiſſet, mors euaſiſſet victrix & ſuparata vita; Exurgens autē vita vincit, mors autem victa iacet, *Mors & vita duello conflixere mirando. Dux vitæ mortuus, regnat viuus,* ideoq; cum Apoſtolo dicamus 2. Cor. 1. *Vbi eſt mors victoria tua? vbi eſt mors ſtimulus tuus: abſorpta eſt mors in victoria.*

Duo hic obſeruanda.

Iterum duo hic obſerua. Primum quod Dux victor ſuos ad ſignum recipiat, quapropter occurrit priùs, vbi fidei ſignum manſerat, & apparet prius ipſi virgini matri. Et quia bonus Dux tenetur impertiri ſpolia ſecundū cuiuſq; meritum, ideo ſtatim apparuit Mariæ Magdalenæ, quia plus fleuit & magis in ſepulchro pſeuerauit, poſteà autē Petro & euntibus in Emaus & cæteris. Secundum, Partâ victoriâ pconio denunciatur pax: Bonum.n. bellum lætam pacem ſolet adducere, & bellum cōtra pacē i[...]tientes iniuſti cōſueuit. Ideo Chriſtus ꝙ prius eſt eis di[...] *Pax vobis.* *En* inquit Ioan. *dicit en, Pax vobis,* & Iſa, 26. bis dicit pacē cùm ait; *Vetus error abijt, ſeruabis pacem, pacem.* *Pax vobis* primo, quia vici diabolum. *Pax vobis* ſecundo, quia vici mortem, *Pax vobis* in animā & *pax vobis* in corpore, quia duplicē pacem mundo nunc denuncio, quia duplex bellum geſſi & vici. [Pacem meam do vobis, pacē relinquo vobis.] Hanc vobis cōmendo, hanc vobis trado, huius vos hæredes relinquo in meo teſtamēto: hæc eſt dilecta mea ſponſa, magnificate eam, ſiquidē ſanguine & ꝓpriâ vitâ emi & vt vobis eam conferrē, & mundo, mortem crucis paſſus ſum. Vide ergo tu peccator, quanti Chriſtus emit pacem, tu autem eam transgrederis & deſtruis quia ſuperbus es & rixoſus, linguæ iniquæ. Hæc pax eſt, quam Chriſtus lucratus eſt effundens proprium ſanguinem lanceæ cuſpide, quam tantoperè commendat, cuius etiam ſuos hæredes facit. Multi ſunt præſules, qui gloriantur, eò quod relinquunt ſuis diuitias, magnas domos, poſſeſſiones, agros, & id genus alia, ſed Chriſtus relinquit ſuis pacem, de qua illi deberent etiam gloriari, quia per bona relinquunt lites.

Moyſes moriturus, ſolicitus de populo Iſrael.

Cùm Dominus diceret Moyſi ꝙ eſſet moriturus, dixit vir ſanctus. Num. 27. [Prouideat Dominus Deus ſpiritum omnis carnis, hominē qui ſit ſuper multitudinem.] Non ſolicitatur ꝓ vxore, aut alijs, ſed de paſtore digno & vtilitatē animarum curat, cùm maximum haberet principatū. Et gloſſa dicit, [Qui pacem dedit vno verbo, dedit omnia bona.] Et nota ꝙ Apoſtoli caruerunt pace Interiori, quia in fide peccauerunt; Exteriori, quia in pſecutione Iudæorum erant. Nec obtulit diſcipulis pacē temporis, qui exponendi erant tribulationibus, ſed pectoris: Ioan. 13 [Pacem meam do vobis,] ſc. pectoris, [pacem meam relinquo vobis,] ſcil. æternitatis. Sed ſcito quia breue eſt quod tēpore concluditur, reſpectu æternitatis. Subdit autē, [Quia ego ſum] ſc. pax veſtra. Ephe. 2. [Ipſe eſt pax veſtra qui fecit vtraq; vnum] quaſi diceret: Ne putetis quod ſum alius, qui nunc reſurrexi ab eo, qui in ligno pependi. Nolite itaque timere me tanquam mortuum, quia ego ſum viuus. Apoc. 1. [Mortuus fui, & ecce ſum viuens.]

Triplici etiam de cauſa Chriſtus vſus eſt hac ſalutatione. Primo, Quia ſic ſolitus erat ſalutare & talem iniūxerat diſcipulis ſuis ſalutationem. Matth. 10. [Intrantes domum ſalutate eam, dicentes: Pax huic domui.] Et ipſe diſcedens pacem commendauit, [Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis,] vt ex hac ſalutationis forma, ſe eundem Chriſtum eſſe probaret. Secundo, Vt timorem diſcipulorum expelleret. In cuius rei declarationem attende, antiquum fuiſſe vſum, vt ex ſcriptura patet ijs, qui aliunde adueniebant, maximè ſi aliqua inerat ſuſpicio nocēdi, ſalutare & dicere, *Pax vobis*, ad ſignificandū aduentum eſſe pacificum, non ad aliquid mali inferendū. Iud. 6. Gedeoni timenti mortem ex angeli aſpectu, dictum eſt, *Pax tecum, ne timeas non morieris.* 1. Reg. 16. dixerūt Bethlehemitæ Samueli inopinatè venienti, *Pacificuſne eſt ingreſſus tuus?* id eſt, venis ad nos caſtigandos, quia non audiuimus ſalutationē pacis. Et 4. Reg. 9. Ioram dixit, *Pax eſt Iehu?* ita.n. nunc putabant diſcipuli, tanquā qui increduli nimis & pertinaces fuerāt, timere, & Chriſtū pœnas ab eis exacturum exiſtimare. Dominus ergo pueniens iucunda pacis ſalutatione trepidantia corda ſerenat, dic. *Pax vobis*, quaſi diceret: Nō vos punire, non pœnas exigere, ſed cōſolari confortare & inſtruere venio. Tertio, vt ſignificaret fructū mortis & reſurrectionis ſuæ, nempe pacem & reconciliationem hominum cum Deo, quam naſcente Chriſto promiſerant angeli canētes: *In terra pax hominibus bonæ voluntatis.* Hanc Dominus ſurgēs effectam impartitur & communicat his, qui bonæ voluntatis & electi à Patre erant. Et nota, quod omne appetens appetit, tranquillè & ſine impedimento peruenire ad id quod appetit, & in hoc conſiſtit ratio pacis, Et videmus, quod mixta ſolent pſeuerare, quamdiu elementa inuicem in mixto ſunt conciliata: ſic eſt de mixto ſpirituali, ſcil. ciuitate collegio ſocietate & alijs. Luc. 11. & Matt. 12. *Omne regnum in ſe diuiſum deſolabitur.* Quod bene figuratur Apoc. 6. vbi dicitur, quod *datum eſt ſedenti in equo ruffo, vt ſumeret pacem de terra & vt homines ſe inuicem interficiant, datus eſt illi gladius magnus.* Ideo 2. Cor. 13. dicitur. *Pacem habete, & Deus pacis & dilectionis erit vobiſcum,* Vbi nota mandatum. Primo, *Pacem habete.* Secundo, Exemplum, *Deus pacis.* Tertio, Amorem qui perficitur, *dilectionis.* Quarto, Hoſpitem, *qui erit vobiſcū.* Sicut.n. diſcipuli debent ſeruare mandatum Doctoris, pupilli mandatum tutoris, filij mandatum genitoris, hęredes teſtatoris, milites Imperatoris: Sic Chriſtiani & fideles debent ſeruare mandatum Euangelici legiſlatoris. Vnde Rom. 12. [ſi fieri poteſt quod ex vobis eſt, cum omnibus pacem habentes.] Epheſ. 4. [Soliciti ſeruare vnitatem ſpiritus in vinculo pacis.] Non eſt autem [pax impijs] Iſaiæ 57. quia [impij ſicut mare feruens, quod quieſcere non valet.] Pacem ergo habete in corde, in ore, in opere, pacē in Deo cum proximo, cum vobiſmetipſis, pacem cum ſuperioribus, cum minoribus, cum paribus. Iob 22. [Acquieſce ergo ei, & habeto pacem & per hanc habebis fructus optimos.] Quos; Interiorem tranquillitatem, quia [Pax.] Vberiorem vtilitatem, quia [Vobis.] id eſt, ad vtilitatem veſtrā. Exteriorem concordiam, quia [Pax vobis.] Præterea Chriſtus pacē tenuit, ideo [Deus pacis.] dicitur & Baru. 5. [Nominabitur nomen tuum pax iuſtitiæ.] Pacem docuit Pſal. [Loquitur pacem in plebem ſuam.] Zach. 9. [Loquetur pacem gentibus.] Pacem præbuit Ioann. 14. [Pacem meam do vobis.] Pacem habuit, 3. Reg. 4. [Habebat pacē ex omni parte.] Iob. 25. [Deus facit concordiam in ſublimibus ſuis.] Ipſe eſt Deus, qui cum angelis & ſanctis ſuis, perpetua pace fruitur, & æterna concordia iucundatur, quia Roman. decimo quarto. [Non eſt regnum Dei, eſca & potus, ſed iuſtitia, & pax, & gaudium.] In inferno autem non eſt pax, ſed afflictio, exprobratio, pęna, & ſimilia.

Mixta perſeuerant, quamdiu elementa in mixtis.

Pſal. 84.

Vide etiam quot malæ affectiones ſunt in ambitioſis, luxurioſis & ſimilibus, tam clericis quam laicis, quomodo & intra ſe, & cum alijs pugnam habeant. Vnde Auguſt. de V. D. capit. quinquageſimo octauo. dic. [Pax eſt ſerenitas mentis, tranquillitas animi, ſimplicitas cordis, vinculum amoris, conſortium charitatis, Hęc ſimulationes tollit, iras comprimit, bella compeſcit, ſuperbos calcat, humiles amat, diſcordes ſedat, inimicos concordat.] Et Pax habet ſorores quattuor, Charitatem, quæ quieta, Gaudium, quæ læta, Pacem quæ gratioſa, Patientiam, quæ humilis, & ſunt omnes filiæ ſpiritus ſancti. Galat. 5. *Fructus ſpiritus eſt charitas.* Prima feruenter amat. Secunda libenter cantat. Tertia decenter ſe ornat. Quarta humiliter miniſtrat. Charitas amat per feruentem dilectionem. Gaudium cantat per gratiarum actionem. Pax oſtendit ſe omnibus amicabilem per ſuæ ſerenitatis oſtenſionem. Patientia omnibus miniſtrat per humilem ſubiectionem. Inſuper Deus pacificos viſitat. Et ſicut apes, quando inuicem ſtrepunt, ſignum eſt,

Pacificos Deus viſitat:

quod rex vult ad alium locum se conuertere; Sic Christus cordis nostri alueare dimittit, vbi lites sentit & discordias. *Factus est enim in pace locus eius, & habitatio eius in Sion. Ibi confregit potentias, arcum, scutum, gladium & bellum.* Erit itaq; vobiscum Deus pacis, sicut hodie cum suis discipulis. Ezech. 34. *Faciam cum eis pactum pacis* d. Dominus. Deus.n.est delicatus Dominus vult in loco pacifico quiescere. *In pace in idipsum dormiam & requiescam.* Ista ergo est, quæ Dominum apud nos retinet. Ista est pulchra & gratiosa Isai.32. *Sedebit populus meus in pulchritudine pacis.* Est diligens & amicabilis. Psal 84. *Iustitia & pax osculatæ sunt.* Abundans Psal.71. *Orietur in diebus eius iustitia & abundantia pacis.* Fortis Psa.121. *Fiat pax in virtute tua.* Sapiens Philip. 4. *Pax Dei quæ exuperat omnem sensum.* Læta Col.3. *Pax Christi exultet in cordibus vestris.* Clara Baruch 3. *Disce vbi sit lumen oculorum, & pax.* Speciosa. Hester decimo tertio. *Optata omnibus mortalibus pace fruamur.* Concors & fructuosa, sicut hodie stetit Christus in medio discipulorum. Et sic quilibet nostrum dicere poterit illud Mal.2. *In pace & æquitate ambulauit mecum.* Ideoque nolite timere, quia vbi ipse est, nihil est timendum. Iob 17. *Pone me Domine iuxta te, & cuiusuis manus pugnet contra me.* Et Dauid Psalm. vigesimo sexto. *Dominus illuminatio mea & salus mea, quem timebo,* vide per totum, & Psalm. vigesimo secundo. *Si ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es.* Et Paulus hoc præsidio munitus dicit, scribens Romanis capit. 8. *Quis separabit nos a charitate Dei, an angustia, an fames?* Et cum dixit, Matt.10. discipulis. *Ecce ego mitto vos, sicut oues inter lupos,* ostendit, quod virtus illius qui eos mittebat, protegeret eos, & Psalm. *Si ascendero in cælum, tu illic es, si descendero ad infernum, ades.* Solus itaq; est, cum cœlum & terra & omnes creaturæ deficiant, ille solus potest dare & conseruare, Esse, vbi vult, & vbi non vult, destruere, ille corpus & animam potest damnare. Itaque qui Christum secum habet quid est quod timeat? vnde est quod vehementer sibi timeant, qui sine Christo sũt, nec eum curant *Nolite* ergo *timere,* qui à mortuis resurgens ad vos venio, venio vt me verum Deum, & resurrexisse, & promissum triumphum reportasse, intelligatis, vt vos cõsoler, & gaudij & victoriæ meæ faciam participes, vt vobis assistam defensor, & amicus eumque amorem quem vobis antea ostendi plenius post resurrectionem demonstrem.

Pſa. 15.
Pſal. 4.
In Paulo charitatis ardor.

Conturbati verò & conterriti existimabant se spiritum videre. Et dixit eis. Quid turbati estis, & cogitationes ascendunt in corda vestra? Apparitiones spirituum humanorum, è corporibus defunctorum, permissione diuina fieri posse, testatur Augustin. libr. de cura pro mor. Naturale autem est fragilitati humanæ, defunctorum apparitionẽ horrere, sicut & mortem & quæ ad eam faciũt: illi enim timebant, ne illuderet illos aliquis spiritus nequam, & admiratione mangebat, quia ianuis clausis ingressus erat. quomodo corpus palpabile esset, intelligere non poterant. Sed dices, Quomodo corpus Christi potuit esse palpabile, cum esset tã subtile? Respondet Greg. 14. mora. c. 100. Quod in corpore glorioso sunt duo sc. corpulentia & subtilitas, & tamen non sũt eiusdem generis, vnum ptinet ad naturam, alterum ad gloriam. Inquit.n. *In illa resurrectionis gloria erit corpus nostrum subtile quidem, per effectum spiritalis potentiæ,* sed palpabile per veritatem naturæ vt dicit Ambrosius. Propter primum fuit palpabile, propter secundum potuit sine diuisione clausa ostia penetrare.

Christi corpus ad ... subtile, cur potuit esse palpabile.

Sed age q̃ cogitationes ascendebant? Primo manebat apud corda discipulorũ implacabile bellũ cum Iudęis, & timebãt, ne qua fraude decíperent. Secundo collidebat eos pfidiæ & fidei conflictus: quia non sic terram, sicut eorum corda turba passionis percusserat. Tertio, Erant inter spẽ & metum constituti, cum de Christi resurrectione hæsitarent, & nunc miracula eius, nunc carnis infirma reuoluebant, nunc eorum spiritus tollebatur in cælum, nunc collidebatur in terra. Quod videns qui procellis imperat, dixit. *Vt quid turbati estis*

Animaduerte, quod sunt cogitationes quæ ascendunt, sunt quæ ad cor descendunt. Cogitationes quæ descendũt de cœlo, hæ cor nostrum non turbant. Nam cælestes & de Deo cogitationes non solum non conturbant animã nostram, sed potius quietant & consolantur. Cogitationes autem quæ ascendunt ab amore mundi & carnis, hæ quidẽ animam nostram turbant, quemadmodum discipulorum corda turbabant. Nebulæ quæ descendunt faciunt serenũ diem, quæ ascendunt pluuiosum, vel saltem tristem. sic est de cogitationibus. Si aquam quiescere sines, tunc terra & limus in sua sede in profundo manebunt, sordes descendent & aqua clara reddetur: Secus, si moueas profundum. Quare tu conturbatus cum Herode incedis, quare tam sollicitè honores, diuitias & alia quæris? Quia amorẽ propriũ qui subtus te esse deberet, iuxta oculos ponis. Quare ita concitaris? quia iniurias quas tenebaris obliuioni tradere, ob oculos ponis & memoriæ obijcis. Si cælestes cogitationes ad te descenderent, & intuereris quæ pro te Christus passus est & bonum maximum, quod tecum inimici tui ꝑsequũtur, quidque pro tuis peccatis meraris, procul dubio non conturbareris sed potiùs quiesceres & plenus solatio viueres. Esto ergo vt aqua quieta, vt sedens Magdalena ad pedes Domini, vt Abraham, Genes.18. cui Dominus apparuit sedenti in ostio tabernaculi sui.

Malorum perturbationum in hominibus caussa,

Obserua etiam, quod quamuis res diuinæ & cœlestes cor nostrum non turbent, sed potius quiescere faciant, quãdo tamen intellectus noster curiosè altiora petit & cõsiderare q̃rit, ratione naturali volens fidei nostræ mysteria penetrare, turbatur & perditur. Hac ratione turbantur discipuli quia suis humanis intellectibus articulum resurrectionis metiri tentant, cum opus sit Dei & infinitæ eius potentiæ. Sonus maximus auditum corrumpit, & solis aspectus cæcutientes aut e[illegible]aci, quia in se clarissimus est: Eodem modo in spiritualibus sunt reuelationes aliquæ & aliæ cognitiones Dei, ab ipso infusæ in suorũ sanctorum animas, quę, quãuis mirificè, conantur nostrum intellectum cor ũperet sed cum ipse incorruptibilis sit, ipsum ad nihilum redeũt, ipsumq; deijciunt cogentes eum à sua operatione cessare, Ideo Ioann. Apoc.1. videns faciem lucentem, sicut solem, in terram semianimis cecidit. Quoniam etiam ad res minimas contemplandas, quæ in pedibus Dei versantur vires desunt fragilitati humanæ.

Nota etiam quod cogitatio mala in anima, est primogenita diaboli, & eius domicilium, quę statim est intus ꝑ fuseũa. Quia cor inquinat, & sicut latrones per fenest. à aliquãdu puerũ immittunt ad furtum faciendum, sic diabol⁹ paruas cogitationes immittit ad suffocandũ cor. Et [quicquid pudet dicere,] ait Aug. in epistola ad Demetriadem virginẽ, [pudeat & cogitare.] Secundo, Quia catenã parat infernalem. Gre. [Ex cogitatione delectatio oritur, a delectatione affectio, ex affectione cõsensus, ex consensu operatio, ex operatione consuetudo, ex cõsuetudine desperatio, ex desperatione defensio, ex defensione gloriatio, ex gloriatione æterna damnatio.] Et sic de corde faciunt infernum Quia vbi diabolus, ibi infernus. Quiam tali corde sunt infernaliter insignia, quia ibi vermis conscientiæ, ibi ignis concupiscentiæ, ibi fœtor luxuriæ, ibi tenebræ ignorãtiæ, cæcitas intelligentiæ Psal.68. [Obscurentur oculi eorum, ne videant:] & sic priuant hominem omni gratia. Cauendum ergo ne consensus ne opus accedat, sed sedulo reprimãtur. Homo ergo malis cogitationibus afflictus, debet cogitare passionem Christi, mandata Dei, peccata sua, insidias diaboli, mortem propinquam, sanctorum exempla, æternæ vitæ gaudia.

Mala cogitatio, primogenita diaboli.

Videte manus meas, & pedes meos, quia ego ipse sum.] Videte quibus pro vobis pugnaui fideliter, q̃ vestri causa reportaui, quantum vos dilexerim & adhuc diligam. Duo autem hic obserua. Primum quidem manus perforatas esse, in quo eius maxima bonitas & magnificentia ostenditur, liberalis est vt latroni roganti, *Domine memento mei,* regnum suũ donauerit, qui & haustũ aquæ frigidæ remunerat, dando gloriam. Ex manibus ergo suis & pedibus liberalitatẽ & amorẽ cognosces, vt sanguinem proprium pro te effuderit, & voluerit manus suas, & pedes sanctissimos duris clauis configi, vt per Isaiam cap.49. dixerit, *In manibus meis scripsi te* Huc peccatorem animare debet, ne desperet, sed potius in eius infinita misericordia confidat, & ad eum conuertatur. Secundum sanguine perfusas esse manus, sicut manus carnificis. Pharaonem interroga, quid illi contigerit. Exod. decimo quarto. Inuenies enim Israëlitas vidisse Ægyptios

In Christi vulnerum ostensione, obseruanda quæ.

mortuos

mortuos, & manum magnam quam exercuerat super eos. Si misericordiam eius contemplaris, contemplare etiam iustitiam, quoniam vtrunque in Christi manibus inuenies, contemplare etiam esse apertos, tui amore esse perforatas, & vt gloriam tibi donet, esse sanguine perfusas & vt tibi vitam adferat. Peccatoribus qui ad Deum conuertuntur, habet Dominus manus apertas, vt eos recipiat & beneficijs afficiat; Duris autem & obstinatis in malo habet manus sanguinolentas, quia acerbè de eis sumet supplicium. Debemus ergo eius misericordiam considerare ad confidendum, iustitiam etiam ne audeamus in peccato permanere. Vide etiam hic manum regi Balthasari, Dan. 5. ad mensam apparentem, & scribentem.

Dei misericordia ostendenda quatenus.

Istas cicatrices cum decore, non cum deformitate aliqua retinuit, vt fidem faceret suæ resurrectionis. Retinuit etiam in signum & trophæum victoriæ, quo mortem & diabolum vicit, Illasque in cœlum secum attulisse Cyrillus asserit, vt angelis omnibus ea, quæ gesta sunt innotescerent. probatque illo Zach. 13. vbi angeli interrogant: *Quæ sunt istæ plagæ in medio manuum tuarum?* Cum his etiam venturus est ad iudicandum, vt malos confundat, qui cum pro ipsis crucifixus fuerit, tantam salutem neglexerint, vt docent Theologi, affirmantes etiam eas permansuras in glorioso illo corpore, vt redemptionis precium perpetuo ante beatorum oculos versetur. Et attende quod potius manus & pedes ostenderit, quam alias partes corporis: quia per ipsas cicatrices firmius docebantur cognoscere, esse idem corpus numero, quod in cruce fuerat. Videte auditores viam paradisi quam ostendit. Multoties mundus dicebat illud Psalm. 24. *Vias tuas demonstra mihi, & semitas tuas edoce me.* Ecce hic oportuit me pati, & per meritum passionis meæ, gloriam meam ingredi. Itaque dic. Psa. *Quantas ostendisti mihi tribulationes multas & malas* (in corpore meo) *& conuersus viuificasti me.* Videte magnitudinem periculi, quia per viam peccatorum & delitiarum huius sæculi. Ait enim in persona generis humani Iob 13. *Ostende mihi quantas habeo iniquitates & peccata.* Nunc ostendit ex magnitudine remedij quantitatem peccati, quia oportuit propter peccata filium Dei vulnerari. Videte potentiam iustitiæ suæ, quam Iudum tentiebat in persona peccatorum. Iob. 13. *Contra folium quod a vento rapitur, ostendis potentiam tuam?* Ostendit autem vt eam caueamus, qui dicat, *Videte manus meas*, non est, qui de manu mea possit eruere. Luc. 12. *Ostendam autem vobis quem timeatis.* Si enim Deus proprio filio non pepercit, quid faciet peccatoribus? Pedes etiam vide, quibus insecutus sum mortem & diabolum, donec deuincerem & vincerem, sic nemo tam celer esse poterit, qui me effugiet. Videte beneficia reconciliationis nostræ, auditores. Sæpe hoc Dauid petebat dic. *Ostende nobis Domine misericordiam tuam, ostende faciem tuam, & salui erimus.* Sicut Matth. 4 diabolus ostendit Christo omnia regna mundi: sic iam Christum, ostendit tibi omne bonum. Exod. 33. Videte quantum vos dilexerim, vt etiam apertum sit cor meum pro vobis, videte ostium quod feci in corpore meo, vt pateat vobis accessus ad videndum meum fontem totius amoris & charitatis. Vnde Cant. 4. *Vulnerasti cor meum, soror mea sponsa.* Videte etiam pietatem in Christo exercendam, vt ei passo compatiamur. Ostendunt enim miseri sua vulnera ad prouocandum corda intuentium. Psal. 59. *Ostendisti populo tuo dura* ad portandum, scilicet passionem tuam & exinde *potasti nos vino compunctionis*, deuotionis, contritionis. Videte vltimo certitudinem suæ resurrectionis, vnde & S. Thomas eum post alios vltimo sic cognouit. Quomodo, auditores mei, quomodo eum tunc cognoscemus, quando videbimus eum, sicuti est? quando Thomas solam humanitatem videndo exclamauit, *Dominus meus, & Deus meus?*

Peccati grauitas ex remedij magnitudine.

Palpate & videte, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere. Et cum hoc dixisset, ostendit eis manus & pedes.] Videte quot argumentis probat se resurrexisse. Primo, ad cogitationes illorum respondet, hoc quod sæpissime ante passionem suam fecerat. Secundo, manus & pedes ostendit. Tertio, totum corpus palpandum præbuit, vt discipuli qui erant Christi resurrectionem prædicaturi firmiter crederent, & hoc postea nunciarent. Vnde Petrus prædicans Act. 10. dixit, quod *apparuit post resurrectionem suam non omnibus sed testibus præordinatis à Deo, nobis qui manducauimus, & bibimus cum eo, postquam resurrexit à mortuis.* & Ioa. 1. dic. *Quod fuit ab initio, quod audiuimus, & vidimus oculis nostris, quod perspeximus quod manus nostræ contrectauerunt de verbo vitæ.* In hoc etiam Christi humilitatem considera, quod cum esset rex gloriæ, humiliter se discipulis palpandum præbuerit, vt fidem resurrectionis ostenderet eosque ad credendum alliceret, non oblitus antiquæ & solitæ humilitatis: Secus faciunt, qui ad dignitates erecti, minores despiciunt, & magnâ doctrinâ præditi minores instruere dedignantur. Nota. Tuus proximus carnem & ossa habet, ergo vento non potest viuere. Quare ergo illius necessitates non palpas, non vides?

Christus tribus argumentis.

Adhuc autem illis non credentibus, & mirantibus præ gaudio, dixit. Habetis hic aliquid quod manducetur? at illi obtulerunt ei partem assi piscis & fauum mellis. Et cum manducasset coram eis, sumens reliquias dedit eis.] Ioan. dicit clarius. *Gauisi sunt viso Domino.* Sed potest simul esse vtrumque; vt ad præsentiam Domini gauisi sint, nihilominus tamen non perfectè crediderint, sed timuerint, ne forte Dominus non esset, qui apparebat. Gaudij n. magnitudo causa fuit timendi. Sic nobis quotidie contingit, vt propter quod maximè gaudemus, & quod maximè optamus, metuimus, ne aut non sit, aut non eueniat, aut non fallamur. Ecce iterum humilitatem Christi, qui cum rudibus piscatoribus tam familiariter conuersatur, edens & bibens, cum contra superbi huius sæculi mensas pauperum inuitantium abhorreant.

Apostolorum viso Domino gaudium.

Obserua autem, quod hos discipulos ad prædicandum mittat per totum vniuersum, & ad sustinendum labores & persecutiones, sed tamen prius vult dulciter cum eius conuiuare: Sic cum sciat labores vtilitatê hominibus afferre, ostendit eius prius dulcia solatia, vt per ea homines iuuet, & tandem tentationibus fortiter resistant. Sicut iter acturi cibos prius parant, ne in viæ laboribus deficiant: sic Christus fecit cum suis discipulis. Filij Israël prius cibati fuerunt manna cœlesti in deserto Exod. 16. & postea cum gigantibus terræ promissionis dimicarunt. Ios. 9. Sic Christus cum suis comedit, & mittit illos vt aduersus totum orbem pugnarent. Et *ista comestio fuit*, secundum Chrysost. *vt eo modo naturam corporis resurgentis astrueret.* Fuit autem vera comestio, quia cibus dentibus attritus est, sed virtute diuina conuersus est in aërem, vel vaporem, quia iam cibo non egebat. O autem prædulces & laetificas reliquias, vnde & adhuc multi poterant corroborare. Magnates & gulosi omnia deuorant, vt nihil pauperi Lazaro remaneat, etiam orbes consumere nati. Hoc etiam apud illos, & apud milites est, vt ibi inueniant aliquid quod manducetur, apud Ecclesiasticos, religiosos, pinguem, subditum, vbi sciunt illud, *Habetis hic aliquid quod manducetur*, eò diuertunt, exugunt & loculis perus destituunt multis diuexationibus quod est adhuc pingue emungunt & extorquent, non contenti oblatis vltrò, vt cum benedictione illa comedant, sed violenter extortis, quibus cum maledictione corporis deinde animæ potiuntur, & bona eorum, si quæ habent, malè perdunt. Expende etiam, quod Christus sumpto ex pisce & fauo, quod sibi satis videbatur. Tyranni & Domini omnia ab Ecclesiasticis & subditis, etiam reliquias auferunt, vnde cogantur pauperes fieri. Ex asso etiam pisce & fauo mellis, quæ cum multo labore fiunt, vide quomodo tuos labores Dominus offeratur, sudores tuos & perpetuas solicitudines, & quam illi malè recognoscant. Et nisi semper inuites, semper impleas cibis & muneribus, qui tuas causas aut partes agunt, nihil feceris.

Christus vera post resurrectionem comestio.

Quærunda in Ecclesias & subditos Tyrannis.

Et dixit eis: Hæc sunt verba quæ locutus sum ad vos, cum adhuc essem vobiscum: quoniam necesse est impleri omnia, quæ scripta sunt in lege Moysi, & prophetis, & Psalmis de me. Tunc aperuit illis sensum, vt intelligerent scripturas.] Reducit illis in memoriam quæ paucis diebus ante mortem dixerat scilicet, *Ecce ascendimus Ierosolymam, & filius hominis tradetur ad illudendum & flagellandum.* & se vera dixisse affirmat. Fuit autem necesse illa adimpleri, non necessitate coactionis liberi arbitrij, sed præordinationis diuini decreti. Sicut tem in veteri testamento scripta sunt, vtque vetus testamentum necessarium est, ad fidei nostræ firmitatem, & certitudinem. Præterea si ista debuerunt omninò adimpleri, omninò etiam adimplebuntur, quæ tam in veteri quam nouo testamento, de hypocritis, hæreticis, Tyrannis, Ecclesiarum & bono-

Veteris Testamenti necessitas.

rum violatoribus & raptoribus, de sacrilegis, vsurarijs, luxuriosis, auaris, gulosis, pauperum oppressoribus, & de omnibus similibus scripta & intimata sunt, quæ quidem nunc non volunt intelligere, irridendo omnia, sed tunc quando cum epulone, Iuda & omnibus suis cōplicibus in inferno punientur, & prius quando iudicabuntur, intelligent quid fecerint, quid amiserint, vbi sint & quod nihil eos ab illis perpetuis tormentis possit eripere. Sed nimis sero. Habuerunt enim Mosen & prophetas in terris, quos poterant consulere.

Hactenus etiam Christus manifestauerat se esse verum eundem hominem scil. Iesum, ab humanis, modo manifestat à diuinis agendo & operando in eorum mentes. Hoc enim diuinum opus est aperire sc. mentes eorum, vt intelligerent scripturas & statim donare intelligentiam prophetarum piscatoribus.

Obserua autē q̄ prophetæ bene intellexerunt suas scripturas, & sciebant quid loquebantur, alias prophetæ non essent. Sic fuit propheta Ioseph qui interpretatus est, Ge. 41. somniū Pharaonis, & nō Pharao, qui vidit vaccas & spicas. Sic etiā nō fuit propheta Nabuchudonosor qui statuā vidit, bene aūt Daniel qui interpretatus est euētum regni Chaldæorum, Dan. 2. per statuam signatum. Non verum Caiphas talis erat, quia non intendit quid spiritus sanctus per os ipsius insinuare voluerit.

Prophetæ suas scripturas intellexerunt bene.

Obserua hic quoque Scripturā sacram obscurā esse. Primo, ne Iudæi sacros libros qui tractabā. de incarnatione, & de vocatione gentiū ex inuidia comburerent. Hoc Isa. 48. ex persona Domini ad Iudæorū gentē ait, *Neq; credidisti, nec aperui à principio tibi aures tuas, noueram n. quod inobediens non pareres.* Secundo, quia Idioma Hebraicū diuersum est à Græco & Latino. Tertio, quia multa obscurè dicta sunt propter incredulitatem auditorum, q̄ tamen paucioribus & electis [illegible] reuelata sunt. Quarto, Quia hyperbolis frequenter vtuntur propter velocitatem sermonum suorum, & [illegible] spiritus qui inerat sacris scriptoribus H[illegible] Pisto[illegible] 13. ca. 7 q̄ de omnibus scripto[illegible] voluminum fas est dicere. Quinto, quia pleraq; [illegible] per ænigmata & allegorias & parabolas, aliter intelligenda, quam sonare videantur. Nam terrā lacte & melle manantē legimus, & montes stillabant dulcedinem Exod. 4 Ioël. [illegible] E. de gentibus dicit. *Benedicent mihi [illegible] agri* Nam scripturæ proprius character est per translationem loqui. Sic Isa. ca. 8 *Pro eo quod abiecit populus iste aquas Siloe, quæ vadunt cum silentio*, id est, noluerunt [illegible] Domini D[illegible] *& assumpsit magis Rasim & filium Romelio. Propter hoc ecce Dominus adducet super eos aquas fluminis, fortes & multas regem Assiriorum.* E. de vocatione gentium loquens idem propheta ait, cap. 60 *Gloria Libani ad te veniet, abies & buxus & [illegible].* Sexto, quia solent s. per [illegible] intellectus consequentiam non tenere, maxime prophetæ, qui vt D. Hieronymus annotat, solent repente personam mutare. Vnde Naum ait, *Celebra Iuda festiuitates tuas, & redde vota tua, quia non adijciet vltra, vt pertranseat ad te Belial* E. sermonem eo [illegible] ait, *Ascendit qui dispergat in faciem tua, custodiens obsidionem.* Et Psal. octuagesimo Cum [illegible] propheta: *Exultate Deo adiutori nostro, iubilate Deo Iacob*, subitò personam mutatur. Nam in persona Domini ista iam loquitur ad populum. *In tribulatione inuocasti me, & exaudiui te.* Talem itaque difficultates submouit Christus ab Apostulis, vt sit sensus scripturę illis clarus.

Terra lacte & melle manans.

Voluit obscuritatem scripturæ Deus significare. Exo. 32. cum veniens ad Moysem legē laturus montem Orebū nube dēsa operuit, & Salomonis tēplum obscura nebula impleuit, & arcā fœderis velo iussit cooperire. At Christ⁹ Dei filius splēdor gloriæ, & figura substantiæ eius, ipsas diuinas literas explanauit. Cum Elias ascēdit in cœlū 4. Reg. 8. pallium suū Elisæo discipulo reliquit, quo profundas Iordanis aquas pertransiuit. Sic Christus ascendens in cælum, cælestē sapientiā dedit discipulis, qua possent sacrā scripturam intelligere, eiusq; profundas aquas pertransire. Ex hoc cōfunduntur omnes Lutherani, asserētes scripturam esse intellectu facilem, omniaq; haberi in Germanico, quod à quouis laico legēte possit intelligi. Ad quid ergo tot Concordiarum libri, tot Cōciliabula, tot expositiones, & disceptationes inter ipsosmet? Nisi spiritus sanctus mentem aperiat, scripturam nemo intelliget, quomodo ergo disputantes hoc modo dijudicabit? Hunc rogemus ergo, qui his aperuit sensus, vt scripturam rectè intelligere valeamus, quia proprius sensus & superbus animus nihil in istis efficiet.

Lutherani perperam asserunt, intellectu scripturā esse facile.

Et dixit eis. Quoniam sic scriptum est, & sic oportebat Christum pati, & resurgere à mortuis tertia die, & prædicari in nomine eius pœnitentiam & remissionem peccatorum apud omnes gentes.] Tria insinuantur propter quæ illum pati oportebat, in hoc Lucæ contextu. Primò ex parte patris, quia sic scriptum est, vt promissis staret ordinatis, institutis, firmatis, iuratis atque scriptis sub verbo diuino plus quam regio. Secūdo ex parte filij ideo ait: *Oportebat Christum pati.* Bonorum quidem filiorum interest maxime, promissis patrum stare: Christus autem ita hoc negotium suscēpit, vt nec vnus apex aut iota præteriret à lege, donec omnia fierent. Et quia per humilitatem passionis meruit gloriam. Tertio ex parte nostra, quia per eius passionem liberati sumus à seruitute diabolica; Ideo Ioa. 3. *Oportet exaltari filium hominis, vt omnis qui credit in eum non pereat.* In nomine Christi præterea prædicari, quia hic solus est, qui pœnitentiam, & pœnitētibus veniam promeruit. Nec solum prædicandum est, vt homines de peccatis suis agant pœnitentiam, sed etiam quòd verè pœnitentes consecuti sint per Christum remissionem peccatorum.

Quare pati Christū oportuerit.

Ex his aliqua noranda sunt. Primò quod Christi passio dat virtutem pœnitentiæ, ideo prius dixit: *Oportuit Christū pati*, deinde eius virtutem ostendit addens. *In remissionem peccatorum.* Hæc enim passionis Christi vtilitas est vt peccata remittantur. Et hoc tripliciter. Primo per modū prouocantis ad charitatem, quia vt ait Apost. *Commendat Deus charitatem suam in nobis* Rom. 5. per charitatem autem consequimur veniam peccatorum. Secundo, passio Christi causat remissionem peccatorum, per modum redemptionis. quia cum ipse est caput nostrum: per passionem suam quam ex charitate & obedientia sustinuit, liberauit nos tanquam membra sua à peccatis per pretium suę passionis. [illegible], per modum efficientiæ in quantum caro secūdum quam Christus passionem sustinuit est instrumentum Deitatis, ex quo eius passiones & actiones operantur, in virtute diuina ad expellendum peccatum.

Hic notāda quæ. I.

Secundo, Quod cum dicit, *Oportebat prædicari*, præteritū *oportebat* non respicit prædicationem præteritam, cum de futuro sit sermo, sed respicit dispositionem prædicationis futuræ per Apostolos. Etenim sensus est, quod oportebat [illegible], id est, talem dispositionem & ordinem ac modum ad prædicandum efficere, qualis modus, qualis ordo, qualis dispositio effecta est, vt scilicet colligeret Iesus discipulos testes miraculorum, vitæ, prædicationis, passionis & resurrectionis suæ. II.

Tertio, Post Christi mortem dicit prædicandum, vt intelligas, quod oporteat, vt pœnitētiam agas, quamuis pro te sit Christus mortuus, vt effectum mortis eius, sc. gratiam & remissionem peccatorum consequaris. Nemo in sola Christi satisfactione securus consistat, vt impijssimi docēt Lutherani. Nam opus est vt tu labores, doleas, & pœnitentiam agas, vt gratiam & remissionem peccatorum consequaris. III.

Passio [illegible] post ipsius mortē prædicanda.

Quarto, Prædicandum iubet inter omnes gentes, vt videas quantum sint multiplicati fideles, post Christi passionem & ex merito passionis suæ. Ipse enim dixit. *Nisi granum frumenti.* Ioa. 12. Solus Christus erat in cælo, nullis animabus sanctis sociatus, antequam moreretur, sed postquam granum hoc frumenti mortuum est, attulit multum fructum, quia cælum repletum est sanctis hominibus. Sic etiam ait scriptura, quod post mortem Ioseph multiplicati sunt filij Israël, & creuerunt nimis, Genes. trigesimo sexto: Similiter pauci erant filij regni in vita Christi, & pauci credentes, sed postquam Christus, qui vt alter Ioseph venditus fuit à Iuda & mortuus est, creuerunt filij Israël, hoc est, Christicolę, quia omnis orbis venit ad Christum, Rom. 10. & in fines orbis terræ Psal. 18. sonus & verba Apostolorū. Et quamuis discipuli Christi prædicatione non omnia loca terigerunt, sufficit q̄ prædicationis Euangelij fama, per omnes partes celebris fuit & ex vicinis gentibus opinionē

Prædicationis Euangelicæ fama, per omnes mundi partes celebrata.

fidei nemo potest ignorare. Adeoque sciatis hoc totum, quod prophetæ prænunciauerunt, quod Christus fecit, factum, vt pœnitentiam agamus, & remissionem peccatorum consequamur, vt omnes sui dolores & gaudia nobis communicentur, in quo quidem grauissimè delinquunt, qui tanta beneficia non recognoscunt, non patiuntur cum Christo, propter ipsum non dimittunt iras, odia & quæcunque proximus contra nos deliquit, qui tam facilem veniam respuunt, qui cum ipso Christo non resurgunt, vt in nouitate vitæ ambulent.

Signa resurrectionis nostræ. Vultis scire Auditores, quomodo vestram resurrectionem probare valeatis? à Christo exemplum sumite. Primú nunciauit pacem discipulis, sic nos debemus, si verè surreximus cum Christo habere pacem cordis, quæ quidem ex

1\. tribus nascitur. Primo, cum à peccatis conscientia, pacata per contritionem, purgata per confessionem, emendata per satisfactionem, ita vt diuina ira sit placata. *Vade in pace.* dicitur Magdalenæ, & hæc oritur, per veram conuersionem ad Deum. Prou. 16. *Cum placuerint Domino viæ hominis, inimicos quoque eius conuertet ad pacem.* Secundo, Cum caro spiritui ad obediendum est parata, Hanc rebellionem ex peccatis contraximus, quia Deo non obediuit homo tanquam superiori. Tertiu, cum voluntas per omnia conformis sit rationi, & fit, cum per iudicium rationis aliquid bon' fieri decernimus, & statim hoc per desiderium voluntatis volumus, & sic per concordiam illorum gratia & merita pullulant in nobis, vt exaudiamur in desiderijs nostris.

2\. *Allidere paruulos suos ad petram, quid.* Secundum signum est, cum homo reprehendit cogitationes suas malas, & allidit paruulos suos ad petram, id est, cogitationes ad Christum, & illas statim enecat. Tertium, Cum homo ostendit cicatrices vitiorum suorum, & non abscondit illas per confessionem ostendens. Quartum, Probatur per tactum, cum homo aduersitatem omnem æquanimiter tolerat.

4\. Quintum, per gustum æternæ suauitatis, quæ sursum sunt quærite. Col. 3. *quæ sursum sunt sapite.* Sic Christus per assum piscem, & fauum mellis probauit. Sic sic Auditores si incipitis cælestem suauitatem gustare, eaque amplius delectamini & non corpore, sed corde etiam ad hæc festa Paschalia efficiamini, signum optimum est, veræ resurrectionis vnde corde & animo potestis Deo laudes & gratias canere, *Surrexit Christus hodie,* halelu-iah.

Laus Deo, & Beatissimæ Mariæ Virgini, & omnibus Sanctis.

EADEM FERIA TERTIA PASCHATIS.

FEria Tertia, Triumphus Christi, quando venit in medio eorum insperatus, inexspectatus, illos suæ resurrectionis gaudij facit eos participes, dic. *Ego sum.* Alius, quando noluit illos timere, quia triumphauit de omnibus hostibus, vt nec illi possent nocere Apostolis. Triumphus Christi, quando dixit. *Videte manus meas & pedes, quia ego sum.* & quæ amplius habet Euangelium. Triumphus discipulorum ex agnitione, ex conuiuio, ex interpretatione suorum præcedentium sermonum, & prophetarum, & illud, *cum adhuc vobiscum essem.* & verum, nunc est, licet glorificato corpore & immortalis. Triumphus discipulorum, quia hæc omnia intelligebant. Triomphus Christi quia *oportebat illum pati, & intrare in gloriam,* & redemptionem nostram prosequi, & iam omnia illa transacta sunt, passus est & resurrexit, perijt genus humanum, & redemptum est, & in nomine eius prædicatur pœnitentia & remissio peccatorum in omnes gentes, incipiendo à Ierosolyma per vniuersum mundum. Ideo triumphus iste cum alijs est totius Ecclesiæ, totius mundi, omnium nostrum & cuiusque proprius. Ideo qui remissionem peccatorum accipimus, qui cum Christo non de piscibus, sed de corpore & sanguine comedimus, quia omnia nobis ad salutem necessaria, scimus amodo vel scire possumus, si volumus, ideo triumphamus in Christo, in Ecclesia sancta, in anima nostra, in conscientia nostra, hymnos & laudes decantemus triumphatori, vt qui nos redemit, nos etiam benedicat, & saluet in sæcula sæculorum, Amen. *Triumphus Christi est totius mundi, & cuiusque nostrum proprius.*

Laus summo Deo, beatissimæ Mariæ Virgini, & matri & omnibus Sanctis in sempiterna sæcula.

FERIA QVARTA PASCHATIS.

Postea manifestauit se iterum Jesus ad mare Tyberiadis, Ioann. 21.

RAdix totius bonæ operationis est, Spes resurrectionis, Auditores. Expectatio enim retributionis incitat mentem in beneficentiam & animam in spē erigit, promptiorq; fit omnis operarius ad perferendos labores, si præmium laborum prævideric, qui verò sine præmio laborat & anima & corpus illis concidit. Miles expectans prę̨mia alacris est in bello: Nemo autem tam indiscretu regi militauerit, qui non soleat brauium laborū exhibere, vt frustra paratus sit mori. *Præmia militem ad strenuè bellandum accendunt.* Sic & omnis anima credens in resurrectionem merito sibi parcit, non credens autem resurrectioni, exposita fit, perditioni: Credens manere corpus in resurrectionem parcit illi tanquam vesti, & non polluit eam in iniquitatibus, qui vero non credit resurrectionem exponit sese libidini, ac veluti alieno abutitur corpore suo. Magna igitur est Ecclesiæ Catholicæ admonitio, fides de resurrectione & doctrina valde necessaria, cui quidem multi contradicunt, à veritate verò factum est, vt illi fides habeatur Et quia articulus iste fidei difficillimus, ideo SS. Mater Ecclesia Catholica nobis vltra octo dies proponit alias, & alias Christi post resurrectionem, apparitiones, quarum hudiernam S. Ioannes describit, ideo eam cum gaudio audiamus per.

EVANGELIVM.

P*Ostea manifestauit se iterum Iesus ad mare Tyberiadis.*] Christus in captura piscium commendauit Ecclesiæ sacramentum, qualis erat futura in vltimâ mortuorum resurrectione. Quod autem septem discipuli fuerint in illa piscatione, significat finem temporis, quia vniuersum tempus septem diebus voluitur. Quod nox erat & nihil ceperant, ostendit quod ante Christi præsentiam, qui est sol, prophetæ nihil ceperunt, quia etsi vnam nationem Israël corrigere conarentur, illa tamen frequenter in Idolulatriam labebatur. Quod discipuli in mari laborabant, indicat quod adhuc fluctibus mortalis vitæ inhærerent. Christus stat in littore, quia iam carnis corruptionem excesserat. Mane significat initium immortalis vitæ post resurrectio- *Mane, quid hoc loco.*

 nem.

nem. In dextra capiuntur pisces, cum iustos à dextris statuet. Pisces in littore essati sunt, quod iustos in fine sæculi apparere innuit.

Quod trahebantur, nec apparebant vsquequo rete ad littus peruenisset, insinuat sanctos, quos nunc Ecclesia habet, latere, donec vniuersale iudicium fiat. Quod ducentis distabant cubitis, significat centum ex Israël & centum ex gentibus, cùm centum sit numerus perfectus, esse saluandos omnes scilicet ex vtroque populo electos. Piscis assus Christus est, Petrus cui commissa est Ecclesia rete ad littus trahit, id est, stabilitatem æternæ patriæ ipse & sui successores fidelibus ostendunt. Magni pisces signant futuros sanctos magnos in regno cælorum, rete scissum non est, quoniam in æterna vita nulla erunt schismata. Ioannes priùs noscens Christum, designat puritatem cito Deum inuenire. Quod Petrus ad Christum citius venerit, signat obedientes prius quam virgines ad Deum venire. Quod Christus eis parat prandium, significat nobis æternum præparasse conuiuium. Alij pisces pisci asso adducuntur, cum Martyrum passiones Christi passioni communicant. Quod nullus eum audebat interrogare, scientes, quia Dominus est, signat quod in illa æterna patria omnia erunt ita clare cognita, quod non erit opus aliquem propter ignorantiam interrogare. Quod dat panem & piscem designat, quod in illo æterno conuiuio Christus & diuinitatem, & humanitatem fruendam concedet. Et hæc quidem breuiter comprehendunt multa, quæ pro cuiusque consideratione possunt amplificari. Sed quia historia facilis est intellectu, eam sub breuitatem ampliùs transcurremus.

Pisces adducuntur pisci asso quod.

Manifestauit se.] Dicit Sanct. Thom. 3. p. quæst. 55. art. 22. *Quia passio eius peracta est in corpore adhuc habente naturam passibilem, quæ communi lege nota est omnibus, ideo immediatè omni populo manifestari potuit. sed eius resurrectio facta est per gloriam patris, & resurrexit gloriosa resurrectione: Idea non omni populo immediatè manifestanda fuit, sed quibusdam, quorum testimonia delata sunt in aliorum notitiam.* Manifestauit se Deus hominibus, quando creatis omnibus formauit hominem & eum in paradisum & locum tam speciosum posuit. Manifestauit se Patriarchis & prophetis & per eos alijs. Manifestauit se in natiuitate & per totam vitam peccatoribus & male habentibus vsque vltimo latroni in Cruce & Longino latus aperienti. Manifestauit se pluribus post resurrectionem & priusquam resurgeret, patribus in limbo & ipsi Lucifero. Manifestat se suam que voluntatem in omnibus creaturis, signis, reuelationibus, beneficijs & pœnis, & adhuc se hominibus manifestat in SS. Ecclesia Catholica, in Sacramentis & ceremonijs, & sicut eum pauci rectè agnouerunt, aut agnitum sequi noluerunt, ideo proh dolor adhuc apud nos euenit, vt cùm *siue comedimus, seu bibimus, seu quid aliud facimus pro gloria Dei*, teste Paulo *facere debemus*, nec hoc quidem in nobis est. Manifestant se multi per suam scientiam, artem nouam & honorantur, meretrices nutibus & signis se manifestant, & tolerantur, vsurarij se manifestant per fraudes & vsuras & sic alij & permittuntur, diabolus se manifestat suis suasionibus, consilijs & mille vijs, sicut fecit & Christo, & habet adhærentes: solus Deus se suam que diuinitatem & humanitatem, suam misericordiam, pietatem, longanimitatem, suas vias, voluntates, beneficia, auxilia omnia, & singula manifestat, & paucos habet qui hæc intueantur, intelligant aut amplecti velint, donec nos manifestabimur ante tribunal Christi, & ipse suum iudicium manifestabit.

Christus à resurrectione pluribus apparuit.

Diabolus quomodo se manifestet.

Dicit eis Simon Petrus, Vado piscari, dicunt ei, Venimus & nos tecum.] Grego. in hom. dic. [Negotium quod ante conuersionem sine peccato extitit, hoc repetere post conuersionem sine culpa fuit, & sic ad piscationem post conuersionem Petrus redijt. Matthæus vero ad telonij lucra non resedit: Accedit quod socij erant in eadem necessitate, vt victum sibi compararent.] Præterea homini omnia sunt naturaliter subiecta, & ab hac piscatura ad piscaturam hominum dirigerentur. Insuper vide voluntates omnium prōptas quia dic. *Venimus & nos tecum*. Attende etiam mirabilem piscaturam, isti eunt piscatum, & Christus venit piscatum, illi pisces, hic Apostolos & per illos totum orbem, Illi in nauim, ille in corda eorum ascendit, illi nocte & nihil capiunt, ille lux verus radios sicut aurora paulatim emisit, & statim sicut pisces ad candelam sic illi ad tantum lumen veniunt. Illi ad iussum suum proijciunt rete, & magnam multitudinem capiunt: & ille eos & per eos innumeros alios capit. illi à dextris pisces inueniunt, & ille eos ad dexteram statuit, vt cum propter temporalia tantum laborem subeant propter præmium quod habituri essent piscatores hominum & milites Christi post resurrectionem in littore cælesti, maiora faciant. Hic demum cognoscere cœperunt Resurrectionis mysterium ex miraculo & vitâ personâ Christi, vt omnes fatereotur vno ore: Dominus est. O vtinam sic piscarentur, quibus piscatio credita, nihil sibi parcentes, nihil commodo proprio aut honori tribuentes.

Piscatura mirabilis.

Ex copia piscium capta, quos priùs inuenire non poterant & ex celeritate qua ceperant, accedente diuina illuminatione, Ioannes nouit prius Petro Christum: Ingenij enim acumine pollebat, vt Cyrill. libr. duodecimo, cap. sexagesimo tertio asserit, & ex signo nouit celeriter Dominum, & nihil dubitans firmo animo id Petro significauit dic. *Dominus est.* Credidit Petrus, dicto Ioannis facile adhibens fidem, eodem commotus miraculo, & præ amoris & desiderij feruore moram nauigij non sustinens, quia piscium copia & aliorum discipulorum multitudine onustum erat, aquis se committit, veste sua nuditatem contegens propter Christi reuerentiam, vt dic. Chrysostom. hom Lo-ctuagesima quinta, & primus omnium peruenit ad Christum.

Petri feruor tendentis ad Christum.

Proprios vtriusque Apostoli mores hoc facto significatos, annotat Chrysostom. homil. octuagesima nona. *Petrus inquit feruentior, Ioannes intellectu erat altior, ille vehementior, hic perspicacior.* Iterum in hoc loco vides Ioannem priorem nouisse, tamen posteriorem Petro venisse: sicut cum vterque ad sepulchrum properarunt, primus peruenit, posterior est ingressus. Significatur in vtroque facto Pontificem in Ecclesia aliquos doctiores & sanctiores, aut æquè doctos & sanctos, in dignitate vero superiorem neminem, nec æqualem habere posse. Excellit enim omnes in dignitate. Fieri tamen posse, vt in doctrina & sanctitate excedatur ab ijs, quibus præeminet in dignitate, & officio. Nec Petrum planè nudum credas fuisse, sed abiectum fuisse pallium aut quid simile, & sic natando ad Christum peruenit, quia littus erat proximum, & dicit Sanctus Vincentius quòd Christus venerit hic in specie mercatoris volentis pisces emere.

Nota etiam quòd laborent tota nocte, quia quicquid faciunt sine Dei honore & auxilio faciunt, ideo in vanum gloriantur, qui suas conciones efferunt, & tamen nec vnum rusticulum conuertunt. Proijciunt autem verba etiam pomposa & sesquipedalia, vt fauorem popularem captent, sciunt aliorum vitia taxare, vt ipsi videantur puri & similia sunt valde vulgaria. Proijciunt etiam retia, vel munera, vel fauores, intercessiones, affinitates & quæcunque possunt, vt multitudinem beneficiorum aut officiorum capiant, piscantur illi hamo aureo, & pisces qui sibi mortem animæ inferunt, extrahunt.

Et quia de piscibus & piscatura totum Euangelium loquitur, patum illa interpretabimur, vt & nos habeamus aliquid de illis piscibus, quod manducemus. Resurrectio. n. Dominica, maximum rete, quo innumeri pisces spirituali modo capti, assi & comesti sunt. Aduertite ergo Auditores quod pisces significent viros perfectos & virtutibus præditos. Sicut enim pisces ex aqua procreantur originaliter, ab aqua naturaliter nutriuntur, sub aqua corporaliter commorantur: sic viri perfecti ex aqua deuotionis & gratiæ geniti sunt spiritualiter, aqua piæ compassionis sunt nutriti, in aqua lachrymosæ compunctionis sunt quamdiu viuunt in hoc sæculo. Et sicut piscis sine aqua non potest viuere, sic nec homo sine deuotione in statu perfectionis & gratiæ permanere. Isaiæ 50. *Computrescent pisces sine aqua, & morientur in siti* Pisces sunt aqueæ complexionis, sic & viri per gratiarum irrigationem, quia sunt aquis deuotionis, compassionis & compunctionis continuò irrigati, & potissimè compunctionis, quia sunt aquæ amaræ: Quia

Piscium & piscatura significatio.

ſicut maior pars piſcium habitat in maris aqua, ſic maior pars hominum perfectorum habitat in aqua amaræ compunctionis,

Piſces autem fluminum ſignant homines delitioſos, & iſti non ſunt Deo accepti. Et ſicut teſtibus marinis hominibus piſcis extractus ex aqua citius corrumpitur prope mare, quam longè à mari: Sic illæ perſonæ, quæ ſunt prope ſtatum pœnitentiæ & compunctionis, ſicut ſunt religioſi & Eccleſiaſtici, ſi aqua compunctionis & deuotionis eis deficiat, citius & vilius per peccata putreſcunt, quam illi qui ſunt longe à mari, hoc eſt ſeculares, qui ſunt à ſtatu pœnitentiæ longe remoti. Præterea piſces ſunt vigiles, raro dormiunt & quando dormiunt facilè excitantur, raro etiam quieſcunt, imò quaſi continuè per aquæ ſpatia agitantur, Et hoc certè, quia apertis oculis dormire, cum non habeāt palpebras, comprobatur: Sic viri perfecti & deuoti non ſolent eſſe per obliuionem aut per ignorantiam ſomnolenti, ſed per ſolicitudinem & prudentiam vigiles & diſcreti. Apocal. 3. *Eſto vigilans.* Faciliter enim, id eſt, modico impulſu diuinæ inſpirationis vel prædicationis ad bonum debent excitari, & ad circumquaque ſe mouendo per bona opera agitari. Pſal. 8. *Volucres cæli & piſces maris, qui perambulant ſemitas maris.* Iſti dicuntur volucres à volatu contemplationis, & à limpitudine claræ deuotionis, cognitionis & diſcretionis. Dicuntur piſces maris ab amaritudine contritionis: Dicuntur perambulare à motu bonæ operationis. Et ſicut piſces aliqui ſunt aſtuti, qui vel non intrant rete, vel ſportolam piſcatoris, vel aſtutè cauent: ſic debent caueri peccata, aut citò derelinqui. Iob 12. *Interroga iumenta & docebunt te, volatilia, & indicabunt tibi, loquere terræ, reſpondebit tibi, & narrabunt et piſces maris*, quaſi diceret, quod per exempla rerum naturalium oſtenditur, quàm diſcrete in naturalibus ſit agendum.

Poſtremò piſces ſunt communis habitationis, in qua ſcilicet quod tamen non eſt in auibus: Sic viri perfecti debent in vnum per concordiam morari, & nunquam alter ab altero per odium aut iniuriam ſeparari. Oſeæ 4. *Piſces maris congregabuntur.* Piſces enim timentes Crocodilum, ſolent poſt cetum congregationem facere, vt ab eo defendantur. Sic & nos poſt Chriſtum congregari per concordiam, & ſibi nos committere per fiduciam debemus, vt Crocodili, id eſt, diaboli tentationes & inſidias effugere valeamus. Soph. 1. *Congregans congregabo omnia à facie terræ*, d. Dominus: *Congregans hominem & pecus. Congregans volatile cæli & piſces maris.*

Circa tale mare ambulat Chriſtus, & ipſe & ſui piſces tales capiunt, iſti bono reti capiuntur, igne tribulationis & & amoris torrentur vel aſſantur, hi benedicuntur à Domino hoc paſchali gaudio cum fauo mellis & gratiam accipiunt, hi ſunt cibus Domini, quia faciunt voluntatem diuinam. Ex his videre potes, quare etiam poſt reſurrectionem ſ am Chriſtus gloriam ſuæ reſurrectionis ſuis diſcipulis in tali loco & opere voluit manifeſtare. Accedit quòd & manè & veſpera myſterium Reſurrectionis docet, dicente Sancto Anaſtaſio Patriarcha Antiocheno, [Ne putes ad nullum lucrum tibi eſſe reditura certamina. Non ita erit. Sed erit tibi veſpera per mortem contracta & vacabis ab omni operatione (quod etiam in nocte fit, vt accommodetur Nox manè,) & te apprehendent tenebræ caliginis & cæcitatis. Deinde fiet tibi mane, nempe & illic eſt dies reſurrectionis & exoriens ſol, qui cadit ſub intelligentiam: Soluet mortalem noctem, & te vocabit, vt expergiſcaris, & ſic videbis diuinum illud mane quod quidem Moyſes nominauit diem.]

Et quia de mari hic ſermo eſt, ſciendum quòd in aqua myſterium reſurrectionis appareat. Sic enim dicit Olympiodorus in Eccleſiaſtem, ſuper illud, *Et antequam conteratur hydria ſuper fontem. Ne quis putaret hoc corpus noſtrum, quod eſt in morte reſolutum in nihilum, perpetuò abiturum eſſe, ſymbolicè nobis oſtendit ſuam reparabilem perennitatem. Sicut enim hydria iuxta fontem attrita, aqua non perit, nec euaneſcit, ſed in fontem ſuū reuertitur, rurſúsque cum quis voluerit, aquam poterit haurire de forte, ita & corpus quod in elementa reſoluitur, in fontem ſuum terram videlicet ipſam redit, paratum iterum in membra componi, quando author ille voluerit, qui ab initio illud plaſmauit.* Aliter. Aqua hydriæ in fonte non perit, ſed ad ſuam plenitudinem & integritatem accedit in fonte ipſo exiſtentem. Quando igitur, *quod ex parte euacuatum fuerit*, 1. Corinth. decimo tertio, *tunc veniet quod perfectum eſt* Particularis itaque hæc noſtra cognitio, quæ nobis nunc ineſt, tunc perfectionem ſuam accipiens, erit velut aqua hydriæ, ad plenitudinem fontis deueniens, fonti parte tunc addita, qua fons prius carebat.

Particularis nostra cognitio, postmo[dum] perficienda.

Arrha itaque noſtræ reſurrectionis Chriſtus ſuſcitatus eſt à mortuis. Dominus item eſt viuorum & mortuorum, & illi poſſibile eſt reuocare à mortuis, & glorificare etiam corpora à coruis, piſcibus aut alijs dilaniata. Si enim ſol exiguum opus Dei, vno radiorum ictu vniuerſum orbem calefacit, & aër quem Deus fecit, circundat mundum: Deus & ſolis & aëris opifex, num diſtat à mundo? Cogitate diuerſa ſemina germinum miſceri, & hæc ſemina veſtro pugillo aliquo contineri, eſtne vobis res magna, an facile pugillum aperire & vnumquodq; germen ſecundum ipſius naturam colligere, & ad germen reſtaurare? Et vos quidem veſtro pugillo, id præſtare poteritis, num & Deus quæ illius pugillo continentur, diſcernere, congregare & reſtaurare non poterit? Diuerſos habet quis ſeruos, at alij quidem ſunt probi, alij mali, bonos honorat, malos verberat, & ſi iudex eſt bonos laudat, malos punit. Si apud vos mortales talis eſt iuſtitia, apud Deum ne regem omnium ſempiternum iuſtitiæ non erit retributio, ſed impium eſt negare.

Perſpice autem & iſtud. Multi homicidæ in lecto impunè defuncti ſunt, vbi igitur Dei iuſtitia? ſæpe autem qui homicidia quinquaginta patrauit, ſemel tantum capite plectitur, vbi igitur illorum quadraginta nouem dabit pœnas, niſi poſt hanc vitam fuerit iudicium & retributio? Omnis qui certat, poſteaquam abſoluit certamen, coronatur, aut contumelia afficitur. Iterum arbor excisa rurſus floret, homo autem exciſus non florebit? Et ſeminata demeſſáque in aquis manent, homo autem ex hoc mundo demeſſus, non manet in æternum? Et ſurculi vitium aliarúmque arborum omnino exciſi & transplantati, reuiuiſcunt, & fructificant: homo verò propter quem & illa ſunt cadens in terram non excitabitur? Et quæ hyeme mortua, vere apparent virentia, & cum tempus aduenerit, tunc velut à mortificatione redditur viuificatio. Si muſcæ & apes aqua ſuffocatæ, ſæpe poſt tempus anni reſurgunt, & ſerpentium genera hyeme immobilia ſunt, æſtate verò conſurgunt, qui irrationalibus & vilibus vitam præbet per naturam nonne idem nobis, propter quos & illa fecit, viuificationem donabit? ſicut & Phœnici.

Quid fiet homicidis impunè mortuis in lecto.

Ante centum annos, nos omnes qui loquimur & audimus, vbi eramus? an neſcimus conſtitutionis noſtræ ſubſiſtentiam? Neſcis quomodo ex infirmis, rudibus & confuſis rebus generamur? Et ex tam rudi & infima materia formatur homo, & quod erat imbecillum incarnatum, in robur neruorum mutatur & oculorum ſplendorem, & narium odoratum, & aurium auditum, & linguam loquentem, & cor ſaliens, & manus operantes, & pedes currentes, & in omnimodam membrorum ſpeciem? At illud imbecillum, fit fabricator nauium, & domorum opifex, architectus & omnium artium operarius, miles, princeps, legiſlator, Imperator. Qui ex leuibus rebus nos facit Deus, num cadentes excitare non poterit? Et qui non exiſtentes fecit, vt eſſent, nunquid cadentes excitare non poterit? Lunæ corpus prorſus deficiens, ita vt nullum amplius appareat rurſus impletur, & ita vt erat in integrum reſtituitur. Et tu de te ipſo hoc dubitas? Dicit Deus ad Muſen. *Ego Deus Abraham, Iſaac, & Iacob.* Certum, quod exiſtentium & ſubſiſtentium, non enim dicit, *Eram*, ſed *ſum*. Quod autem ſit iudicium dicit Abraham ad Dominum: *Qui iudicas omnem terram, nequaquam facias iudicium hoc.* At dicent: Animæ manent, corpora autem reſurgere non poterunt: Quaſi verò virga Aaron abſque humore aquæ refloruit. In ligno miraculum fecit, ipſi Aaroni reſurrectionem non largietur? Mulier illa Loth, præter naturam, in ſal conuerſa eſt, & caro in carnem non inſtaurabitur? Mandato diuino mundata eſt manus Moyſis, vt vnâ horâ fieret ſicut nix, & reſtitueretur, & nunc mandatum eius

Hominis rude & infimum principium.

erit iu-

citur efficax? Apertissimè propheta Ezech. 37. dicit. *Ecce ego aperiam sepulchra vestra, & leuabo vos de monumentis vestris*, & Dan. 12. *Multi dormientium in puluere terræ resurgent, alij in vitam æternam, alij verò in contumeliam æternam*. Prætereo Eliam, & filium viduæ ab illo excitatum, & Elisæum bis excitantem in vita, & post mortem: & Lazarum quatriduanum excitatum, & alios, imò & petras scissas, & corpora è monumentis prodeuntia, satis sit nobis quod credit & canit Ecclesia, & quomodo se manifestauit, cum ea credamus & canamus, *Scimus Christum surrexisse à mortuis verè, tu nobis, victor Rex, miserere*, Halelu-iah.

Corpora mortuorum diuinitus excitata.

Laus Deo, & Beatissimæ Mariæ Virgini, & omnibus Sanctis.

FERIA QVINTA PASCHATIS.

Maria stabat ad monumentum foris plorans, Iohann. 20.

RESurrectionem Dominicam, Auditores gaudium, iocunditatem & exultationem summam esse, si quis neget pronunciat & tenet SS. mater Ecclesia Catholica. Nam quod eam non satis possit prædicare magnificare & cordib. hominum imprimere, sufficiens est testimonium, quod eam per totam octauam, & dierum alijs atq; alijs Canticis, lectionibus & historijs Euangelicis celebret, imò & amplius eandem laudem propaget. Nam & hodie proponit nobis Iesu Christi apparitionem factam Mariæ Magdalenæ tristi & plorantii, quam, & per eam nos omnes sua gloriosa resurrectione viuificauit. In qua quidem præter testimonium Resurrectionis Redemptoris nostri, etiam testimonia sunt futuræ resurrectionis nostræ. Interim illa ad locum sepulturę & sepulturę fiunt in cœmeterijs, tanquam in hortis. Et monumentum dicitur, quod nos moneat mortis & resurrectionis, & Christus apparuit tanquam hortulanus. Sicut autem hyeme hortus videtur sterilis, & hortulanus nullus, donec in æstate iterum suas herbas disponit vt reuiuiscant, ita videntur corpora in cœmeterijs mortua, quando autem suo tempore Christus Iesus hortulanus verus, in horto suo, veniente ipsomet sole iustitiæ iterum disponet, omnia reflorescēt & viuificabuntur. Plorat nunc Magdalena, sed recipit consolationem, gemit afflicta sancta mater Ecclesia, sed conuertetur gemitus ille in gaudium tunc maximè in resurrectione generali. Lachrymis parantur gaudia, quies laboribus, consolatio afflictionibus, & doloribus animi fœlicitas, Neque quis arbitretur se posse venire ad verum gaudium, nisi per gradus, quorum primus est. Tim. dicente Eccl. 1. *Timor Domini delectabit cor*. sc. in præsenti; *Dabit lætitiam & gaudium in longitudinem dierum*, id est, in æternum. Psal. 30. *Quam magna multitudo dulcedinis tuæ, Domine*, & hanc tamen impius non sentit propter febrem iniquitatis. Secundus est Amor. Ioan. 16. *Si diligeretis me gauderetis vtique*, id est, de me sentiretis gaudium internus quia charitas in omnibus ponit saporem, Non enim habet amaritudinem conuersatio illius nec tædium conuictus illius. Tertius Patientia. Eccl. 2. *Vsque ad tempus sustinebit patiens, & posteà redditio iucunditatis*. Iacob. 1. *Omne gaudium existimate fratres mei, cum in tentationes varias incideritis, scientes, quod probatio fidei vestræ patientiā operatur, patientia autem opus perfectum habet, vt sitis perfecti & integri in nullo deficientes*. Quartus, Fletus & tristitia. Ioan. 16. *Plorabitis & flebitis vos, mundus autem gaudebit, sed tristitia vestra vertetur in gaudium* Hoc hodie apparet in Maria Magdalena, in S. matre Ecclesia, quæ à septuagesima huc usque luctum fecit, & apparebit in illa æterna & fœlicissima sempiternitate. De Magdalena autem & apparitione dicet.

Christus à resurrectione apparuit flentem Mariæ Magdalenæ.

Non peruenitur ad cœleste gaudium, nisi gradatim.

EVANGELIVM.

Maria autem stabat ad monumentum foris plorans] Quia quædam huius Euangelij sunt prius explicata copiosè, ideò istam historiam etiam breuiter percurremus, quod propter summam Euangelij complectendam prius fieri poterit visâ allegoriâ quæ est Maria foris monumentum plorās significat Ecclesiam gentium foris veram fidem existentem. Quæ flebat, id est, anhelabat videre, scilicet accipere fidem Christi. Et inclinando prospexit in monumentum, id est, se subijciendo Christo agnouit, quod quærebat, Duo angeli ad caput & pedes, signant fidem annunciandam à principibus vsque ad finem sæculi. Quod lachrymas prohibent, significat sacra eloquia nos consolari. Quod Maria cōuersa est retrorsum, significat dubitantem in fide tergum in faciem Domini mittere. Quod Iesum vidit & non agnouit. Ipsam & amasse & dubitasse significat. Quod hortulanum credidit, significat, quod Christus ei verè hortulanus extitit, qui in eius pectore pro vi amoris semina virtutum virentia plantauit, illa autem lachrymis etiam rigauit, Quod Dominum post vocationem agnouit, significat quod paulatim venitur ad cognitionem cœlestium. Quod prohibetur tangere, significat Ecclesiam de gentibus quæ in Christum non credidit, donec ad cælos ascendit. Quod Apostolis nunciari præcipitur, docet secreta Dei per internuncios nobis manifestari.

Angeli duo ad caput & pedes quid.

Sed nunc ad quædam verba contextus. Stabat autem anxia non sedebat, vt si qua ratio inueniendi eum occurreret, celeriter & cito se conferret. Hoc enim est proprium quæ entium aliquid, cuius locum determinatum ignorāt. Imperfecta fides multum amanti causa erat anxietatis & doloris, à quibus si credidisset, se liberasset. Communi prouerbio dicitur quod mulierib. proprium sit plorare vel flere, nere, nihilq; tacere. sed illud competit malis mulierib. simul. sed & matronæ flent & nent & tacenda tacent. Nostra autem Maria Magdalena & fleuerat ante peccata sua, & merito, & nunc amantissimum suum Christum, & merito. Et vt mulieres fila ducunt nendo, ita connectebat illa omnia beneficia & verba quæ à Christo vnquam acceperat, in corde suo, nihilq; reticebat de Christo quia amor illius tantus erat, vt planè exuberaret, quod deuoto fœmineo sexui debet esse proprium. At dicis, Ego vir sum, mihi non competit. Considera animam tuam esse spōsam Christi, adeoq; fœminini generis, quòd si tam durus es vt nullis beneficijs, vel monitionibus, vel gratitudine mouearis, saltem pro te anima tua plorat, beneficia & laudes memoret Saluatoris & nihil omittat.

Anima nostra, Christi sponsa.

Obserua etiam quòd Magdalena foris plorat, plorat inspectans monumentum, plorauit domi, plorauit abiēs, plorauit veniens, plorauit quærens, plorauit interrogans, plorauit diu, plorauit noctu, semper plorauit, ecce quantus amor esse debuit qui tantum fletum excussit, vt etiam fletus impedimento sibi esse potuisset aliàs, & anxietas, quo minus locum aut etiam personam cognouisset. Quod si autem nescis lachrymas effundere, vnde anima multis molestijs liberetur, scribam tibi vnum Recipe spirituale. Recipe amarum, amarius, amarissimum, id est, mortem, iudiciū & infernum, id est, illorum considerationem cum dulci, dulciori dulcissimo, id est, gratia Dei, spe & re fœlicitatis sempiternæ, misce, contere in vase subtilissimo conscientiæ & cordis, cum fortissimo malleolo, adde ignem amoris diuinissimi, ita vt Hermetis sigillum hoc est os aperiat, per quod fiat confessio, & dolor, & stillatitia aqua per oculos & fragorem circumquaque faciat, intus & externus, id est, totus homo concutiatur, & hoc fac per diem, vt noctu eiusmodi aquam pro tua necessitate habeas, & noctu & diu habeas, & hæc aqua erit refrigerium animæ tuæ. Hanc aquam distillauit Maria Magdalena, sed longe melius & diligentiùs, quam tibi valeam præscribere:

Visus enim & amor, aiunt, in facie. Magna est amoris vis, cum enim iam vidisset semel & experta esset illic non esse corpus, sed linteamina duntaxat agnouisset, cum tamen videret, non inueniret, ne se omni spe inueniendi priuaret, maluit se primo non diligenter quæsiuisse, nec ad amussim prospexisse sibi persuadere. Iterum ergo ab ostio monumenti prospicit, si forte, quod quærit, videat. Et doloris causa etiam, vt medelam aliquam acciperet, & iterum prospiceret. Inclinauit se Magdalena, vos superbi nec genua flectitis, nec quicquam facitis, quando loca sacra visitatis. Inclinauit se, vt videret quod amabat, vos nec minimum in illis nisi vanam iactantiam consideratis, nisi forte quia propter circumstantes oportet facere reuerentiam. Inclinauit & humiliauit se, vt mereretur consolationem. Non inclinant domini huius sæculi, aures suas vt audiant, oculos suos vt videant necessitates suorum, voluntatem Dei, consilia sanctæ fidei, sed nisi quis inclinet os suum ad aures, quas amodo habent in pedibus non audiunt & necdum audiunt. Ideo precandum est eum Psalm. 118 *Inclina cor meum Deus in testimonia tua, & non in auaritiam.* Inclinauit se & prospexit in monumentum, sic tu mortem, sepulturam, cineres, vermes, & reliqua consideres & maximè quæ iudicij diuini sunt, & te inclines aut humilies neque in mirabilibus super te ambules.

Et vidit duos angelos in albis sedentes, vnum ad caput, & vnum ad pedes, vbi positum fuerat corpus Iesu] Clementissimus Dominus amantem & dolentem concepta spe non defraudauit, Ecce viam inueniendi, quam desiderabat, reperit. Introrsum prospiciens non stantes angelos videt, ne corpus ibi esse suspicetur, sed sedentes, sua sessione ibi iam corpus nõ esse significantes: Si enim corpus adesset, stetissent angeli adorantes & reuerentes præsens corpus diuinitati vnitum. Ecce vbi humana solatia deficiunt, incipiunt angelica, incipiunt diuina, ne ergo animo frangaris. Capilli tui capitis numerati sunt, ecce vnum angelum habebis, qui caput custodiat, alterum qui pedes, *In manibus portabunt te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.* Ecce angeli sunt, vbi positum est corpus Iesu. Quia vero apud hæreticos, non est corpus Iesu in Eucharistia, ergo nec angeli, ergo nec adorandum, ergo solus panis. Itaque vbi corpus Iesu vel membra ipsius sacra noueris, ibi te inclina & humilia.

Dicunt ei illi, Mulier, quid ploras?] Nondum Magdalena angelos agnouerat: Præueniunt eam interrogatione, non quod ignorarent, sed vt causam lachrymarum & imperfectam eius fidem proprio ore facerent confiteri, & ad loquendum inuitarent, quæ nisi præuenta, ausa non fuisset interrogare, vt dicit Chrysost. homil. octuagesima quinta. Attende autem subtilem & artificiosam angelorum interrogationẽ. *Quid*, inquiunt, *ploras?* quasi dicerent: Si aliquod hic iaceret cadauer, crederemus te alicuius tibi coniuncti & chari mortem deplorare: at cum nullum hic sit tale cadauer, nec locus hic sit mortuorum, vbi viuos vides sedere & velut commorari, merito quærimus & interrogamus causam lachrymarum tuarum. Tacitè angeli docent Dominum surrexisse, nec plorandi, sed lætandi, & exultandi causam esse, nec eum inter mortuos, sed inter viuentes quærendum esse Christum.

Et hic nota, quod inter hæreticos & peccatores Christus non est, sed apud viuos, ideo apud illos Christum nec fidem nec doctrinam præcipuè apud hæreticos, nec miracula quæras. Genes. decimo octauo dixit Dominus ad Abraham, *Quid clamas?* cum ipse præesse loqueretur, sine dubio & sancta Maria Magdalena non cum impetuoso & impudico fletu & vlulatu, prout solent mulieres improbæ fingere, processit, sed notus erat illius ploratus Deo & angelis. Imò dicerem Peccatori & Deum prosequenti, Quid rides, quid exultas, quid gloriaris in malitia? Omnis enim vita hominis, ploratus est, exultatio autem in cœlis. Ideo mirum quod in valle lachrymarum aliquis exultasset, & in domo excelso iubilationis, instaretur. Mulier dicitur quasi mollis aër, si tu duriores, tardè aut nunquam resolueris. Interrogarunt quare viduæ & pupilli plorant, quia nemo est, qui eos defendat, tulerunt enim Dominum, ad quem haberent refugium.

Dicit eis: Quia tulerunt Dominum meum, & nescio vbi posuerunt eum] Libenter communicant afflicti suas necessitates etiam ijs, qui iuuare non possunt. Spem enim concipiunt ab illis aliquam posse accipere. Adhuc Magdalena non credebat surrexisse Dominum, sed corpus ablatum, & in alio loco repositum, nesciat tamen, quid diceret, rectè respondebat. Ploro: Quia si sciret non ploraret. Si enim sciuisset vbi positum esset corpus, sciuisset animæ iterum copulatũ & gloriosum suscitato Christo effectum. Plorabat etiam, quia ablatum credebat, At si sciuisset non ablatum ab aliquo, sed à tenebris sepulchri potentia diuinitatis ereptum, & victa morte mortis sepulchrum deseruisse, vtique non plorasset. Denique plorabat, quia nesciebat vbi esset, At si nouisset ibi iam adesse præsentem profectò non fleuisset. Attende autem quam piæ, sed cæcæ lachrymæ erant, quia corpus mortuum non inueniebat, plorabat cum illa esset causa lætandi maxima. Gaudebat Christus quod illic non esset, plorabat Magdalena quod ibi non inueniretur. Desiderabat Magdalena locum scire, vbi iaceret; Christ⁹ nullibi iacere volebat. Expende quod hæreticis rectè dici illud possit ab Ecclesia. *Tulerunt Dominum meum, & nescio vbi posuerunt eum.* Quia alij cum pane, in pane, sub pane, in memoria, in sumptione, & alibi constituunt, vt planè nullum Christum habeant.

Maria Magdalena primò non credidit surrexisse Dominum, sed ablatum corpus eius.

Queruntur afflicti in suis necessitatibus, quasi Dominus ipsorum non esset amplius, sed Deus noster est in cœlo, omnia quæcunque voluit fecit, in cœlo & in terra, & ille statim ad pias supplicationes etiam contra nequissimos Tyrannos & ipsum diabolum inuenitur. Gaudent quidem impij dum alios supprimunt, aut alia mala faciunt, quasi penes ipsos iam sit cardo rerum, & nemo illis possit imperare, sed inuenietur, sicut hic apud Mariam Magdalenam. Nesciunt illi, vbi posuerunt Christum & vilem iudicarunt, à quo vltimo ipsi grauissimè iudicabuntur. Vos vsurarij dicetis in morte, *Tulerunt Dominum meum* scilicet thesaurum *& nescio vbi posuerunt eum*: quia dum credebatis in rebus multum posse vobis proficere, in agone videbitis quid nesciatis vbi ipse aut ipsius sit auxilium. Et sic fiet vobiscum, ô mali Domini, quia subditi dicẽt de vobis post mortem vestram. *Tulerunt Dominum meum & nescio vbi posuerunt eum.* Putabant os quod summus esset in cœlo, & maior nobis, & nescio vbi, scilicet in inferno posuerunt eum. Aliter longè de Christo Domino debemus esse solliciti, vbi reponatur in Ecclesiæ locis, conscientijs & quo in honore habeatur, & ille etiam iam nouerit postea in loco competenti reponere.

Hæc cum dixisset, conuersa est retro & vidit Iesum stantem. & nesciebat quia Iesus esset. Dicit ei Iesus. Mulier quid ploras, quem quæris?] De hoc dic. Athanas. in quæst. ad Antioch quæst. 78. [Cum angeli sederent Mariæ ex aduerso, aspexerunt Christum ibi à tergo imminentem, illa quidem non respiciebat, angeli vero sedentes è regione viderunt Christum à tergo venientem, qui statim surrexerunt, videntique mulier angelos surrexisse, animo perculsa retro respexit ad videndum, quid angeli cernerent, & vidit venientem Iesum.] Hæc ille. At si fimbria vestimenti Christi tacta noscebatur à Christo, vnde virtus exibat, quid nõ virtutis à Christo glorificato prodiret, quam sentiret Magdalena licet eum non videret, sed vt Adam Deum post meridiem in Paradiso aduerteret. Maria ergo de resurrectione ignara non cessat lachrymas fundere, nesciens hanc esse Dominici corporis gloriam, quam putabat iniuriam, cuius inanes mœrores Dominus magis prohibet, quam consolatur. *Quid ploras* inquit, si spirituali prudentia intentionem diuini sermonis intelligas? Lachrymarum causam non tanquam ignarus interrogat, sed importunos fletus doloris obiurgat. *Quid ploras?* inquit, cum e vacuato monumento non damno funeris, sed meritò resurgentis Iesu corpus virtus sibi non facinus vendicasset. *Quem quæris*, hoc est dicere me iam viuente pro quo mortuo lachrymas fundis, aut me præsente, *Quem quæris?* At Ambrosius lib. 3. de virginibus sic inquit, *Mulier quid ploras? Quem quæris: hoc angeli dixerunt & hoc Dominus eodem verbo repetijt, vt sciatis, quia Angelorum verba mandata sunt Domini. Mulier quid ploras?*

Maria Magdalena ad sepulchrum Christi lachrymatur.

Qui non credit, mulier est. nam qui credit, in virum perfectum resurgit in mensuram ætatis plenitudinis Christi. Mulier, inquit, non

de sexu.

de sexu, sed de cunctatione, conuicium est, & bene Mulier, qua mutabat, quia virgonã crediderat. Quid ploras? id est, tu tibi es causa plorandi qua es Christo incredula. Ploras, quia non vides Christum, crede & videbis. Adest Christus, nec vnquam ijs, à quibus quæritur, deest, non lachrymis opus est, sed fide prompta & Deo digna. Noli cogitare mortalia, & non plorabis, noli cogitare peritura & flendi causam habere non poteris, certe inde ploras, vnde alij gratulantur. Quem quæris? non vides quia Christus adest, Hæc Ambrosi. Nota autem Christum demum in conuersione peccatoris, & nõ ante videri aut cognosci. Item nos nescire sæpenumero in necessitatibus nostris, quia Iesus est, qui illas mittit, lenit, tollit. Et sic etiam mortalibus dico, quid ploratis de filijs, parentibus, amicis, bobus ablatis & similibus, quid quæritis? Habetis quid maius in terris Christo? aut meliores parentes & amicos, aut meliora bona, quàm cœlestia? quid cogitatis, quid fletis, quem quæritis? rogo vosmet melius examinate.

Illa existimans quia hortulanus esset, dicit ei.] Non adhuc se Magdalenæ Christus præbuit manifestum, sed alienam figuram exhibebat, non quod propriam formam mutaret, sed quod oculos videntis proprijs speciebus visibilibus non permitteret immutari. Contingit enim sæpe quæ à longe videntur, aut quæ non plena luce aspiciuntur, non qualia sunt apparere, non quod in seipsis mutentur, sed quod species, quibus visus immutatur ad videndum, non eodem modo in oculis aspicientium recipiantur. Quod autẽ fit apud nos ex aliquo impedimento aut obstaculo, Dominus voluntatis suæ potestate faciebat. Magnus hortulanus fuit Christ⁹, qui ex nostris hortis dat cognoscere Paradisi hortũ & gaudia cœli. Magnus hortulanus qui plantat in nobis oẽs gratias, virtutes, dona & merita. Et quanti flores & fructus in cœlis erunt? Tales estote vos hortulani, non temporales hortos, qui corpus, sed spirituales qui animam delectant, curetis. Ecce in vno sunt omnia præter humilitatem: illam plantate, in altero deest castitas, illam plantate.

Magnus hortulanus Christus.

Domine si sustulisti eum, dicito mihi, vbi posuisti eum, & ego eum tollam.] Existimans Magdalena hortulanum eum esse, nihilq́ue eorum, quæ erga corpus Christi facta erant ignorare, credidit ex simulatione interrogasse, quid ploraret, & quem quæreret: Quare respondit, *Si sustulisti eum*, quasi diceret: Si tu hortulanus sis, huius horti custos assiduus, corpus hic recens positum & inde ablatum & ex consequenti causam lachrymarum mearum ignorare non potes: Hæc autem interrogare videris, vt te ignarum simules. Rogo ergo te Domine, si sustulisti, dicito mihi, nec celes hoc à me. Dominum appellat, quia facile eos honoramus, à quibus impetrare aliquid volumus. Augustinus serm. 133. hanc exponit sententiam dic. [Sancta & simplex fœmina Christum requirit à Christo, ac deuotione mentis prophetat & nescit. Ait enim Domino de semetipso. Si tu sustulisti. Rectè interrogat. Ipse enim tulit corpus suum qui illud protulit de sepulchro, ipse tulit corpus suum, qui illud iacens & dormiens, sua aspiratione collegit, qui illud diuinitatis virtute gestans portauit ad cœlos.] Atque inde mulier sapienter interrogat & requirit, *Si tu sustulisti*, quasi diceret, si illud auferens de sepulchro ad paradisum transtulisti. Audierat enim illum dicentem latroni, *Hodie mecum eris in Paradiso.* Magnus iterum vis amoris hęc est, sola sibi persuadebat corpus tollere posse. Et aliter de sensum. Existimabat odio esse corpus ab hortulano sublatum, nolente in suo horto habere illud, ideoq; illud in aliquem alium locum extra hortum proiecisse, ideo dic. *Si sustulisti corpus* nolẽs apud te habere, *mihi dicito, vbi sit. Et ego tollam illud.* Perpende autem efficaciam persuasionis, quasi diceret, facillimum rem peto, vt tantum iudices, nolo aliquem tibi laborem imponere. *Ego ego tollam illum.* Minus laborabis in indicando, quàm in auferendo laborasti. Si in horto tuo habere non vis, *Dicito mihi* Ego non ponam in horto tuo, sed tollam eum. A me causam lachrymarum petijsti, animam compatientem indicasti, si meas lachrymas vis exiccare, *Dic vbi posuisti eum.* Aduerte quod aliud est apud homines, aliud apud Deum. Apud homines dicunt, Ego homicidam tollam eum, scil. gladio; aliter, Ego tollam eum ab hoc vel altero loco dignitatis & fortunæ, quem nemo alius poterat deprimere, & est inuidia & peccatum. Pauci dicent, *Ego tollam eum.* scilicet Deum vt in maiori honore habeatur, imo citius tollent, tẽpla & monasteria, & omnia quæ spectant ad Dei cultum. Christus dicit. *Ego tollam eam*, scilicet afflictum, è manibus impiorum, & Ecclesiam & omnia & in meliorem statum & gloriam reducam, cum noluit homines. De cætero diabolus dicit: *Et ego tollam eum*, quem Deus nec in cœlo, nec in terra, nec in purgatorio vult habere, vt omnes peccatores non resipiscentes.

Hortulanum cur dominum vocat.

Dicit ei Iesus. Maria.] Iam se Dominus manifestare dignatus est, eam nomine proprio vocat, quo ante vocare solebat, non solum non ẽ proprium, sed eundem vocis sonum & locutionis proprietatẽ edidit, vt quis esset, agnosci posset. Obiurgatio est secundum Chrysost. & Cyrill. ac si diceret, Maria tu me hortulanum putas, & quis sim ignoras, ego autem te ipsam quæ sis agnosco. O quanta efficacia & inexplicabilis vnius vocis virtus. Vna vox densissimas mœroris tenebras dissipauit, vna vox mentis cæcitatem illustrauit, vna vox fontẽ lachrymarum arescere fecit, vna vox ardentissimum expleuit desiderium, vna vox cor omni destitutum consolatione, gaudio & lætitia repleuit. Sic & adhuc solemus aliquem turbatum & commotum animo placare dicendo, Paule, Petre, quod est, recordare, recollige te. Et similiter illi minari, si non cesset ab iniurijs aut querelis. Sed quam dulcia sunt illa nomina, Iesus & Maria, vt quasi simul colliquescant, cùm possimus dicere iratis & contentiosis, Maria, id est, vel res quas tractastis sunt Maria, id est, quæ non possunt finiri, vel vos estis Maria, quæ confluitis vt separati non possitis, vel Assistentes vestri sunt Maria, quæ vos submergent.

Vocis Christi ad Mariam Magdalenam mirabilis efficacia.

Conuersa illa, dicit ei, Rabboni, quod dicitur Magister.] Iam erãt oculi corporis & animæ apertı, vt posset eum perfectè cognoscere, ideo vt consueuit ipsum honorat Magistri vocabulo. Plura autem verba proferre, repentina & vehemens rei insperatæ lætitia vetat, ingens gaudium & pondus amoris vna vox manifestat, ac vni voci vnam reddit vocem, inexplicabile esse quod intus latebat vocis vnitate significãs, mortuum inuenire desiderabat, viuentem in æternum accepit. Conuersa dicitur, quia oculos hinc inde præ desiderio & ignorantiune voluebat. Auditâ autem & agnitâ voce conuersa est, non facie, sed oculis in eum fixis, inuẽto iam, quem tam anxiè quærebat. Et licet illud nomen iam valde frequens est & familiare, nulli tamẽ magis quam soli Christo competit. Ille solus nouit præcepta vitæ æternæ. Matt. 19. Mar. 10. [Magister bone, quid faciendo vitam æternam possidebo.] Et alibi. [Quo ibimus? Verba vitæ æternæ habes.] Ille potest increpare quando & quomodo debet. Lu. 19. [Magister increpa discipulos tuos.] Ille nos viriliter defendit. Marc. 4. [Magister nonne ad te pertinet, quia perimus?] quasi diceret, ad se pertinet saluare. Ille benigniter reficit. Marc. 14. [Magister dicit, vbi est refectio mea, vt cum discipulis meis manducem.] Ille præcedit alios p bonum exemplum, Mat. 8. [Magister, sequar te quocunq; ieris.] Ille bonis moribus instruit, Mat. 22. [Magister scimus quia verax es, & viam Dei in veritate doces.] Ille consulendus, ille extollendos super omnes. Ioan. 13. [Vocatis me Magister, & Domine, & benedicitis. Sum etenim.] Omnes reliqui Magistri sunt respectu Christi scholares, & vtinam eius scholam omnes diligenter frequentarent, vt verè esset Magister noster quantum ex nobis est. Et quia multa officia scientiæ, artesq́ue sunt, in quib. Magistri sunt, omnium illarum & illorum Magister est.

Insperata vel vehemens lætitia multiloquium prohibet.

Dicit ei Iesus, Noli me tangere, nondum enim ascendi ad patrem meum.] Credidit Magdalena resurrexisse Christum, ipsumq́ue esse, quẽ videbat, existimabat tñ eum hic cum hominibus conuersaturum, &, sicut prius, victurum, qualis frater eius Lazarus resurrexerat: idcirco ad illum tactum cui erat assueta, properat, vt ei⁹ pedes oscularetur, quem tactum Dominus phibet: vt fides eius perficiatur, & discat resurrexisse quidem Dominum, sed non mortalem, vt prius nec ampli⁹ in hoc sæculo, vt ante, victurum & conuersaturum, sed ad patrem in cœlos ascensurum, ideò causam prohibitionis annectit. [Nondum enim ascendi ad patrem,] quasi dic. Ne me tangas, vt ante solebas. Nam non surrexi vobiscum cõuersaturus & conuicturus, vt prius, sed ascensurus ad patrẽ & cum eo regnaturus, quod nondum feci propter vos,

Maria Magdalenæ de Christi resurrectione fides.

tamen

tamen cito faciam. Hæc verba cuidam tacitæ interrogationi respondent. Ne enim diceret Magdalena, Domine nónne inter nos es, sicut ante, cur te non tangam? hoc præoccupans dicit, sum quidem nunc, sed non permansurus; Vado enim ad patrem, quamuis nondum ascenderim. Vnde causa hæc non refertur immediatè ad tactus prohibitionem, sed ad aliud quod consequebatur. Nam si dictum esset tantū, *Noli me tangere*, respondisset Magdalena. Nunc Domine, te prius tangebam, cùm sis iam viuus, cur te non tangam? Respondisset Dominus, Non sum viuus, vt inter vos degam, nec vt quemadmodum priùs, conuersor. Iterum diceret Magdalena. Quomodo igitur nunc ad me venis, & in terra videris? Respondet, Quia nondum ascendi, id est, ascensurus surrexi, quamuis propter te & discipulos nondum ascenderim. Hæc omnia vnicâ responsione complexus est Dñs. Simile est illud: Ioan. 5. Dominus interrogauit paralyticum: *Vis sanus fieri?* ille respondet. *Hominem non habeo*, præoccupans secundam interrogationem, sc. Quare ergò non es sanatus? & cur hactenus non descendisti in piscinam? ne daret locum verborum multitudini, ille vno responso satisfecit moliis, d. *Hominem non habeo*: Ita nunc Dñs negato & prohibito tactu consueto, quia potuit interrogari, nonne es qualis prius? Nonne inter nos te iam video existentē? Dominus præoccupauit vno verbo hæc omnia, d. *Quia nondum ascendi*. Non sum qualis prius. Quod si modo me tibi manifestum facio, non est quod sim hic commoraturus, sed propter vestram fidem, propter vestram consolationem id facio, propterea nondum ascendi, sed iam iam ascendam. Verba sunt instructionis, vt Magdalena discat perfectius, resurgentis conditionem dissimilem esse priori.

Cur autem mulieribus Dñs se tangendum præbuerit, non autem Magdalenæ, causa esse potest. Tactum sui Dominum permisisse ad ostendendum suæ resurrectionis veritatem, vt qui non credebant, ipso tactu confirmarentur, vt patet in Thoma & discipulis, quibus dicebat, *Palpate & videte, quoniam spiritus carnem & ossa non habet sicut me videtis habere*. Cùm autem Magdalena audita voce, de Christi resurrectione certa facta esset, & resurrectionem credidisset, prohibita fuit à tactu concesso solis non credentibus. Mulieribus autem & discipulis se tangendum exhibuit, quia dubitabant, & vt certi fierent, tangere eos voluit, sed Magdalena iam credidit; Ne verò dum surrexisse credebat, existimaret Christum, qualis erat primo, surrexisse, propterea audiuit hæc verba: *Noli me tangere* Propter fidem ergò & illæ sunt admissæ, & ista prohibita à tactu, sed diuersis rationibus: illæ, vt crederent verè surrexisse, ista vt crederet, non qualis erat prius, surrexisse.

Adverte quod vinum, mundus, caro, pecunia, & id genus alia, ex effectu clamant, aut dicunt, *noli me tangere*, sc. abuti, quod si fieret, non essent tot peccata, mala, homicidia, patibula, gladij, & supplicia.

Expende etiam quod magnates & superbi, cùm quis pauper cum illo loqui vult, statim ab illo recedit, aut à longè stat, aut aperto capite & humilis debet sequi, q. d. ille, Noli tu mihi ita esse familiaris, noli mihi loqui hic, noli mihi modum præscribere. Clamant sancta sacramenta suscipienda ad indignos, ad imparatos, *Noli me tangere, ne tibi fiant in iudicium*. Et Christus vobis blasphemis, periuris, maleficis, hæreticis dicit, *Noli me tangere*.

Vade autem ad fratres meos, & dic eis: Ascendo ad patrem meum & patrem vestrum, Deum meum & Deum vestrum.] Credenti Magdalenæ resurrectionem, iubet eam testem esse, & annunciatricem apud Apostolos, quos vt homo fratres appellat & docet, quid annunciare debeat. *Ascendo*, inquit, *ad patrem*: ac si dicat. Surrexi è mortuis & viuo, non iam vobiscum corporaliter victurus & conuersaturus, sed ascensurus ad cælos. Multa his verbis insinuantur. Primo quidem, ne discipoli audientes Christum viuere, existimarent se ab eo esse deserendos, maximè quia in passione eum deseruerant, & increduli fuerant. Propterea Dñs eos fratres vocat, q. d. Quamuis iam viuo & resurrexi, ipsiq; me deseruerint, tñ adhuc amo eos, adhuc eos tanquam fratres recipio, non vt reos iudico, sed vt meos fratres diligo. Secundo, Fratres appellat, vt se in eadem carne resurrexisse significet, in quâ prius erat, & eos secum naturæ socios habebat, quamuis non sit eiusdem qualitatis vt ante. Tertio, Ne etiam audientes ascensurum ad patrem se relinquendos, nec vnquam ad eum peruenturos putarent. *Vado* inquit, *ad patrem meum*: q. d. Sicut ego nunc vado, etiam ipsi venient postea, cùm pater ad quem vado, pater etiam sit ipsorum. Quarto, dicit, *Patrem meum, & patrem vestrum*, ne, quia Fratres dixerat, eandem rationem filiationis, cum eo habere se arbitrarentur; Ipse enim habet Deum patrem naturalē: at illi adoptionis. Ideò distinxit, *meum & vestrum*. vt notat Ambr. l. de virg. Quinto, Patrem vocat & si nul Deum, vt idem Ambr. notat: *Patrem meum, vt ostendat Naturam diuinā, Deum meum vt mysterium incarnationis inducet. Vt Deus est, Patrem meum dicit, vt homo est Deum meum appellat*. Sexto, Gratiam noui testamenti merito suæ mortis obtentu ostendit, vt Deum patrem habeamus, & per ipsum verum Deum & hominem, filij Dei adoptionis simus; Qui enim Deus noster erat per creationem, per Christum factus est pater noster per gratiæ adoptionem. Pauca verba magnam doctrinam continent: Docet enim resurrectionem, docet resurrectionis conditionem, nempe in eâdem quidem naturâ, sed non eiusdem qualitatis resurrexisse; iam enim immortalis erat, docet mortis suæ fructum, docet suæ diuinitatis & humanitatis mysterium, eos vt bono sint animo, & timorem depunant, hortatur Quod autem dicit, Ascendo, in præsenti, significat proximam suam ascensionem.

Venit Maria Magdalena annuncians discipulis. Quia vidi Dominum, & hæc dixit mihi.] Hæc de Maria Magdalena. Qualiter autem discipuli eam audierint, refert Lucas. Non enim crediderunt ei, sicut nec mulieribus paulo post venientibus, quas omnes Lucas in vnum coniunxit. Hæc fuit prima apparitio ex his, quas Euangelistæ factas narrarunt, vt ex Matthæo constat. Euangelistæ enim eas duntaxat narrarunt, quas Dominus fecit ijs, qui non crediderunt, vt fides eorum & nostra in eis confirmaretur. Ideò non meminerunt, quomodo beatissimæ Mariæ matri apparuerit, cui ante omnes apparuisse nemo dubitat, non tamen ab Euangelistis narratur, quia non fuit ei ad fidei confirmationē facta, quæ firmissima in fide semper mansit, sed & consolationem & lætitiam, quâ super omnes digna fuit, quæ super omnes diligebat, & doloris gladium perpessa erat. Adde etiam ne testimonium eius alijs suspectum videretur, quia mater erat. Et non etiam absurdum est credere, quòd multa arcana inter illos dicta & facta fuerint, quæ sicut Paulo erant prohibita dicere, ideò Euangelistæ illam apparitionem siluerunt.

Sed & hæc magna gratia est Mariæ Magdalenæ, quod cum alijs dictum fuisset, se præcessurum in Galilæam, huic etiam ascensionem concredidit, & annunciandam commisit. Dic ergò nobis Maria, canit Ecclesia: *quid vidisti in via?* Et illa, *sepulchrum Christi viuentis, & gloriam vidi resurgentis.*

Angelicos testes, sudarium & vestes. Surrexit Christus spes mea, præcedet suos in Galilæam. Credendum est magis soli Mariæ veraci, quàm Iudæorum turbæ fallaci.
Halleluiah, Halleluiah.

):(

Laus DEO, *& Beatissimæ* MARIÆ *Virgini, & omnibus Sanctis.*

Margin notes (left): [..]hristi [..]culo- [..]um ad [..]atrum [..]gdale- [..]am. — Mulierib. [..] discipu- [..] tangen[..] se [..]hristus [..]. — [..]gnates [..]sus erga [..]uperes. — [..]ulta ver- [..] his in- [..]ua.

Margin notes (right): Deus noster per creationē, pater noster factus est per Christum. — In Maria Magdalena gratia prærogatiua apud Christum.

FERIA SEXTA PASCHATIS.

Vndecim discipuli abierunt in Galilæam in montem, vbi constituerat eis Jesus, Matth. vlt.

HAETENVS, Auditores, quando de gloriosa resurrectione facta est mentio ab angelis, discipulis & mulieribus, semper additũ fuit, quod in Galilæam Christus Iesus, magnus ille triumphator esset præcessurus. Dicit angelus: *Ecce præcedet vos in Galilæam.* CHRISTVS ait, *Nunciate fratribus meis, vt eant in Galilæam.* Et nunc Matthæus: *Abierũt discipuli in Galilæam.* Quam causam illius rei arbitramini? Certè non alia est, quàm quòd ibi in Galilæa primũ Christi schola erecta est, quæ per famã passionis Christi collapsa, per præsentiam resurrectionis debuit reparari. Christi.n. prima prædicatio fuit in finibus Zabulon & Nephtalim: at Zabuloo est Galilæa inferior, Neptalis est initium Galilææ superioris, quæ & gentiũ nuncupatur; quo fit, vt Christi Academia in eo loco fuerit primũ fundata, quâ de causâ, multæ ex Galilæa, id est, ex Christi Gymnasio *mulieres Christum sequebantur, ministrantes ei de facultatibus suis.* Ergò vbi Christi doctrina fluit, vbi fama passionis iam dolenter fuit excepta, ibi gloria resurrectionis oon priuatim coram paucis, sed publicè coram plûribus qoàm quingentis fratribus debuit demonstrari, vt illud plenissimè esset verũ, Isa.7 *Populus qui ambulabat in tenebris.* Quis.n. noo intelligit, in quã magnâ luce Christus est suis discipulis conspectus?

In Galilæa fuerat eundũ fuerit.

Sed qoàm verissimè hic locus Galilæa siue reuolutio & rotatio nominatur? Hic.n. discipuli ex profana conoersatione ad Christi fidem Christo prædicante totati sunt, ac ijdem eo moriente ex fide ad infidelitatem relabãtur, ex quâ posteâ, eodem surgente ad fidem reuoluuntur, ex quâ demum ad gloriæ fœlicitatem essent reuocandi. Secũdo, Voluit Dñs in Galilæa apparere, quia animus illi fuit non semel, iterum, atq; tertiò discipulis apparere, sed freqoenter, neq; id cursim aut festinanter, sed familiarissimè, comedendo & bibeodo cum eis, sicut olim consueuerat. Cui communi cooiuictui nullus adeò idoneus locus erat, quàm Galilæa. Audi quid Lucas d. *Discipulis præbuit seipsum viuum post passionem suam in multis argumentis per dies quadraginta, apparens eis, & loquens de regno Dei, & conuescens præcepit eis, ne discederent à Ierosolyma.* Vides ne, quod per quadraginta dies apparuit eis, vt credi possit, nullo noo die apparuisse. Apparẽs verò profitebatur, quid quæso? De regno Dei, id est, de suæ Ecclesiæ iostitutione, de sacramentorum administratione, de Pontificum ordinibus, de curatorum gubernatione, deq; alijs ad Ecclesiam spectantibus, vt iam quæstio illa cesset, quid nam fecerit Dominus illis 40. diebus ante ascensionem. Et D. Augostini sententia est, eas traditiones à Christo fuisse institutas, quarum alius institutor non agnoscitur. Et profectò Ierosolyma iodigna erat videre resurgentem, & audire docentem, quæ occiderat innocentem, vt relinqueretur domus illorum deserta: contemnentem siquidem & Dominus contemnit. Sed reliqua dabit

In Galilæa Dominus apparere cur voluerit.

EVANGELIVM.

VNdecim *Apostoli abierunt in Galilæam in montem, quò constituit illis Iesus.*] In monte transfigurari voluit, in mõte gloriam suæ resurrectionis voloit ostendere. Agrum sibi Dñs ad se reuelandum exoptat: Neq;.n. sine causa dictum est, regnum cœlorum esse thesaurum absconditum, Mat. 13. in agro, neq; sine causa dicitur, Cant.5. *Veni dilecte mi, egrediamur in agrum*, oeq; item sine magnâ ratione exibat Isaac ad meditandum in agro, Gen.24. Et maiores illi qui tã familiarem sibi Deum habebant, vt cum eo sæpè & facilè loqoerentur, in agris habitabant. Ita.n. Paulus Heb.11. *In solitudinibus errantes, in montibus, in speluncis, & cauernis terræ.* Et iterum: *Abraham demoratus est in terra, in casulis habitando, cum Isaac & Iacob coheredibus eiusdem repromissionis*, quos maiores nostri imitati, deserta colebant; Ita vt si tunc deserta vidisses, potius vrbes quàm deserta dixisses: Meritò igitur & Christus montem resurrectionis monstrandæ sibi elegit. Tantum.n. erat hoc ineffabile mysterium, vt non nisi attẽtissimis animis, non nisi collectissimis mentibus, quisq; nihil humanum remoraretur, esset conspiciendum: At eã attentionem, vrbium curæ distrahunt, interpellant, & dissipant. In hoc igitur monte discipuli constituti, promptissimis meotibus, ardentissimo pectore, deuotissimis animis, purissimo corde, consistebant multo maiore expectatione, puritate, & pietate Christi reuelationem expectantes, quàm olim Iudæi, Ex.19. cùm Deum de monte Sina legem laturum expectabant. Vide & tu quanta deuotione cõcionatorem, confessarium, sacramenta, cæremonias, sacras reliquias & sacros actus expectare & inspectare debeas. Suspendit illorum animos Christus, vt illos reddat paratiores. Nouerant illi qualis magister erat forma & scientia, dũ in viuis ageret; at nesciebant nunc, quali ore tantus Doctor post resurrectionem, quo vultu, qua conuersatione esset proditurus & dicturus. En igitur adest Christus, immensâ luce coruscus, regale diadema pro spinea corona in capite ferens, vultu supra solis splendorem irradiante, foraminib. vulnerum flumina lucis largissima proferentibus, toto corpore, supra quam dici aut credi potest, resplendente.

Salili Deo familiares, in agris habitabant.

Discipuli ad mirandũ attoniti stupent, sponte sua genua flectunt, Christi maiestatẽ adorant, dulces ex oculis liquãt lacbrymas, mentes incredibili gaudio affici sentiunt, nullũ diem huic similem vnquam experti sunt, quantumq; dolorem Christi passio prius attulerat, tantum & supra quam nemo credit, plus gaudij resurrectio, quã videbant, afferebat. Interim in vt Matthæus habet, quidam dubitauerunt. Quod Thomas non videns dubitet, mirum non est, mirũ autem quòd videntes dubitent. Quid.n. aliud Christus facere poterat, vt omnem dubitationem auferret, quàm quod seipsum viuum & videndum exponat? Nonne igitur isti sunt cæci, qui quod videot, non videant, aut erant illi stulti qui viderẽt, quòd isti dubitabãt? Sed videtur respondendũ, primo quòd erat Christi tantus splẽdor, tanta maiestas, tantũq; erat supra videotium captum spectaculum, quod videbatur, vt oculorum aciem non sineret in re inspectâ defigi. Certi igitur erant se miraculum qooddam videre, dubitabant verò, an illud Christus esset. Quocirca Christus ipse propius ad illos accedens, cœpit in hæc verba loqui. *Data est mihi omnis potestas*, vt loquela suppleret, quod immensę lucis splẽdor discipulorum certitudini detrahebat. Secundo, In ea dubitatione & Christianæ fidei celsitudo, & oostri ingenij malignior conditio demonstratur. Fides illa feruens celsissimum donum est, spirituale est, supra omnem naturã est. Eph. 2. *At prauum præ omnibus cor hominis est.* Ier.17. *Omnis homo mendax est, vniuersa vanitas est omnis homo viuens.* Si ergò fides tantum est donum, contra verò cor tam vile est stercus, quid miramur, si difficillimè illud isti committatur & vniatur? Si stupes, quòd Deus animam hominis vili puluerì copulauerit, cur non mirère magis, quod fides cordi nostro coniungatur? Fatendum est, Christus quicquid debuit fecit, vt resurrexisse crederetur, ac vix quod optabat, assequebatur. Neq;.n. sine graui causa exprobrauit incredulitatem illorum, quòd post tot tantaq; vitæ argumenta, ijs qui vidissent à mortuis surrexisse, nõ credebant. An non vides animum rebus cælestibus parum idoneum? Cepis alijsque sumus aptissimi, Manna illud fastidimus, naoseamq; nobis vel mentio mouet. Num. vlt. An non etiam nunc similis est in multis dubitatio? Infinitis miraculis fulsit, & fulget Christus; Multi tñ adhuc malignè creduot, quos Dominus summâ patientiâ tolerat, sicut olim discipulos tolerauit. Vnde alia responsio promanat. Discipuli, sicut & Thomas, dubitare permittũtur, vt Christus fidem nostram solidissimis argumentis firmatã relinquat. S. Macarius senior Ægyprius dic. ho.5. *Itidem Moyses quadraginta diebus & quadraginta noctibus panem non comedit, nec bibit aquam, atq; fieri non poterat, vt natura corporea sine cibo tantum temporis viueret, nisi alia esca spiritnali vesceretur, quo cibo amodo sanctorum animæ, inuisibiliter, beneficio S. Spiritus vtantur.* Duobus ergò modis de-

Discipulis visus Christo post resurrectionem stupo.

Prauum cor hominis.

mon-

monstrauit B. Moyses, quam consecuturi sunt gloriam veri Christiani in die resurrectionis, nempe gloriam luminis, & delicias intellectuales spirituum, quam gloriā etiam in hac vita occultam nunc habere merentur. Quocirca tunc in corpore illorum hæc patebunt. Quam.n. vt dictū est, gloriam in anima sua modo possidēt sancti, hæc tū reget & operiet corpora nuda, & ad cælos rapiet, & de cætero tam corpore quàm anima, in regno cū Dño quiescemus in sæcula. Cùm.n. Deus conderet Adamum, nō aptauit ei corporeas alas, sicut & volatilibus, nempe pparauit ei alas S. Spiritus, quas vid. donaturus erat illi in resurrectione, quæ ipsum alle[u]arent & raperent, quo spiritui bonū videbatur. Quas quidē alas etiā nunc animæ sanctorum, q̄ mente ad cælestes cogitationes euolant, merētur habere. Nam Christianorum mundus alius est, & alia mēsa & alia indumēta, alia fruitio, alia item societas, & alia cogitatio. quapropter etiam pstantiores sunt omnibus hominibus, Hanc autem vim, nunc intus in anima p Spiritum S. merētur accipere; Vnde etiam in resurrectione corpora digna perpetuis illis bonis S. Spiritus habebuntur, & gloria illa potientur, quā in hac vita ipsorū animæ sunt expertæ. Hæc causa fuit, q & vndecim Apostoli fuerint apud Christum, & hoc modo eminenti, eius splendorem videre meruerint.

Et quia de mōte sæpè fit in Euangelijs mentio, montis explicationem paulò altius attentabimus. Quæritur à naturalib. quare in monte inueniuntur aquæ dulciores & sapidiores quàm in valle? Et respondent, quòd aquæ dulces sunt puriores & leuiores: aquæ verò inferiores & grossæ sunt impuriores & grauiores, & ideò, vt inquiunt, Aquæ dulces & puræ sursum ad montes ascendunt & attrahūtur, vbi sc. per fontes & flumina emittuntur, crassæ verò & impuræ, quia sursum ascendere nequeunt, inferius in vallib⁹ retinentur: Sic pro certo illi qui sunt dulces & puri, i. boni & iusti sursum ad apicem & eminentiā perfectæ vitæ ascēdunt & euehuntur; Impuri verò, sc. peccatores inferiores in statu imperfectionis remanent & aggrauantur. Et hoc est q ait Propheta, Ps 10. *Quis ascendet in montem Domini?* In montib. aues cæteris nobiliores vt aquilæ, bestiæ cæteris velociores, vt capreæ, arbores cæteris viridiores, vt pinus, solent mansionem facere; sic viri sancti, iusti & pfecti, q possunt dici aquilæ propter volatum altissimum contemplationis, Dici & possunt capreæ, propter cursum bonæ & diligentis operationis, dici etiam possunt pini, propter rectitudinem sanctæ & syncera intentionis, semper debent pdictos montes inhabitare, habitare inquam in mōte perfectionis propter meritorum cumulationem, In monte Ecclesiæ vel Religionis per fidem & deuotionē, In monte cęlestis mansionis p perfectionem & contemplationem. Vt cuilibet tali possit dici illud: Cant. 2. *Fuge dilecte mi. similis esto capreæ hinnuloq; ceruorum, super montes Bethel.* Et nos dicamus inuicem illud Isa. 2. *Venite ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob.* Primus est mons magnæ securitatis, alter magnæ nobilitatis, tertius fertilitatis. In primo habitāt iusti, sicut autem auis ascendendo superius solet esse securior, quia tunc nō timet laqueum vel sagittam. Sic homo qui altitudinem sanctitatis ascendit & pfectionis, securus est, q a omne periculum transcendit & euadit. Huc ascendunt innocentes manibus; qui.n. in montibus sunt, cælo ppinquiores, luce splendidiores, & rore madidiores sunt: Sic viri pfecti cælo propinquiores p affectionem, splendidiores p discretionem, madidiores p deuotionem sunt. Debēt esse sicut mōtes, q sursum versus cælum eleuantur, à terra elōgantur, De quib. Sap. 18. *Vsq; ad calos attingebat stans in terra.* Et de tali mōte pptiè dici potest illud: Deut. 4. *Accessit ad radices montis q ardebat vsq; ad cælum.* Ardor.n. affectionem significat. Ecce cur Apostoli ad montem, quem Christus elegit, ascenderunt.

Item isti debēt esse luce splēdidiores, quia sicut sol solet montes citius, plenius & diutius illuminare; sic lux diuinæ gratiæ & scientiæ solet viros pfectos, vel etiā statum monachorum pfectorum, citiùs & abundantiùs illustrare, & in ipsis pmanere diutius, 1. Mach. 6. *Refulsit sol in clypeos aureos, & resplenduerūt montes ab eis* Debēt esse rore magis pfusi. Quia sicut ros solet mōtes à superiorib. pfundere, torrentes vero & flumina solēt eos interiùs humectare, q propter sint cōcaua ē montes aq à attrahunt, q per fontes & flumina mox emittunt. Sic p certo viri pfecti & status pfectorum solent à superiori, i. à Deo haurire rorē gratiæ & deuotionis. Quia sicut dicitur in Ps. *Ros Hermon descendit in montē Sion.* Ab interiori verò, sc. à corde debēt attrahere aquas lachrymarū & compunctionis. Ps. *Inter mediū montiū pertransibunt aquæ.* Et alibi: *Rigans montes de superiorib. suis.* Sed hodie apud nōnullos deficit altitudo. Quia p auaritiam, Is. 40. *Omnis mons & collis humiliabitur.* Et claritudo lucis discretionis, p ignorātiam obscuratur, Ex. 19. *Totus mons Sinai fumigabat.* & p consequēs totus obscurus erat, & plenitudo roris deuotionis, quia oēs per iracundiam abierat, seu virtutū carentiam desiccātur. 2. Reg. 1. *Mōtes Gelboë nec ros, nec pluuia descendat super vos, vbi ceciderunt fortes Israel.* Secūdo, Isti morātur in monte plationis & nobilitatis; status.n. Ecclesiæ & maximè plationis, dicitur mons Dñi, quia illi q ibi habitant, sunt vicarij Christi, & ibi in Ecclesia substituti, vt erant hi vndecim Apostoli substituendi. In isto mōte ipse Christus primus sedit, quia ibi trāsfiguratus, Mat. 17. & manifestatus, Mat. 28. à dæmonib. tentatus, Mat. 4. ad orandū secretiùs separatus, Mat. 14 ad gratias agendū Deo eleuatus. Mat 14. sic debēt plati immutari p moralem conuersationē, manifestari subditis p doctrinam & pdicationem, præparari ad sustinendā tentationem, dedicari p populo in orationē, hab[i]litari ad Dei laudem & gratiarum actionem, q factum est istis vndecim Apostolis per illos 40. dies. Quia autē eiusmodi rari sunt, ideò quærit Ps. *Domine quis habitabit in tabernaculo tuo.* Et respondet, *Innocēs manibus,* &c. Ideò Mat. 17. Non frustra Iesus assumpsit secum Petrum, Iacobum, Ioannem in montem. Petrus constans, Iacobus prudens, Ioannes castus. Et hoc etiam est, q innuitur. Ex. 19 q soli Moysi licitum fuit montem ascendere, cæteris autē sub mortis pœna phibitum, ad denotandum, quòd soli sancti & discreti viri debēt ad montem Ecclesiæ, & maximè ad statum plationis accedere, & quòd populus tam simplicium quàm rudium atq; iumenta, i. congregatio hominū peccatorū, nunq tam debent ad montem huiusmodi vitæ anhelare: Nunc aūt valde contrarium inuenitur. Sicut autē Christus ipse mōs est, & in monte habitauit, prædicauit, & se clarificauit, & hodie vndecim Apostolis suam gloriosam resurrectionem ostendit, & alia fecit: Sic Ecclesia vel status pfectionis, vel quicunq; Prælatus, potest dici mons, Mons cōpassionis, Quia sicut in montib. sunt aquæ dulces, ibi etiam crescunt resina & gūmi, resudantes arbores, sic verè in mōte Ecclesię sēper debērē esse aquæ dulces cōpassionis & misericordiæ fluere, & arbores. i. psonæ, q ibi sunt, debent semper gūmi operū misericordię distillare Ps. 64 *Mons coagulatus, mōs pinguis.* Ioël. 3. *In die illa stillabūt mōtes dulcedinē, & colles fluēt lac & mel.* Figura etiā est in mōte Oliueti, vbi Dñs toties habitasse dicitur. Oleum.n. misericordiam notat. Mons dilectionis, Quia arbores q sunt in monte, calorem solis solent primo & principaliter percipere: Sic illi qui sunt in Ecclesia primo calorem cæli & amorem solis iustitiæ pcipiunt & habent. Ps. *Sed elegit tribum Iuda, montem Sion quem dilexit* Ecce mons misericordiæ Christus, ecce dilecti Apostoli, quàm bene isti montes conueniunt. Mons deuotionis, Quia sicut in montib. crescunt balsamus cum myrrha, & alia aromata, quib. odor euaporatur, & quib. odor recreatur: Sic in mōte Ecclesiæ sunt aromata bonorum paradisi, quæ ibi p deuotionem odorantur, & à quib. deuotorum animus consolatur. Cant. 4. *Ibo ad montes myrrhæ, & ad collem thuris.* Quantū putatis in hoc mōte fuisse odoris, vbi ipse Christus mons plenissim⁹ aromatū, & Apostoli mōtes à Christo p ducti, & aromatib. donati fuerunt. Mons subiectionis, quia Is. 40. *Omnis mons & collis humiliabitur:* Sic Christus humiliauit semetipsum, & hodie vndecim discipuli, sic oēs plati se humiliēt. Mōs orationis: Quia sicut mōtes naturaliter sunt cōcaui & porosi, ideò vaporosi exhalāt spiracula sua; Sic Ecclesia vel Ecclesiastici cùm sint cōcaui p humilitatē, semper solent orationis spiracula ad Deū exhalare. Ps. *Tange mōtes, & fumigabunt.* De Christo etiā Mar. 6. dicitur, Quòd *in montem ascendit solus orare.* Mōs defensionis. Sicut in montibus sunt tuta loca & fortiora castra, sic in isto monte sunt loca contra diabolū fortia & tutiora. Ps. *Fundamenta eius in mōtib. sanctis.* Ibi enim non potest diabolus, vel caro, vel mundus,

Gratia ros a Deo in perfectos.

Hi tres Apostoli cur in montem assumti à Christo.

Mons Oliueti figura misericordiam.

Psal. 86. Mons, Ecclesia, fortis ac tutus contra diabolum.

ad voluntatem nocere. Isa. 11. & 65. *Non nocebunt, & non occidunt in vniuerso monte sancto meo.* Mõs saluationis. Ibi est refugium contra hostes, ibi etiã sunt herbæ medicinales, id est, sacramẽta, quæ animabus & corporibus dant salutem. Abdias, *In monte erit saluatio.* Mõs refectionis. Ibi debent animalia, i. simplices & pauperes p Eleemosynas nutriri. Ez. 34. *In pascuis pinguibus pascentur super montes Israel.* Mons contẽplationis Nu. 27. *Ascende in montem istum Abarim, & contemplare. Vide terram, quam daturus sum filijs Israel.* Mons prædicationis. Ioel. 2. *Vlulate in monte sancto meo.* Is. 40. *Super montẽ excelsum ascende tu, qui euangelizas Sion.* Mons exultationis. Ps. *Montes exultauerunt, vt arietes.* Mons habitationis. 1. Reg. 23. *Morabatur autem Dauid in monte solitudinis.* Ziph Deut. 10. *Steti in monte quadraginta diebus, & quadraginta noctibus.* Mons gratiarum actionis. Marc. 14. *Hymno dicto exierunt in mõtem oliuarum.* Mons doctrinæ. Ps. *Producit in montib. fœnum, & herbam seruituti hominum.* Mons amaræ tribulationis seu cõtritionis. Ps. *Transferentur montes in cor maris.* Et in tali monte hodie etiam fuerunt isti vndecim, quia audierunt Christi tribulationes, & ad proprias fuerunt armati. Ecce in tali monte, apud talem montem, sc. Christũ, n. q̃ si montes securi fuerunt. Vnde videre potes, quare cùm semper, tñ hodie libẽter fuit in monte, & discipulos suos eò destinauit, magna & secreta cũ illis tractaturus, & ex monte postmodum in cælum ascendit. Ex hoc monte, q descriptus est, recipit initiũ sancti ad habitandum in domũ Dñi, qui in altissimo loco cæli Empyrei sita est. Isa. 2. *Erit præparatus mons domus Domini in vertice montium.* Ille mons, vel locus tutus est, nec potest expugnari. Gen. 19. *In monte te saluum fac.* Clarus, nec obscuratur, 1. Mach. 6. *Et splenduerunt montes.* Mundus, nec maculatur. Ps. *Fundamenta eius in montibus sanctis.* purus sc. & mundus. Secretus nec conturbatur, quia nullus malus ibi potest esse, vel ascendere, quia sicut dicitur Heb. 12. *Bestia si montem tetigerit, lapidabitur.* Firmus nec dissipatur. *Non cõmouebitur in æternum, qui habitat in Ierusalem, montes in circuitu eius.* Quietus. Ps. *Suscipiant montes pacem populo.* Ibi requiescet anima. Et de hoc monte etiam hoc monte agitatum fuit, hinc montes diaboli ostendit, qui superbiæ, auaritiæ, carnalitatis, & similiter vocantur.

Christus frequens cum discipulis in monte Oliuarum.

Et accedens Iesus, locutus est eis, dic. Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra.] Impletum est ergò illud Annæ 1. Reg. 2. *Dominus dabit imperium regi suo, & sublimabit cornu Christi sui.* Idem verò est cornu & imperium, sed vt intelligerem⁹ imperium Christi etiã supra sublimes cælos extendi, ideò Anna prædixit, *Sublimabit cornu Christi sui.* Impletum etiam est desiderium illud Dauidis, Ps. 85. *Da imperium tuum puero tuo, & saluum fac filium ancillæ tuæ,* non quidẽ aliud, sed ipsissimũ Dei imperium. Ergò tale imperium Christus in cęlo habet, & in terra, quale æternus pater habuit & habet. Qua de causa meritissimè Christus d. *Pater non iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio.* De hoc. Dan. 7. *Ecce cum nubibus cæli quasi filius hominis veniebat, & vsq; ad antiquum dierum peruenit, & dedit ei potestatem, honorem, & regnum, & omnes populi* (siue angelorum, siue hominũ) *ipsi seruient.* Vt videatis ergò mei Apostoli, quare huc vocauerim vos, Primo vobis annũcio meã resurrectionem, deinde mihi datam omnem potestatem. Et quia ego noui vos, vos autem me, sicut me misit pater, ita & ego mittam vos, & instruam, & facultates adijciam.

Christi imperium in cælo & in terra.

Euntes docete, & baptizate omnes gentes.] q. d. Si totũ omniũ monarchia penes me est, docete. Si n. imperium omnium iure apud me est, ergò omnia mihi parere tenentur. Primò igitur vos mihi obedite. Sciebat planè Christus quantum onus, quàm difficile iugum discipulis imponeret. Mittens n. ad omnes gentes, mittebat agnos ad oẽs lupos, pardos, vrsos, leones, mittebat ad lanienam, ad carnificinam. Tradent vos, inquit, flagellabunt vos, psequentur, occident, sed interim, quia iubeo, venite, ite. Sentiebat Paulus huius imperij efficaciam, cùm dicebat, si Euangelizauero, non est mihi gloria: necessitas n. mihi incumbit, *Væ n. mihi est, si non Euangelizauero.* Rom. 9. Cur Paule? Quia certè is, cui data est omnis potestas, Euangelizare præcepit, vasq́; electionis me esse voluit, vt eius nomen in totum orbem deferrem, Act. 10. cuius præcepto sum adeò obediens, *vt paratus sim,* ne illud violem, *non solum alligari, sed etiam mori.* Rom. 1. *Neq; n. facio animam meam preciosiorem, quàm me.* Secundo, *Data est mihi omnis potestas,* ergò mihi obediant oẽs. Ite igitur docete omnes seruare, quæ per vos illis præcipio. Is sensus est Pauli, cùm dicit. 2. Cor. 10. *A Christo accepimus gratiam & Apostolatum ad obediendum fidei in omnibus gentibus,* i. vt omnes gẽtes obediant fidei, collaq́; Christi iugo submittant. Idẽ significat & illud: *Arma militiæ nostræ non sunt carnalia, sed potẽtia Dei, ad destructionem munitionum, consilia destruentes & omnem altitudinem extollentem se aduersus scientiam Dei, & in captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi.* & hæc tã pclara facitis, cui data est omnis potestas. Tertio, *Data est mihi,* Vt totus infernus, omnes omniũ dæmonum machinæ, contra Christianos bella gerentium, nihil omninò præualeant. Dictum n. est, *Super hanc Petram ædificabo Ecclesiam meam,* Mat. 16. *Et portæ inferi non præualebunt contra eam.* Per portas inferi intellige omne consilium, omnemq́; inferorum potentiam, Hæc n. olim erant in portis ciuitatum: At cur non poterit præualere totus Tartareus orbis contra Christianam Ecclesiã? Certè, quia Christo Christianorum Duci data est omnis potestas in cælo & in terra, vbi inferne clauduntur potestates. Quarto, Data est mihi potestas, Vt angelorum legiones inde in vestrum fauorem mittam, vt inde Dei patris patrocinium mea interpellatione vobis acquiram. Si verbis Matthæi addas dicta Ioannis, sc. *Ego mitto vos, sicut me misit pater,* intelliges eundem principatum Christum in Ecclesia reliquisse, quem ipse habebat, gradu tamẽ suo. Attende quomodo veteres discipulos & amicos extollit ipse glorificatus, q̃ mundus non facit. Vide quantã potestatẽ illis concedat, quantam Ecclesiæ quã plenè sua nobis communicat, quãq́; Apostoli parati fuerint & fideles.

Veteres amicos extollit Christus, contrà mundus.

Docete, & baptizate omnes gentes in nomine patris, & filij, & Spiritus S.] Si Apostoli oẽs gentes docere iubentur, sic, vt omnes gentes essent ignaræ. Nemo n. nisi ignarus docetur. Rursum, si oẽs gentes sunt baptizandæ, ergò nouus ritus & nouæ cæremoniæ hominib. statuuntur. Denuum, si omnes gentes debent seruare, quòd Apostolis pceptum erat, ergò non est satis omnium gentium saluti legem aut veterẽ aut naturæ, aut quamuis aliã seruare, nisi legẽ Euangelicã seruent. Habemus igitur hinc tria ad salutem æternã consequendã necessaria, sc. nouam doctrinã, nouas cæremonias, noua pcepta. Plane omnia noua: quia *ecce noua facio omnia,* & quia noua creatura est vita Christiana. *Nouum n. fecit Dominus super terram, ex quo fœmina circumdedit virum.* De doctrina noua inquit. Is. c. 11. *Non nocebunt, neq; occident in vniuerso monte sancto meo quia repleta est terra scientia Domini, sicut aquæ maris operientis.* Verè doctrina illa noua est, q̃ue sibi noceãt homines, neve se mutuo occidant, pstat. Verè doctrina noua est, q̃ ipsos angelos nostra Ecclesia docet. Ita n. Paulus. Eph. 3. *Vt innotesceret principibus & potestatibus per Ecclesiam multiformis sapientia Dei.* Verè doctrina noua, q̃ spiritus ipse Dei nostris Doctoribus suggerit, ita dicente Christo: *Nolite cogitare quid loquamini,* Mat. 10. *Spiritus n. patris vestri dabit quid loquamini.* Verè doctrina noua, quæ cùm ipsa summa sit sapientia, stultos tñ facit, stultitia vocata, dicente Paulo. 2. Cor. 1. *Quia per sapientiam non cognouit mundus Deum placuit, Deo per stultitiam prædicationis saluos facere credentes.* Verè doctrina noua, quæ nõ est doctrina Platonis aut Aristotelis, sed doctrina spiritus vocatur, & est. Meritò quidẽ doctrina noua, spiritualis, cælestis, quia homines nouos facit, spirituales, cælestes, *Animalis n. homo non percipit quæ Dei sunt.* 1. Cor. 2. *Spiritualis autem iudicat omnia.* Cùm igitur oẽs gentes ex se animales sint & terrestres, necesse est spirituali doctrina doceri vt spirituales effectę, spiritualis fœlicitatis capaces efficiãt.

Christi doctrina noua.

At non satis est gentes doceri, sed & baptizari in nomine patris & filij & Spiritus S. Vbi multa sunt expendenda. Primum, Baptismum debere fieri in aqua communi & elemẽtari, prout Christus in viuis pcepit & fecit. Secundum, Videas priorem quidem hominis generationem ex terra fuisse, at nunc posterior regeneratio non ex terra elemẽto infimo, sed ex aqua est, elemẽto, sc. meliore, vt regenerationis celsitudo mõstretur. In priore lim⁹ inspiratur naturali spiraculo vitæ: in posteriore idẽ lim⁹ inspiratur supernaturali spiritu Christi. Et quidẽ meritò aqua ad baptismũ deligitur, vtpote in aqua cõmodissimè mors & sepultura Domini celebratur: Demersus n. homo in fontem baptismi velut mortu⁹ Christo cõsepelitur, inde verò rurs⁹ eductus,

Consideranda circa mandatũ Christi de baptizando.

Demersio & emersio in Baptismo quid notant.

velut

veju. in nouã vitam resurgere monstratur, Rom.6. ita nos Paulus educuit. I. ē, sicut piscis tunc viuere, & fœliciter viuere videtur, cùm in aquis natat submersus, tūc verò mori, cùm ab aquis cumedendus abducitur: Ita planè, dū homines in mari sæculi submersi natabāt, viuere videbātur, verè tn̄ mortui, dum abducuntur ab aqua mori videntur, verè tn̄ victuri, à Christo sc. comesti, & in Christum incorporati, vt & Christus piscem assum comedens demonstrauit, Luc. 24. Etequidem pulcherrimè baptismus in aqua fieri præcipitur, vt figuris respondeat. Sanè Spiritus S. olim aqs incubans in modū gallinæ, aquas extunc fouebat, vt nunc nos velut pullos excluderet. Item factum est firmamētum inter aquas, quæ sub cælu, & quæ super cælum sunt. Aquæ supra cęlū, sunt glorię beatitudo, vbi nos sicut pisces in nostro mari fœlicissimè natabimus: aquæ verò infra cælū sunt aquæ baptismi, inter quas & aquas gloriæ solum corporis nostri maceria, vt firmamentum, interstat. Baptizatus.n. arte si corpore spolietur, ex aquis baptismi ad aquas euolat gloriæ. Itē aquæ diluuij extinxerunt libidinē prioris sęculi, nouumq; sæculum, sanctum, purumq; reddiderunt, anno innocentius aquæ baptismales & impurū sæculum extinguunt, & nouum ac sanctum restituunt. Item aquæ maris rubri Pharaonē destruxerunt, Israëlem seruauerunt. Ex.1. Annon sublimius aquæ baptismo Christi sanguine rubræ, diabolum in Pharaone figuratum destruunt, & Christianitatem in Israële signatam, in terrā promissionis inducunt? Item per aquas Iordanis populus trāsit Israëliticus, vt terram promissam acciperet: Per aquā igitur baptismi transeat populus Christianus, vt terram viuentiū possideat. De petra pcussa largissimæ manārunt aquæ, è quib. Israëlitæ biberēt, ne siti exarescerent: De Christi latere percusso manat sanguis & aqua. Sanguis Eucharistiam, aqua Baptismum designat. Ex hac aqua bibat, q viuere; non vero siti exarescere cupit. In aquis Iordanis caro Naamanis prius leprosa, vt caro pueri postea restituitur: In aquis baptismi lepra peccatorū deposita, paruuli reddimur, quorū est regnū cęlorum.

Porrò non est negligenter attendendum, *Eos baptizantes*. Inquit *eos*. Quo indicatum est nemi..ē se baptizare posse. Debet.n. baptizantis & baptizati esse diuersitas. Secundo, Indicatum est, neq; puerum in vtero matris clausum baptizari posse, ratio verò est in promptu: Dn̄s.n. iubet baptizari seu lauari saluandos, & si vterum matris lauet, matrem profectò non puerum lauari notum est. Tertio, Monstratur, neq; absentē posse baptizari, Quis.n. lauet absentem? Quarto, patet neq; mutum, qui formam dicere nequit, neq; mancum, qui lauare non potest, posse baptizare.

Multò verò grandioris doctrinæ est, q Dominus ait, *Baptizantes in nomine patris, & filij, & Spiritus Sancti*. Ex hoc.n. vide quàm sit integer Christus, quàm sibi nihil arroget. Poterat ille profectò Baptismum in suo nomine tantum fieri, pcipere, Eius.n. pcepti magnam causam habuisset. Siquidē nostra per baptismum iustificatio eius erat sanguine, cruce, morte & sepulturā comparata: Sed suam gloriam solidè etiam patri communicauit & Spiritui S. Homines in fama, honore, gloria & regimine consueti sunt impatientissimi: At humilis Christus solidam sibi soli gloriam vendicare noluit. Iam & illud baptizatis & baptizandis significare Dn̄s voluit, tantam esse iustificationē, quæ in baptismo dignè suscipiēti cōfertur, vt nō nisi à tota Trinitate conferri videatur. Olim de Deo lumē faciente dicebatur, *Fiat lux*. Et item: *Fiat firmamentum, Dixit Deus, Congregentur aquæ. Dixit Deus, Germinet terra herbā virentem*, & ita de similibus: At cùm ad hominem ventum est, d. *Faciamus hominem ad imaginem, &c.* Summa.n. in naturalibus res est homo, ideò non nisi summo consilio, potētia, & bonitate, & non ab vno vtiq; sed à plurib. artificiosissimè sit efficiendus: At cùm altioris sit ordinis gratia, quàm tota natura, multo maiore artificio ne iustus homo, quàm homo regenerādus erit: Cōcurrit igitur tota Trinitas nō cōfusim, sed expresse & verbatim significata, vt oēs intelligant quid Baptismus operetur. Ideò Christus ait, *Baptizate in nomine* non patris tantùm, nō filij tantùm, *sed Patris, & Filij, & Spiritus S.* Et id Dn̄s etiam cautū voluit, vt initio Christianæ religionis, qui Christiani esse decernerent, id q in ea religione difficillimum est, in ipso limine profiterētur. Ne si primùm facilia mox difficillimū istud cogerentur credere, se deceptos fuisse quærerentur. Procul ergò à Christianismo omnis fucus est, omnis simulatio, Candida sunt omnia, lucida sunt, nemo conquari de Christo aut debet aut potest.

Demū & id Dn̄s ducere decreuit. Non posse quidquā de personis diuinis aut grandius, aut pclarius, aut sublimius dici, quā Pater, Filius, Spiritus S. quodq; hi tres vnū sunt. Quæ.n. maior laus patris esse potest, quàm q tam potens fuerit, vt parem p omnia sibi filium genuerit? Quæ contra maior filij laus esse aut credi potest, quàm q vere Deus sit? Deo genetāti æqualis? Quæ verò maior panegyris esse poterat Spiritus S. quàm q sit sanctitas ipsa? Iam quòd in eodē catalogo Patri adiunxerit filium & Spiritum S. satis apertè monstrauit, vnam trib. esse maiestatem, vnā trium esse fidei pfessionem, vnā à baptizatis requiri trium adorationem.

Rursus Christus dicens, Patrem, Filium, Spiritū, quibus rebus constituantur, cōpleantur, & distinguantur ineffabiles illæ personæ, altissimè demonstrauit. Neq;.n. alia re aut ratione pater constituitur & cōpletur, quàm paternitate, aut filius quàm filiatione, aut spiritus q̄ spiratione. Quibus illi relationibus, vt in suo esse constituantur, ita & ipsæ non alia quauis re, distinguuntur iuxta illud Conc. Tol. *In diuinis omnia sunt vnum, nisi, vbi obuiat relationis oppositio. At dū hæc scrutamur, obruimur.* Pro. 25. *Scrutator maiestatis opprimetur à gloria*. Et hactenùs de rebus, nunc de nomine.

Si pater, filius, spiritus, vnum habent nomen (dicitur.n. in baptismi forma, In nomine patris, filij, & Spiritus S.) igitur vnā habent & rē, nomina siquidē res ipsas indicant. Et aduerte hic primò q nulla hic possit interuenire ęquiuocatio, Artifices.n. serenitatū omnē fugere æquiuocationē, maximè verò Christus eā fugisse debuerat, ne in re tanta occasionē errandi obtulisse videretur. Iterū aduerte, qn̄ aliquid substantiale formæ sacramēti omittitur, sacramentū nō pficitur, Et pari modo si aliquid addi ut q sensum corrūpit, Vt si dicerē *Ego te baptizo in nomine patris maioris, & filij minoris*. Si verò additur aliquid, q sensum nō corrūpit, erit verè baptizatus, v.g. *Ego te baptizo in nomine Dei patris omnipotētis, & filij eius vnigeniti, & Spiritus S paracleti*. Illud etiā Pronomē ego non est de substātia formæ, sed ponitur ad maiorē expressionē intentionis. Baptizo aūt est de substātia, Debet autē dum d. *baptizo*, immergere puerum, vel dū immergit aut lauat puerum, dicere verba ista, & ista forma à Christo est tradita. Quia ibi exprimitur causa principalis, sc. patris, filij & Spirit' S. Instrumētalis qn̄ dicitur, *Ego*, actus, cùm dicitur, *Baptizo*, & recipiēs persona, cùm dicitur *te*. Et quia antiqui tribuebant virtutē baptismi baptizāti, ideò ad euitādū illum errorē dicunt Græci, *Baptizetur seruus Christi in nomine patris, & filij, & Spiritus S.* & valet forma, sed quia in forma ponitur, *Ego*, sequitur, q plures nō possunt baptizare, nec mutus quidē baptizare potest, quia verba pferre nequit. Potest autē vnus baptizare plures, si necessitas dederit, debet tn̄ dicere. *Vos, i. te & te.* Sed nō est sic dicendo in baptizante. *Nos, i. ego & tu*, vbi mutaretur forma. Sed nec dicendum, In nominibus, sed in nomine. Quod etsi sint tria nomina personalia, trium personarum, est tn̄ vnum nomē essentiale, & virtus diuina quę operatur in Baptismo, ad essentiam pertinet.

Nota etiam quòd duo sunt in Baptismo, sc. id q est testātum, sc. iustificatio interior, q̄ manet, sed amissibiliter; & id, q est sacramentū tātum, sc. ablutio, & hæc pransit, & id q est res & sacramētum, sc. character permanet indelebiliter. Accepit Baptismus virtutē procedēdi in suū effectum, qn̄ Christus fuit baptizat'. Propria materia est aqua, potest.n. de facili vbiq; haberi, rationes aliæ supraposiræ sunt. Aqua de latere exiuit ad abluendum, & sanguis ad remedium, & cōpetit hic sacramēto Eucharistiæ. Quòd autē aqua benedicitur baptismalis, fit nō ppter necessitatē, sed ppter quādam solennitatē, per q̄ excitatur deuotio fidelium, & impeditur astutia dæmonis, ne impediat baptismi effectum. Non debet esse alia aqua, q̄ pura, fluminis aut pluuiæ, aut fontis, vel maris. Cumq; principalis pars corporis pcipuè quantum ad exteriora mēbra sit caput, in quo vigent nēs sensus, oportet q si totum corpus nō potest perfondi, caput perfundatur. In veteri quidē testamēto circumcisio fiebat in mēbro generationis cōtra originale peccatum, quia ad-

Margin notes (left): Diluuij ... nouit ... f. da. — Illud, Eos baptizā... expl... — Sublimioris doctrina illud, Baptizantes in nomine patris & filij & Spirit. S.

Margin notes (right): *Omnis fucus & simulatio facessant à Christianismo.* — *Verbum, Baptizo, est de substantia baptismi.* — *Duæ res in Baptismo.* — *Qualis aqua requiratur in baptismo.*

hic ille, per quem originale erat amouendum, nasciturus erat de semine Abrahæ, cuius fidem circumcisio significabat, sed quia nunc liberatur anima à macula & reatu peccati ꝙ incurrit, ideò debet præcipuè lauari illa pars corporis, in qua manifestantur opera animæ, ꝙ est caput. Quod si caput haberi non potest infantis ex vtero matris prodeuntis, per aliud membrum baptizari non potest secundùm aliquos.

Vngitur insuper oleo sancto in pectore & in scapulis, quasi athleta Dei, sicut pugiles inungi consueuerunt. Post baptismum signatur in cerebro chrismate, vt Christi regni particeps fiat, & à Christo Christianus possit vocari: quia ibi memoriæ sedes est. Vestis candida datur ad signandam puritatem vitæ, quam debet post baptismum obseruare. Baptizantur autē non solùm aqua baptismatis oēs, sed & aliqui sanguinis baptismo, vt sancti innocentes & baptismo pœnitentiæ, qñ alicuius cor mouetur per Spiritum S. ad credendum & diligendum Deum, & pœnitendum; non tamē hæc duo sunt sacramēta. Et etiā si aliquis sanctificaretur in vtero matris, adhuc egeret baptismo. Peccatores autē non nisi pœnitētes debent baptizari, & opera satisfactoria non sunt iniungenda, quia mors Christi est sufficiens satisfactio pro quibuscunq; peccatis, nisi esset restitutio faciēda proximo quem læsit, & quia nulla pœnitentia illis imponitur, ergò nec confessio facienda. Pueri autē Iudæorum, si vsum rationis nō habent, non debent baptizari inuitis parentibus, quia hoc esset cōtra iustitiam naturalem, sicut etiā si aliquis habēs vsum rationis baptizaretur inuitus. In baptismo datur gratia Spiritus S. & copia virtutū, secundùm illud Io. 3. *De plenitudine eius accepimus oēs.* Pueri aūt licet consequantur illam gratiam in baptismo, quantum ad habitum, non tñ habent potentiā operandi ex impedimento corporali. Vult autem hic Dñs, vt primo doceant, & posteà baptizent. Nō .n. potest fieri secundùm Hier. vt corpus Baptismi recipiat sacramentum, nisi ante anima fidei susceperit veritatē non autem præcipit, ꝙ sigillatim vnumquemq; hominem docerent, sed vt per totum orbē prædicarent Euangeliū, Mat. vlt. Disponite ergò filios vestros, vt Dominica Quasimodo geniti regenerentur, & tantas gratias consequantur.

Baptismus sanguinis.

Iudæorum pueri carentes vsu rationis, inuitis parentibus non baptizandi.

Ecce ego vobiscum sum vsq; ad consummationem sæculi. Non sicut cum Lucifero fuerat in cælo, neq; sicut cum Adam in paradiso, neq; sicut cum Moyse in synagoga, cum his non fuit vsq; in finem sæculi: Fuit cum illis quidem, sed nō vsq; in finem perseuerauit: At sicut humanitatem, quā semel assumpsit, nunquā dimittit, ita & Christianitatem. Ea .n. ratione Messias noster Emmanuel, i. *nobiscum Deus.* If. 7. vocari voluit, & quàmdiu duraret ipse, eius nomē etiā duraret, duraret item & nominis veritas. Et non tantum vt Deus, sed vt homo, etiam nobiscum est, alioqui nō se, sed patrē suum nobiscum futurum polliceretur. At verò Christus (vt Deus & homo) in Eucharistia solū nobiscū esse pōt, igitur Christus perpetuo nobiscū in Eucharistia cōclusus versabitur. Vbi ergò sunt mēdaces hæretici, qui Christum in Eucharistia negant? Profectò si in Eucharistia nō est nobiscum, vt Deus & homo, non est. Mendacē igitur pestilentissimi isti Christū faciunt, quia ea ratione se nobiscum futurū pollicebatur, qua nos eum in Eucharistia profitemur. Et nō poterat quidquā accommodatiùs Christianismo promitti, Infinita siquidem bona illa promissio continet, & infinitorum bonorum est fons & radix. Sanè Christus venit ad peccata destruenda, Quid iam efficacius peccata nostra destruat, quàm eius perpetua nobiscū præsentia? Quæ .n. vxor corā oculis viri adulterium audeat cōmittere? Quæ igitur anima Christo præsente, Christi sanguine pulchra, adulterium cum fœdissimo dæmone vel cogitare nō erubescit? Iam Christus ad iustitiam nobis suam præstandam in mundum aduenit. Si quis igitur est iustitię Christi ardens amator, en fons domui Dauid patet. Omnes sitiētes *venite ad aquas.* If. 55. Oēs cæci *accedite ad lumen & illuminamini.* Ps. 33. Oēs infirmi ad salutē, debiles ad robur, mortui venite ad vitā, & desiderij cōpotes efficiamini. Est .n. nobiscum Christus. Rursum Christus in mundū venit, vt dulcius & ardētius à nobis amaretur, cū quibus suas esse delicias olim professus est: At quid potuit ad nostrum amorē excitandū efficacius excogitari, quàm ꝙ perpetuo sit ille nobiscum? Quod si mala nos præsentia premūt, quid robustiùs ad ea viriliter tolerāda promitti potuit, quàm,

Christus adest nobis, non tantum vt Deus, sed etiam vt homo.

Ego vobiscum sum? Dictum .n. erat, *Non timebo mala, quoniam tu mecum es.* Ps. 22. Et Iob 17. *Pone me iuxta te, & cuiusuis manus pugnet contra me.* Cōfortamini Tyrāni, accingimini dæmones, inite consilium sapiētes, loquimini verbum hæretici, nihil horum succedet, quia nobiscum Dñs. Quod si futura bona nos pelliciunt, ꝙ tandem pignus ea adipiscēdi nobis exhiberi poterit, quàm ꝙ adsit non Tobiæ Raphaël, sed Dñs ipse nobiscum, qui verè scit viam in cælum, & cælestia dona solus potest elargiri? Rursum ex his verbis authoritas cōsilij nunquā erratura colligitur. Quomodo .n. illa Ecclesia errabit, cum qua Christus est, cui Christus præsidet, in qua consilij Decreta ipse definit? Equidem præceperat Christus Apostolis & Pontificibus post eos successuris, vt docerent gētes, baptizarent, gubernarent. Ad hæc igitur tria præstanda Christus suam præsentiam pollicetur, nunquā ergo in doctrina virib⁹, gubernatione à Pōtificibus errabitur, alioqui si errandum erat in istis, sine Christi præsentia errari poterat. Ergò si Christus nobiscum est, intelligamus Ecclesiam nostram cælum esse, Cælum enim Deo sedes est; quę igitur in cælo Dei pręsentia præstat; hoc nobis Christum præstiturum intelligamus, si nos nobis non velimus deesse, pro cuius memoria, laude & gratiarum actione cum S. matre Ecclesia, & tota Christianitate, & cum ipsis cælestibus canamus, *Salue festa dies toto venerabilis æuo.* Halelu-iah, halelu-iah.

Christo nobis præsente, nulla vis aduersariorum nos lædet.

Laus Deo, & Beatissimæ MARIÆ *Virgini, & omnibus Sanctis.*

SABBATHO PASCHATIS.

Vna autem Sabbathi Maria Magdalena venit manè, cùm adhuc tenebræ essent, Ioan. 20.

SANCTVS Anastasius Patriarcha Antiochenus, Auditores, cùm scriberet 17. de ijs q̃ facta fuerunt post sextū diē creationis mundi, illosq; dies futuro iudicio in resurrectione nostra generali cōpararet, & maximè in quinto die dicit, super illud: *Producant aquæ reptilia, animarum viuentiū, & volucres volantes super terram. Admodum appositè,* inquit, *id magis videmus fieri in resurrectione mortuorū, quando qui aliquando fuerunt suffocati & deuorati à piscibus, resurgent habentes animas viuentes & immortalia corpora. Ex quibus alij quidem fiūt volucres in cælum volantes. In die autem sexto alij quidem dixerunt, hominis è terra formationem esse symbolum resurrectionis mortuorum corporum,* & concludit d. *His, inquiunt interpretes, sic se habentibus, restat omninò dicendum de die septimo, quòd is latenter & occultè faciat futurum regnū.* Nam quomodo in singulis diebus hebdomadis sex dierum, fuit aliquod signū resurrectionis & mundi, & hominum generationis, ita etiā in vnoquoq; millenario 6000. annorum præteritorum, fuit aliquod symbolum, & typ⁹ resurrectionis & trāsit⁹ creaturæ ad id ꝙ est melius, nēpe ad incorruptionē & interit⁹ amotionē. Ducentesimo quidē & tricesimo anno primi diei genitus Seth (q interpretatur Positus) habet imaginē & similitudinem, q̃ ab initio acceptam à Deo Adam obscurauit per transgressionem. Millesimo autem quingētesimo anno (ad vesperam tēdente meridie sæculi;) trāslatus est Enoch, qui fuit primitiæ & figura hominum ad meli⁹ trāslationis & reformationis, Nā Enoch interpretatur Innouatio. Vnde septimo die significāte trāslationem, q fuit ab Adam o septimus, translatus fuit. Bis millesimo autē quingentesimo anno, ꝙ est dimidium tertij diei sæculi, facta est mūdi reformatio post diluuium per Noë, Nam Noë quoq, interpretatur reformatio. Similiter ter millesimo qngētesimo anno, ꝙ quidem est dimidium quarti diei, generati sunt duo populi Israël, & frater eius Quod si hoc non admittis in signū resurrectionis, scias ꝙ eòdem quarto die egressus est Israël ex Ægypto, & ingressus est in terram promissionis, quæ &

Quod de ... mortuorum genere per pisces, ... integri resurgemus.

ipsa

ipsa est prærogatiua Resurrectionis. Hunc autem exitum ex Ægypto interpretes accipiunt, non solùm de vocatione gentium, sed etiam de exitu è mundo & ingressu ad veram terram promissionis nempe ingressu supernæ Hierusalem, quoniam rubrum & ignescens mare ignis fluuiatilis omnes transimus veri spirituales Israëlitæ, qui verò factis imitantur Ægyptios, igne submergentur. Habes etiam dimidium quinti diei. Res enim quæ sunt in sæculo sunt exemplaria constitutionis supernæ Hierusalem, vbi in Sancta Sanctorum introijt. Heb. 6. Præcursor Christus quē priùs descripsit ac figurauit Arca templū ingressa, quando chorum duxit & saltauit in typum Christi, Dauid exultans, 2. Reg. 6. Quoniam quæ perierat ratione prædita hominis Arca, in qua inprimis repositum fuerat Dei testamentum, est inuenta & liberata à malignis alienigenis, qui eam in captiuitatem redegerant. Hæc aūt omnia quæ dicta sunt, quinq; indicia in quinq; meridiebus, quinq; dierum, seu mille annorum sæculi, non solùm sunt symbola mundi translationis ad melius, & in incorruptionem, & interitus remotionem, sed etiam ipsius Christi apparitionis, hominisq; susceptionis & Ecclesiæ. Meridie enim & vesperi sexti diei seu quinquies millesimo & quingentesimo anno incarnatus apparuit, quandoquidem ad vesperam sextæ diei in sui typum formauit Adam. Et ideo nonnulli coniectantes dixerunt, quod vespere & dimidio sextæ diei fit resurrectio quam significant sex vespertina crepuscula, vt q digni sint hæredes regni cœlorum. Quo quidem septimo die extremum omnium quæ creauit, ineffabiliter & mysticè construxit Deus verbum, sicut nos docet ipse Deus Verbum dic. Mat. 25. *Venite benedicti Patris mei: estote hæredes parati vobis regni à constitutione mundi.* Nam quomodo condidit creaturam, sic etiam parauit regnum. Et quia hodie dies sabbatinus & septimus Paschæ, & Paschalis hebdomadæ terminus, & Euangelium etiam Resurrectionem, alio modo demonstrat, ideo hæc præmittere volui copiosiùs, reliqua autem quæ in Euangelio sunt, quia cum alijs apparitionibus concurrunt, breuiter percurremus

EVANGELIVM.

VNa autem sabbati, vt suprà.] Vt fructum aliquem primo gustu capiamus & indicemus quid in toto sit, allegoriam breuiter masticabimus. Per Ioannem iuniorem synagoga, per seniorem verò Petrum Ecclesia gentilium designatur. Currebāt simul quia ab ortus sui tempore vsq; ad occasum pari & communi via, etsi non pari & communi sensu Gentilitas cum synagoga decurrit. Venit ad monumentum prius synagoga, sed mane intrauit, quia legis quidem mandata percepit, prophetas de incarnatione ac passione Dñica audiuit, sed credere in mortuum noluit. Venit aūt Simon Petrus, & introiuit in monumentū, quia secuta posterior Ecclesia gentium Christum Iesum, & cognouit carne mortuum & viuentem credidit Deum Sudarium verò Dñi cum linteaminibus non inuenitur, quia caput Christi Deus & diuinitatis incomprehensibilia sacramenta ab infirmitatis nostræ cognitione disiuncta sunt, eiusq; potentia creaturæ transcendit naturā Non solū aūt separatum, sed inuolutum inueniri dicitur quia lintei, quo inuoluitur, nec initium, nec finis aspicitur, celsitudo nāq; diuinitatis nec incipit nec desinit. Benè aūt additur. *In vno loco.* Quia in fissura mentium Deus non est, & illi eius gratiam habere merentur, qui se ab inuicem per sectarū scandala non diuidunt. Postquam aūt intrauit Petrus, ingressus est & Ioannes. Quia in fine mundi ad Redemptoris fidem etiam Iudæa colligitur. Sed iam ad verba contextus.

Incipit Euāgelista Dñicam resurrectionem commemorare, & qua ratione primò manifestata fuerit describit. Initium aūt sumit à tempore aduentus Mariæ Magdalenę, cui ante ipsos etiam Apostolos visus est. *Vna sabbati*, id est, prima die hebdomadæ, quæ dies Dñica apud nos dicitur. Vna enim pro prima ponitur, sicut Gen. 1. *Factum est vespere, & mane dies vnus*, id est, prim⁹, Et Mat. 28. *Qua lucescit in prima sabbati.* & Luc. 4. *Vna autem sabbati.* Sabbatū aūt totam hebdomadam hoc loco significat, sicut & Nu. 25. *Numerabis tibi septem hebdomadas annorum.* & Luc. 18. *Ieiuno bis in sabbato.* A fine enim & termino qui sabbatum est, tota septimana sabbatum denominatur. Habet aūt plures significationes sabbatum in scriptura, nam & dies septima & festa ac hebdomada, sabbata dicta sunt. Prima ergo sabbatorū, id est, prima dierum septem. Expositio Euthymij est, vt vespere significet quidem extremum diei, vt idem sit vespere sabbati, quod extremo tempore sabbati seu completo sabbato, q̄ est, ad solis occasum. Ipse aūt Euthymius legit plurali numero. *Extremo sabbatorum*, i. completis septem diebus qui à sabbato nomen habent. At ne quis existimaret statim completo sabbato venisse mulieres, adiecit Matthęus. *Quæ lucescit in prima sabbati*, id est, iam appropinquante & illucescente prima die, Illa enim nocte vsq; ad mediam partem domi manserunt, quia erat intempestiuum tempus. Hæc expositio significata est à Cyril. l. 12. c. 44. qui d. *Exacto iam sabbato & altero die appropinquante diluculo venit Maria ad monumentum.* Hæc Cyril. Illud, *Exacto sabbato* alludit ad verbū Matthæi. *Vespere sabbati.* Illud aūt, *appropinquante altero die*, ad illud. *Quæ lucescit in prima sabbati.* Dices, Quare Matthæ⁹ dixit, *Vespere sabbati*, cùm satis fuisset dixisse, quando lucescit, seu lucescente prima die? Respondetur, id factum esse vt significaret mulieres non ante venisse propter sabbatum, q. d. Remoto iam temporis impedimento, quando propter legem non licebat operari & tempore iam cōueniente, appropinquante seu opportunitate iam ablata veniunt, nempe quando lucescit prima sabbati, Tempus enim prius fuit prope mediam noctem intempestiuū erat, non propter legem, sed ex ipsa temporis dispositione. Secundùm hanc veram & legitimam expositionem facillimum est Ioannem cum Matthæo concordare. Ioannes enim illud tempus describit, quando venerunt, quod Matthæus significauit illo verbo, *Quæ lucescit.* Illud aūt. *Vespere sabbati*, positum est propter aliam supra dictam rationem.

Tres Mariæ non venerunt ad sepulchrum statim cōpleto sabbato.

Maria Magdalena venit manè, cùm adhuc tenebræ essent, ad monumentum] Ecce quantus amor mulieris q̄ se domi continere non poterat, sed venit cùm adhuc tenebræ essent, p̄ timore ne impediretur ab aliquo, vnde eam, potiùs multò ante diluculum domo egressā esse, certum est, vt posset ante lucem peruenire, & Dominum vngere. Itaq; legitima est expositio Euthymij. Ortum solem significare tempus diluculi, quando iam lucescere incipit, & diluculum est, seu auroræ tempus. Vt autem omnia concordare videas, seriem historiæ & rerum gestarū circa Christi resurrectionē ante oculos obijciemus quæ talis est. Sepulto Dño ante solis occasum reuertuntur mulieres & emunt aromata vt sabbato transacto Dūm inungant q̄ Luc. refert. Sabbato aūt transacto post occasum solis iterum emunt aromata & parant, non enim illa sufficere videbantur, & hoc narrat Marcus. Statuerunt aūt tunc summo mane ante lucem intēpestiua nocte transacta conuenire, vt venientes vngerēt corpus in monumento, non. n. in eadem domo erant, inter has erat Maria Magdalena; Adueniente iā tempore cōueniunt, velociq; passu vt credibile est, ad sepulchrum se conferunt, cùm adhuc essent tenebræ, seu valdè mane, seu diluculo valdè, vt cæteri referunt Euangelistæ. Accedētes iam ad locum viderunt reuolutū lapidem, vt dicunt oēs Euangelistæ: At Maria plus omnibus sollicita alia re non expectata, sublatum esse Dñicum corpus credens, sola ad Petrum & Ioannem currens se confert, annuncians & dicens. Tulerunt Dūm & nescimus, vbi posuerunt eum. Loquitur aūt in plurali numero quia nomine sociarū loquitur. Interim dum ipsa recessit factum est, quod Matthæus refert. Angelus Domini sedebat super lapidem, & locutus est eis: *Nolite timere vos. Scio enim quod Iesum crucifixum quæritis. Non est hic. Surrexit enim sicut dixit. Venite & videte locum, vbi positus erat Dominus, & citò euntes dicite discipulis eius. Quia surrexit: & Ecce præcedet vos in Galilæam, ibi eum videbitis, ecce prædixi vobis.* Illæ aūt tunc intrarunt, & hoc narrat Marcus. *Introeuntes autem viderunt iuuenem sedentem in dextris coopertum stola candida, & obstupuerunt. Qui dicit illis Nolite expauescere, Iesum quæritis Nazarenum crucifixum. Surrexit non est hic. Ecce locus vbi posuerunt eum. Sed ite, dicite discipulis*, &c. Illæ autem exeuntes fugerunt de monumento, inuaserat enim eas timor & pauor, hæc narrat Marcus. Dum autem illæ consternatæ exeunt è monumento, & ab eo recedunt,

Solis ortum quodnam tempus.

Euangelistarum concordantia historiam concordia.

venerunt currentes discipuli cum Maria, & intrantes sepulchrum nihil inuenerunt. Mulieres aűt nihil eis dixerũt præ timore ex his, quæ viderant, & hoc est q dicit Marcus. *Et nemini quicquam dixerunt*, inquit. Timebant enim. Reuertentibus ergo discipulis citò præ timore Iudæorum, Magdalena manet iuxta sepulchrum, cæteris fœminis manẽtibus, sed à longè à monumento adhuc cõsternatis & trementibus; Dum aűt adhuc Maria Magdalena manet factõ est, q Ioannes recenset: Vidit Angelos & Dñm in figura hortulani, & eo agnito reuertitur iterum sola ad discipulos. Dum aűt ipsa reuertitur cæteris consternatis, factum est q Lucas memorat. *Duo viri astiterunt secus illas in veste fulgenti.* Cùm timerent aűt & declinarent vultus in terram, dixerunt ad illas (Adhuc enim non credebant Dñm surrexisse) Quid quæritis viuentem cum mortuis? Non est hic, sed surrexit. Recordamini qualiter locutus est vobis, cùm adhuc in Galilæa esset dic. *Quia oportet filium hominis tradi in manus peccatorum hominum & crucifigi & tertia die resurgere, & recordatæ sunt verborum eius.* Tunc exeuntes, vt inquit Matthæus, id est, egressæ à monumento cũ timore, & gaudio magno cucurrerunt nuntiare ea discipulis, q prius ipsis fœminis dicta erant. Dum aűt eunt, apparuit eis Dñs in via, Magdalena interim dum hæ reuertuntur anoũciat discipulis se vidisse Dñm & resurrexisse, succeduut mulieres, annuntiantes idem: At illis vt refert Lucas, visa sunt sicut deliramenta verba ista, & non crediderunt illis. Hæc est tota series & concordantia historiæ. Ecce autem quomodo sancti & iusti gaudent complacere Deo, impij autem mundo, & quanta inter illos sanctos concertatio, quod gaudium, quæ dubitatio, quæ consolatio.

Cur & tres Mariæ ab ipso iusti ferunt.

Et vidit lapidem sublatum à monumento.] Surrexisse Dñm ante mulierum aduentum nemo negat, quando aűt surrexerit, apud Doctores est controuersia. Aug. lib. 4. de Trin. c. 6. diluculo Dominicæ, quod est tempus primum diei primæ surrexisse affirmat, redditque causam duplicem: Vna est, vt verum sit tribus diebus & noctibus extitisse Dñm in corde terræ, quod per synecdochen intelligendum est sumpta parte pro toto. Primus dies fuit Parasceues, in cuius parte mortuus & sepultus est ante solis occasum, & pro vno die computatur cum nocte sua præcedente annexa. Secundus dies integer fuit, nempe sabbatum ab occasu Parasceues in occasum sabbati, vsq; ad diluculum. Dies verò tertius quantum ad principium, quia diluculo surrexit, & per synecdochen totus dies computatur, Vt igitur tertia die dicatur in corde terræ fuisse, oportebat aliquam particulam, quamuis breuem accipere, surrexit igitur diluculo iam incipiente. Altera causa vt gratiam noui testamẽti significaret, in quo remotis tenebris, lux diuina splẽdet. Et sic etiam canit Ecclesia: Aurora lucis rutilat, cũ rex ille fortissimus. Imò Euangelistæ pcipuè diligẽtissimi fuerunt in describendo tempore aduentus mulierum, nisi vt tempus resurrectionis Dñicæ significarent, quod fuit illi tempori valdè coniunctum. Dñs Deus dignetur lapidem à corde nostro tollere, vt non ampliùs indurati peccemus, & ab ore vt veritatem fateamur & doceamus, & vt Angelus custodiat, vel Spiritus S. vtrumque apertum retineat.

Quomodo Christus dicatur in corde terræ tertia die fuisse.

Cucurrit ergo & venit ad Simonem Petrum, & ad alium discipulum, quem amabat Iesus, & dicit illis.] Credidit illa sublatum corpus, quia non aliam causam, cur sublatus fuerit lapis, existimauit esse potuisse, nisi vt corpus de sepulchro efferretur. Et quãuis reliqui discipuli essent congregati, ad hos tñ specialiter cucurisse dicitur, quia hos nouerat Christo dilectos, fideliores & animosiores, nam Ioannes sequutus est vsq; ad crucem, Petrus in atrium. Attende, verba hæc insinuare Magdalenam visionem & locutionem Angeli non expectasse, & consequenter, nec ingressam sepulchrũ. Sed videns sublatum lapidem cucurrit celeriter rei nouitate commota, cæteris mulieribus in eo loco relictis. Currendum vtiq; est ad Deum contemplandum subtiliter. Ge. 18 *Cùm eleuasset Abraham oculos, apparuerunt ei tres viri, quos cùm vidisset, cucurrit in occursum eorum.* Tres enim viri, tres personas Trinitatis designant. Currendum, ad ipsum humiliter adorandum, Vnde de Aaron legitur. Nu. 17. Quod ipse cucurrit ad multitudinẽ quam vastabat incendium, stans p populo deprecatus est. Curramus ad hostes viriliter debellandos. 1. Reg. 17. *Festinauit David, & cucurrit ex aduerso Phylistæi*, & Heb. 12. *Per patientiam curramus ad certamen nobis propositum.* Curramus ad exultandum Deo mentaliter. Ps. *Exultauit vt Gigas ad currendam viam suam.* Curramus ad fidẽ veraciter seruandã, dicentes Christo illud Cant. 1. *In odore vnguentorum tuorum curramus. Oleum effusum nomen tuum, ideo adolescentulæ dilexerunt te*, & Isa. 55. *Gentes quæ te non nouerunt, ad te current.* Curramus ad coronam fœliciter promerendã vel sursum triumphandum. Vnde 1. Cor 9. *Omnes quidem currunt sed vnus accipit brauium.* 2. Tim. 4. *Cursum consummaui, ideo reposita est mihi corona.* Curramus ad consummandum bonum finaliter. Psal. 118. *Viam mandatorum tuorum cucurri.* Etenim in Dei mandatis perfecta est bonorum consummatio quæ est vita æterna, Ioan. 12. *Scio quod mandatum eius, scilicet Patris, est vita æterna.*

S. Trinitas in tribus viris designata.

Sed nota, quod impeditur homo celeriter currere, & ad terminũ attingere propter tria. Primò impediuntur mundi negotijs occupati, qui habent viam prolixiorem, quàm alij; Plures enim passus debent facere, id est, circa plura negotia vacare, ideo ipsis est, difficile ad paradisum peruenire. Quamuis enim sol & luna æquali cursu currant in firmamento, luna tamen citiùs peruenit ad terminum, & ad punctum quam sol, eo quod valdè minorem circulum habet: Sic verè quamuis vnus sæcularis & vnus regularis, vnus pauper, & vnus diues æquali cursu honorum contẽdant, pauper tamen & regularis, quia circa minora occupatus est, citiùs cursum suum finire & ad paradisum peruenire debebit, quod in Petro & Ioanne figuratum est hodie, quia Petrus erat Prælatus & per consequens circa plurima occupatus. Achimaas etiam filius Sadoch cucurrit p viam compendij & ideo prius venit ad Dauid quã Chusi, quamuis alius præcessisset, sicut dicitur 2. Reg 18 id denotandum, q illi qui per compendium paupertatis & religionis currunt, citiùs ad Dauid, id est, ad Christum cæteris paribus perueniunt & attingunt, Vnde Ioan. 20. *Currebant duo simul.* Secundò, impediuntur sarcina grauati, id est, diuites huius mundi & fauoribus ebrij. Isti sunt similes simiæ, quæ fugiens venatorem vnum de filijs suis accipit in brachijs, alterumq; super dorsum reponit, quia ita firmiter matri adhæret, quod tandem onere pressa fugere vel currere nõ põt, sed periculo venatoris succumbit: Sic verè isti, qui filijs suis, id est, affectione & cura naturalium filiorum vel temporalium bonorum inmoderatè se onerant, cum vrgente auaritia ipsus dimittere nequeant, exinde per bona opera currere impediuntur & à venatore, id est, à diabolo capiuntur, talibus potest dici illud. Galat. 5. *Currebatis benè, quis vos impediuit?* q. d. pondus & amor temporalium. Ideo dicebat & docebat Apostolus. Heb. 12. *Deponentes omne pondus, & circumstans nos omne peccatum, curramus ad propositum nobis certamen.* Tertij impediũtur, qui habent virtutem debiliorem, vt sunt lasciui & carnales & deliciosi, quia eneruantur. Equus enim pinguis non benè currit. Ceruus quãto est pinguior, tanto est ad currendum ineptior, & ideo cautelam habent cerui, q qñ sunt pingues abscondant se, scientes q si instaret venator, currere non valerent. Pulli etiam aquilæ qñ pingues fiunt, sunt inhabiles ad volandũ, & ideo mater illorum solet subtrahere sibi cibum. Vnde Iere. 12. *Si cum peditibus currens laborasti, quomodo cum equis poteris contendere?* Et Amos 6. *Nũ quid in petris currere possunt equi?* Oẽs ergo isti non currunt velociter in via morum, sed pro certo in vijs valdè malis inueniũtur fortes & parati ad currendũ, sicut dicitur Ier. 22. *Tui verò oculi & cor ad auaritiam & ad sanguinẽ innocentem fundendum, & ad cursum mali operis.* Sed superbi currunt erecto collo, aduersus Deum Iob 15. Auari anfractuosè, 4. Reg 5. *Viuit Dominus quia curram post eum, & accipiam aliquid ab eo.* Luxuriosi delitiosè. Dan. 13. Illi duo senes impudici cũ Susannã habere nequirẽt, cucurrit vnus, & aperuit ostiũ. Tyranni impetuosè. 2. Re. 18. *Cucurrerũt decem iuuenes armigeri Ioab, percutientes interfecerunt Absalon*, & Isa. 59. *Pedes eorum ad malum currunt, & festinant, vt effundant sanguinem.* Inuidi malitiosè. Num. 11. Quod puer cucurrit & annunciauit Moysi dic. *Eldad & Meldad prophetãt in castris.* Videbatur enim ex inuidia loqui. Iracundi tumultuosè. Dan. 8. *Cucurrit ad eum in impetu fortitudinis suæ, & efferatus percussit arietem.* Curramus aűt Auditores, exemplo illius

Celeriter currendo metam contingere, quibus modis homo prohibeatur.

Currentium quando p vrgeat officiis illæ, astutia.

qui

qui curatus fuit à dæmonio, de quo Marc. 5. *Videns Ieſum à longè, cucurrit, & adorauit.* Ita curramus poſt Chriſtum glorioſum, vt cùm eum poſt reſurrectionem ſuam hic in terris videre non valeamus corporalibus oculis, illum in cœlis poſt noſtram reſurrectionem videre mereamur.

N ſcimus aliàm pluraliter, cur.

Tulerunt Dominum de monumento, & neſcimus vbi poſuerunt eum.] Indicat nomine aliarum mulierum etiam loqui, vt nomine plurium fidem ſibi conciliet. Poſtea verò Angelo loquens dixit. *Neſcio vbi poſuerunt eum.* Si Magdalena ingreſſa fuiſſet ſepulchrum & Angelos vidiſſet, profectò retuliſſet omnia quæ Angeli dixerunt. Nuncium igitur hoc probat, nihil aliud vidiſſe, quàm lapidem reuolutum & inde intuliſſe, ſibique perſuaſiſſe, fuiſſe ſublatum corpus, vt ſentit Aug. lib. 3. de conſenſu Euang. c. 24. Et ſic Eccleſia conqueritur de hæreticis, quia illi ſuſtulerunt Dominum ſuum ex Eccleſia & è ſacramento Euchariſtiæ præcipuè, & neſcit vbi poſuerunt eum. Scit quidem, ſed deridet argumenta mouentia illos, & dolet eorum miſerias & ignorantias Neſciunt ipſi quid faciunt. Vnum neſcire eſt excuſabile, & pertinet ad ignorantiam naturalem ſicut ſcire futura, & quæ diuinæ ſunt voluntatis, Eccl 9. *Neſcit homo vtrum amore vel odio dignus ſit.* Et ibid. *Neſcit homo finem ſuum.* Et Luc. 9. *Neſcitis cuius ſpiritus eſtis.* Alterum eſt deteſtabile, & pertinet ad cordis proteruiam, quod eſt quando homo dedignatur ſcire ex obſtinacia, id eſt, recognoſcere benefactorem, creatorem vel ſuperiorem ſuum, ſicut Pharao Exod. 5. d. *Neſcio Dominum, & Iſrael non dimittam* Et tales certam ſunt, qui obliti ſunt benefacere. Tertium eſt exſecrabile quando homo neſcit illa, quæ tenetur ſcire Et ſic loquitur in Pſal. *Neſcierunt, neq; intellexerunt.* Quartum eſt commendabile, quod pertinet ad ignorantiam virtualem, quã homo neſcit illa, quæ non eſt vtile ſcire ſibi. Matth. 6. *Cum facis Eleemoſynam, neſciat ſiniſtra quid faciat dextera tua.* Sic de S. Ioanne canit Eccleſia: *Neſciens labem nuncupudoris.* Et de ſanctiſſima Virgine Matre. *Neſciens Virgo virum.* Sed illud

Neſcientia commendabilis in qua.

Neſcire eſt abſurdiſſimum, quãdo illa quæ ad ſalutem ſunt maximè neceſſaria ignorant nec volunt ſcire; Similes pueris, qui nullam habent verecundiam, vel Phreneticis, vt luxurioſi, qui ſicut illi ſunt mente capti, ita hi amore mundi, q penitus neſciunt, nec cognoſcunt aut Dei poteſtatẽ, aut ſuam fragilitatem, aut mundi tranſitoriam vanitatem, vt ſunt vani, glorioſi & ſuperbi. Neſciunt Deum poſſe illos punire, quod eſt poteſtatis, & propriam fragilitatem, quia poſſunt mori, & ſubitaneâ morte ſæpè. Dormientibus, qui comparantur diuitibus. Homo enim non dormit erectus, ſed inferius ad terram proſtratus Sic iſti non dormiũt nec quieſcunt ad paradiſum erecti, ſed inferiùs ad terram per auaritiam depreſſi & eiecti. Et iſti videntur neſcire ſeueriam charitatem, mortis propinquitatem, Dei benignitatem, mentis ſaturitatem. Iſa. 56. *Canes impudentiſſimi neſcierunt ſaturitatem.* Ebrijs, qui vino ſapientiæ temporalis ita ſunt repleti, quòd neſciunt aliquid de pertinentibus ad ſalutem. Iſa. 28. *Sacerdos & Propheta neſcierunt præ ebrietate, abſorpti ſunt à vino.*

Exijt ergo Petrus, & quæ ſequuntur, *vſq; vidit linteamina, nõ tamen introiuit.*] Iſta ſunt nota vel ex ſuperioribus vel ex hiſtoria, ideo properamus. cum duobus illis diſcipulis Ioannes non introiuit, ſed Petrum expectauit propter Petri reuerentiam, factum exiſtima, cui vt ſeniori & vt Primas inter Apoſtolos tenenti, honorem deferebat, cuius iam tã apud Eccleſiaſticos quàm Laicos agitur contrarium, vt ſemper iuniores & inferiores velint eſſe ſuperiores. Poſſumus etiam bis morale aliquid adijcere Per Ioannem enim omnes Chriſtiani, per Petrum Pontifices Chriſti Vicarij ſignificantur, prior ingreditur Petrus, quia dignitate omnes antecellit Chriſtianos Chriſti Vicarius: At poſterior Ioanne venit, quia fieri poteſt, vt qui prior eſt dignitate, ſit poſterior merito & ſanctitate.

[illegible] in ſepulchro relicta [illegible]

Venit ergo Simon Petrus ſequens eum, Vſq; ſeparatim inuolutum in vnum locum.] Si linteamina ibi non fuiſſent reperta, facilè imperfecti in fide ſuſpicari poterant, corpus ablatũ non ſuſcitatum fuiſſe: Quoniam ea de cauſa hæc funeralia in monumento relicta ſunt reſurrectionem corporis mortui teſtatoria. *Neq; enim,* vt dicit Chryſoſt. hom. 8. *ſi qui corpus abſtuliſſent, illa reliquiſſent, neq; ſi furati eſſent, ſudarium inuoluere & in vnum locum ponere curaſſent, ſed vt erat, corpus abſtuliſſent. Propterea prædixit Ioannes cum multa myrrha fuiſſe ſepultum. Myrrha non minus, quàm pix corpori linteamina conglutinat, vt cùm audieris ea in ſepulchro hoc relicta furto abreptum non arbitreris. Non enim fur adeò ſtultus fuiſſet, vt in ſuperflua re tantùm laboraſſet. Etenim diutius in ea re immorandum erat & deprehendi potuiſſet. Sudarium autem ſeparatim inuolutum in vnum locum eſt ſitum, vt intelligeres non perturbatè, ſed feſtinanter id factum eſſe, vt reſurrectionis eſſet ſignum.*

Nondum enim ſciebant ſcripturam. Quia oportebat eum à mortuis reſurgere.] Verba hæc cauſam continent vnam diuerſorum effectuum. Ignoratio enim ſcripturarum, quibus Chriſti reſurrectio prænunciata eſt, in cauſa fuit, q Ioannes tunc credidit, non autem prius quàm videret linteamina & vacuum ſepulchrum. Vidit itaque & videns credidit, quia nondum ſciebat ſcripturam: Si enim ſciuiſſet, priùs credidiſſet, nec expectaſſet linteamina & ſepulchrũ videre. Hæc eadem ignoratio quædam cauſa fuit, q Petrus non crederet, Nondum enim ſciebat Reſurrectionis ſcripturam; Ideo quamuis videret linteamina & ſepulchrum vacuum, non credidit, quia ſignum & argumentum hoc neceſſarium non erat, ideo vnus credidit, alter non, quia neuter ſciebat ſcripturam. Ex eadem enim ignoratione proceſſit, vt vnus tunc crederet, non prius quam ſignum videret, alter omninò nec ipſo viſo ſigno crederet. Sunt enim verba in plurali legenda. Nondum enim ſciebant, vt ad vtrumq; referatur diſcipulum. Quod autem Petrus & Ioannes liberè ingreſſi ſint monumentum, nec timuerint, rationem reddit S. Hieron. epiſt. ad Hedib. quæſt. 6. *Quia terræmotus factus, Angelus deſcendit de cœlo, reuoluit lapidem, ſedit ſuper eum cuius aſpectus ſicut fulgur, veſtimenta ſicut nix præ timore exterriti cuſtodes, & facti velut mortui, ita ut dimiſiſſe ſepulchrũ, & fugiſſe credendi ſunt, aut ita corpore & animo obtorpuiſſe, vt nõ dicam viros, ſed nec mulierculas quidem ſepulchrum intrare cupientes, auderent prohibere.*

Incredulitatis Petri quæ cauſa.

Hæc igitur teſtimonia, hæc documenta, Auditores, hãc lucem fidei habentes, qua occaſione poterimus de reſurrectione Domini dubitare, quam & de verbo Dei audiuimus, & Apoſtolorum oculis videmus manibuſque palpauimus, quique ita per Chriſtum Deo iuncti & inſiti ſum*, vt Dei arrhabonem teneamus in terra noſtra, Spiritum S. quem dedit nobis, & noſtri pignus habeamus in Deo carnem Chriſti. Quia interuallum iſtud immenſum, quò à diuinis mortalia diſparantur, medio & inter vtraque cõmunione eueniẽti ſuo, velut quodam ponte, vt ſic dixerim, cõmeruit, vt eius tranſitu terrena cœleſtibus conſerantur, cũ hoc corruptibile noſtrum incorruptio ſuperna perfuderit, & mortale noſtrum (vt ſcriptum eſt) immortalitatis hauſerit, 1. Cor. 15. mortemque deuictam victrix in Chriſto, & à Chriſto, nobis vita abſorpſerit. Quod vt aſſequamur, non de veritate tanti boni, ſed de noſtri captu meriti dubitare poſſumus Sed agamus quæ Chriſtus iuſſit, vendicemus quæ Chriſtus ſpoſpondit. Veritas illius nobis adeſt, illi fides noſtra non deſit. Omnibus vita, omnibus via, omnibus ianua eſt, nemini claudit ſua regna, quibus & vim permittit inferri. Itaque iterum cum Eccleſia canamus & concludamus. Dicant nunc Iudæi, quomodo milites cuſtodientes ſepulchrum perdiderunt regem ad lapis poſitionem, quare non ſeruabant petram iuſtitiæ, aut ſepultum reddant, aut reſurgentem adorent nobiſcum dicentes. Quod enim viuit, viuit Deo allelu-iah, allelu-iah, allelu-iah.

Interuallo immenſo mortalia à diuinis abſunt.

Laus DEO, *& Beatiſſimæ* MARIÆ *Virgini, & omnibus Sanctis.*

DOMINICA I. POST PASCHA.

Cùm esset serò illo die vna sabbathorum & fores essent clausæ, vbi erant discipuli congregati.

Ioan. 20.

Magnum mysterium est Paschale gaudium Auditores, & nullum gaudium, nisi sit cõmune, vt sentit D. Aug. magnum sacramẽtum Baptismus est, quia regeneratio, & facit filios Dei, sine quo omnes sumus filij iræ & damnationis, magnum sacramẽtum ordo est, in quo viget sacerdotij dignitas, atque exinde habemus, qui Sacramenta in SS. Ecclesia Catholica nobis conferunt & in viam veritatis & salutis dirigunt. Magnum donum est Spiritus sanctus, à quo magna Charismata & gratias Christiani accipimus, magna Dei gratia, quæ errantes sustinet & ad viam veritatis reducit, Magna Dei gratiâ, qua se Deus hominibus reuelat & aperit, magnum Dei beneficium, qui ne anima pereat, per ianuas clausas intrat, vt saluet, vt liberet, magnum Dei beneficium, qui vicarios suos in terra in Ecclesia sanctis ordinat, & disponit, qui nostrarum animarum curam gerunt, & à quibus in ijs, quæ Dei sunt, quæ fidei, quæ salutis, quæ animæ sunt, dependere debemus, magna ista, magna alta sunt & hęc omnia hodierna die accepimus. Si à principio ad finem omnia recolligimus. Præterea D. Aug. serm. 2. super Psalm 68. dic. *Duo nobis in genere humano nota erant. Nasci & mori omnes sciebamus, sed resurgere & in æternum viuere nobis erat incognitum.* Vt ergo ostenderet nobis Christus, quod non noueramus, suscepit duo quæ noueramus, scilicet, nasci & mori, vt se supra homines sua resurrectione doceret, ac per hoc spem daret futuræ resurrectionis. Vnde idem August. l. de symbolo tract. 1. in fine dic. *Credimus resurrectionem carnis quæ præcessit in Christo, vt hoc speret corpus quod præcessit in capite.* Et Christus resurgere voluit eo tempore quo cuncta reuiuiscunt, vt per hoc ostenderet hominι esse possibile, quod quandoque rediret ad integrum ex quo terræ nascentia videt redire ad vegetationem. Vnde Ecclesia. Ecce renascentis testatur gratia. Sed nos ad

EVANGELIVM.

Spiritus S. ... donum.

Cùm esset serò die illa vna sabbatorum] Quatuor in primis nobis sunt valdè necessaria, vt Saluatorem, quem expectamus, suscipere mereamur. Primum est timor, qui domum conscientiæ mundat, secundùm illud Ecclesiast. 1. *Timor Domini expellit peccatum* Nam qui sine timore est, nõ poterit iustificari. Secundum, contemptus vanæ gloriæ q; signatur in hoc, quod serò factum est: Ad eum enim Dominus venit, cui lux mundanæ gloriæ occubuit & qui verè eam contemnit. Tertium, Veritas, quia erant in charitate congregati; Non enim homines discordes Saluator visitat. Pacem habete, ait Apostolus & Deus pacis erit vobiscum. Quartum, stabilitas, qua aliquis in domo conscientiæ manet, non curiosè exteriùs cuigando, vnde fores sensuum claudendæ sunt, & sic Saluator est expectandus.

Quatuor ad ... necessaria.

Iterum animaduerte quod Christus venit ad Apostolos propter quinque vt in eis operetur. Primò, ad illuminandum eos, quia cæci erant, effecti in fide. Vnde verba mulierum, quæ dicebant ipsum resurrexisse, visa sunt ante eos quasi deliramentum, Luc 24. Sed tũc illuminauit eos, dum aperuit sensum illis, vt intelligerent scripturas, quoniam sic oportuit Christum pati, & tertia die resurgere. Secundò, Ad confortandum eos, quia consternati erant, & spes eorum perierat. Luc. 24. *Nos autem sperabamus, quod ipse esset redempturus Israel.* q. d. Iam amplius non speramus, vnde dic. Illis: *Ego sum: nolite timere* Mat. 28. *Data est mihi omnis potestas, ideo nolite timere.* Tertiò, ad calefaciendum eos, Quia in passione in eos amore nimis tepidi affecti erant & tremebundi, Vnde qui prius parati erant cũ eo in mortem & carcerem, & gladio voluerunt percutere, Matt. 26. *omnes relicto eo fugerunt*, & clausis ianuis reclusi stabant: Sed Christus eos inflammauit, quia ostendit eis manus & pedes & latus, in quo maximus amor Christi demonstratur, Latus ostendit ad demonstrandum, quod amor erat præcordialis, Manus, quod amor ille manifestus fuit per opera. Pedes, quod onera eorum portauerat, qui dic. Videte qualiter ex corde vos dilexi, qualis opera feci, & quales pœnas pro vobis sustinui, & ideo accendamini ad amorem meum. Luc. 24. *Nonne cor nostrum ardens erat.* Quartò ad lætificandum eos, fuerunt enim in passione nimio terrore affecti, iuxta illud Ioan. 16. *Tristitia impleuit cor vestrum.* Sed Christus eos lætificauit, suæ præsentiæ ostensione, quamuis non apparuerit eis in gloria corporis gloriosi, quia oculi Apostolorum illam claritatem ferre non potuissent. Lætificauit etiam sua blanda salutatione, quia *Pax vobis*; sua læta comestione ex pisce & fauo. Quintò ad replendum eos, fuerunt. n. in morte Christi penè euacuati omnibus virtutibus & donis Spiritus S. & gratia Dei, & proprijs bonis quę fecerant: Quia cùm omnes mortaliter peccauerunt, omnia supradicta perdiderunt. Eccles 9. *Qui peccauerit in vno, multa bona perdet.* Sed Christus repleuit eos omni virtute & gratia, ac etiam præterita merita reddidit. Et hoc est quod dicitur, Insufflauit in eos & Act. 2 Repleti sunt omnes Spiritu S. Quæres quomodo Matthæus & Marcus scribant, per mulieres Apostolis mandatum, vt in Galilæam irent, cum Lucas & Ioannes. Ierosolymis ab Apostolis visum esse perhibeant? Sed respõderunt ex S Ambrosio, iussisse Dominum discipulos in Galilæam ire, vbi eum viserent, at quia præ timore intra conclauia residebant, se eis videndũ obtulit, vt animis confirmatis in Galilæam proficiscerentur. Adde non solùm propter timorem illorum, sed etiam propter fidem, vt crederent, quia hactenus mulieribus fidem resurrectionis non habuerant, simul & ne ægrè nimis ferrent mulieribus visum esse, non aũt ipsis. Clementissimus ergo Dominus noluit eos hac consolatione priuare. Has duas causas adiecit Chrysost. ho 85. Præcipua tñ est, propter fidem illorum, quia nondum credebant & hanc Euangelista insinuat. Et serò quidem, vt ait Theophylus, q; expectabatur vt oẽs conuenirẽt: & maximè illi ex Emaus.

Cur Christus ostenderit latus manus, pedes.

Quare per mulieres Apostolis mandatum, vt in Galilæam irent.

Et fores essent clausæ vbi erant discipuli congregati propter metũ Iudæorum.] Et Apostoli, & alij addicti Christo erant meticulosi & ita simul cõclusi, vti dicitur Luc. vlt. Nam illi duo reuertentes ex castello dicuntur inuenisse vndecim, & qui cum illis erant, & adhuc ipsi duo aderant; Eadem aũt hora venit Dñs, quamuis vt ex Ioanne habemus, Thomas aberat. Cyril. l. 12. cap. 55. dicit, discipulos prudenter declinasse furorem Iudæorum memores illius verbi Domini. Matt. 10. *Cùm vos persecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam.* Hæc doctrina Cyrill. sic est intelligenda. Primò quidem licere & prudentiæ esse, declinare aliquando persecutiones & inimicorum furorem, q; suo exemplo nos docuit Dñs in Ægyptum fugiens & ꝓpter Iudæos sæpè in alia loca secedẽs. Hoc consilio Paul. Act. 9. in sporta dimissus per murũ fugit. hoc idem sancti suo exemplo & doctrina docuerunt. Secundò, Quando Christus, Paulus, & cæteri sancti viri fugerunt, & persecutiones declinauerunt, non id timore mortis faciebant, Mar. 10. & 14. sed ne temerè & ante tempus morti se offerrent, aut ne peccandi persecutoribus darent occasionem, vel vt saluti aliorum & prædicationi se conseruarent, vel ob alios honestos fines. Hinc factum est, vt qñ bi sancti causam fidei & Dei honorem periclitari viderent, promptos se morti exponerent, vt Dei causam defenderent. Tertiò, Discipuli tũc magis ex timiditate quadã imperfecta, q̃ ex prudentia visi sunt fugisse, q; Euangelista insinuat dic. *Erant congregati propter metum Iudæorũ.* Itaq; nõ ex prudẽtia nec ob eũ finẽ, sed ex formidine quæ mere duplicati erat coniuncta. q; sæpè alijs euenit. Sed vide quomodo tam Ecclesiastici quã Laici, qñ sunt causæ odiosæ, licet Dei gloriam & animarũ salutẽ aut ipsam sanctã iustitiã cõcernant, se met excusant, absentant, alios intrudũt, apertas habẽt fores ad accipiẽdũ, ad fauores excipiẽdos & ad alios

Cyrilli doctrina circa illud Christi, Cum vos persecuti fuerint &c. explicatio.

clausas

clausas verò vt dixi, imò & clausas fores cordis, ne quid intus horum audiatur. Attende etiam quod si vis videre Christum, intelligere scripturam, rectè iudicare, rectè credere, debes claudere sensus & intellectum, eumq; captiuare, & Christo & Spiritui S. subdere. Tunc enim rectè intelliges, quando ab humano sensu & intellectu recesseris.

Venit Iesus & stetit in medio eorum.] Omnis virtus cōsistit in medio: sic Christus stetit in medio discipulorum, & adhuc stat in medio omnium hominum propter septem proprietates Medij. Primò, medium habet illuminare, vt cōstat de Sole, quia medius inter Planetas cœlum & terram illuminat: Sic Christus priores & posteriores illuminauit, Ioan. 1. *Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.* Et hoc etiam in transfiguratione patet, vbi fuerunt patres noui & veteris testamenti. Secundò, Habet colligare vt calx & clauus: Sic Christus colligauit & vniuit in vnum diuersa scilicet, diuinam & humanam naturam in vnitate personæ, diuersos Apostolos in vnitatem fidei, Ioan. 11. prophetauit Cayphas, quod Iesus erat moriturus pro gente, non tantùm pro gente, sed vt filios Dei qui erāt dispersi, congregaret in vnum, homines & angelos in eisdem sedibus gloriæ, Mat. 22. *In resurrectione neq; nubent, neq; nubentur, sed erunt sicut angeli Dei in cœlo.* Tertiò, Habet viuificare: Vnde in terra quæ est medium totius cœli omnia viuificātur & vitam recipiunt, Et cor in medio animalis vitam animali dat & corpori; sic Christus est vita viuentium, Act. 17. *In ipso enim viuimus, mouemur, & sumus.* Sicut omnia per ipsum facta sunt, vt Ioan. 1. dicitur, ita omnia per ipsum subsistunt & viuunt, Ioan. 10. *Ego sum resurrectio & vita*, resurrectio corporum, vita animarum. Quartò, Habet distinguere, vt paries; Sic Christus in iudicio separabit bonos à malis, modò autem sunt mixti, Mat. 15. Quintò, Habet sustentare, vt columna in medio domus: Sic & Christus omnia sustentat & regit. Hebr. 1. *Portans omnia verbo virtutis suæ.* Sextò, Habet conseruare & extrema deuastare, vt patet in tempore, vt in vere, quod est medium inter hyemem & æstatem, omnia terræ nascentia cōseruantur, Sic & in humoribus, qui dum medium tenent in corpore, cōseruatur corpus in sanitate & in ciuitatibus, quæ dum mediū per Iustitiā tenēt cōseruātur & crescūt: Sic Christus omnia cōseruat in bono. Io. 15. *Manete in me, & ego in vobis, Sicut palmes non pōt à semetipso facere fructum.* Et hoc ostendit Christus, quando stans in medio discipulorum insufflauit eos & dedit Spiritum S. per quem seruati sunt in omni bono. Septimò, Habet lætificare vt patet in harmonijs sonorum & in obiectis sensuum, quæ dum medium tenent, lætificant & delectant: Sic Christus stans in medio diuinæ & humanæ naturæ lætificat omnes beatos in gloria, secundùm diuinam, Angelos & animas; secundùm humanam, corpora. Attende etiam quod Christus quater stetit in medio, ad designandū, quod quatuor Cardinales virtutes in medio consistunt; Nam stetit in medio animalium in natiuitate, per quod significatur prudentia. In medio Doctorum vbi iustitia, in medio latronum vbi temperantia, & in medio discipulorum vbi fortitudo designatur. In medio Ecclesiæ stat vt doceat & ab hæresi defendat. In medio belli iusti stat, vt tueatur contra hostes, vt vires & auxilium suppetat. Et vbi duo sunt congregati in nomine suo, ibi stat medius.

[illegible]

Et dixit eis, Pax vobis.] Tria læta affert Christus hodie interalia. Primò, Quod Deus Pater pro sua misericordia nobis condonauit omnia, & hoc per merita Christi. Secūdò, Quod omnia corpora nostra ad mortem tendant & per beneficia Christi in despectū mortis & opprobrium resurgēt in eadem carne, pelle, sanguine, neruis & ossibus. Tertiò, Quod tandē animæ nostræ restituentur proprijs suis corporibus, & in hoc cœlo. Omnes qui de aduentu filij Dei in mundum locuti, causā posuerunt, vt nos Deo patri reconciliaret, pacemq; constitueret. Isa. 9. *Vocabitur princeps pacis.* Eph. 2. *Ipse est pax nostra*, sic cùm nasceretur, prædicaret, resurgeret, pacem voluit, sic salutare iussit: *In quamcunq; domū intraueritis*, Mat. 10. Duo sunt in rerum natura nobis necessaria, Panis & pax, & Pax est filia charitatis. Ab irrationabilibus quærite, quid sit pax, A lapide descendente quid quærat respondebit, si posset, pacem, vt ad centrum veniat. Sic à fumo in aëre, ab igne, qui cōsumit cōtrarias qualitates in ligno. Quantò magis in homine pax conseruari debet cui Deus terminos posuit, ne transgrediatur, ne furetur, &c. Et hæc est pax Dei. *Pacem meam do vobis.* Ioan. 14. Fœlix erat status animæ in paradiso, in statu innocentiæ, sed malitia serpentis destruxit, cuius primum exemplum fuit Cain & Abel. Et nunc cum Iob. 7. oportet dicere. *Militia hominis vita est super terram.* Et Paulus videbat aliam legē in membris suis. Ro. 7. repugnantem legi mentis suę, & captiuantem in lege peccati & mortis. Habuit Adam chartā albam in qua scriptum erat, & poterat, pacem ibi scribendam dare, dedit aūt bellum. *Reliquit eum Deus in manu consilij sui, apposuit ignem & aquam.* Eccl. 15. Nunc aūt non est peccatum non tentari, sed non cauere vt à tentatione vincaris, peccatū est. Vinci non potes, si vinci non velis. Sed de pace inter homines, nemo ēt maximorum latronum & bestiarum est, qui pacem sibi non optet; Idcircò ēt Deus ex vno Adam & Eua, ex eodem sanguine, semine, & ventre voluit nasci oēs. Insuper eundem solem, lunam, pluuiam, & reliqua. Dedit vitam fragilem vt nemo possit carere alterius opera. Et ex carne & spiritu eum composuit, vt in se quid esset bellū cognosceret, & pacē expeteret, & in medio huius vniuersi constituit, vt erubesceret, qn̄ totius cęli & terræ machinā in tanta pace cōspiceret. Iubet & Paulus, cùm simus membra vnius capitis. Ro. 12. gaudere cum gaudentibus, & flere cum flentibus, non aūt gaudere cum flentibus, pauperem opprimere, innocentē condemnare. Nam estis filij vnius Dei, Ecclesiæ & Baptismi eodem sanguine abluti, ciues eiusdē patriæ, hæredes eiusdem hæreditatis cœlestis, nutriti vno pane corporis Christi, instructi eadē doctrina verbi Dei, sustētati eadē spe futuræ vitæ, colligati inter vos ijsdem sacramentorum vinculis, domestici eiusdem fidei, ascripti in eandem societatem Christi, adoptati ab eodem patre cœlesti, regenerati ab eodē Spiritu S. subarrhati eadē arrha diuinæ gratiæ, ornati ijsdē virtutibus infusis, redempti vnâ secū titulo, eodē pretio mortis Christi. *Ecce aūt quàm bonum & quàm iucundum fratres habitare in vnum.* Psal. 132. Deus dat pacem bonæ voluntatis hominibus. Iustificati ergo pacem habemus, Rom. 5. *Non est pax impijs.* Isa. 58. In cœlis est pax. Psal. 147. *Qui posuit fines tuos pacem.* Isa. 32. *Sedebit populus meus in pulchritudine pacis.* Sed audite, *Omne regnum in se diuisum desolabitur*; hoc non de cęlo, sed in uobis & in populo est. Si reuertamini ad trāquillitatem ordinis, in qua estis creati, pacem habebitis cum Deo, pacem cum vobisimetipsis, pacem cum vestris proximis, pacem in vobis, quæ sitā est in concordiā intellectus & voluntatis, pacē extra vos, ita vt nihil vobis nocere queat, manu diuina protecti, pacē supra vos, vt spiritus obediēs sit suo Dn̄o: pacem infra vos, vt sensus obtemperēt imperio rationis, pacem à dextris, ne prosperitas vos in superbiam efferat, pacem à sinistris, ne calamitas in desperationem deijciat, pacem à facie, ne vos futura perturbent, pacem à tergo ne vos affligant præterita, pacem penes vos, vt domestici & amici sint fideles, pacem procul à vobis, vt inimici vos reformident, pacem in omnibus, quia Deus pacis erit in vobis. Isa. 66. *Et declinabo super illum, quasi flumina pacis.* Rogate ergo quæ ad pacem sunt Hierusalem. Sed magis quæ erit in visione Dei, in superna Hierusalem.

Tentari peccatum non est, sed tentationi succumbere.

Aduerte enim quod Christus fecit quadruplicem pacē. I. inter Deum & hominem, & hanc in carnis assumptione. Ephes. 2. *Ipse est pax nostra.* II. inter homines adinuicem in passione, sc. inter Pilatum & Herodem, & hanc fecit in suā prædicatione & ordinatione, qn̄ omnes vniuit in vno ouili vnius Ecclesiæ, fidei & baptismi. Ioan. 10. *Et fiet vnum ouile, & vnus pastor.* III. Inter Angelos & homines. Et hanc fecit in sua ascensione, qn̄ Angelos & homines vniuit in eisdem sedibus gloriæ. IV. Inter animam & carnem, Et hanc fecit in Spiritus S. missione, quæ ita solidauit corda discipulorum, vt debitus ordo deinceps seruaretur inter animam & corpus, vt ratio dominaretur in eis. Hanc pacem perfectè faciet in corporum glorificatione. Est etiam triplex pax mala. Prima, Inordinata, cùm superior obedit inferiori. Prouerbiorum 30. *Per tria mouetur terra, per seruum, cum regnare cœperit, per stultum, cùm saturatus fuerit cibo, & per odiosam mulierem, cùm in matrimonium assumpta fuerit.* Secunda, est simulata, vt Iudæ & Ioab ad Abner.

Pax à Christo facta quadruplex.

Pax mala triplex.

2. Reg.

2.Reg.10. tertia Inquinata, quæ est inter peccatores. Psal. *Zelaui super iniquos pacem peccatorum videns.* Lu.12. *Non veni pacem mittere sed gladium.* Ad verum pacem ergo conetimini Auditores, cui⁹ signũ habetis in pacis osculo in SS. Missa.

Et cũ hæc dixisset, ostendit eis manus & latus.] Ostendit manus vt incitaret ad pugnandum, q.d. Videte manus, quib⁹ pro vobis fideliter pugnaui, has ideo vobis ostẽdo, vt & vos pugnetis, quia sine pugna victores non eritis, Viriliter ergo agite, quia vincenti dabo sedere mecũ in throno meo. Ostendit etiã latus, vt prouocaret ad amandum, q.d. videte latus apertum, cor vulneratum, vt videatis quantum vos dilexerim, vt & vos me diligatis. Ostendit & pedes, vt stabiliret ad perseuerandum, vt ab inceptione bonæ viæ nõ desistamus. Vnde perseuerantia vel stabilitas est, qñ homo nec minis nec amore, nec timore, nec cõmodo aut incõmodo à bona vita, vel à præceptis, vel à votis quæ vouit, retrahitur.

Hostes præcipui quinque, contra quos fortiter nobis dimicandum.

Sunt aũt quinq; principales hostes aut diaboli impugnãtes nos, cõtra quos debem⁹ esse fortes. Primus est amor culpæ iumstarum terũ, vel amor carnis aut honoris, qui in quorundã cordib. ita fortis est, quod pro eo cœlestem gloriã detestãt. Secundus, est timor diffidẽtiæ, qui ẽt multos impugnat, quasi Dñs nolit eos iuuare, quod possint in bono perseuerare, vel quod non possint sostinere duram pœnitentiam, cùm tñ deberent duriorem gehennæ pœnam sustinere. Tertius est dolor delectationis carnis aut mundi dimittendæ vel iã dimissæ. Quartus, est pudor operationis bonæ, qñ quis cogitat, quod homines deridebunt eum, si vili veste incedat, ieiunet, peregrinetur aut similia faciat. Quintus, est spes veniæ, qñ quis dicit: Deus est misericors, non damnabit de facili nos Christiani sumus. horum spes confunditur, quia spes est certa expectatio futuræ beatitudinis ex meritis prouemiens, sed isti qui carent meritis, nõ propriè sperãt, sed præsumunt. Et quia in Dñi resurrectione nostra generalis resurrectio est figurata, ostẽdit per hoc nostra corpora post resurrectionẽ ita esse incorruptibilia & subtilia per effectũ spiritualis potentiæ, vt esse possint palpabilia à cõsimilib. corporib. per veritatẽ naturæ. Caro.n. nostra absq; corruptione vel fragilitate mortis in veritate substantiæ resurrectura est.

Reseruauit præterea pluribus de causis vestigia passionis, i. cicatrices vulnerũ, in corpore licet incorruptibili. Et hoc 1. ad astruendam & probandum resurrectionem & reformandã ac corroborandã discipulorum fidẽ, de sua resurrectione dubiam, vt credant, quod ipse qui crucifixus fuit, in eodẽ corpore numero resurrexit; In eo.n. quod vulnera ostẽdebat, manifestabat, quod idem resurrexerat, qui in cruce pepẽdit. 2. Ad commendandam eius circa nos dilectionem, vt quã misericorditer simus adiuti ostensis suæ mortis indicijs insinnet, nosq; ad dilectionem rependendam magis prouocet. *Qui dilexit nos & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo.* Tertiò, Ad ostendendam nostram redemptionem, quia illa vulnera fuerunt nostræ redemptionis signum, Isa.53. *Ipse vulneratus est propter iniquitates nostras.* ideoq; misericordias Domini cantare non cesseot, sed dicãt qui redempti sunt à Domino, Psal.106. *quoniam bonus. quoniam in sæcula misericordia eius.* Quartò, propter nostram ædificationem & instructionem; Si enim in corpore Christi glorioso ẽt manebant signa suæ passionis, & nos quasi compatiendo, eadẽ vulnera in mente cõtinuò portaret, & pro eis gratias agere deberemus. Phil.2. *Hoc sentite in vobis, quod & in Christo Iesu.* Quintò, Propter nostrã recordationem apud se semper retinendam; Nequaquam enim nostri obliuiscitur, pro quibus sic plagatus crudeliter dignoscitur. Isa.49. *Ego tui nõ obliuiscar, ecce in manibus descripsi te.* Sextò, Propter Dei Patris reconciliationem, vt Deus pater ignoscat humano generi. pro quo filius sic voluit pati & mori. 1. Ioan.1. *Aduocatum habemus apud Deum patrem, Iesum Christum iustum & ipse est propitiatio pro peccatis nostris.* Nam Patri pro nobis supplicat, obedientiam repræsentans, & quale genus mortis pertulerit, semper ostendens, quod est quidam modus interueniendi pro nobis. Bernard. *Securum accessum habes ad Deũ, ô homo, vbi habes filium ante patrem, matrem aute filium filius ostendit patri latus, & vulnera, mater ostendit filio pectus & vbera, nec vlla poterit ibi esse repulsa, vbi tot charitatis occurrunt insignia* Septimò, ad impiorum confusionem, vt ostensis eis in iudicio vulneribus denunciet quàm iustè damnari iubeat, vnde S. August. *Conuincens eos de peccato suæ mortis dicet. Ecce hominem quem crucifixistis, videtis vulnera quæ infixistis, agnoscitis latus, quod pupugistis, quoniam per vos apertum est, nec intrare voluistis.* Octauò, Ad electorum exultationem, dum in Deo suo insignia amoris præcipui, quem ad eos habuit, videbunt; Nam secundùm Bedam. *Magnum gaudium erit Sanctis, videre vulnera in carne Christi fulgida, per quæ victor triumphauit de morte, & saluauit electos.* Nonò, vt triumphum seu titulum triumphalem & signum victoriæ suæ omnibus tam ostendat & in perpetuum circumferat, quæ eum victorem diaboli per infinita sæcula demonstrent. Vnde Chrysost. dicit. quod cicatrices sint in Christo supra radios solis lucidiores. Et August. d. *In illo regno apparebunt in corporibus Sanctorũ Martyrum cicatrices vulnerum, quæ pro Christi nomine pertulerunt, sicut stella in cælo, sicut lapis pretiosus in annulo, sicut flos in stipite, & sicut rubeus color in rosa.* Non.n. deformitas in eis sed dignitas erit. Et quidem quamuis in corpore, non corporis, sed virtutis pulchritudo fulgebit, nec ideo tñ si martyribus aliqua amputata & ablata sunt membra, sine ipsis membris erunt in resurrectione mortuorum. Sed vbi mẽbra vt præciderentur, percussa sunt, vel secta, ibi cicatrices, sed tñ eisdem membris redditis, non perditis apparebunt. Stat igitur cum eis per aliquam morulam, loquens de regno Dei consolatoria, ita ut & ipsi cum eo in magna lætitia audientes illa verba excelsa & aspicientes faciem eius plenam gaudio ac decore & gratia. Sta & tu reuerenter & verecundè, sed gaudenter, à longè tñ, si fortè misericordia motus faciat te vocari, licet immeritum. Vlteriùs considerandum quod per manum semper intelligatur virtus operatiua, in bono aut in malo. Et sic est manus Dominica, quæ dominatur cunctis. Psa. *In manu tua omnes fines terræ* Manus autem diabolica fucatur cunctis. Vnde Thren. 1. *Manum suam misit hostis ad omnia desiderabilia eius.* Manus perfectorũ operatur bonum, Prou.31 *Manum suam misit ad fortia, digiti eius apprehenderunt fusum.* Manus autem peccatorum nunquam occupatur. Luc.6 *Erat ibi homo, & dextra eius arida.*

Magnum sanctis gaudium, vulnera cernere in Christi corpore fulgida.

In Christi corpore signa passionis, in corde nobis gerenda.

Sed ecce manus Domini, quæ dominatur vitæ & morti, & subiugat & regit omnia, vt exinde videas differentiam inter manus Domini & reliquas. Est manus Domini prudẽtiæ cuncta continentis. Ierem.18. *Sicut lutum in manu figuli, sic vos in manu mea domus Israël.* Est manus diuinæ clementiæ, qua cuncta bona largitur. Ps. *Aperis tu manum tuam, & imples omne animal benedictione.* Est manus diuinæ iustitiæ, qua mali puniuntur Iob 30. *Conuersus es mihi in crudelem, & in duritia manus tuæ aduersaris mihi.* Ruth.1. *Egressa est manus Dei contra me.* Quadruplici aũt manu De⁹ in mundo vtitur. Prima est manus potentiæ, quia Iob 10 *Manus tuæ fecerunt me.* Psa. *Sciens quia manus tua hæc & tu Domine fecisti eã.* Quia ad creationem & productionem rerum in esse non attingit aliqua virtus, nisi manus potentiæ increatæ. Et ista est protectiua deuotorum. Isa.51. *sub vmbra manus suæ protexit me.* Est iniquorum destructiua Psal. *Manus tua gentes disperdidit.* Est perfectorum adiutiua. Psal. *Manus enim mea auxiliabitur ei.* Est vniuersorum dominatiua. Iob.12. *In cuius manu anima omnis viuentis est.* Sap.3. *Iustorum animæ in manu Dei sunt*, Eccl. 10. *In manu Dei potestas hominis.* Secunda est manus clementiæ & liberalitatis, quia dicitur: *Plasmauerunt me:* figurauerunt & formauerunt me. Aliud enim est facere, aliud plasmare; Facere significat creationem, plasmare figurationem aut formationem. Et sic facere pertinet ad esse, plasmare ad benè esse. Et ista manus est labentium subleuatrix. Psalm. *Cùm ceciderit non collidetur, quia Dominus supponit manum suam.* Est debilium sustentatrix. Psalm. *Firmetur manus tua, & exaltetur dextera tua.* Est periclitantium liberatrix, Psalm. *Fiat manus tua vt saluet me.* Est pereuntium defensatrix. Psal. *Manus enim mea auxiliabitur ei.* Est laborantiũ præmiatrix. Psalm. *Extendit manum suam in retribuendo.* Et ecce quomodo ista hodie benè conueniunt Apostolis, & vltimò thomæ, vt hæc cognoscant. Tertia, est manus prudentiæ regitiuæ, quia dic. Totum in circuitu, quia prudentia est prouidentia Dei, qua circuit, continet & regit vniuersa. Ista est manus, Ezech.2. *Ecce,* inquit, *manus missa ad me, in qua erat liber inuolutus, scriptus intus & foris, & scripta erãt in eo lamentationes, & carmen, & væ.* Manus.n. sapientiæ Dei cõtinet librum suæ occultæ prædestinationis qui scriptus int⁹

Per manũ intellecta operatiua virtus.

Plasmandi verbum quam vim habeat.

per

per scientiam regiminis illorum qui sunt in Paradiso: quia sicut dicitur Sap. 3. *Iustorum animæ in manu Dei sunt.* Et foris per scientiam regiminis illorum qui exterius sunt in mundo. Ps. *In manu tua sunt omnes fines terræ.* Inuolutus tñ dicitur iste liber, quia nullus potest ad plenum cognoscere modũ ordinem & formam, per quam manus prouidẽtiæ Dei regit mundum. Extendit se ista manus ad regimen terræ & maris. Ier. 48. *Manus quoque mea fundauit terram.* Et Ps. *Ponam in mari manum meam.* Quarta, Est manus Dei iustitiæ punitiuæ, quia dicitur: *Et sic repentè præcipitas me:* Manus enim diuinæ iustitiæ quamuis aliquamdiu homines teneat, & sustineat in prosperitate, ipsos tñ finaliter lædit, & percutit, & temporali, & æterna aduersitate. Illi.n. qui in eminẽtijs mundanæ prosperitatis gloriantur, subitò manu iustitiæ percutiuntur, & in infernum præcipitantur. De hac d. Dauid: *Granata est super me manus tua, conuersus sum in ærumna mea, dum configitur spina.* & Iob. *Miseremini mei, miseremini mei, saltem vos amici mei, quia manus Domini tetigit me.* Iob. 19. Et ista manus tangit hominem quandoq; vt corrigatur, q̃ factum est Simoni Mago. Act. 13. *Ecce manus Domini super te, & eris cæcus vsq; ad tempus.* Iob. 5. *Ipse vulnerat me, medetur, percutit, & manus eius sanabunt.* Ne erigatur per superbiam. Ier. 1. *Misit Dominus manum suam, & tetigit os meum.* Quandoq; tangit vt homo probetur. Iob. 1. *Extende paululum manum tuam, & tange cuncta quæ possidet.* Quandoq; vt damnetur. Iob. 26. *Obstetricante manu Dei, eductus est coluber tortuosus.* Manu.n. diuinæ iustitiæ operante, colubri tortuosi, i. peccatores de suis corporib. educũtur, & ad infernũ miserabiliter deducuntur. Ista est manus q̃ scripsit in pariete, Dan. 5. Ista ô homo cogita in manibus Dei, quas Apostolis & tibi nũc ostẽdit.

Nota insuper q̃ est manus humanæ operationis & efficaciæ, quia propriè per manum intelligitur quãdoq; operatio nostra. Manus.n. quinq; digitos habet, & in quolibet digito sunt tantummodò tres iũcturæ: Sic verè omnis nostra operatio per quinq; digitos, i. per quinq; sensus corporales distinguuntur. Quia quicquid agimus, aut illud audiendo, aut videndo, aut gustando, aut olfaciendo, aut tangendo facimus, & exercemus; Veruntamen in quolibet digito, i. in qualibet particulari operatione debent inueniri tres iuncturæ, i. tres distinctiones, i. fides beatissimæ Trinitatis. Vel tres iuncturę sunt numerus, pondus, & mẽsura, vel tres virtutes Theologicæ, Fides, Spes, Charitas. Quia omnis nostra operatio debet ad laudem Trinitatis fieri, pondere, numero, & mensura ordinari, in fide, spe, & charitate radicari. Quia *Fides sine operibus, mortua est.* Iac. 2. opera, si fiant sine charitate, mortua sunt. 1. Cor. 13. *Si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas.* Ideo præcipitur Heb. 14 *Charitas fraternitatis maneat in vobis.* Sic igitur habemus manus, id est, opera virtuosa, sicut figuratur Ezec. 10. vbi dicitur, quod apparuit in Cherubin similitudo manus hominis subtus pennas eorum. In quo nota quod sunt q̃dam manus ad erigendum sursum, & istæ sunt puræ affectiuæ, quas debemus sursum leuare ad Deum per orationem, & ad suæ gratiæ & misericordiæ implorationem, sicut de Cherubin dicitur, Ezec. 11.. *Eleuauerunt Cherubin alas suas.* Ps. *In nomine tuo leuabo manus meas.* Eleuatio enim manuum nostrarum est sacrificium Deo vespertinum. Exod. 17. *Dum Moyses eleuaret ad Deum manus suas, populus Dei vincebat. & Amalech vincebatur.* Sunt quædam ad porrigendum scilicet, inopi, vt de forti muliere dicitur. Prou. 31. Sunt aliqui contracti per ardorem auaritiæ, aut paralytici ex toto. Sed Iudic. 3. melius dicitur. *Vtraq; manu vtebatur pro dextera.* Sunt quædam ad corrigendum, Vnde Gen. 22. de Abraham dicitur: Quod ipse portabat in manibus suis ignem & gladium, vt filium Isaac Domino immolaret, ad denotandum, quod illi qui sunt Abraham, id est, patres multarum gentium, scilicet superiores & Prælati ad finem, vt filios suos & subditos possint Domino immolare, & acceptabiles facere & offerre, debent in manibus ignem & gladium portare; Ignem correctionis vt delinquentes coquantur, & emendentur, Gladium occisionis vt proterui & obstinati scindantur & euellantur. Vt sic dicat illud Cant. 5. *Manus meæ distillauerunt myrrham.* Myrrha enim est liquor amarissimus, sed valdè medicinalis & odoriferus significans correctionem & iustitiam, Ex his potes videre manus Dei, vt tuas ad exemplar dirigas & non sint duræ, impuræ, leprosæ, pilosæ vt hypocritarum, vt manus sunt Esau, dissolutæ vt infirmorum, pollutæ sanguine, elatæ vt superborum, velatæ vt pigrorum, non sint ad illudendum flagellandum, occidendum.

Gauisi sunt ergo discipuli viso Domino. Dixit ergo eis iterum, Pax vobis.] Fructus & effectus apparitionis Christi est gaudium, & gaudium hoc fidem supponit; Non enim gauisi essent, nisi credidissent. Et hoc est, quod nocte cœnæ dixerat: *Iterum videbo vos & gaudebit cor vestrum.* Repetit autem salutationis verbum, vt significet eos mittendos per vniuersum orbem ad annunciandum pacem hanc factam per Christum. Isaiæ 52. *Quam speciosi pedes euangelizantium pacem.*

Sicut misit me Pater & ego mitto vos.] Significata pace annuncianda, eos huius pacis prædicatores, ac orbis Doctores, & salutis ministros ordinat & instituit, simulque dignitate officij insinuat, quasi dicat. Quod munus dedit mihi Pater (Veni enim vt mundo veritatis testimonium perhiberem, ac credentium salutem tanquam Apostolus à Patre institutus annunciarem) hoc ego vobis munus trado, & vos Vicarios meos instituo. Et rursus: Qua authoritate Pater misit me, eadem vos ego mitto, vt prædicetis, gubernetis, dirigatis mundum in viam salutis & veritatis. Magnum hoc munus est profectò: Quod enim à Patre filius naturalis & æternus Dei homo factus suscepit, hoc idẽ suis discipulis communicat. Et est & magna & multiplex instructio Apostolorum in illa similitudinis particula, Sicut; Primò in fine. Sicut Christus missus est ad veritatem salutis annuntiandum mundo, Ioan. 18. *Ad hoc veni in mundum, vt testimonium perhibeam veritati:* Sic etiam Apostoli mittuntur, Matth. 28. *Euntes docete omnes gentes, &c. & docentes seruare, quæcunque mandaui vobis.* Secundò, in modo. Christus testimonium veritatis exhibuit per opera virtutis diuinæ, Ioan, 10. *Opera quæ ego facio in nomine Patris mei, ipsa testimonium perhibent de me.* Ita etiam discipuli mittuntur cum potestate operum diuinorum, Marc. vlt. *Prædicauerunt vbique Domino cooperante & sermonem confirmante sequentibus signis.* Ioan. 14. *Opera quæ ego facio & ipse faciet, & maiora horũ faciet,* Tertiò, in expensis. Sicut Christus pro annuntiandã veritate fudit sanguinem, & mortem subijt: ita & Apostoli, Ioan. 15. *Si me persecuti sunt, & vos persequentur.* Quartò, in amore paterno, quasi dicat. Pater misit me etiam, vt mortem subirem, tamen id non ex odio aut vindicta patris in me, sed ex summo amore factum est: ita & vos mortem subibitis & sanguinem fundetis, nec tamen id ex Patris odio aut vindictâ, sed ex maximo erga vos amore fiet. Sicut enim Pater amat me, ita & vos, & ita etiam ego vos amo, nec ex odio mitto aut vindictâ. Quintò, In officio, sicut me misit Pater, non merum & nudum annuntiatorem & prædicatorem, sed cum potestate & authoritate spirituali, quia pastor sum, ita ego mitto vos non verbi dũtaxat prædicatores, sed rectores & gubernatores in spiritualibus & ijs omnibus, quæ ad salutem pertinent, vt sitis etiam pastores. De hac potestate Actorum 20. dicebat Paulus: *In quo Spiritus S. posuit vos regere Ecclesiam Dei,* Successores enim Apostolorum, Episcopi sunt. Sextò, In principio; Sicut ego vt homo missus sum à diuinâ Patris potestate: ita ergo eâdem diuinâ potestate vos mitto, non homo me misit, sed Deus, ita etiam vos non merus homo, sed Deus simul mittit; Non enim aliter conuenienter hoc munus exercere poterant, nisi missi authoritate diuinâ, Hebr. 5. *Nemo assumit sibi honorem, nisi qui vocatus est tanquam Aaron.* Attende tamen hanc similitudinem quidem esse non æqualitatem, Erant enim Apostoli inferiores Christo in naturâ, potestate & officio. Adde: sicut Pater mittẽs me in mundum, mecum est, & non relinquit me solum: sic ego vos non deseram, Matth. 28. *Ecce ego vobiscum sum.* Præterea sicut Pater mihi testimonium perhibuit dic. *Hic est filius meus dilectus, ipsum audite.* Sic Matth. 16. ego coram regibus & omni populo loquar pro vobis reddens testimonium veritati vestræ & doctrinæ, Matth. 10. *Nolite cogitare quomodo aut quid loquamini.* Insuper, sicut Pater constituit mihi totum mundum disponere, iuxta illud Ioan. 16. Sciens quia omnia Pater ei dedit in manus, ita ego plenariè vos

Apostoli à Christo missi ea authoritate, qua ipse missus à Patre.

Christus non missus tantum prædicator, & nũtius voluntatis paternæ, sed habẽs authoritatem quoque.

Apostoli vicarii habent veram Christi.

niè vos mitto vicarios meos, quicquid per vos fiet ratum habens. Luc. 10. *Qui vos audit, me audit.* 2. Cor. 5. *Legatione pro Christo fungimur.* Et ideo Apostoli per totam Ecclesiam ordinauerunt omnia. Ad hæc, sicut Pater plenariam potestatem dedit mihi. Matt. 11. *Omnia mihi tradita sunt à Patre meo:* ita ergo plenam potestatem vobis trado, super omnia, super cœlum, terram, & infernum, super angelos, homines, & dæmones, super vitam & mortem, super totam naturam & omnem creaturam. Luc. 9. *Dedit eis potestatem super omnia dæmonia & vt languores curarent.* Vltimò, sicut voluit Pater me summè humiliari, vt exaltarer, ita & ego vos volo valdè humiliari, vt summè exaltemini & sitis mecum in eadē gloria & honore. 1. Petr. 5. *Humiliamini sub potenti manu Dei.* Lucæ vigesimo secundo. *Et ego dispono vobiscum.*

Hoc cum dixisset, insufflauit, & dixit eis.] Designatis & institutis pacis annūciatoribus & salutis ministris per totū orbem, donat eis potestatem, qua maximè totus mundus indigebat. Cū enim essent homines pleni peccatis, maximè necessarium erat, vt qui eos sanare mittebantur, potestatem haberent remittendi peccata: Sicut si quis mitteret aliquem ad visitandos infirmos ad annunciandum sanitatem, si posset sanandi potestatem dare, vtiq; eam communicaret misso: Ita nunc facit Christus Dominus. Hanc potestatem aūt donat Spiritum S. donando, quia Spiritus S. est remissio peccatorum: Vt autem signo exteriori significaret se interius illis Spiritum S. communicare, insufflat in eos vt per flatum exteriorem cognoscant interiùs Spiritū S. infundi, cuius virtute peccata remittant. Potuisset dare Spiritum S sine insufflatione, sed noluit, vt simul instrueret eos & perficeret; Perficeret quidem dando Spiritum S. instrueret insufflando. Vbi hic sunt qui ceremonias irrident Ecclesiasticas, cùm Dominum in discipulos insufflātem legunt? Causam primam insufflationis affert S. August. lib. 4 de Trinit. cap. 20. dic. flatum illum non fuisse Spiritum S. sed signum ipsius, significasse autem processionem Spiritus S. ab ipso filio: Quemadmodum enim flatus ille sensibilis ab eius corpore, ita Spiritus S. quem dabat, à sua diuinitate procedebat. Alteram habet Cyril. lib. 12. cap. 56. *Vt ostenderet se esse eundem qui à principio, homini animam insufflando dedit.* Genes. 2. Insufflando enim dedit animam, quæ est principium vitæ temporalis; insufflando etiā dat Spiritum S. qui est principium vitæ spiritualis, vt idem qui fuit creator, cognoscatur recreator & redemptor. Tertiam causam allegat Ambrosius sermone 20. in Psalm. 118. Inquit enim Deum dici inspirasse & insufflando animam infudisse homini, Genes. 2. vt significaret se non tantùm animam qua viueret, sed simul dedisse gratiam & sanctitatem vna cum ipsa anima: Nam creauit Deus in gratia & sanctitate ipsum hominē à principio, cùm autem per peccatum hanc gratiam amiserit, & per Christum sit restaurata, ideo dum dat potestatem & Spiritum S. ad remittenda peccata, insufflat, vt deperditæ illius gratiæ se restauratorem significet, quasi dicat, *Accipite Spiritum S.* quem perdidistis à principio datum, quia potestas hæc dandi & communicandi hominibus Spiritum S. est ad remittenda peccata. Hinc etiam aduerte, quod consuetudo Ecclesiastica obtinuit, vt in eorum facie, qui per gratiam Spiritus S. regenerandi sunt à sacerdotibus insuffletur, & quia per Spiritum S. remissio peccatorum tribuitur, qui est fructus & effectus Spiritus S. rectè post eundem spiritum datum discipulis dicitur. *Quorum remiseritis.* Nota etiam, quod sicut flatus est aër eleuatus, à terra; ita Spiritus S. facit super terrena eleuari. Ezech. 8. *Eleuauit me spiritus inter cælum & terram.*

Christus insufflando cur dederit Spiritum S. cùm potuerit sine eo.

Cur Spiritum S. ad do Christus insufflauit.

Accipite Spiritum sanctum.] Post signū exterius rem ipsam significatam infundit verbi sui efficacia, dic. *Accipite Spiritum sanctum.* Spiritus S. hominibus dari dicitur, quando ipsius dona & virtutes infunduntur, quæ multa & multiplicia esse Paulus docet, 1. Corin. 12. *Diuisiones gratiarum sunt, idem aūt spiritus, alij datur per spiritū sermo sapientiæ, alteri secundum spiritum sermo scientiæ.* Inter has gratias & virtutes vna est potestas remittendi peccata, nunquam ante Christum hominibus concessa, hanc Dominus nunc donans suis discipulis dicit. Accipite Spiritum sanctum. Non autem dixit, accipite potestatem remittēdi peccata, sed, *accipite Spiritum sanctum*, & postea subiunxit: *Quorum remiseritis*, vt significaret potestatem remittendi solius esse Dei & ab ipso solo hominibus communicari. Hac itaque sententia tres articuli fidei confirmantur. Primus est, Spiritum S. esse Deum, cuius est prima & suprema potestas remittēdi peccata. Si enim Spiritus S. participatam haberet potestatem, nō erat, cur daretur hominibus ad peccata remittenda, Datur verò est, quia prima & suprema potestas remittendi est ipsius & per ipsum communicatur hominibus. Propterea his verbis, Deum esse verum Spiritum S. probant Basilius, Ambrosius & Chrysostomus. Alter, Ipsum Christum qui dat Spiritum S. Deum etiam esse, quis enim communicare Spiritum S. potuit nisi Deus? adde etiam quod dicit Ambrosius epist. 2. ad Simplicia, hoc verbo ostendere, se esse illum eundem Deum, qui per Prophetas Spiritum S. promiserat se daturum. Isa. 44. *Effundam spiritum meum super semen tuum.* Ezec. 39. *Effundam spiritum meum super omnem domum Israel.* His ergo verbis videtur dicere. Accipite quod promisi. Tertius. Spiritum S. ab ipsomet filio procedere; Non enim daret, nisi à se emanaret, vt dicit August. & Cyril. Quæret aliquis. cùm promissus sit Spiritus S. post ascēsionem dandus, Ioan. 16 *Si non abiero*, quomodo nunc datur ante ascensionem? Respondet Chrysost hom. 85. Operationes Spiritus S. multas ac varias esse, nunc suiē datum esse, quantum ad vnam, nempe potestatem dimittēdi peccata: at in die Pentecostes, quantum ad potestatem miracula faciendi. Et est legitima responsio, si addamus, non solum operationem miraculorum, tunc datam esse; sed etiam donum linguarum & sermonum, sapientiæ & scientiæ, & deniq; donorum plenitudinem, qua effecti sunt sufficientissimi & perfectissimi Magistri & Rectores orbis: vt sensit Hieron. epist. ad Hedibium quæst 9. & Cyril. lib. 12. cap. 50. vbi annotat, Dominum promisisse generaliter Spiritum S. post suam ascensionem: at vt se esse auctorem, & eum qui mittit & communicat nobis Spiritum S significaret, antequam recederet, voluit ex parte aliqua dare, & velut arrhabonem quendam, vt certi essemus implenda omnia promissa, præmittere, eaq́ue ratione nunc donat Spiritum S. quantum ad potestatem dimittendi peccata. Iterum quæres. An hæc Spiritus S. donatio sit noua? Aduerte pro perfectiori intelligentia Spiritum sanctum à principio mundi datum esse hominibus, quantum ad aliqua eius dona & virtutes. Nam gratia qua peccata dimissa sunt, virtute fidei Christi venturi, data est, quæ tamen donum est Spiritus sancti. Similiter confitemur Spiritum sanctum locutum esse per prophetas, & Psal. 50. *Spiritum sanctum tuum ne auferas à me.* legimus à Dauide pronūciatum: illud etiam Genes. 8. *Non permanebit spiritus meus cū homine.* de Spiritu sancto dato interpretantur Ambros. & Gregor. Non igitur est nouum, Spiritum sanctum dari hominibus, imò & Apostolis iam erat datus, quantum ad gratiam & dona multa. Et Luc. 1. Zacharias repletus Spirito sancto dicitur, & Luc. 2. *Simeon responsum accepit à Spiritu sancto.* Et Ioannes Baptista repletus est Spiritu sancto ab vtero matris: At nunc nouo modo nemini vnquam dato communicatur, nempe, quantum ad potestatem remittēdi peccata. Noua res hæc est; Potestatem enim hanc prius sibi soli Deus reseruauerat, at postquam Dei filius homo factus est, eam hominibus communicauit, vt & ipsi possēt peccata remittere. Merito autem non ante passionem suā hanc potestatem dedit, nec etiam distulit post suam ascēsionem. Illud quidem factum est, vt pretium peccatorum prius solueretur, quam peccata remittendi potestas daretur hominibus: Hoc autem, vt per id significaret mortis & passionis effectum, esse remissionem peccatorum. In die verò Pentecostes abundantia & plenitudo noua data est, quanta nemini vnquam, priùs fuerat concessa, quod etiā nouum fuit. Tertiò quis dubitabit, cur remissio peccatorum Spiritui S. ascribatur? Respondetur, sicut sapientia cùm sit totius Trinitatis tribuitur filio, non quod solius sit ipsius, sed vt significemus ipsum esse verbum patris & paterno intellectu procedere: ita etiam opera bona satisfactionis tribuitur Spiritui S. quia ex patris & filij voluntate procedit; Est autem voluntatis obiectum bonum, idcircò quæ bonitatis sunt, Spiritui S. tribuuntur: quæ ideo facta

Triumphi dei articulorum confirmatio.

Christus ante suam ascensionē Spiritum S. dedit ex parte, vt lut quendam arrhabonem.

Remissio peccatorū cur tribuatur Spiritui sancto.

sunt

fiunt in scriptura vt distinctio personarum significetur & agnoscantur distinctæ personæ in vnitate essentiæ.

Quæstio insuper. An potestas remittendi peccata bonis tantùm conferatur? Respondetur primò. Quando Dominus hanc potestatem dedit suis Apostolis dic. *Accipite Spiritum S.* eos à peccatis & maculis, quas contraxerant purgauit, ita Greg. l. 1. mor. c. 8. & Cyril. l. 12. c. 56. docuere, & reuera quando sacerdotibus communicatur hæc potestas si dispositi accedant, quales erant iam Apostoli, qñ hæc potestas eis data est, Spiritus S. quantum ad sanctificationem ipsorum eis datur, tamen id nō est eis necessarium; Potest enim euenire & est persæpè potestas remittendi peccata, etiam in peccatoribus & malis, sicut potestas miraculorū, quæ etiam à Spiritu S. est, in peccatore potest existere; Nō enim ipse est qui sua sanctitate mundat, sed is, cuius virtute data est talis potestas. Et sicut potestas iudicandi rectà in iniquo iudice, ita & potestas absoluendi in sacerdote malo esse potest, Attende quod non est maior dignitas in terris, imò nec angelica, quæ sacerdotis eminentiam superet; Medius est inter Deum & hominem, vt illius ad nos beneficia & illuc nostræ preces perueniant. Potestatē habet super omnes homines & super infernū, quia nec portæ inferorū præualebūt, & super purgatoriū, quia animæ suffragijs redimūtur, & sup cęlū hymnus: *Qui cœlū verbo clauditis.*

Nullius hominis aut angeli dignitas eminentiā sacerdotis excedit.

Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta sunt.] Ecce distincta Spiritus S. donatio, q. d. Do vobis Spiritum S. vt potestatem habeatis dimittendi peccata hominibus, non autem dictum est. Remittite peccata, sed *Quorum remiseritis* vt suam potestatem participatam sciant, & Dei esse supremam & primam, q. d. Quibus peccata remiseritis vos, Deus etiam, cuius est suprema potestas dimittit, non æqualis vobis potestas, sed participata & subalternata ac subiecta Deo est. Nec enim se priuat Deus potestate remittendi, sed simul cum hominibus remittit, Ipse quidem potestate supremā, homines verò participatā & delegatā & velut ministeriali. Sunt, qui hæc verba ad prædicandum Euangelium malitiosè detorquent, contra quos meritò Concil. Trid. Sess. 13. Can 3. sic statuit. *Si quis dixerit, Verba illa Domini Saluatoris. Accipite Spiritum S. quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta sunt, non esse intelligenda de potestate remittendi, & retinendi peccata, in sacramento pœnitentiæ, sicut Ecclesia Catholica ab initio semper intellexit: detorserit autem, contra institutionem huius sacramenti, ad authoritatem prædicandum Euangelium, anathema sit.* Non solùm igitur hæretica doctrina dānatur, sed simul veritas Catholica aperitur. Est enim potestas hæc remittendi peccata per sacramentum pœnitentiæ, quādo accedentes ad sacerdotes debitè confitentur, peccatorum remissionem consequuntur virtute huius traditæ & donatæ à Christo potestatis.

Contra eos, qui verba, Accipite Spir. S. quor. re. &c. malo sensu à Caluinistis detorquent.

Sed in his verbis quædā declaranda consistunt, quorum primum est *Remiseritis*, Quo verbo conuincitur illorum error, qui dicunt sacerdotes non habere potestatem absoluendi & remittēdi peccata, sed ostēdendi & declarādi esse remissa & peccatores esse absolutos. Secundùm, *Peccata*, non tantū pœnas, sed culpas ēt remittendi potestas datur. Tertium, Non dicitur, Quæ peccata remiseritis, sed *Quorū remiseritis*, Quia non tantū oportet peccata respicere, sed psonas. Necesse est. n. qui remissionem sunt consecuturi, accedant dispositi dolore cōmissorum, cum firmo proposito in futurum cauendi, cum fide & spe Christiana. Vnde fit, vt eadem peccata aliquibus remitti debeant, alijs verò minimè; In quo iudiciū quoddā discretionis necessarium est, quo idoneus à minus idoneo discernatur, & nō temerè & inconsultò proferatur actus & sententia absolutionis. Qua ratione Conc. Tridē. Sess. 14. Can. 9. absolutionē hanc actū iudicialem remittendi & absoluendi, & non tantum declarandi absolutum rectè definiuit & decreuit, & ob id dicitur forum conscientiæ. Quintū, Ex hoc q dicitur: *Quorum remiseritis, remittūtur*; Theologi rectè deducūt futurā confessionē distinctam peccatorū, Non n. remittit sacerdos, nisi quæ cognoscit, oportet ergo ei manifestare illa, quorum remissione consequi optamus Deducūt etiā confessionem esse de iure diuino: Si n. tribunal remittēdi iure diuino erectum est, eodem iure confessio & manifestatio peccatorum iniungitur. Ex hoc habetis Auditores, necessitatem & vtilitatē pœnitentiæ, sacerdotis dignitatē, & authoritatem, vt nemo de spe salutis possit diffidere. Si dignitatem aspicitis: Est primò nuncius Dei altissimi qui excitat ad bellum, Mal. 2. *Labia sacerdotis custodiunt scientiam & legem requirūt ex ore eius, quia Angelus Domini exercituum est.* Ideo figuratur per gallum in templi summitate. Secundò, est os Christi cibatum, & cibat corda fidelium, & est persona publica totius Ecclesiæ, 1. Cor. 10. *Vnus panis, & vnum corpus multi sumus.* Tertiò, est medicus animarum discernēs vulnera peccatorum. Eccl. 38. *Honora medicum propter necessitatem.* Item est Cācellarius Dei sciens secreta, in quo maior homine, par Deo. Item habet potestatem reges facere & consecrare, sed omnes reges mundi non possunt vnum sacerdotem facere. Honorauit eos itaq; Dñs primò sic. Secundò, honorauit illos in temporalibus: quia illa quæ sibi Deus reseruauit, vt Decimas, oblationes & testamēta gratis illis contulit pro sustentatione, cùm alios homines laborare oporteat, pro sustentatione corporis: Illis prouidit Deus, vt Deo quietiùs seruiant in spiritualibus. Eccles. 7. *Honorifica sacerdotes & da eis partes, sicut mandatum est tibi:* hoc aūt sancitum fuit in lege naturæ. Gen. 14. Abraham dedit decimas Melchisedech sacerdoti. Secundò in lege Mosis Leu. vlt. *Omnes decimæ terræ, siue de pomis arborum, siue de frugibus, Domini sūt.* Tertiò, in lege Prophetica. Mal. 3. *Inferte omnem decimam in horreum, vt sit cibus in domo mea.* 1. Cor. 9. *Qui altari deseruiunt, cum altari participant.* Sed nunc nō habet a [illegible] sacerdotis, nisi qñ necessitas est eius opera. Et Domini & Laici non tantū non dant q debent, sed & q habet sacerdos vel religiosus auferunt, non putantes, q Deo ignominiam aut iniuriam faciant. Tertiò, honorauit eos, immunitates conferendo, ita vt nemo sæcularis, ēt rex super eos habeat iurisdictionem. Vnde Dñs dixit ad Moisem & Aaron: *Benedicam benedicentes vos, & maledicam maledicentes vos.* Sed iam non curatur. Quartò, Quia commisit eis animas fidelium, Iudith 8. *Vos qui presbyteri estis in populo Dei, ex vobis pendet anima eorum.* Imò commisit eis Ecclesiam sanctam, & Christus diligit Ecclesiam magis quam seipsum, vt scribit Chrysost. & ideo nunc etiam dat ei corpus in cibum & sanguinem in potum, & post hanc vitam dat se in cœlo in præmium. Hanc commisit sacerdotibus cum omnibus sacramentis. Math. 5. *Vos estis lux mundi.* Et sicut mundus nihil esset sine luce, sic Ecclesia sine sacerdote. Quintò, Quia vult vt discretè obediatur eis loco suo. Luc. 10. *Qui recipit vos, me recipit. Qui vos audit, me audit, qui vos spernit, me spernit.* Deuter. 17. *Qui superbierit, nolens obedire sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat Domino Deo suo, ex decreto iudicis morietur homo ille.* Sextò, Dando eis potestatem remittendi peccata & retinendi. Septimò, quia vocantur angeli in scriptura Malach. 2. *Labia sacerdotis, &c. quia Angelus Domini,* Angelorum est ministrare. Hebr. 1. sic sacerdotum. *Sic nos existimet homo.* 1 Corin. 4. Secundò angelus est purus, sic sacerdotes. Isaiæ 52. *Mundamini qui fertis vasa Domini.* 1. Cor. 6. *Nescitis quoniam membra vestra sunt templum Spiritus sancti.* Tertiò, Angeli admonent homines per bonam inspirationem: sic & sacerdotes. Quartò, Angeli quotidie Deum laudant: sic & sacerdotes sub peccato mortali horas dicūt. Octauò, Quia aliqualiter similis est beatissimæ Mariæ Virgini, Sicut enim illa concepit per quinque verba: *Fiat mihi secundum verbum tuum.* Sic sacerdos per quinque verba conficit corpus Christi. Et sicut immediatè post consensum sanctissimæ Mariæ Virginis fuit totus Christus in vtero: sic immediatè post prolationem verborum transsubstantiatur panis in verum corpus Christi. Secundò, Sicut Maria post partum Christum portauit manibus: sic & sacerdos post consecrationem leuat Christum, & manibus tractat, & ad infirmos portat. Tertiò, Sicut Maria sanctificata fuit in vtero. Psalm. 45. *Sanctificauit tabernaculum suum altissimus.* Sic & sacerdos prius consecratur & ordinatur. Nonò, honorauit eos super Angelos. Primò, quia inter plerosque angelos vnus ad vnius animæ custodiam deputatus est, sed sacerdos ad plurium, Hebr. 13. *Obedite præpositis vestris, & subiacete eis, ipsi enim peruigilant quasi rationem pro animabus vestris reddituri.* Secundò, Angelorum est Deum videre, Matth. 18. Sed sacerdos tractat, & cùm hoc simi

Sacerdotū potestas creandi consecrādiq; reges.

Cum discretione sacerdotibus obediendum est.

Sacerdotes honorat supra Angelos.

quod nulli angelorum vnquam datum fuit, item quoad consecrationem minimus sacerdos plus potest, quam maximus angelus in cœlis. Atteode etiam quod retinere peccatum est iudicare indignum & non idoneum peccatorē absolutione propter ipsius indispositionem, quia nō qualis debet, accedit, quod ad eandem potestatem pertinet. Nulla quidem peccata retinentur propter se, cùm omnia sint remissibilia, & nullum ab hac potestate eximatur; Sed irremissibilia sunt ꝓpter ipsos peccatores ideo dicit. *Quorum non remiseritis* Ergo magnum gaudiū magna dona huius diei, gaudeamus & lætemur & Deo agamus gratias.

Thomas autem vnus ex duodecim qui dicitur Didymus, non erat cum eis, quando venit Iesus.] August. lib. 3. de consensu Euangel. cap. 25. dic. [Quando illi duo ex Emaus reuersi sunt, & annunciauerunt se vidisse Dominum, tunc exisse Thomam, nec vidisse Christum. Illi enim multis verbis vsi sunt quibus narrârunt, quæ in via gesta erant: at Thomas non expectatis omnibus recessit. Probabile autem est ex incredulitate recessisse, non enim credebat nisi esse deliramenta, sicut in similibus fieri solet. Ea de causa à Domino sua apparitione priuatus est, vt eius incredulitate ab omnibus agnita, medelam ipse solus reciperet, esset q; nobis fidei exemplum efficax, & sibi ipsi humilitatis & pœnitentiæ magnum argumentum. Fuit autem, & est valdè malum à societate bonorum recedere. Primò, recedere à societate est contra naturam hominis, quia homo naturaliter est animal sociabile. Gen. 2. *Non est bonum, hominem esse solum.* & cùm alia animalia sola possint viuere, quia Deus parauit eis victum & amictum, homo multis indiget, quæ vix vnus facere posset. Secundò, quia homo in isto facto diabolum imitatur, qui fecit diuisionem in cœlo, & recessit à bonorum societate. Isaiæ 14. *In cœlum ascendam.* Tertiò, est damnosus primò: Quia homo multa bona percipit in societate, nam recipit Spiritum S. & eius dona, vt patet in die Pentecostes. Item recipit filium Dei & eius dona. Math. 18. *Vbi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo.* Psa. *Ecce quam bonum, & quàm iucundum.* Secundò, Quia multa mala vitat in bona societate & propter societatem, quia diabolus non potest fortiter tenere hominem in catenis peccatorum & suffocare eum propter societatem. Gen. 18 propter quinquaginta imò & propter decem iustos parceret Deus quinque ciuitatibus.

A societate bonorū recedere valdè malum.

Dixerunt ergo ei alij discipuli. Vidimus Dominum. Ille autem dixit eis. Nisi videro in manibus eius fixuram clauorum, & mittam digitum meum in locum clauorum, & mittā manum meam in latus eius, non credam.] Voluit Thomas videre & tangere, vt si visus deciperetur saltem tactus veritatem annūciaret, Isti enim duo sensus visus & tactus minus possunt decipi. Tāta quippe viderat mortis supplicia quod resurrectionis & vitæ argumenta accipere non poterat, nisi ea non solùm visu sed & tactu perciperet. Magna in primis pertinacia Thomæ hæc fuit; Vt enim sine causa rationabili credere leuitatis est. Eccl. 19. *Qui citò credit, leuis est corde.* ita causis & argumentis rationabilibus credendi adhibitis, fidem non habere, pertinaciæ & obdurationis vitium est; Audierat Thomas & testimonium acceperat Christi resurrectionis à Magdalena, à mulieribus, à Petro, à duobus discipulis, à decem Apostolis cæterisque simul discipulis, audierat ab ipso Christo. *Post tres dies resurgam*, non tamen credidit, vt à pertinaciâ excusari infidelitas sua nullâ ratione possit. Sed nec sola infidelitas fuit, dum dixit: *Non credam*, nec sola pertinacia dum tot testātibus incredulis perseuerauit, sed etiam quædam superbia, qua cæteros contempsit, dic. *Nisi videro.* q.d. vos citò credidistis eum resurrexisse, quia vidistis, oportebat mittere digitum in loca clauorum, & manus in latus & probare an verum esset corpus, ego enim sic faciens credam, nec mihi solum videre sufficiet. Nisi enim hæc fecero, etsi videro vt vos vidistis minimè credam. Superbia fuit imprudentiæ & leuitatis, discipulos omnes testificantes arguere. Similiter etiam quædam irreuerentia in Christum dum se iudicat dignum, quod digitum & manum mittat in loca clauorum aut vulnerum ipsius. Vulnerum autem meminit, vt rectè annotat Theophilus, quia audierat à cæteris habuisse Christum vulnerum cicatrices. Narrarunt enim ei hæc se vidisse, vt ad fidem illum attraheren. Præterea dic. *Nisi videro.* Perpende autē verborum expressionem & accumulationem, qua maior significatur pertinacia & incredulitas. Non enim satis iudicauit digitum mittere in vnum locum vnius claui, sed in omnia loca clauorum mittere volebat, & insuper manum etiam in latus, & rursus non alterius digitum, aut manum, sed suam. Euangelista morbi grauitatem exactè describit, non vt Thomæ notam infamiæ inurat, sed tum vt resurrectionē Dominicam confirmet; Si enim qui tam pertinaciter negauerat eum posteà videns & tangens credidit, & cōfessus est, nemo iam de resurrectione Dominica nisi rationis inops dubitaret; tum vt medici clementia & virtus in sanando agnoscatur. Peccatum hic in Thoma fuit infidelitas, q̄ diuinæ fidei opponitur quod Christi verbum eius responsū significat, dic. *Noli esse incredulus, sed fidelis* q.d. hactenus non fuisti fidelis, sed incredulus. August. serm. 159. de tempore, dic. *Manus quærebat & latus, & dum curiosus existit in vulnere, mortē incurrit in fide, voluit Dominus vt videret ne in incredulitate animam perderet.* At hæc infidelitas fuit cum quadam pertinacia, obstinatione, superbia & irreuerentia.

Omnium sensuum duo, visus & tactus, minus decipi possunt.

Verborum accumulatione maior intellecta pertinacia.

Iam videamus quæ sint illa, quæ non credidit Orig. l. 2. contra Celsum dic. Thomam non negasse vidisse discipulos, quod affirmabant, sed illum quem viderunt fuisse Christū in corpore vno suo resuscitatum; Nam sciebat animas aliquā apparere in corporibus & proprias formare voces, & tū non esse corpora vera, sed apparentia, nec esse veram resurrectionem, sed apparentem: talem existimabat hanc Christi manifestationem, ideo dicebat se velle tactu ipso veritatem corporis probare: non igitur negauit Apostolos vidisse quæ narrabant, sed Dominum ipsum esse in suo corpore resuscitatum. Verè hoc ipsum Apostoli à principio, quando viderunt Dominum, arbitrati sunt. Dicitur enim Luc. 24. *Existimabant se spiritum videre.* vnde audierūt, *Palpate & videte.* Præterea eius infidelitatis duæ potissimū sunt causæ: Vna ex parte intellectus, quia non credebat Christi diuinitatem, Si enim credidisset filium Dei verū, qui mortuus erat facilè audiens resurrectionem fidem adhibuisset. Altera fuit ex parte affectus, vt porè tristitia & dolor quo affectus est, quia non adfuit cum cæteris, q̄n venit Dñs: Maluit enim non credens liberare se ab huiusmodi tristitia, quam credens resurrexisse dolore de absentia, propter quam surgentem videre non poterat. Et quamuis dubitetur, quando Thomæ data est potestas prædicandi & remittendi peccata, dicant q; aliqui vt Cyril. lib. 12. c. 56. simul cum alijs absentem accepisse, probent q; exemplo, Num. 11. Eldad enim & Meldad acceperunt donum prophetiæ vna cum alijs septuaginta senioribus, quamuis absentes fuerint in tabernaculo Moysi, manserant enim in castris: Verùm quia potestas hæc data est cum sanctificatione & insufflatione, quæ absenti Thomæ non fuit communicata, cum infidelis erat, probabilius videtur dicere, datam ei fuisse quando videns Dominum credidit; non enim omnia scripta sunt ab Euangelistis.

Animæ ostendunt se, non in veris corporibus, sed apparentibus.

Et nota q̄ 7. apparitiones dictas Bernard. referat ad 7. dona Spiritus S. his verbis: *In septem apparitionibus quæ post resurrectionem factæ leguntur, septem illa dona Spiritus S. possumus inuenire. In prima spiritū timoris accipe, quando venientibus mulieribus sanctis, descendit Angelus è cœlo, & terræmotus factus est. ita quod ipsæ timore perterritæ oportuit ab Angelo consolari. In spiritu pietatis apparuit Simoni: quia magna omninò & verè Domino Iesu digna pietatis dignatio, quod ei quasi singulariter & ante cæteros dignatus est apparere quē præ cæteris de negatione sua rea conscientia confundebat. In spiritu scientiæ duobus pergentibus in Emaus exposuit scripturas à Moyse incipiens. In spiritu fortitudinis clausis ianuis intrauit, ostendens manus & latus sicut solent in signū virtutis clypeorum foramina demonstrari. In spiritu consilij frustrà in piscatione laborantes mittere ad dextram rete consuluit. In spiritu intellectus aperuit eis sensum vt intelligerent scripturas. In spiritu sapientiæ die quadragesima eis apparuit, quādo videntibus illis elevatus est, quia tum sapientia cœpit dilatari.* Videtur tū oēs apparitiones misericordiæ diuinæ fuisse, si eas examinas: Misericordia fuit, q̄ Magdalenæ ad monumentum flenti apparuit & consolatus est, & sic de alijs. Expende etiam quòd cùm Thomas non habuerit ista dona septē, nec istas septem apparitiones, octauo die omnia simul acceperit. Sed libet

Septem apparitiones, totidem signāt Spiritus S. dona.

hic

hic paulò latius in hæc verba. *Vidimus Dominum*, expatiari. Inter sensus quidem melior non est visus, & in omnium rerum gloria non est nisi claritas, lux, visio. Ex nihilo cum De⁹ creasset omnia, superinduxit duo luminaria, vt creata cognoscerentur, & ita hominem creauit videntem, cui ostendit & subiecit omnia. Quid enim illa totius vniuersi gloria fuisset, si nulla lux manifestasset, aut si homo non vidisset? itaque post omnia creauit hominem, hinc gloriatur Dauid Psalm. 8. *Quoniam videbo cælos tuos.* Sed quantum malum sit cæcitas vel tenebræ, quis est qui nesciat? Tobiæ 5. *Quale gaudium mihi, qui in tenebris sedeo.* Et cæcus in via clamans petit, *vt videam.* Dicit autem Paulus Hebr. 11. Rom. 1. quod per ea quæ visibilia sunt, inuisibilia debeamus cognoscere. Et sic ex iis creatis quæ in terra sunt, creatorem nostrum, & ea quæ diuinæ aut cœlestis gloriæ & gaudij sunt. Per claritatem lucis natiuitatis Christi gaudium fuit manifestatum, & ibi omnes clamant vidimus, tam pastores, quàm Magi & alij. His diebus etiam Apostoli & mulieres gratulantur sibi per hoc, quia *Vidimus Dominum.*

Quod verò Thomam concernit, dicitis, iam est antiqua historia & trita de infideli Thoma, quid est quod nobis illam repetas, scimus illum fuisse incredulum. Sed ô infœlices auditores, si ita arguitis, iste tantum per octo dies defecit, non credidit, extra congregationem fuit, quando istæ apparitiones fiebant, vos autem per totam vitam aliqui & per totum sæculum non creditis, aut tepidè, aut non vultis credere, manetis superbi, obstinati, irreuerentes, erga Christum & in plurimis, omnes deficientes, blasphemi, vsurarij, adulteri, fornicatores & huiusmodi malitia inquinati. Quotus quisque enim vestrum est, qui non videat Dei authoritatem, & quid inde? Isaiæ 6. *Vidi Dominum sedentē super solium excelsum, & plena erat omnis terra maiestate eius.* & 3 Regum 22. de Michæa qui dixit regi Iosaphat: *Vidi Dominum sedentem super solium.* & Psalm. 65. *Venite & videte opera Domini terribilia.* Si autem videt, quare Deum non timet, non reueretur, non amat in suis magnis operibus? Quis nō videt Dei benignitatem, quam habuit in carnis assumptione, redemptione, & in omni eius clementia. Exod. 3. rubus ardebat, non comburebatur, sic est de Dei benignitate. Quis non videt Dei humilitatem & patientiam? Isaiæ 53. *Vidimus eum, & non erat aspectus.* Et nunc quoque quam longanimis quàm patiens. Quis Dei seueritatem & iustitiam non videt, Deuter. 42. *Videte quod ego sum solus, & nō est alius Deus præter me. Ego occidam & viuere faciam.* Quis fœlicitatem illam & eminentiam non videt? cuius intuitiua visio est tota merces, nunc per fidem, postea à facie ad faciem. Genes. 32. Quis Sanctorum illorum fœlicitatem in cœlestibus? Psalm. 22. *Credo videre bona Domini in terra viuentium.* Numer. 33. Vidit Balaam Israël in tentoriis, & dixit: *Quam pulchra tabernacula tua Iacob?* & Psalm. 83. *Quam dilecta tabernacula tua Domine.* Ista auditores, ista quotidie videtis, auditis, experimini, tangitis, imò palpatis, olfacitis, gustatis, & quis est qui Deum agnoscat, colat, amet, sequatur, gaudeat de viso Domino, & suis operibus, beneficijs, longanimitate, misericordia, & de omnibus suis donis & gratijs? Vidit vtique Thomas Dei authoritatem, quia dicit: *Dominus meus, & Deus meus.* Benignitatem, quia iterum & propter se Thomæ apparuit. Humilitatem & patientiam quia se tangi in vulnerum cicatricibus passus est. Seueritatem, quia ille dixit: *Noli esse incredulus, sed fidelis.* Nam longè minus loquebatur Iosepho per Angelum: *Noli timere*, & beatissimæ Mariæ Virgini: *Ne timeas.* Vidit societatis fœlicitatem, quia vidit & audiuit quæ Apostolis erant collatæ gratiæ. Et si tanta claritas est Christi resurgentis, & tale gaudium, talis amor, quid erit in cœlis? Quousq; Auditores, ista non consideratis? Nec ita arguatis Thomam, solent enim in Perspectiuis vnu oculo vti aut medio. Sic Thomas in perspicienda diuinitate, vtebatur vtroque, ideo non assequebatur, quod volebat. Et ad candelas positi sæpè duæ candelæ vel duæ res videntur apparere: Et oculus existens in aëre turbulento, non videt nec percipit turbulentiam in qua manet, quando verò ad clarum aërem venit benè videt: Sic Thomas erat in tenebris dubius. Aër etiam videtur minor, tenuior, & res quæ in grosso medio: Sicut aqua videtur grossior & propinquior & inde est, quod baculus quamuis sit rectus & perfectus, si pars aliqua est in aqua, videtur tractus vel tortus. Visus fallitur per radiorum reflexionem, vt est in speculo & aqua, & nunquam verè iudicatur vt de visione recta & nuda.

Thomas autem contemplabatur adhuc humana, & non quæ dixerat Christus ante, quæque Apostoli. Ex puteo videntur astra die, quia in aëre grosso videtur illud quod est in medio raro. Videmus & per ocularia, & sunt vbique defectus, sed Thomas non habebat ocularia, nisi quando illi Christus illa apposuit, vt tangeret & videret. Qui sunt in frigore, qui lachrymantur, non possunt benè videre, aut hominem statim cognoscere; Thomas erat frigidus in fide, tristis propter Christi mortem, sublato frigore & lachrymis vidit Dominum, & sic multa similia possunt accommodari. Dixi vobis prius Auditores, quod multa Dei opera & beneficia videatis & obstinati maneatis: excusationem autem habere non potestis, Quare? quia ad veram Dei cognitionem possumus venire multis modis. Primò, Naturali cognitione, sicut & Philosophi. Psalm. 4. *Signatum est super nos lumen vultus tui Domine.* Rom. 1. *Qui cùm Deum cognouissent, non sicut Deum glorificauerunt, sed euanuerunt in cogitationibus suis.* de quibus Isaiæ 1. *Væ genti peccatrici, & populo graui iniquitate, semini nequam & filijs sceleratis. Bos cognouit possessorem suum, & asinus Dominum suum. Israel autem me non cognouit, & populus meus non intellexit.* Secus fecit sanctus Thomas, quem vos arguitis. Secundò, Gratię infusione. Sicut homo in splendore cognoscit colores differre ab inuicem, sic per eam cognoscit creatorem à creatura, Psalm. 35. *In lumine tuo videbimus lumen.* Ephes. 5. *Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino, vt filij lucis ambulate.* Tertiò, Reuelatione Angelorum, vt factum est mulieribus. Et per gratiam & tactum & visum sanctus Thomas peruenit ad gratiam Dei cognoscendam. Quartò, Humana eruditione, Psalm. 43. *Auribus nostris audiuimus: patres nostri annunciauerunt nobis opus, quod operatus es in nobis,* scilicet, creationis, gubernationis, redemptionis, glorificationis. Quot sunt qui Deum in prædicatione cognoscunt? Pauci admodum. Psalm. 35. *Noluit intelligere vt benè ageret.* Quintò, Creaturarum consideratione. Rom. 1. *Inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur.* Sap. 13. *à magnitudine speciei & creaturæ cognoscibiliter poterit horum creator videri.* Sextò, Scripturarum inspectione. Ioan. 5. *Scrutamini scripturas in quibus putatis vos habere vitam æternam, quæ testimonium perhibent de me.* Et de Christi morte & resurrectione scriptum erat. Septimò, Miraculorum operatione. Ioannis 5. *Si opera non fecissem quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent, nunc autem excusationem non habent de peccato suo*, scilicet, infidelitatis. Hoc in sancto Thoma imitamini, vt à via iniquitatis transeatis ad viam veritatis, aut notate illud quod dicitur Iob 10. *Si impius fuero, væ mihi est.* Dauid autem Psalmo 118. *Auerte oculos meos, ne videant vanitatem*, & sic de omnibus peccatis cogitandum: alias dicitur illud Ieremiæ 26. *In terra sanctorum iniqua gessit, non videbit gloriam Dei.* & Isaiæ sexagesimo sexto: *Non videbit gloriam meam.* Isaiæ trigesimo octauo: *Non videbo Dominum Deum in terra viuentium.* Quid aliud consolari poterat patres, è limbo eductos, & Apostolos, & omnes, quàm *Vidimus Dominum*, quid nos aliud deberet consolari, quàm *videre Dominum*, quid erit autem in cœlo, in æternū, *Videre Dominum?*

Et post dies octo iterum erant discipuli eius intus, & Thomas cum eis: Venit Iesus clausis ianuis, & stetit in medio, & dixit eis: Pax vobis.] Ecce per integros octo dies permansit incredulus & diutius mansisset, si Dominus ad eum venire distulisset, sed maior clementia & in suos amor extitit Saluatoris. Propter vnum enim hunc & incredulum & pertinacem iterum dignatus est apparere, eademque imò maiora suæ resurrectionis argumenta facere. Maius enim fuit digitum Thomæ in loca clauorum, & manum eius in latus mitti, quàm tantùm se videndum exhibere. Attendendum est autem Dominum non propter solum Thomam venisse, quem absens suâ virtute potuisset conuertere, sed propter nos etiam, vt suæ resurrectionis in incredulo &

Nostri sæculi hominum incredulitas comparata cum B. Thomæ incredulitate.

1. Cor. 13.

Hominum in agnoscendo Deum cæcutientia.

Thomas incredulus adhuc humana contemplabatur.

Per infusionē gratiæ creatorem à creatura cognoscit homo.

Dominum videre, summè optandum.

pertinaci discipulo esset ex nobis relinqueret & præberet argumentum. Octaua igitur resurrectionis die discipulis domi vna cum Thoma congregatis, clausis ianuis iterum apparet, & in medio eorum stat, solitaque sua pace salutat, vt adhuc in hac repetitione similis apparitionis idem esse agnoscatur. Dicitur autem, *Post dies octo*, quia ad occasum octaui diei & in eius fine apparuit. Attende quod octonarius numerus est, quo pœnitentiam nostram reparamus, & sunt ista octo necessaria. Horror culpæ, spes veniæ, timor pœnæ, contritio, confessio, satisfactio, Dei amor, & proximi zelus vel compassio. Octonarius etiam octo beatitudinum perfectam excellentiam tradit. Reperitur & octonarium resurrectionis, quo salutem possumus optare, & sic per octonarium designatur futura resurrectio, quæ in octaua ætate continget, vbi beatæ animæ gloria æterna perfruentur, & Deo dedicantur, & desponsantur, Et Salomon octo diebus celebrauit dedicationem; hic autem post octo dies, cùm reliqui omnes celebrassent resurrectionem per octo dies. Item ritè recuperantur & hospitantur, vt hodie in Thoma. vt de quolibet beato possit dici illud 4. Regum 24. *Suscepit eum rex anno octauo*. Item lætè quietem capiunt. Leuit. 23. *Die octauo erit sabbatum*, id est, requies. Numer. 29. *Die octauo qui est celeberrimus, omne opus seruile non facietis in eo.* Lautè festum agunt. Leuit. 23. *Dies octauus erit celeberrimus*. Remunerantur. 2. Paral. 7. *Fecit die octauo collectam, eo quod dedicasset altare.* Salutantur & visitantur, vt hodie, quæ omnia cum S. Thoma possunt accommodari. Animaduerte quod dicantur fuisse *Intus*. Verè enim interiora cordis nostri vt conscientia, intentio, affectio, cor ipsum & voluntas debent sanctè seruari, ne diabolus ingrediatur, possessionem capiat, aut qui intus sunt conclusi, quoquo modo turbet. Est autem conscientia quæ intus est, & quæ erat apud Apostolos, & quæ conseruabat Apostolos, locus secreti & meditationis. 1. Regum 24. *Dauid & viri eius in interiori parte speluncæ latebant*. Et de sancta anima dicitur, Cant. 4. *Quam pulchra es amica mea, oculi tui columbarum absque eo quod interius latet*. Est etiam locus gratiæ & inspirationis, quia Spirit⁹ S. inspirat interius & non exterius. Ezech. 10. *Nubes impleuit atrium interius*. Est dulcoris & dilectionis; Vera enim dilectio est interius, non extra in Spiritu sancto, non in carne, in meditatione legis diuinæ, non in degustatione temporalis dulcedinis. Roman. 7. *Condelector enim legi secundum interiorem hominem*. Est virtutis & roboris. Robur enim virtutis venit ab intus non ab extra. *Det vobis virtutem corroborari per spiritum eius in interiori homine*. Ephes. 4. Est locus amoris & inflammationis. Psal. *Concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardescet ignis*. Est locus honoris & exultationis, quia ibi est regimen & habitatio summi regis. Lucæ 17. *Ecce regnum Dei intra vos est*. Est stuporis & admirationis, quia interius in corde est, habitatio mirabilium operum Dei viui. Marc. 16. *Plus magis stupebant intra se*. Est doloris & compassionis maximè mortis Christi. Leuit. 16. *Inferat sanguinem hirci pro peccato occisi*, id est, Christi intra velum. Est locus laudis & exultationis. Psalm. 102. *Benedic anima mea Domino, & omnia quæ intra me sunt, nomini sancto eius*. Est locus clementiæ & miserationis, & sic præcipitur mulieri. 4. Regum 4. *Ingredere*, inquit, *& claude ostium; & cùm intrinsecus fueris mitte oleum in omnia vasa*, id est, in omnes pauperes effundes oleum pietatis. Est puritatis & emundationis. Plaga enim non curatur, nisi ab intra fæces emundentur. 2. Paral. 19. *Extulerunt omnem immunditiam, quam intus repererunt*. Est sanitatis & renouationis. 2. Cor. 4. *Licet is qui foris est homo noster corrumpatur, is tamen qui intus est renouatur de die in diem*. Est veritatis & contemplationis. Vnde de sanctis hominibus dicitur Apoc. 4. quod *in circuitu & intus plena erant oculis*. Est paupertatis & humiliationis. Vnde de altari dicitur. Exod. 27. Quod intrinsecus erat concauum, & inane, concauitas enim & inanitas significant voluntariam paupertatem. Est locus asperitatis & macerationis: quia omnia superflua ab isto intus per pœnitentiam sunt abradenda, Vnde de domo leprosa dicitur Leuit. 14. quod intrinsecùs debebat abradi per circuitum. Optimè ergo discipuli dicebãtur esse intus, licet etiam Thomam venisse, & sic postea Christum, & ibi intra egisse. Sunt etiam quidam boni interius, sed non exterius qui forte aliquam maculam contrahunt vel contraxerunt. Quidam boni exterius non interius vt hypocritæ. Quidam interius & exterius. Quidam nec interius nec exterius.

Octonario numero nostra pœnitentia reparatur.

Conscientia quæ intus est, locus meditationis intelligitur.

Psalm. 38.

Plaga non curatur, nisi à fæcibus intus emundata.

Nota etiam quod *Intus* significat Ecclesiæ habitationem, de qua potest dicere quilibet Ecclesiasticus, illud Ezech. 43. *Eleuauit me spiritus, & introduxit in atrium interius, & ecce repleta erat gloria domus Domini*. Et hoc in Euangelio, *cùm fores essent clausæ, venit Iesus*, id est, quando discipuli, id est, fideles sunt intus in Ecclesia, in vnitate charitatis & fidei congregati constat quod Deus ipsos visitat atque iuuat, & tunc in atrio interiori militantis Ecclesiæ manifestatur, quando ibi promoti & Spiritu S. eleuantur & promouentur & introducuntur.

Intus, notat Ecclesiæ habitationem.

Deinde dicit Thomæ: Infer digitum tuum huc, & vide manus meas, & affer manum tuam & mitte in latus meum.] Est digitus veræ cognitionis, & iste propriè est digitus fidei; Quia sicut in digito latet vis cognitiua & pulsus & dispositionis corporis apprehensiua; Sic fides est ille digitus, quo mediante veritates rerum cognoscimus, & sine cuius tactu & actu omnia salutaria ignoramus. Vnde hodie dicitur, *Infer*. Hæc argumenta illi exhibita nostræ fidei sunt confirmatio. Et factum est etiam propter ipsius Thomæ vtilitatem; Tanta enim Domini clementia confusum fuisse, magnamque & profundam humilitatem concepisse certum est. Attende etiam verba: Ex vna enim parte veram suam resurrectionem ostendit dum se præbet tangendum & digito ac manu contrectandum: Ex altera parte probat suam diuinitatem, dum omnia nosse manifestat, & verba & incredulitatem cum pertinacia Thomæ non ignorasse declarat, quasi dicat. Scio te dixisse ex incredulitate, *Nisi mittam digitum meum*. Fiat ergo sicut dixisti, & cesset tanta incredulitas.

Et noli esse incredulus, sed fidelis.] Mitte ergo digitum, & fac quod vclis. Feci quod meum est, ecce me palpandum exhibeo, fac ergo quod tuum est, & noli veritati resistere. sed ad fidem cor tuum conuerte. Verba hæc sunt cuiusdam suauis & paternæ admonitionis, sunt etiam efficaciæ diuinæ. Nam interius cor monebat vt crederet, Ipso enim interius non mouente affectum & illuminante cor, nec ipse exterior ad persuadendum sufficeret tactus. In admonendo autem miro vtitur artificio: Prius argumentum veritatis adhibet & postea reprehendit; Qui enim veritatem concepit, admonitionis capacior est. Estque magna reprehensio ignorantem in sui erroris & peccati cognitionem inducere. Propterea. Paulus 2. Tim. 4. priùs peccatum ex ignorantiâ censet conuincendum peccati & postea increpandum. *Argue* inquit, *obsecra*. Cum autem dicit *Noli esse incredulus*, voluntariam eius infidelitatem ostendit, q. d. Hactenus fuisti incredulus quia voluisti; habebas namque vnde posses credere, non autem credidisti quia noluisti: at modò noli esse iam incredulus, quando argumenta habes, quia tu ipse perijsti. Adhuc maior infidelitas est apud hæreticos impios, qui volunt Christum in sacramento palpare & videre, non credunt Scripturis, signis, miraculis, & nihil credunt quod in S. Ecclesia creditur, imò derident & execrantur, sed aperientur aliquando oculi eorum vbi Deum videbunt, quem blasphemarunt non miserentem, sed iudicantem & damnantem, sic sunt qui non credunt vsuram aut luxuriam & similia esse tanta peccata, aut Deum tam seuerum & similia.

Verba, Noli esse incre. sed &c. sunt admonitionis paternæ.

Hæreticorum infidelitas summa.

Respondit Thomas, & dixit ei: Dominus meus, & Deus meus.] q. d. Tu es verè Dñs meus Christus, tu etiã es verus Deus ideo, Dñm vocat propter humanam naturam, Deum propter diuinam. Vtrumq; enim confitetur. Ex affectu aũt magno appellat suum, vt d. Ambr. in Ps. 43. Attende Thomam his verbis tacitè incredulitatem suam & ipsius causam præcipuam confiteri, q. d. Non credidi prius, quia nesciebam te esse Deum meum: at nunc credo te esse Deum, quia surrexisse te video. prius, quia non credidi tuam diuinitatem, negabam resurrectionem: at nunc videns resurrectionem, confiteor tuam veram diuinitatem. His verbis confitetur Thomas nõ solùm surrexisse Christum, sed seipsum suscitasse. Dum enim eius diuinitatem credit & confitetur à seipso suscitasse affirmat, vt docent Hilar. l. 7. Trinit. & Ambros.

Meus dictum ex affectu magno.

biul. in Ps. 43. Notat etiam ibidem Ambr. dum Dominum eum appellauit, eum esse redemptorem confessum fuisse, & rectè: quamuis n. Christus vt Deus, sit Dñs omnium per creationem, & vt homo Dominus etiam omnium per vnionem hypostaticam, cũ iure redemptionis singulare quoddam habet dominium in omnes eius sanguine redemptos. Plus ergò Thomas affirmat & confitetur, quam prius negauerat. Resurrexisse n. negauit, at nunc & resurrexisse, & per seipsum suscitatum, hominumq; redemptorem esse clarissimè pronunciat. Sic tu homo in articulis fidei, noli multum disputare de Ecclesia, suaq; potestate & authoritate, & de ijs quæ ad salutem sunt. Vide antiquitatem, vnanimem consensum patrum, scripturam, signa & miracula, & si nõ potes capere, subde intellectum tuum & te Deo, & dic: Dominus meus & Deus meus, illi credã, nec disceptabo cum illo, potest. n. ea facere, quæ mẽs humana nequit cõcipere, nedum exprimere. Vide etiã ò mortalis, si vt est, Dñs tuus & Deus tuus, cur carni, sanguini, mundo, diabolo, peccato, libidini, Tyrannidi, vsuræ, & similib. te subijcis, illi sunt Domini tui, caro dominatur, pecunia dominatur, sed non sunt Deus tuus, illi hic imperant, tibi damnant. Deus sit Dñs tuus, hunc vt Deum ama, audi, cole, adora, vt Dominum tuum, & dabit tibi gratiam & benedictionem hic, & gloriam in futuro. Neq; contra Deum facias, quia princeps, aut Dñs tuus aliud iubet, aut ne amittas fauorẽ, gratiam, opes, bona & similia, hic est Dominus tuus, hic est Deus tuus, nec habebis Deos alienos.

Dicit ei Iesus: Quia vidisti me Thoma credidisti.] Ne Thomas se efferret tantã confessione, sed in humilitate permaneret, & vt omnes qui venturi erant fideles, Christus in fide instrueret & confirmaret, hæc verba respondit. Quia vidisti, q. d. Vera est tua fides & laudanda ac probanda confessio. Sed ne te magnum aliquid fecisse glorieris, quia credidisti, quia vidisti & contrectasti. (Visus n. vt Augustinus d. pro omni sensu generaliter accipitur.) Sensu ergò prius expertus es resurrectionem, quam proferres tam iam confessionem. Quia vidisti meam humanitatem resurgentem, credidisti diuinitatem in ea latentem. Magnum profectò hoc est, tamen vidisti prius & argumentum habuisti, maius esset, si antequam vidisses, id confessus fuisses. Verba sunt cuiusdam approbationis. Veram n. fidem Thomæ probat: *Credidisti*, inquit, quo verbo vt Cyrill. lib. 12. cap. 59. Christus verus esse Deus confirmatur; Non. n. fidem Thomæ repulit nec reprehendit, sed acceptauit se Dominum & Deum esse. *Credidisti*, inquit, Sunt etiam cuiusdam reprehensionis verba. q. d. Non rectè fecisti, quod tamdiu credere distulisti donec videres, debuisti prius credere, quando audisti resurrectionem meam.

Nota quòd Thomas duo hic confessus est. Vnum est resurrectio Domini, quæ confessio non ex fide, sed ex experientia procedebat. Videbat enim viuum, quem mortuum esse sciebat; ex hoc necessariò colligebatur ipsum resurrexisse; Non ergò hoc fide credebatur, nec meritum in hoc asserendo erat, ideò Marc. vltimo dictum est. *Iis qui viderant eum resurrexisse à mortuis, non crediderant*, Vidisse dicuntur resurrectionem, non credere, qui Christum viderant. Alterum, quod CHRISTVS Deus sit, & seipsum suscitârit. Hæc autem confessio ex fide erat. Non enim oculis patebat, nec experientia comprehendebatur, sed fide tenebatur, non solùm quia non videbatur, cùm nec ipsa resurrectio oculis esset conspicua, sed quia non colligebatur necessario ex eo quod videbatur. Non enim ex eo quod aliquis à morte ad vitam reuocatus videtur, necessario deducitur. quod ille seipsum suscitârit, aut quod Deus sit & homo, sicut necessario inferebatur, si viuus erat post mortem, ipsum resurrexisse: Ideò Thomæ fides vera fuit fides, laudabilis & meritoria, quia credidit quod sensibus non parebat, nec quod ex ijs quæ sentiebantur, necessariò deducebatur. Hoc tamen imperfectionis in ea fide fuit, φ Thomas non credidit, nisi quia expertus est resurrectionem. Fuisset autem perfecta, si credidisset verbis Apostolorum, antequam vidisset Christi humanitatem. Qui enim credit propter signa, quamuis vera sit eius fides, minus tamen habet meriti, quàm si simpliciter credat, tantoq; magis reprehensione dignus fuit Thomas, quanto magis habuit, antequam vidisset, testimonia sufficientia & argumenta credendi, & non credidit. Simile est illud Ioan. 4. *Nisi signa & prodigia videritis, non creditis.* Ex his facile est sententiam Domini intelligere. *Quia vidisti, credidisti*, nõ dicit, quod vidisti credidisti: Eius enim quod videtur, non est fides, Sed quia vidisti me credidisti, Vnum vidisti, aliud credidisti, sed φ credidisti, non aliter credidisti, quàm compulsus experientiâ eius, quod vidisti, cùm potuisses & debuisses prius credere, quàm videres. Vera est igitur fides, sed modus quo ad eam peruenisti, imperfectus est. Fides itaq; est eius φ non videtur, & adhuc illius φ non deducitur necessario ex ijs quæ videntur. Qui enim latentis ignis fumum videt, ignem non videt, tamen non fidem, sed scientiam quandam aut experientiam eius habet, quia fumus certum signum & argumentum ignis est.

Aduerte quòd multi credunt Catholicam fidem, quia ibi educati sunt aut aluntur in seruitijs, aut quoquo modo retinentur, si tamen debent rationem dare alicuius articuli fidei, parum vel nihil intelligent, aut non ita aut nihil crederent, si in illis locis non essent. Sunt multi ita etiam pertinaces in iudicio, & extra in conuersatione, qui nisi à gemino ouo, vt dicunt, Troianum bellum deduxeris, non credent, sed omnia facilè semper negabunt. Potest & hoc obijci falsis iudicibus, & qui causis dijudicandis aut promouendis adsunt: Quia vidisti, quę tibi promisi munera, vt me adiuuares, alterum deprimeres, credidisti, φ satisfaciam tibi, alias me non respexisses. Sed malè vident nunc, peius in inferno.

Beati qui non viderunt, & crediderunt.] Commendat fidem venturorum, qui non videntes resurrectionem, vtrumq; simul, non vnum per alterum, sicut Thomas fecit, crediderunt, Vbi enim minus est experientiæ & argumentorum, ibi fides maius habet meritum. Sensus ergò est: Beati, qui non videbunt & credent. Vsus autem est præterito Euangelista secundum phrasem Hebræam. Non negat B. Thomam, qui credidit, quia vidit, Nam fides ipsius laudabilis & meritoria fuit; sed in hoc futuros affirmat beatiores, qui cùm non viderint, credent.

Attende hæc duo valdè esse distincta: Vidit ac credidit. Et quia vidit, credidit; Hoc enim posterius significat argumentum & experientiam esse causam credendi, illud autem simul esse cum fide aliquam experientiam aut cognitionem, quæ ex argumentis & rationibus procedit. Argumentum non minuit meritum fidei, nisi quando propter argumentum creditur, nec aliter crederetur. Maior enim est fides eius & præstantius meritum, qui credit simpliciter non propter rationes aut argumenta, quia magis captiuatur intellectus, & est promptior obedientia voluntatis: At qñ aliquis habet argumentum aut rationem eius quod credit, tamen etiamsi non haberet, crederet, nec argumẽtum est causa credendi, tunc dicitur videre & credere, nec propter argumentum aut rationem minuitur fidei meritum. Thomas autem credidit non solùm videns resurrectionem, sed quia vidit, & nisi vidisset non credidisset; Propterea in hac parte minus habuit meriti eius fides, quã habuisset, si antequam vidisset, credidisset. Et hoc idem de fide discipulorum, qui non crediderunt, nisi viderunt, dicendum est. Hoc tamen Thomas habuit minoris meriti, quia testificatoribus cæteris Apostolis, nihilominus non credebat. Ex altera parte tamen facta est recompensatio, quia perfectam Christi diuinitatem, quando vidit resurrectionem, credidit, & confessus est.

Neq; dicat aliquis, nos ergò beatiores sumus Thoma, & nostra fides perfectior, quod exemplo manifestatur. Sint duo qui accedunt cuidam Domino seruituri, vnus mercede, alter amore: qui mercede accessit, diligentissimè & ingenuo animo inseruiuit, qui verò gratis, non item. Si vtriusque obsequia conferas, vtique prior postponendus est, & minus laude dignus, quantum ad meritum & modum accedendi, tamen absolutè laudabilior est, & omnino præferendus propter egregiam officij persecutionem, & propter affectum, & obsequiorum magnitudinem.

Ita etiam quamuis Thomas inferior sit in accessu

In articulis fidei ad argumentum de Ecclesia... [margin note, partly cut]

Visus generaliter pro omni sensu.

S. Thomæ fides vera.

Multi credentes fidei Catholicã, vix aut nunquam intelligunt aliquem fidei articulum.

Hæc duo, Vidit & credidit, inter se valde distincta.

Alicui domino seruiens mercede, præferendus amore, & gratis seruienti.

ad fidem tamen & illustrior & constantior, multoq; perfectior fides eius facta est, ideò absolutè nobis est beatior. Neq; ex hac sententia inferas cum hæreticis: Ergò fides sola facit beatos: Non.n. fides cæteris virtutibus & operibus confertur in hac sententia, nec comparantur his, qui credunt, illis qui operantur; Sed hi qui credunt videntes, his qui non videntes credunt, & beatiores in hoc sunt posteriores prioribus: Non tñ propterea solam fidem ad iustitiam, quæ beatitudo dicitur, sufficere sequitur: Nam etiam dictum est, *Beatus qui timet*. Et, *Beatus qui sperat in Domino. Beatus qui miseretur*, tamen nec solus amor, nec sola spes, nec sola misericordia iustum faciunt aut beatum. Solet.n. scriptura, quando non multa concurrunt, singulis per se id tribuere, non quod singula sufficiant, sed quod singula sint ad id consequendum necessaria.

Verborũ. Quia vidisti, credidisti, &c. explicatio.

Est & alia explicatio illorum verborum, *Quia vidisti. Beati qui non viderunt*, cuius sensus est talis: O Thoma, quia vidisti me, id est, humanitatem meam, credidisti meam resurrectionem, meq; resurrexisse, quod prius noluisti credere. Beati q me non videntes, crediderunt tamen à mortuis resurrexisse, dictisq; prædicantium fidem adhibuerũt. Quibus verbis significare voluit Dominus Thomam nõ fuisse beatum, nec habuisse meritum in eo, q credidit Christum resurrexisse, eos verò beatos fore, ac meritum habituros, qui cùm non viderint, credent. In Thoma.n. resurrectionem credere non ex fide, sed ab experientia procedebat: at in futuris fidelibus ex verâ fide, per quam iustificatio fit, futurum erat. Verbum ergò credendi generaliter accipitur, pro eo q est assensum præbere, siue fiat ex fide, vel ex scientia, vel ex experientia. Sic sumitur Iacob. 2. *Tu, inquit, credis, quia vnus est Deus: & Dæmones credunt & contremiscunt*: ideò non satis est, si relictis multis Dijs, vnum Deũ verum confitearis, quia & dæmones credunt, & per hoc non sunt iusti. Et hoc etiam verbum Thomæ confirmat, q. *Nisi videro, &c. non credam*, q.d. Si hæc secerò credam, id est, assentiar & fatebor eum resurrexisse, quamuis non iam fides, sed experientia esset futura.

Ex his vide quomodo Dñs Thomam certificauit septẽ modis. Primo solet alicui credi simplici verbo, ergò maximè Christo, Fidelis.n. Deus est q mentiri nequit, & ipse est ipsamet veritas. 2. Tim. 1. *Scio cui credidi, & certus sum*. Sic Dñs ante passionem dixit discipulis suis, *Filius hominis crucifigetur, & tertia die resurget*. Secundo, Iuramento. *Iurauit.n. Abrahæ*. Heb. 6. *promittens Deus*, Et quia neminem inuenit maiorem, iurauit per semetipsum. Luc. 1. *Iusiurandum quod iurauit*. Iurauit autẽ se daturum & nobis & pro nobis, Nec tñ hunc Thomas credidit. Tertio adhibet testes omni exceptione maiores, sc. martyres & Apostolos, q capita sua posuerunt pro fidei assertione, & ita per mortẽ suam testimonium dederunt. Act. 1. *Eritis mihi testes in Ierusalem, & in omni Iudæa*. Et de vno maximo teste dicitur. Io. 1. *Hic venit in testimonium, vt omnes crederent per illum*. Vnde quia isti testes concordant, maximè eis credendum est. Et habuit testimoniũ ex suis proprijs operib. Io. 5. *Opera quæ ego facio, ipsa testimonium perhibent de me*. & Io. 10. *Si mihi non creditis, operib. credite*. Nec hoc fecit Thomas, sed qñ dixerunt discipuli, *Vidimus Dominum*, sic & sic intrauit, statim dixit, Non credam præsentiã Christi & reliqua: *Nisi digitum*. Quarto, Dando pignus, sc. in Baptismate. 2. Cor. 6. *Deus dedit nobis pignus Spiritus S.* sc. quo pignore de immortalitate certi sumus. Perdiderunt autẽ illud pignus Apostoli, sed posteà in die Pentecostes recuperantes, facti sunt firmi in fide. De lege autẽ pignoris est, qui primo pignus amisit, promissum non habebit, & quanto pignus melius est debito, tanto magis obligatur promittẽti. Spiritus S. melior est vitã æternã promissã, quanto creator melior creatura, ideò exigetur ab illis qui perdiderunt illud, & quia non erunt soluendo, ideò damnandi perpetuo. *Mutuabitur peccator, & non soluet*. Psal. 36. Hoc pignus acceperat in baptismate Thomas, vnde tanto spiritu dixerat: *Eamus & moriamur cum illo*: ideò rursus addit arrhas, quæ sunt pax cordis, & delectatio in Spiritu Sancto, quæ sunt arrhæ vitæ æternæ. Rom. 8. *Nos ipsi primitias spiritus habentes*, id est, inter nos gemimus adoptionem filiorum Israël expectantes. Sexto, literis. Ita Christus reliquit quatuor patentes, id est, quatuor Euangelia, quæ quotidie in solatium expectantium leguntur in Ecclesia filijs Ecclesiæ. Sicut autẽ homo delectatur habens bona priuilegia, ea sæpè audiendo, & attendit ad singula puncta; sic nos audiendo Euangelia. Sicut literis Papæ vel Imperatoris fit inclinatio, & datur osculum sigillo, & discooperitur caput: sic nudato capite & inclinato, audienda sunt Euangelia, cũ osculo libri ob reuerentiam. Sicut appenditur sigillum pro maiori firmitate; sic crux ponitur in fine Euangeliorũ in fronte legentis & audientis, quia omnia terminãtur ad passionem. Alias patẽtes adhuc habet, quinq; vulnera, quæ vidit Thomas. Septimo, Obside semetipso. Etenim Mat. vltimo, *Ecce ego vobiscum sum vsq; ad consummationem sæculi*. Quando obsides sunt nobiles, & pro magno debito tenentur, tenẽt illis societatem eundo ad Ecclesiam & redeundo. Sic vos deberis facere, comitari Eucharistiam quocunq; portatur. Et sic fecit Thomas sequendo Christum vsq; ad mortem. Et sicut illis qui in possessionem intromittuntur, dantur claues, vel funis, vel aliquid horum, quod ad illud pertinet. Sic Dñs se dedit d. *Mitte manum*. & tunc credidit, & vidit vbi esset clamans, *Dominus meus, & Deus meus*. Et accepit à Christo credentiales literas, ad omnes gentes ad quas venerit, sicut reliqui Apostoli cum plenipotentia. *Sicut misit me pater*. Itaq; magna in illis, magna abundantia lætitiæ, quocunq; vos vertitis, quæcunq; in Euangelio consideraueritis.

Præsentis Dominicæ nomina mysterijs & gaudijs plena.

Sed & hæc Dominica duo nomina habet, mysterijs & gaudijs plena. Primo dicitur reconciliationis: Nam sicut in veteri testamento filij Israël per agnum paschalem recõciliabantur Dño, & inimici eorum submersi sunt in mari rubro, de quo filij Israël multum gauisi, cœperunt cantare cãticum nouum, Ex. 15. Sic nunc & nos recõciliati sumus per esum agni paschalis, id est, corporis Christi, & Ægyptij, id est, diaboli submersi sunt in mari rubro, id est, sanguine Christi, de quo nouũ canticum decantemus Deo, sc. Halelu-iah, quod licet per octauam cantauimus, tñ hodie duplicatur ad significandum duo acta in reconciliatione, sc. adoptionem gratiæ & gloriæ, sed simhalelu iah repetitur propter duplicem gloriam, sc. corporis & animæ. Ibi enim erit pax perfecta. Leu. 16. *Dabo pacem in finibus vestris*, id est, potentijs, ibi ratio non habebit errorem, nec memoria obliuionem, nec voluntas prauam affectionem. Ibi erit plenum gaudium, & tunc verè gauisi erunt discipuli. Secundo, dicitur Dominica in albis; quia in primitiua Ecclesia nuper baptizati ambulauerunt in albis vestibus; sic & nos quia nuper baptizati sumus in aquis lachrymarum, & tinolis pœnitentiæ, ergò hodie in albis conscientijs apparere debemus, de quo hodie introitus Missæ. 1. Pet. 2. *Quasi modo geniti infantes*, sc. viuatis, & *rationabiles sine dolo lac concupiscite*, sc. diuinæ dulcedinis, non crassum cibum peccati. Hoc etiam petit Ecclesia in collect. 1. Sed quid hæc omnia dicerem Auditores, vt intelligatis, vt credatis, vt gaudeatis, vt fructum faciatis.

Festa paschalia celebrare habẽs. Ecclesia desideria compleat.

Si autem vultis ritè celebrare festa paschalia, nõ in cibo, potu, aut mundana lætitia, sed in albis cõscientijs vestris, tunc oportet vos exempla & desideria Ecclesiæ cõplere. Quæ sunt illa: Primo & notate bene. Primo dico, Oportet mundum fugere, sic canitur in hodierna Ecclesiæ *Epistola* scripta, 1. Ioan. 5. *Omne quod natum est ex Deo, vincit mundum*, id est, blandimenta & vanitatem mundi. Nondum incepistis, nihil profecistis. Secundo, oportet mortem meditari: hoc docet Euangelium: *Cùm sero factum esset*, Sero est meditatio mortis & finis, hoc enim maximè retrahit hominem à peccato ne recidiuet. Ecclesiast. 7. *Memorare nouissima*. Tertio, oportet sensus refrenare, & tangitur in textu. *Fores essent clausæ*, id est, sensus exteriores & interiores, Interiores, scilicet cogitatio, memoria & imaginatio. Quarto, Frequenter orare vt hi discipuli congregati, Matthæ. decimo octauo, *Si d*[illegible]*x vobis consenserint super terram de omni re quam petierint, fiet illis à patre meo*, & ita insufflantur à Spiritu Sancto, si illi non efflauerint ignem odij, iræ, blasphemiæ, & exaudientur. Quinto, Deum timere. Ecclesiast. secundo, *Fili accedens ad seruitutem DEI, sta in iustitia & timore*. Ecclesiast. primo, *Timor Domini expellit peccatum*. Ecclesiast. decimo quinto, *Qui timet Deum, faciet bona*. Et in Euangelio dicitur, *propter metum Iudæorum*.

Christi literæ patẽtes, Euangelia 4.

Sexto,

Stato, Prauam societatem vitare, quod innuitur in hoc quod Christus nulli malo post resurrectionem apparuerit: Sic vos si verè resurrexistis cum Christo, conuersemini cum bonis. Septimo, Verbum Dei attentè audire, vt mulieres ab angelo, & discipuli à Christo, qui in apparitione aperuit illis sensum, vt intelligerent scripturas. Octauo, Passionis Dominicæ recordari, quod Christus innuit ostendendo manus & latus, id est, cicatrices vulnerum reseruatas, & manus apertas ad donandum nobis, ad excipiendum nos, ad iuuandum nos. Sic equidem dispositi possumus hodie corde & voce canere: *Hæc dies quam fecit Dominus, exultemus & lætemur in ea. Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in sæcula misericordia eius. Pascha nostrum immolatum est Christus. Epulemur in azymis sinceritatis & veritatis.* Et iterum: *In cælestibus regnis sanctorum habitatio est. Halelu-iah, & in æternum requies eorum.* Halelu-iah, Halelu-iah.

Sua passione recordandum Christus innuit ostendendo cicatrices vulnerum suorum.

Laus DEO, *& Beatissimæ* MARIÆ *Virgini, & omnibus Sanctis.*

FERIA QVARTA POST I. DOMINICAM PASCHATIS.

Surgens Iesus primo manè Sabbathi, apparuit primo Mariæ Magdalenæ, de qua eiecerat septem dæmonia,
Marc. 16.

NOn obscurum erit vobis, Auditores, quarè hæc Dominica elapsa dicta sit, *Reconciliationis* & *Quasimodogeniti*, & *In Albis*, illud enim illo die declaratū est. Quia per mortem Christi reconciliati sumus, & *Quasi modo geniti* nos per Baptismū, vt sicut in illo candidam vestem accipimus, & candelam albam: ita solliciti esse debemus, vt alba veste semper cingamur. De baptismo Ioannis & Christi alibi fusius diximus, De nostro autem feria sexta præcedente, vt præparentur ad baptismum nondum baptizati. Est enim Baptismus in aqua & rectè institutus, quia aqua conuenienter repræsentat diuinā gratiam, vel ex communi vsu, vel quia sponte fluida est & humida & perspicua: ita in baptismo fit mitigatio concupiscentiæ, ablutio culpæ, illuminatio animæ. Homo peccando tria mala incurrit, imo malitiam, ignorantiam & concupiscentiam, à quibus in baptismo liberatur, quāuis peccati fomes maneat in nobis ad exercitiū. Est autem multiplex baptismi effectus. Primus est, efficit membrum Christi, eius sanguine aspergi, passionem eius sacratissimam & resurrectionem participare, atq; in filios adoptiuos regenerari, qui prius eramus filij perditionis, & per Spiritum S. depositâ vetustate, quotidie renouamur in cognitione & amore Dei, quæ abundè in nos effudit, id est, ad omnium peccatorum remissionem & copiam virtutum. Per remissionem peccatorum [illegible] potestate tenebrarum, per copiam virtutum [illegible] regnū filij Dei. Per remissionem peccatorum incipimus non esse,

Baptismus rectè in aqua institutus.

quod fuimus, Per copiam virtutum incipimus esse, quod non fuimus. Secundus est, donari, perfundi & imbui Spiritu S. quo regenerantur, qui baptizantur, in nouum hominem, fiuntq; filij adoptionis, Galat 3. Tertius, ascribi regeneratos, vt iam filios effectos, in hæredes Dei & cohæredes Christi, de quo Tit. 3. *Secundum suam misericordiam.* Saluos nos facit per lauacrum regenerationis, &c. Quartus, fomitis repressio. Paulus ad Rom. *Vetus homo noster simul cum Christo crucifixus est*, id est, fomes peccati & veteris Adæ reliquiæ. Quintus, imprimit characterem, qui dicit quandam assimilationem & configurationem ad Christum, & ille est indelebilis, & significat gratiam, & distinguit ab his, qui non sunt de grege. Sextus, aperit ianuam paradisi. Septim⁹, quia efficit membra Christi, & eius filios. Ioan. 1. *Dedit eis potestatem.* Et quia Ecclesia sollicita est de hoc, non immeritò hodie Euangelium de Maria Magdalena legitur, est. n. sexus fœminei deuotus, & de liberis Christo educandis, & de eius cultu conseruando anxius. Sed & in Baptismo omnia ejciuntur dæmonia per exorcismum & abrenunciationem. Lætatur itaq; Ecclesia de reconciliatis, regeneratis & candidè vestitis filijs, lætantur arbores & terra albis floribus, vt correspondeant. Prolongat autem Ecclesia solēnitatem, gaudium Resurrectionis, quia explicari non possunt, quid enim audiuimus aliud per totam octauam, nisi breuiter omnia dici: Christus dicit, *Resurrexi. Pax vobis. Egò sum, nolite timere.* Apostoli. *Vidimus Dominum, surrexit Dominus verè. & apparuit Simoni.* Angeli, *Surrexit, non est hic.* Mulieres, *Vidimus Dominum. Surrexit Dominus.* Itaq; visus est, manifestauit se, sicut hodie apparuit primo Mariæ Magdalenæ. Et quia hodiernum Euangelium cum prioribus coincidit, illud paucis explicabimus

Euangelium de Maria Magdalena cur hodie lectum

EVANGELIVM.

S*Vrgens Iesus mane prima sabbathi, apparuit primo Mariæ Magdalenæ.*] Maria amaritudine plena, æstuans amore, & nesciens quid aliud deberet facere, quia sine magistro nō poterat viuere, nec ibi eum inueniebat, vbi eum quæreret, ignorabat ea feruore & constantia, quia vis amoris nec sedere nec iacere sinebat. Lamentans Dominum suum, hinc inde ferebatur, quæ verè illud Dauidicum dicere poterat: *Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie vbi est Deus tuus.* Et flendo obtinuit, quicquid voluit, flendo obtinuit veniam peccatorum, flendo obtinuit fratris resurrectionem de faucibus inferorum, flendo obtinuit consolationem de resurrectione Christi, Ita vt angelus illi soli & non immerito dixerit: *Maria quid ploras?* Monumentum prætereà mysticè, est corpus Dominicum, ad quod accedere nemo debet, nisi vna sabbathi, id est, in pace & quiete pectoris, & valde diluculo, id est, cum feruore. Manè. n. significat feruorem quærendi, vel diluculo, id est, excussis vitiorum tenebris per dilucescentem gratiam, portans aromata operationis & bonæ famæ, Qui aliter accedit, caueat sibi ne iudicium manducet & bibat.

Monumentum, corpus Domini mysticè

Nota etiam diluculum comparari statui gratiæ, vel sanctitati, quia in diluculo tenebræ deficiunt, & lux oriri incipit, In statu. n. gratiæ tenebræ erroris & peccati deficiunt, & lux veræ cognitionis suboritur. Et sic per diluculū intelligitur fides, quæ est principium diei veræ cognitionis, pœnitentia, quæ est principium bonæ conuersationis, diligētia quæ est principium bonæ operationis. De fide dicitur Thr. 3. *Noua diluculo, multa est fides tua.* De pœnitentia. Ps. 77. *Reuertebantur diluculo, & veniebant ad eum.* De diligentia. 4. Reg. 6. *Consurgens diluculo minister Dei egressus est*, Et tale diluculum obseruauit diligentissime Magdalena. In statu mundanæ prosperitatis est diluculū, id est, inceptio quædā temporis, sed non permanet. Iob 7. *Visitas eum diluculo, & subitò probas illū.* Et vt in diluculo solent nebulæ abundare, q̄ quandoq; in fructibus multas corruptionis inducunt: Sic in diluculo mūdanæ prosperitatis, nebula erroris & peccati abundat, quæ corruptionē cogitationum & sensuum spiritualiter operatur Soph. 3. *Diluculo surgentes, corruperunt omnes cogitationes suas.* De quo illud Ionæ 4. *Præparauit Dominus vermem ascensu diluculi in crastinum & percussit hederā, & exaruit.*

Diluculū statui gratiæ comparatum.

In di-

diluculo enim prosperitatis vermis, id est, mors à Domino aliquoties præparatur, per quem hædera, id est, vitor iuuentutis, & statusetiam sæcularis amœnitatis exsiccatur. Quod Maria Magdalena bene experta est, vnde monetur Epistola Dominicæ, & hodierna, Hebræorum decimo tertio.

In statu iuuentutis est diluculum. Sicut autem diluculum est prior hora diei, in qua incipiunt aues modulari, arbores operari, flores aperiri: Sic verè tempus iuuentutis non est, nisi initium vitæ nostræ, in quo debemus incipere modulari per diuinæ laudis executionem, operari per bonorum actuum inchoationem, aperiri per bonorum desideriorum affectionem. Sicut enim viator, nisi diluculo incipiat iter suum, vix aut nunquam potest diætam suam adimplere: Sic homo nisi à iuuentute incipiat bene operari, vix poterit ad complementum virtutum attingere & venire. Ideò Marc. 1. de Ioanne dicitur: *Diluculo consurgens, egressus abiit in desertum, ibiq; orabat.* Sic tu consurge de lecto prosperitatis & carnalitatis, Prou. 11. *Bene consurgit diluculo qui quærit bona.* & sicut aues diluculo de nido exeunt, cantant, & ad quærendum pastum circumuolant, sic tu ad pastum gratiæ & gloriæ tibi procurandum. Multi autem surgunt diluculo in iuuentute bene facientes, sero dormiunt, & male finiunt dies suos. Arbor enim quæ in principio multum fructificat, citò desiccatur, quia humor à malis, qui arborem debet nutrire, transit in fructum, vnde Prouerb. 20. *Hæreditas, ad quam festinatur in principio, in fine benedictione carebit.* Non sic charissimi, sed cum bono intellectu & continuatione à diluculo iuuentutis carnalitatis decessetis. Et hæc bene conueniunt huic septimanæ *quasimodo geniti*, vt qui denuò nati sunt, sciant quid faciendum sit post Baptismum, in religione, in via, quam ambulant. Quia Eccles. 39. dicitur: *Iustus cor suum tradet ad vigilandum diluculo ad Dominum, qui fecit illum, & in conspectu altissimi deprecabitur.* Volitetis ergò sursum diluculo contemplando. Psalm. 138. *Si sumpsero pennas meas diluculo. Et si ascendero in cælum, tu illic es.* Oretis Dominum pro criminibus vestris, & aliorum. Psalm. 118. *Oculi mei ad te diluculo*, vt non alio vertantur, & vanitatem videant. Immoletis Deo diluculo bona opera faciendo. Iob 1. *Surgensq; diluculo offerebat holocaustum.* Prædicate populo simplices instruendo. Ierem. 32. *Verterunt ad me dorsum, & non faciem, cum docerem eos diluculo.* Et de Apostolis Actorum quinto, *Intrauerunt diluculo in templum, & docebant.* Ita diluculo ad Dominum venias, & cum illo vsque ad mediam noctem, cum ad nuptias venerit, permaneas.

De septem dæmonijs eiectis dicit Gregorius in homil. De Maria autem hic Marcus septem dæmonia eiecta testatur. Et quid septem dæmonia, nisi vniuersa vitia significant, Quia enim septem diebus omne tempus comprehenditur, rectè septenario numero vniuersitas designatur.] Theophyl. autem septem dæmonia, septem virtutibus spiritus contrarios dicit, vt spiritus absque timore, absque sapientia, absque intellectu, & quæcunque alia dona Spiritus Sancti opponuntur. Hieronym. Et autem, quia eiecerat septem dæmonia, primo manifestat, quia meretrices & publicani præcedent synagogam in regnum cæli, & latro præcessit Apostolos. Beda. [In principio etiam mulier inductrix culpæ viro fuit, nunc quæ mortem primo gustauit, resurrectionem primo videt, ne perpetui reatus apud vos viros opprobrium sustineret, & quæ viro culpam transfuderat, transfudit & gratiam.] Rectè autem hæc mulier, quæ lætitiam Dominicæ Resurrectionis prima nunciauit, à septem dæmonibus curata memoratur, ne quisquam dignè pœnitens de admissorum venia desperaret, & vbi abundauit peccatum, superabundasse gratia monstraretur.

Apparuit primo.] Apparuit Simoni Petro, apparuit Mariæ Magdalenæ, apparuit & nobis. Sicut enim ignis quando in se est inuisibilis & non potest apparere, sed quando alicui terrenæ materiæ incorporatur sicut aëri, ligno, ferro, tunc videtur sensibiliter & apparet, Sicut patet in flamma, carbone, ferro ignito: Sic Deus qui de sui natura humano sensu non potest percipi nec videri, nec hominibus apparere, quia *Deum nemo vidit vnquam.* Ioan. 1. Ideò voluit alicui corporali materiæ, id est, humanæ naturæ coniungi, & sic factus est visibilis. Ideò dicitur. Genes. 9. *Apparebit arcus meus in nubibus, & erit signum fœderis inter me & inter terram.* Arcus diuinæ iustitiæ, scilicet filius, quo mediante Deus pater sagittabit in iudicio peccatores, *in nubibus*, id est, in purissimæ humanitatis carnibus, seu in virginis visceribus fuit signum, quod pacem inter cælum, id est, Deum patrem & terram, id est, humanum genus reformauit, & eos ad inuicem confœderauit. De tali apparitione potest dici illud verbum 2. Reg. 1. *Apparuit homo die tertio veniens de castris Saul veste consissa.*

Apparuit ergò Deus quatuor modis. Primò, in Incarnatione Saluatoris nostri apparuit homo. Tit. 3. *Apparuit benignitas & humanitas Saluatoris nostri DEI.* Sicut enim ex impressione radiorum solarium in nube rorida, humida & aquosa, generatur Iris, quæ tandem sensibiliter apparet: sic ex impressione & infusione radij diuinitatis, in vtero gloriosæ virginis, quæ ad modum nubis per pietatem tota fuit resoluta, humida & aquosa resultauit Iris, id est, Christus Dei filius incarnatus, qui in hoc mundo sensibiliter apparuit, visibilis & mortalis. Et sicut Iris duobus cornibus tangit terram, in medio autem tangit cælum, ita quod cælum & terram videtur inuicem colligare: Sic cùm Christus habeat tres partes, id est, tres Naturas, diuinitatis, animæ & corporis, cùm vna istarum tangit cælum, id est, patrem, & cum duabus terram, id est, peccatores, scilicet animæ & corporis. Nam quantum ad diuinitatem est similis Deo patri, quantum ad corpus similis hominibus mortalibus, quia in eo est in similitudinem factus, & *habitu inuentus vt homo* Philip. 2. Et ideò cælum & terram videtur coniungere, quia incarnatus coniunxit, reconciliauit & concordauit Deum & peccatores, & cælum, id est, diuinitatem & humilitatem, Stabilitatem & mortalitatem in eodem supposito copulauit, secundum illud quod canitur, *In se reconcilians ima summis.* Prou. vigesimo secundo, *Pauper & diues obuiauerunt sibi.* Et Psalm. *Simul in vnum diues & pauper.* Et sicut Iris infinitos colores in se continet, quos nullus posset pingere: Sic Christus pictus fuit omnium colorum, motum & perfectionum pulchritudine, & de ipsis tantum etiam habuit, quòd nullus pictor, dictor, lector & prædicator posset illos colores describere vel eloqui. Ezechiel decimooctauo, *Sumpsisti vestimenta tua multicoloria*, & figura est Apocal. decimo, vbi Ioannes vidit vnum angelum amictum nube, & Iris in capite eius, Angelus est Christus, habens nubem humanitatis & Iridem Deitatis. Secundo apparuit veste conscissa, quod est in flagellatione & morte. Psalm. 29. *Conscidisti saccum meum, & circumdedisti me lætitia.* Saccus fuit conscissus per passionem, impletus lætitia per passionem. Tertio, In resurrectione, vel in naturæ renouatione. Sicut enim cinis postquam per ignis conflagrationem transiuerit, alteratur, & renouatur, & in vitrum, quod est splendidum & lucidum, transformatur: Sic caro Christi, quæ prius erat cinerea & mortalis, per ignem durissimæ passionis transiuit, & sic in tertia die renouata, alterata, & transformata per resurrectionem in naturam vitream, id est, glorificatam & splendidam est mutata. Quarto, Apparebit in iudicio, vbi causas omnium definiet & dissoluet, *Veniens*, inquit, *de castris Saul.* Saul enim rex Israël signat Deum patrem, cuius castra & tentoria significant mansiones Paradisi, de quibus Christus veniet ad iudicandum viuos & mortuos. De tali apparitione loquitur. Sap. 6. *Horrende & cito apparebit vobis, quoniam iudicium durissimum fiet.* Apparet iterum nobis sacramentaliter in Eucharistia. Leuit. decimosexto, *In nube apparebit super oraculum.* Potentialiter, vt in iudicio dictum est Ministerialiter, vt in Epiphania Magis, in ministerio stellæ, in miraculo vini & aquæ, conuiuis, in ministerio aquæ apparuit Baptistæ. Et sic apparet quotidie hominibus sua beneficia elargiendo, Erudiendo, Tit. 3. *Apparuit gratia Saluatoris nostri Dei omnibus hominibus, erudiens nos.* Instruendo. 3. Regum 3 Vbi Dominus apparuit Salomoni, eidem sapientiam influendo. Reuelando, Gen. duodecimo, *Apparuit Dominus Abrahæ.* Consolando, Luc. 24. Apparens Simoni, qui erat in desperatione ob negationem. Arguendo, vt duobus discipulis in Emaus.

Apparet Deus 4. modis.

B. Virgo comparata Iridi, seu arcui cælesti.

Christus Iridi comparatus.

Vitri materia cinis.

Rem-

Remunerando. Psal. 88. *Satiabor, cum apparuerit gloria tua.* Aliqui apparent, & non sunt boni, aliqui sunt, & non apparent, quidam non apparent nec sunt, vt de multis exemplificari posset. Ista & similia in tali apparitione, & apparitionis declaratione debetis ô Auditores recolligere. Prætered verus amicus semper apparet in prosperis & aduersis, Sic Angelus Christum in passione à patre missus, sic ille Apostolos & nos consolatur, & apparet nobis. Sed falsus amicus est, qui nec carnem nec ossa habet. Sed si volumus visitari, & vt appareat Dominus, debent conscientiæ nostræ esse mundæ, sicut & ille purus est. Amotis nubibus & nebulis peccatorum per contritionem debemus apparere sacerdotibus, & posteà Christo. Debemus sicut flores apparere in terrâ nostrâ, & sicut sol illuminans, & deponere vanitates vanitatum. Sicut ista omnia in Christo inuenta sunt, & inuenire voluit apud suos Apostolos, quibus apparuit, & adhuc apud Quasimodogenitos, pœnitentes, & ad se conuersos, & talia inuenit etiam apud Mariam Magdalenam, vtinam etiam nos sic inueniat.

Illa autem vadens nunciauit his.] Ecce pronomen toties repetitum. *Illa*, his, qui cum eo, & illi audientes, visus est ab eo, Duobus ex eis, & illi euntes. Magna est differentia inter illum & illos & illas: quia omnis sermo est de illo, scil. Christo, itaque de illo dicemus. Ioannis decimosexto, *Ille me clarificabit, quia de meo accipiet, & annunciabit vobis.* Ille matrem puram seruauit. Ruth 3. *Benedicta es à Domino filia.* Ille cæcos illuminauit. Ioan. 5 *Ille erat lucerna ardens & lucens.* Ille infirmos curauit. Lucæ 4. *Singulis manus imponens.* Ille virtutibus abundauit. 4. Regum 1 *Vir pilosus & zona pellicea accinctus venit* Ille habitauit corpus nostrum aut carnem. Genesis 24. *Quis est ille qui venit per agrum*, Ioan 9 *Ille homo qui dicitur Iesus, sputum fecit ex luto, & liniuit oculos meos, & video.* Lutum enim ex sputo est, corpus ex terra & sanguine. Visitate cum genus humanum, quod cæcum erat, fuit illuminatum. Ille fuit honestissimæ famæ. Ioan. 1. *Erat autem vir ille magnus inter omnes orientales iustus & rectus, ac timens Deum.* Ille tolerauit mortis laborem, 2. Mach. 6. *Ille gloriosam mortem amplectens, voluntarie ibat ad supplicium.* Ille vendicauit cælum ascendendo. Iud. 19. *At ille coniugem suam tempore profectus.* Sap. 3. *Qui confidunt in illo, intelligent veritatem, & fideles in dilectione acquiescent illi.* Et Psalm. *Iustitia illius in filios filiorum, his qui seruant testamentum eius, & memores sunt mandatorum illius ad faciendum ea.* & 2. Cor. 5. *Pro Christo legatione fungimur.* Sicut & Magdalena, & Apostoli hodie, & illi postea semper & vbique. Ille erat claræ conuersationis, Ioann. 5. *Ille erat lucerna*, quod in contrarium multi faciunt dum docent exemplo. Ille fuit charæ dilectionis, quia Deum & proximum dilexit super modum. Eccl. 47. dicitur, Quod de omni corde suo laudauit Dominum, & dilexit Deum, qui fecit illum, & dedit illi contra inimicos potentiam. A Deo etiam fuit dilectus, vt ipse Dominus dicat illud Sap. 8. *Amator factus sum formæ illius.* Et proximum, Gen. 9. *Videbo illum, & recordabor fœderis mei.* Ille fuit magnæ discretionis, Sap. 10. *Iustum deduxit Dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei, & dedit illi scientiam sanctorum, honestauit illum in laboribus, & compleuit labores illius, in fraude circumuenientium illum affuit illi: & honestum fecit illum. Certamen forte dedit illi, vt vinceret & sciret, quoniam omnium potentior est sapientia.* Ille fuit puræ affectionis. Eccl. quadragesimo quinto, *In fide & lenitate ipsius sanctum fecit illum, & elegit illum de omni carne. Audiuit enim vocem illius, & induxit illum in nube. Et dedit illi cor ad præcepta & legem vitæ & disciplinæ.* Ille fuit duræ correctionis & redargutionis, prædicando & puniendo. Eccl. quadragesimo septimo, *In diebus illis non timuit principem, & à potentia nemo vicit illum, nec superauit illum verbum aliquod.* Ille miræ dotationis. Eccl 4. [Timorem & metum, & probationem inducet super illû, & cruciabit illum in tribulatione doctrinæ suæ, donec tentet eum in cogitationibus suis, & credat animæ illius, & firmabit illum, & iter directum adducet ad illum, & denudabit absconsa sua illi, & thesaurizabit super illum scientiam & intellectum iustitiæ.] Ille miræ responsionis. Genes. 43. *At ille respondit, Pax vobiscum, nolite timere.* Sequitur: *At ille clementer resalutatis illis.* Ille fuit fortis orationis. 2. Paralip. 18. *Ille clamauit ad Dominum, & auxiliatus est ei.* Et Lucæ decimo octauo, *At ille multo magis clamabat, Iesu fili David miserere mei.* Ille fuit dulcis compassionis, 4. Regum nono, *At ille fudit oleum super caput eius.* Eccles. 31. *Erit illi gloria æterna, qui potuit transgredi, & non est transgressus.* Et Eleemosynas illius. Ille fuit bonæ operationis, Iacob. 2. *Abraham pater noster nonne ex operibus iustificatus est?* Sequitur, *Fides cooperabatur operibus illius.* Sapient. octauo, *In operibus illius honestas.* Ille fuit altæ contemplationis, 2. Paralip. 24. *Ille conuocatis maioribus ascendit in domum Domini*, id est, in paradisum cælestia contemplando, Actorum primo, *Cumque intuerentur in cælum euntem illum*, &c. *Videntibus illis eleuatus est.* Ille fuit doctæ prædicationis, Marc. primo, *At ille egressus cœpit prædicare & diffamare sermonem*, 2. Paralipom. decimo octauo, *At ille idcirco ait, Audite verbum Domini.* Ille humo certæ locutionis, Sapien. secundo, *Videamus si sermones illius veri sunt*, 2. Corinth. primo, *Non est in illo, Est & non, sed est in illo Est.* Illæ iustæ prælationis, Psalm. *Iustitia illius in filios filiorum.* Eccl. decimo quinto, *Qui continens est iustitiæ, apprehendet illam*, scilicet sapientiam, *& obuiabit illi quasi mater honorificata, & quasi mulier cum virginitate suscipiet illum. Cibabit illum pane vitæ & intellectus*, & multa quæ sequuntur. Ille fuit sanctæ religionis. Vnde ipse videtur fuisse de illis regularibus, de quibus. Galat. 3. *Quicunque hanc regulam secuti fuerint, pax super illos.* Item promptæ subiectionis, Genesis trigesimo, *Tu nosti, quomodo seruierim tibi*, exemplo Abrahæ, & Genes. vigesimo primo, Item gratæ conuersationis, & tutæ saluationis, vel cælestis mansionis Ecclesi. quadragesimo quinto. *Similem illum fecit in gloria sanctorum, glorificauit illum in conspectu regum, & misit illam coram populo suo. & ostendit illi gloriam suam.* Et Sapien. decimo, *Descendit cum illo in foueam, & in vinculis non dereliquit illum, donec afferret sceptrum regni, & dedit illi claritatem æternam.* Hæc & alia nunciauit Maria Magdalena Apostolis & aliis, & hæc & similia de Christo hodie sunt annuncianda, sed & à Christo, tanquam ab illo omnes reliqui, Illi descendunt, dependent, & diriguntur, Illi autem possunt, qui digne sperant in Deo, Sapien. 3. *Spes illorum immortalitate plena est, in paucis vexati, in multis bene disponentur, quoniam Deus tentauit illos, & inuenit eos dignos se* Illi cum Deo se coniunxerunt per charitatem, Actorum duodecimo, *At illi vnanimes venerunt ad eum.* Illi pro Deo cuncta reliquerunt, Matth. quarto, *At illi continuò relictis retibus secuti sunt eum.* Illi de Deo multa prædixerunt, scilicet laudando & prædicando, Actorum vigesimo primo, *At illi cùm audissent magnificabant Deum.* Illi sub Deo multa pertulerunt, Sapien. tertio, *Tanquam aurum in fornace probauit illos, & quasi holocausti hostiam accepit illos & in tempore erit respectus illorum.* Illi à Deo magna retulerunt, scilicet liberationem ab inferno, & possessionem gloriæ paradisi, sicut de liberatione ab inferno & periculis dicitur, Sapien. decimo, *Fuit illis in velamento diei* Ecce ergò quibus nunciauit Magdalena, & de quo, & quid, & quæ etiam hodie, & quibus debemus Christi apparitionem nunciare.

Sed videamus nunc vbi? & quis negabit, quod in Ecclesia? In Ecclesiâ sacrosanctâ, cuius Magdalena figuram gessit, illo debemus prædicare, imò ipsamet Ecclesia depredicat hucusque & semper, Illa rutilat splendore veritatis, Sap. 7. *Super salutem & speciem dilexi eam, & proposui pro luce habere illam.* Illa flammescit ardore charitatis, quia oēs diligit, & ab omnibus debet diligi. Eccl. 4 *Eos, qui diligunt illam, diligit Deus.* Ideò, Sap. 8. *Hanc amaui, & exquisiui eam à iuuentute mea, & quæsiui mihi sponsam assumere eam, & amator factus sum formæ illius, sed & omnium Dominus dilexit eam.* Illa præcellit honore dignitatis. Sap. 7. *Proposui illam regnis & sedibus, & diuitias nihil esse dixi in comparatione illius*, &c. Illa redundat valore bonitatis Ibid. *Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa.* Illa abundat dulcore pietatis, figurata in columba Noë, Gen. 8. Oliua significat pietatem. Illa redolet odore castitatis. Ezech. trigesimo sexto, *Illa terra inculta, facta est quasi hortus voluptatis.* Sap. 8. *In operibus manuum illius honestas sine defectione*, &c. Illa virescit viuacitate, quia per illam datur vita spiritualis & moralis hominibus, Eccles. quarto, *Qui illam diligit, diligit vitam: & qui vigilauerit ad illam, complectetur placorem eius, & qui tenuerit illam, vitam hæreditabit.* Illa

confir-

Abraham iustificatus ex operib. fide cooperante.

De Christo quæ nunciauit B. Maria Magdalena

Mar. Magdalena typus Ecclesiæ.

Oliua symbolum pietatis.

confirmat fecunditate. Eccl. 4. *Qui audit illam, iudicat gentes, & qui intuetur illam, permanebit confidens.* Illa allicit tranquillitate. Sap. 4. *Intrans in domum meam, conquiescam cum illa.* Illa exultat fœlicitate æterna. Gal 4. *Illa quæ sursum est Ierusalem, libera est quæ est mater nostra.*

Illa est, Auditores, illa est sanctissima mater nostra Ecclesia, quæ hæc omnia, quæ principio posui, & nunc ordine recitaui, nunciat, magnificat, prædicat, & nobis inculcat, in hac sacrosancta Ecclesia omnia illa accipimus, & per eam, & in ea salui simus. Et hoc primò per lotionem aut purificationem, quæ fit in Baptismo, Marc. decimo sexto, *Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit.* Et sicut cor est fundamentum vitæ; sic fides est salutis, aut vitæ æternæ. Non potest enim esse aliqua digna baptizatio, vel lotio criminum, nisi fundetur in Catholicæ fidei officio; Ideò bene dicitur Matthæ. vigesimooctauo, *Baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti.* Quinetiam elephantes in nouâ lunâ conueniunt, & ad flumen vadunt, vbi se abluunt, & nouæ stellæ inclinant: Multo ergò magis homines suam sanctam ablutionem quærere & curare debent, Ibi enim est gratia, quæ viuificat. Aqua facit arbores & herbas viuere, sic Baptismus animas. Et ideò Matthæ. vigesimo primo dicitur: *Baptismus Ioannis vnde erat.* Ioannes interpretatur, *In quo est gratia*, ad denotandum, quod ibi abundat gratia cælestis. Item ibi est pœnitentia, quæ purificat, Lucæ 3. cap. *Prædicabat Baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum.* Ibi concurrit Spiritus Sanctus, qui fortificat. Actorum 6. *Vos autem baptizabimini Spiritu Sancto non post multos hos dies.* Sequitur: *Et accipietis virtutem superuenientis Spiritus Sancti in vos.* Ibi subsequitur æterna gloria, quæ salutificat, 1. Pet. 3. *Animæ saluæ factæ sunt per aquam, quod & nunc similis formæ saluos facit Baptismus.*

Baptismi ratio legitima fundata in Catholica fide.

Sic per fidem, & Baptismum quæramus Dominum, cum Maria Magdalena, cum lachrymis & suspirijs, & eiectis dæmonijs, erimus quasi modo geniti, & merebimur, vt & nobis appareat CHRISTVS IESVS, nos hic consoletur, & per pericula huius mundi incolumes perducat, vt ad portam gloriæ æternæ, ad quam Saluator noster iam dudum præcessit, licet nobiscum sit ad consummationem sæculi, perueniamus. Ideò canamus cum Ecclesia: *Quæsumus author omnium, in hoc Paschali gaudio, ab omni mortis impetu tuum defendas populum. Gloria tibi Domine, qui surrexisti à mortuis, cum patre & sancto Spiritu, in sempiterna secula.* AMEN.

Paschale canticum Ecclesiæ.

):(

Laus Deo, & B. Mariæ Virgini, & omnibus Sanctis.

FERIA SEXTA POST I. DOMINICAM PASCHATIS.

In illo tempore, Exierunt mulieres de monumento cum timore & gaudio magno, currentes nunciare discipulis eius, Matth. vlt.

HOdie, Auditores dilectissimi, sicut per aliam iam Paschalem Dominicam canit SS. mater Ecclesia Catholica, Apostolica, Romana, de gloriosa Iesu Christi Saluatoris nostri Resurrectione hymnum in laudē & gratiarum actionē Triumphatori glorioso. Sermone blando angelus prędixit mulierib⁹, in Galilæa Dominus videndus est quantocyus. Illæ dum pergunt concitæ, Apostolis hoc dicere, videntes eum viuere, osculantur pedes eius. Nunc autē & proponit in Euangelio hodierno maius gaudium, quod & ipse Redēptor noster occurrerit illis, non angelus tantùm, quod ille eas suauissimè allocutus est d. *Auete*, monueritq; ne timeant, quod illæ tenuerint pedes eius, cumq; adorauerint, & cōmissionem insignem ad Apostolos acceperint, quantum gaudium, post tam tristia lamenta, quanta Dei benignitas & dilectio, quod illud fuit colloquium, quod osculum, quod gaudium, quis est, qui possit mente concipere Auditores. Est præterea alia exultandi & gaudendi ratio hodie, quia festum lanceæ Dn̄i in Ecclesia sancta celebratur, de quo in Prosa hodierna: *Hodierna festum lucis est solenne vita Ducis pro victrici lancea.* Quare autē Paschali tempore & hodie celebretur, ratio in hymno decantatur: *Paschalis iubilo iuncta sint gaudia, & cum præconijs noua solennia, in hoc tripudio sint in memoria, crux, claui & lancea. Crux apud inferos spoliat Tartara, crux apud superos sanctis dat præmium, & super angelos transmittit Dominum, gaudent regna cælestia, Lancea sæuiens in Dei corpore, & inde proferens aquam cum sanguine, mundum sanctificat, tam sancto flumine, omnes ad aquas currite. Hasta nos armat, vt non succūbamus, clauus nos firmat, vt sic triumphemus, sanguis accendit, vt sic ardeamus igne diuino.* Cuius diei Euangelium in festo S. Longini explicatum est. Tertium, quod nos hodie ad exultandum monere debet, quòd hac die omnes sanctæ reliquiæ in templo corporis Christi nouæ Pragæ, cum maxima solennitate innumeri populi concursu, summaq; deuotione fuerint oculis hominum exhibitæ, de quo in translatione S. Wenceslai fusiùs, vt non tantùm contra Iudæos triumpharit Ecclesia, corrumpere volentes custodes, vt dicerēt furto sublatum corpus Christi, quia ecce linteamina, ecce sudarium, ecce alia quæ in monumento remanserant: sed & contra omnes hæreticos, sacrosanctas reliquias impiè deridentes. Atq; licet & de festo, & de sacris illis reliquijs iam alia est ratio, nihilominus tamen & diuinæ laudis, & auitæ pietatis, non est abolenda memoria. Nos autem huius diei aggrediamur

Christus occurrens mulieribus [illegible]

Paschalis hymnus Ecclesiæ.

Reliquiæ in Pragensi templo solenniter exhibitæ.

EVANGELIVM.

E*Xierunt citò mulieres de monumento, cum timore & gaudio magno, nunciare discipulis.*] De mulierum diligētissima ad monumentum acceleratione superiùs dictum est. Dicit aūt Hier. Duplex mentes mulierum tenebat affectus, timoris & gaudij, & alter de miraculi magnitudine, & alter ex desiderio resurgentis, & tamen vterq; fœmineum concitabat gradum. Sed hic pulchrè prædicatorum conditiones designantur. Prima est, intrare in Christi monumentum. Altera, cito ab eo exire. Tertia, exire cum tremore & gaudio.

Concionatorum conditiones hic pulchrè designantur.

Quar-

Quarta, currere. Quinta, fratribus nunciare. Primo igitur debet prædicator Christi sepulchrũ ingredi, piè & deuotè Christi sanctissimam mortem, passionem, & crucem meditando, q̃ & hodie in colenda lancea Domini fit. Si enim Iudæi attendere ad petram, vnde erant excisi, Is. 51. iubentur, & ad cauernam laci vnde erant præcisi, cur non potius Christiani & maximè prædicatores, ad petrã & laci cauernam, vnde nostra iustificatio & resurrectio manauit, attenderent? Si Moyses stare supra petram, imò in foramine petræ poni præcipitur, Exod. 33. vt legem Domini, quam populo proponat, suscipiat, Exod. 34. Cantic. 2 quanto magis prædicatori intrare in petram sepulchri, imò in vulnera Christi, veræ petræ foramina, præcipiendum erit? Certè Paulus 1. Corinth. 2. Christi mortem diligentissimè recolebat, qui nihil aliud se scire confitebatur, quàm Christum crucifixum. Profectò si defunctus Christus & vulneribus perfossus liber est vitæ, qui legerit in eo, inueniet multa, q̃ prædicet, viuida, efficacia, quæ viuam nostram mortem mortificent, & mortuam nostram vitam viuificent. Secundo, Exire. Dices, melius esse durare in eo, quàm exire. Equidem cum dulce est in Christi monumento habitare, omnis in eo mora breuis est, & cum exire quis inde iubetur, cito sibi exire videbitur. *Fœlix hora*, inquit Bernardus, *sed breuis mora*. Veniat nobis in mentem verbum illud impiorum in inferno, dicentium Sap. 5. *Nos nati, continuo desiuimus esse*, quid ô miseri, non satis vobis longa contigit vita? Cur dicitis. *Nati continuò desiuimus esse*? Certè quia in dolore, sicut omnis breuitas est longissima: ita in gaudio omnis mora est breuissima, & ita existimandum pias has fœminas vehementissimum gaudium in Christi monumento sensisse, cùm exierunt, citissimum sibi exitum visum fuisse.

Docemur ergò prędicatores tanto gaudio & dulcedine in mortis Christi consideratione debere perfundi, vt cũ ab ea diuellimur, citò nobis exire videamur. Tertiò, Cum timore & gaudio magno exire. An non hic audite Deũ tibi videris ore Dauidis clamantem? Psalm. 2. *Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore*, & Paulum ferè idem prædicantem, 2. Corinth. 7. *Vestram salutem cum timore & tremore operamini*. Et rursum, *Gaudete in Domino semper, iterum dico gaudete*. Ergò prædicatores timere iubentur & gaudere, vt quem ipsi timorem & gaudium conceperunt, in auditoribus generent; Is enim verè potest afficere, qui prius ipse fuerit affectus. At Paulus tremens dic. 2. Corinth. 5. *Scientes illum terrorem Domini*, scilicet iudicij extremi & gehennæ, *hominibus suademus*. Audi rursum timentem, 2. Corinth. 11. Timeo ne sicut serpens decepit Euam, ita corrũpantur sensus vestri. Audiuimus timentem, audiamus gaudentem, 2. Corinth. 2. Per Christum abundat consolatio nostra. An non vides Paulum cũ timore & gaudio? sed quia maior est, qui dat gaudium Deus, quàm qui timorem incutit, diabolus: ideo inquit, *exierunt cum timore & gaudio magno*. Porrò timor & gaudium duo sunt pedes, imò duæ sunt alæ, quib⁹ prædicatores non tam currunt, quam volant, vt euntes in mundum vniuersum, Euangelium prædicent oĩs creaturæ De quibus Is. 60. *Qui sunt, qui vt nubes volant, & quasi columbæ ad fenestras suas?* Vno modo prædicator velut cœlestis nubes volans, prædicationis imbribus terram fœcũdat: altero post prædicationem velut antiqua illa columba in arcam Noë reuertitur. Vides prædicatorem vocari volantẽ nubem, & ad fenestram reuertentem columbam. Quæ verò sunt fenestræ in arca, nisi sacra illa foramina petræ, in quibus consistẽs columba sponso pulchra videtur? Habes ergò quàm merito dicatur de fęminis, quod exierunt cum timore & gaudio currentes nunciare fratrib⁹, cursu suo designãtes, quãto feruore & desiderio prædicatores functionem suam exercere debeant. Quod verò inquit, *Currentes nunciare fratribus*, charitatem quã prædicator ad auditores habere debet, demonstrat. Si Christus homines nõ dedignatur fratres vocare, dedignabiturne prædicator? Ergò Christus *vt sponsus procedens de thalamo suo*. Ps. 18. *exultauit ad currendam viam suam*, quo sc. nunciaret nomen patris fratrib⁹ suis, eumq; in medio Ecclesiæ laudaret; ita è recessu suo exeat prædicator, exultans velut heros ad currendam viã suam, quo nomen Dei suis fratribus narret. Si enim prædicatores sunt lux mundi, Mat. 5. & luminaria verbum vitæ continentia; at luces mundi, Sol sc. & stellæ non in aliquo loco desident, nunquam non currunt, vt lucem suam, calorem suũ & influentiæ thesauros terris cõmunicent qualiter quiescẽt? Audi Paulum hæc apertè docentẽ, 2. Cor. 5. *Siue enim mente excedimus, Deo, siue sobrij sumus vobis. Charitas enim Christi vrget nos*. An nõ vides eã charitate, qua vrgebãtur fœminæ illæ, vt Christum fratribus nunciarent, vrgeri Paulum, vt eundem mundo prædicaret? Eadem igitur vrgeri, festinare, & recurrere debent prædicatores, non dantes requiem oculis suis. Ps. 131. donec inueniant locum Domino, tabernaculũ Deo Iacob. Sed & diues in inferno volebat fratribus suis annunciari nomẽ Dei, vt in illum locũ non venirent. Nunc autem, vt horam absoluant, vt laudẽtur, vt promoueantur, clamant prædicatores. quicquid tãdem annuntietur aut efficiatur. Vtinam autem animæ nostræ ita deuoræ, ita expeditæ, ita affectæ essent, vt Christum per omnia loca passionis, & per omnia tormenta insatiabiliter quærerent, & omnia illi accepta facerent per aromata bonorum operum, vt & illis dignaretur apparere, & à timore mundi, carnis, & diaboli securas iuberet.

In Paulo prædicãdo Christum feruor.

Ecce Iesus occurrit illis, dic. Auete, At illæ accesserunt & tenuerunt pedes eius, & adorauerunt eum.] Tenendos mulieribus nunc præbuit pedes, vt intimaret veram se carnem habere, quæ à mortalibus tangi posset. Istæ quidem tenent pedes Christi, quæ in Ecclesiæ typo prædicationis Euãgelicę tenent & merentur excursum, ac si fide astringũt, sui vestigia Saluatoris, vt totius deitatis peruenisnt ad honorem. Illa autem meritò audit, *Noli me tangere*, q̃ in terris deflet Dñm, & sic in sepulchro quærit mortuum, vt in cœlis eum nesciat regnare cum patre. Quod ergò eadem Maria nũc in fidei vertice constituta rãgit Christum, ac tenet toto sanctitatis affectu, nũc imbecillitate carnis & fęminea infirmitate deiecta dubitabat, & tactũ sui non meretur authoris, nõ facit quæstionẽ. Siquidem illud de figura est, hoc de sexu: illud est de diuina gratia, hoc de humana natura, quia nos ipsi cũ diuina scimus, Deo viuimus, cũ humana sapimus, cæcamur ex nobis. Tenuerunt autem pedes eius, vt scirent in capite Christi virum esse, se aũt esse in pedibus Christi, & datum sibi virum sequi, non præire ipsum. Quod autẽ dixerat angelus, dixit & Dñs, vt quas firmauerat angelus, Christus redderet firmiores. Nec hoc quidem nouum est, Christum sæpè non currentibus & non volentibus occurrere. Dictum est enim. *Inuentus sum quærentibus me, palàm apparui ijs qui me non interrogabant*. Isa. 65. & Item, *Tota die expãdi manum meas ad populum non credentem & contradicentem*. Et ipse Christus dixit, *Non vos me elegistis, sed ego elegi vos*.

Maria Magdal. de Christo parites fides & dubi ae.

Fieri igitur potest quod Christus occurrat non currẽtibus, sed fieri non potest, vt præcurrentibus non occurrat. Dictum est enim Prou. 8. *Ego me diligentes diligo, & qui mane vigilauerint ad me, inuenient me*. Item, *Omnis qui quærit inuenit, & pulsanti aperietur*. Beatæ ergò fœminæ quæ currebant, Quarum vnaquæque dicere poterat illud Psal. 58. *Sine iniquitate cucurri & direxi. Exurge in occursum meum Domine, & vide Deus virtutum, Deus Israël* Occurrit Christus sine iniquitate, cum charitate currentibus, & dicit eis, *Auete*. Cũ Dominus occurrit non currentibus, non laborantibus, sed otiantibus. Mat. 20. non eis dicit, *Auete*. Sed dicit, *Ite & vos in vineam meam, quid statis hic tota die otiosi?* Aut dicit. *Venite & faciam vos piscatores hominum* Matt. 4. *Aut, Sinite, vt mortui sepeliant mortuos suos* Luc. 9. At cùm currentibus occurrit, dic. *Auete, nolite timere*. Ita enim cùm in remigando laborãtibus occurreret, Matc. 6. dixit, *Cõfidite, Ego sum, nolite timere*. Vt igitur Christus laborantes ad laborem inuitat: ita laborantes suæ præsentiæ gaudio reficit. *Auete* dicens exhilarat, timore liberans, velut beatos reddit. Dicit ergò pijs fęminis. *Auete*. Tunc illæ rei supra modum nouæ spectaculo illustratæ consistunt, subita religione tanguntur, immensam religionem concipiunt, coram Christi splendore & maiestate cadunt, ad eius pedes procidunt. Si enim Magi coram puero in fœno iacente procidentes, pueriles vagitus adorant: quanto potius familiares Christo, fœminæ coram Christo in patris maiestate fulgente procidentes nõ infantiles lachrymas, sed super cœlestes fulgores adorabunt? Sacri illi senes Apoc. 4. ante sedẽtem in throno procide-

Dominus otiantes inuitat ad culturam vineæ.

cidebant, & in sæcula viuentem adorabant, an nun etiam beatæ illæ Mariæ, subito miraculo perculsæ, ante sedētem in lucis throno venerabundæ cadent, & non iam moriturum, sed in cuncta sæcula victurum trementes adorabunt? Tenent igitur pedes eius, & in eorum oscula charitatis igne succensæ amantissimè ruunt, intelligentes nihil adeò in Christo esse minimum, quod non sit maius maximo nostro, atq; ideo Christi minima, id est, pedes, à maximo nostro, id est à capite esse adoranda. *Piæ fœminæ*, dicit Bernardus quodam loco, *non vnum pedem Domini tenent, sed vtrumque, sicut olim Magdalena tenuerat.* Contra faciunt, qui misericordiæ diuinæ obliti, iustitiæ pedem vnicum tenentes, ob admissa peccata desperatione franguntur, vt Iudas. Sunt alij qui diuinæ iustitię obliti, misericordiæ vnum pedem osculantur, in peccatorum consuetudine perseuerant. Errāt hi & illi: non vnus, sed vterque pes est apprehendendus, vt iustitiæ aspectus confidentiam moderetur, & misericordię consideratio iustitiæ timorem emolliat.

Nec desperandum peccatori, nec Dei misericordia nimis fidendum.

Obserua etiam quare nunc Dominus permittit se à Magdalena tangi, etsi breuiter supra sit responsum. Primo, Negatum fuisse singularitati, quod conceditur charitati. Conceditur Mariæ cum alijs, quod soli erat negatum. Sic te cum sanctis coniunge, si solus audiri non mereris. Secūdo, Magdalenæ minùs reuerentèr negatur, quod fuit adorāti concessum; Primum enim minus reuerenter in amplexus ruens expellitur, quæ postea in pedū oscula procidens admittitur. Tertio, Noluit Christus solus à sola Maria tangi, admonens, quam sint parum tuta virorum cum fœminis priuata colloquia. Nam & ideo Samaritanaad virum vocandum prouocatur. Io. 4. Sed vide nunc, cur dicat Christus, *noli me tangere, nondum enim ascendi ad patrem meum.* Si, quia non ascendit, non erat tangendus, cur deinde à Marijs se tangi permisit? Sed videtur esse sensus, O Magdalena, velles tu nunc pedes meos exosculari, lachrymas ardentis amoris effundere, dulcia miscere colloquia, longam in ea re moram trahere. At verò nunc eius rei opportunitas adest, aliud me negotium vrget. Nam his diebus, quibus non ascendo ad patrem, fundanda mihi Ecclesia mea est, fides collapsa reparanda, regnum inceptum ferè dissipatum, restaurandum, oues dispersæ colligendæ. Res ocyssimè peragenda est, non ergò moras, quas tu desideras, patitur. Vade, vade ad fratres meos, vt eorum fidem erigere incipias. Ergò in summa. Dominus Mariæ dicit. *Noli me tangere*, vt diu mecum persistas. Cum enim nondum ad Patrem ascenderim, negotium aliud nobis agendum est, vade tu, & ego vado, vt fratres nostros reparemus. Et causa fortassis vna etiam esse posset, quod sicut Apostolis prohibuit, ne quem in via salutarent, sic & Magdalenæ præcepit, ne tangeret, ne moras faceret, sed missa tanquam necessaria perageret. Postea verò apparens tribus Marijs, cur sim se tangi permisit, quia forsan nisi tangeretur, fides in illis non firmaretur. Vt ergò certissimè de resurrectione testarentur, tangere permittuntur. Sed quia Dominus curam suorum gerebat vehementem, ideò illico ab adoratione repulsæ, ad Apostolos ire iubentur. Ita enim dicit Dominus: *Ite nūciate fratribus meis, vt eant in Galilæam, ibi me videbunt.*

Cur tangi se non permiserit à Maria Magdal. Christus.

Christus etiam hac sua festinatione facile nos docuit, quantum sit periculum, vel breui mora in peccato iacere, quamque sit omnibus viribus conandum, vt quàm citissime & à peccato commisso exeamus, & peccatores fratres à peccatis abducamus. Præterea videant, qui à Domino visitantur morbis periculis, & similibus, quomodo semper illis dicat, *Auete, nolite timere*, qui & Lazarum resuscitauit à mortuis, & Ionam è ventre ceti eduxit, Ezechię Regi quindecim annos concessit, socrum Petri à febre liberauit, Tobiam à cęcitate, Iobum à suis calamitatibus, & sic alios. Timete autem ne in gehennam trudamini, ne gratia Dei priuemini. Si vici mundum, carnem, mortem, diabulum, & vos potero ego victor defensare. Insuper pedes eius tenuerunt, vt & hoc correspondeat osculo pedis Pontificis impressu, & te membrum, & humillimum fatearis, eique obedientiam & reuerentiam summam tanquam Dei Vicario, præstes. Sic etiam Aue fratri tuo pronuncies, non corde venenum, ore flabellum gerens, aliud corde, aliud ore sentiens Neque ita durè cum proximo; cum fratre mo-

In aduersis Deo nihilominus fidendum.

Salutatio sincera sit.

gas, quin vel salutes, vel te salutes, vel eum Christianum & hominem, sicut te agnoscas, cùm Christus Deus hoc homini faciat.

Quæ cùm abijssent, ecce quidam de custodibus venerunt in ciuitatem, nunciantes principibus sacerdotum Christi resurrectionem, qui pecuniam copiosam custodibus largientes eos ita corruperunt, vt dicerent Christum à discipulis furto sublatum.]O grauissimum & custodum & Pharisæorum peccatum tam manifestè Deo velle repugnare, tam apertè Spiritui S. resistere, Act. 7. viresq; humanas contra diuinam potentiam obijcere. Quid non inuidia, quid non potest auri sacra fames. Hanc si quis malus acceperit, totum mundum euertere conabitur. Miseri fuistis & infælices custodes ad Pharisæos & Pontifices ingressi; Si enim non ad Pharisæos, sed ad Apostolos, vel alios viros probos iuissetis, tantum peccatum forsan euasissetis. At sicut Iudas Pharisæos consultus laqueo vitam commutauit; ita vos ad eosdem ingredientes, animam pro pecuniā relinquetis. O consilium malū consultori pessimū.

Sed aduerte, Dominus permisit corrumpi custodes, & noluit esse testes resurrectionis suæ. Primò, vt intelligeret mundus, quàm esset Pharisæorum obstinata malitia, qui non solùm contra Christi innocentiam insurrexissent, sed nunc contra Dei potentiam insurgunt. Secundò, Noluit ore peruersorum laudari. Repulit hos custodes Dominus, nolens hos iniquos, tanti mysterij fore præcones. Vt enim olim Christus Dominus dæmonum ora frenauit, ne eum Christum Regem esse fuerentur, indignum ratus, vt summa Veritas à summo mendacio commēdaretur, aut testes essent veritatis, qui erant mendacij patres; ita & nunc veritatem resurrectionis non patitur ab eis annunciari, qui in peccatis fœdissimis mortui iacerent, non patitur eos legis nouæ esse ministros, qui Pharisæorum ministeria exercebant. Vt enim vinum vetus, veteribus, ita nouum nouis vtribus est cōmendandum. *Spiritualia*, inquit Paulus 1. Cor. 3. *spiritualibus sunt comparanda.* Quod si Dominus repulit custodes, vt indignos prædicationis mysterij & ministerio, quantò magis miseri, qui in culpis iacemus, indigni erimus, qui mysteria gratiæ tractemus, dignissimi, qui à tam cœlestibus ministerijs longissimè repellamur. Tertiò, vt in eorum peccato eius gloria maximè resplenderet, vt nihil obstantibus his & illis, nihil obstante illorum pecunia, & horum mendacio plus Christi gloria fulgeret, dum magis hominum malitia eius fulgori repugnaret. Repugnabant omni studio fratres Ioseph Gen. 37. ei fœlicitati, quam diuina prouidētia Iosepho prouidebat: at quantò illi magis obsistunt, tantò magis gloria Dei eniret, dum contra eorū conatus, quod illi magis impediūt, hoc Deo disponēte efficacius contingit. Omnes vires adhibuit Pharao, Exod. 5. 6. & 7. ne Dei voluntas, quæ Iudæos egredi ex Ægypto volebat adimpleretur; sed quantò magis ille vires contra Deum intendit, tātò magis in ipsa resistentia Dei gloria manifestatur. Repugnet igitur, quantum velit, mundi potentia, hæreticorum insania, malorum impietas, In ipsa namq; repugnātia Christi resurrectio & omnis veritas effulgebit, splēdescet, regnabit. Quartò, Magna gloria est Christi resurrectionem in mundo prædicare. Dictum est enim: *Quàm speciosi pedes Euangelizantium pacem*, Num. 1. *& Spiritus Domini super me.* Isa. 61. *eò quod vnxerit me, ad euangelizandum misit me.* & 1. Co. 1. *Non misit me Deus baptizare, sed euangelizare.* & 2 Cor. 3. *Si ministratio mortis est in gloria, quomodo non magis ministratio spiritus erit in gloria?* Hanc tantā gloriam noluit Christus deferre custodib⁹. Eam enim seruabat suæ scholæ discipulis, suæ domus familiarib⁹, sui regni principibus. Hic aduerte quōo hic demum, *diabolus sicut leo rugiens circumierit quærens quem deuoret*, vt si vnquàm aliàs, 1. Petr. 5. cùm timeret & resurrectionem Christi manifestissimam futuram, & custodes propter visa miracula Christianos futuros, & omnia sua susq; deq; verti, & omnia tentaret iterum extrema. Sicut hæretici Ecclesiæ augmentum, mali bonorum profectum & promotionem, & discrepantes, alterius partis eleuationē, aut causæ student impedire cognitionem. Ecce enim principes sacerdotum, qui debuerant conuerti ad pœnitentiā, & Iesum quærere resurgentem, perseuerant in malitiā, & pecuniam quæ ad vsus templi data fuerat, vertunt in redēptionem mendacij, sicut & ante triginta argenteos Iudæ

Christus noluit custodes resurrectionis suæ testes.

Pharaonis ardens conatus, prohibentis Israelis ab egressu de Ægypto.

Praui homines occasionem sui emmendandi habentes, in malitia tamē perseuerant.

dede-

dederunt proditori, pupillorum sibi commissorum pecunia contra pupillum agere, & causam suam malam ex se tā impio sacrilegio iustificare, & ex Ecclesiasticis redditibus contra Ecclesiasticam libertatem & promotionem accipere, & iuxta beneplacitum suum, donare, collocare & vsurpare, & proprio quemuis gladio iugulare. Hæc vero omnia cum & hodie fieri videas, ne tanquam noua mireris, antiquus enim ille serpens, & antiquus temporibus (secundū hæc nostra tempora numerando) ingenitâ suâ malitiâ non solum malo bonum oppugnauit, sed & ex ipso bono arietes contra bonum fabricare conatus est, sicut enim tunc ex pecunia in sacros vsus collocanda pretium Christi tradendi desumpsit, & resurrectionem eiusdem per eandem custodibus datā obfuscare intendit: Ita & nunc per Hæreticas Ecclesias & earum bona tanquā Heliadorus de quo in 2 li. Machab. c. 3. occupare molitur, atque ex eisdem Catholicorum thesauris Ecclesiam oppugnabat. Tolerabile interim esset, solum ab hoste extrinseco malum istud proueniret, & inter ipsos Catholicos grassatur.

O igitur pecunia, pecunia, quanta mala facis [illegible] terris. Erô tu impia, & impunita sitis pecuniæ, quanto maiora facis in terris, vt propter pecuniam Deus & omnes sancti contemnantur, Ecclesiæ destruantur, Religio perdatur, fides in exilium relegetur, iustitia & omne bonum exanimetur, virtus & probitas algeat, imperia & regna corruant, hæresia tumultuetur, diabolus debacchetur, & tanta mala in terris fiant. Faciunt illi verè sicut sunt edocti, & defensi à suis malis authoribus & principibus.

Nos autem, O Christiani Auditores, O appetentes cœlestis gloriæ & fœlicitatis, iurati Deo, & in omnibus subiecti, neque propter fauorem, neque propter minas, neque propter quiddam extraneum faciamus aut emittam*, quod est contra Deum, contra suam Ecclesiam, contra nostrum votum & iuramentum, contra nostram fidem, conscientiam & animam, contra proximi charitatem & æquitatem, contra id quod bonum & nobis rationale est, sed in despectum & æternam confusionem diaboli, hæreticorū, & omnium Deo repugnantium, pro solius Dei gloria, Sacrosanctæ Ecclesiæ incremento, totius Christianitatis, & propria animæ salute, agamus, confiteamur, curemus, mādemus & promoueamos, quod Dei est, quod Ecclesiæ est, quod totius Christianitatis est, quod nostræ salutis, quod æterni gaudij & remunerationis est, & in his occurrat nobis Christus dicens, *Auete, nolite timere*, & in tali occursu, & pro tali occursu, cantemus illi cum sacrosancta Ecclesia,] Vita sanctorum, decus angelorum, Vita Sanctorum pariter piorum, Christe, qui mortis moriens ministrum Exuperasti. Tu tuo lætos famulos trophæo, Nunc in his serua placitis diebus, In quibus sacrum celebratur omnem Pascha per orbem.]

Amen.

Laus Deo, & B. Mariæ Virgini, & omnibus Sanctis.

DOMINICA SECVNDA POST PASCHA.

Ego sum pastor bonus, Ioann. 10.

TANTA est Christi Iesu Saluatoris nostri in Ecclesiam sponsam suam sacrosanctam, & in totum genus humanum benignitas, charitas, beneficentia, beneuolentia & misericordia, vt eam dignis laudibus enarrare non sufficiat. Equidem cùm iam passionis & Resurrectionis mysteria celebrarit, vt se memorem & gratam ostenderet, vt hominum obdurata corda, tantorum beneficiorum commemoratione emolliret, vt ad pietatis, charitatis & diuinæ laudis cultum suos deduceret, hodie tandem concludit, omnia misericordiæ diuinæ accepta referens, prout & hodie sacrosanctum Missæ sacrificium incipit, cum Psalte regio cantans, *Misericordia Domini plena est terra*. vnde & Dominica, *Misericordias Domini*, nuncupatur. Verè etenim quicquid vsque fecit Dominus & facit, misericordia eius est, tam natiuitas, quam passio, resurrectio & omnia. At quia ingenium humanum ad malum procliue & facilè diuinæ bonitatis obliuiscitur, & ad priora reclinatur, vt nos in officio detineat, nobis hodie commemorare vult & ostendere, quid nobis in terris ille, quid nunc in cœlis residet fecerit aut faciat. Cūm mūdus vellet illi suas oues eripere, cum caro, cum mors, cum diabolus, tantum, tamque fidelem & strenuum se gessit, vt solus possit dicere, *Ego sum pastor bonus*, qui & centesimam in deserto quæsiuit, qui nullam ex sibi commissis ouibus perdidit, qui animam & sanguinem suum pro eis fundere non dubitauit. Dicebat Pilatus ignarus, *Ecce homo*. Dicit Ecclesia. *Ecce ille homo pastor*. Dicit Christus, *Ego sum pastor*. Fuit Abel, Iacob, Dauid, Moyses & alij pastores; Sed non comparandi, quia nec sunt vt Christus semper manet, nec illi fecerunt ex se vt possint dicere, *Ego*, sed, Deus per me, neque ita boni, cum Christus vt ipsa bonitas. Ideò Ecclesia nouum gaudium habet hodie, quia de tali pastore sibi gratulari & gloriari potest, qui & bonus natura est, & potestate magnus, qui salutariter scit pascere, vigilare indefesso studio, arcere lupos potentissimè, & ex toto inuigilare gregi suo, eumque dirigere vsque ad aquas salientes in vitam æternam. Tyranni, hæretici, impij, lupi sunt, mercenarij sunt, nihil sunt respectu Dei, ideò illi nec timendi, nec curandi, quia contra tantum pastorem præualere nequeunt, sed eliduntur & miserrimè pereunt. Christus autem talis pastor est, quem Ecclesia hodie, & Sanctus Petrus in Epistola sua 1. Petr. 2. summè deprædicat, & nobis pro viua imagine aut Idæa, aut exemplari perfectissimo proponitur. At cuius laudem & imitationem nunc ad

Hæc Dominica vnde vocata, Misericordia.

Hodiernū Ecclesiæ de bono pastore Christo gaudiū.

EVANGELIVM.

Ego sum pastor bonus.] Manifestum est, quod ad iactantiā non dixit, sed vt boni pastoris se nobis daret in exemplum & formam, vt ipsum tanquam ducem in omnibus sequeremur, Ioan. 8. *Ego gloriam meam non quæro*. Propter quam causam dicitur. 2. Corint. 7. *Nos neminem læsimus, neminē corrupimus, neminem circumuenimus*. Et 1. Cor. 10. *Sine offensione estote Iudæis, & gentibus, & Ecclesiæ Dei, sicut & ego per omnia omnibus placeo. Nos autem in multis offendimus omnes, nosmet ipsos seducimus, & veritas in nobis non est*. Ideò 1. Ioan. 1. commendate nos nō debem⁹: Quia si præterita cogitemus, multa mala cōmisimus, & bona omisim⁹, si pſentia multi sunt defect⁹ nostri, si futura, incerti sumus quid nobis accidat, & quę

Solus Deus dici potest, Ego.

sumus acti, Solus autem Deus potest dici, Ego, & ipse de se pōt sic dicere. Est enim ipse solus qui nominari debet & potest, à quo omnes reliqui Ego dependent. Est nomē admirabile in vniuersa terra. Isa. 42. *Ego Dominus, hoc est nomen meum.* Ipse est singularis propter summam & vnicam dignitatem. Isa. 45. *Ego Dominus, & non est alter.* Deut. 32. *Videte quod ego sum solus, & non sit alius Deus præter me, ego occidam, & ego viuere faciam, percutiam, & ego sanabo.* Ipse est primæ personæ. Primò, quia prior in dignitate, dum ab ipso cuncta reguntur. Isa. 41. & Apoc. 1. *Ego primus & nouissimus.* Secūdò, quia prior in æternitate & antiquitate, dum post ipsum cuncta generantur. Ioan. 8. *Antequam Abraham fieret, ego sū.* Tertiò, Quia prior in bonitate, dum ab ipso sicut à primo principio omnia procedere comprobantur. Vnde ipse de seipso loquens, dic. Ioan. 8. *Ego principium qui & loquor vobis.* Iste n est generis omnis, propter omnem superioritatem. Is. 45. *Ego Dominus faciens omnia.* Et cùm Dominus nequeat allegare aliud testimonium verius se testimonium perhibet sibi ipsi. Ioan. 8. *Si ego testimonium perhibeo de meipso, verum est testimonium meum, quia scio vnde venio & quo vado.* & Exo. 3. *Ego sum qui sum.* Sum autem significat quandam existentiā immutabilem & æternam, quæ vtique Deo soli competit, cum præter ipsum nihil sit reperire quod propriè sit, quia omnis creatura, eo quod creatum est, à verò esse deficit & desistit, quod patet in angelis, Iob. 4. *Ecce qui seruiunt ei, non sunt stabiles.* De cœlis verò dicitur, Iob. 15. *Ecce cœli non sunt mundi in conspectu eius.* Et de hominibus. Isa. 40. *Omnes gentes quasi non sint, sic sunt coram Deo.* De terra & mari dicitur Apo 21. *Primū cœlum, & prima terra abijt, & mare iam non est.* Quis es ergo, O bone Iesu, quis es, vt te saltem aliquo modo cognoscamus? Et respondet nobis. Ego sum fortissimus [illegible] petator. Vnde ipse dixit Iacob, Genes. 46. *Ego sum fortissimus Deus patris tui, noli timere.* Ego sum liberator [illegible]tissimus, de quo ipse dicit Gen. 26. *Ego sum Deus Abraham patris tui, noli timere: quia ego tecum sum,* scilicet paratus liberare & adiuuare te. Ego sum durissimus vindicator. Vnde ipse est qui dicit, Exod. 20. *Ego enim sum fortissimus zelotes, Deus visitans iniquitatem patrum in filios in tertiam & quartam generationem.* Ego sum expiator sanctissimus vestrorum criminum & culparum. Vnde ipse dicit, Leuit. 20. *Sanctificamini & estote sancti, quia ego sanctus sum Deus vester.* Et sequitur, *Ego Dominus qui sanctifico vos.* Ego sum verissimus reuelator: quia lux est quæ omnia abscondita reuelat. Ioan. 8. *Ego sum lux mundi.* Ego sum certissimus speculator. Ierem. 7. *Ego sum, ego sum, ego vidi, dicit Dominus.* Ego sum doctissimus fabricator. Apo. 1. *Ego sum principium & finis.* Ego sum altissimus dominator. Leuit. 24. *Ego sum Dominus Deus vester.*

Verbi Sum explicata significatio.

Attributorum Christi testimonia.

Et aduerte, quod communiter, vbicunque Deus dicit, *Ego sum*, ipse videtur loqui comminatiuè & prohibitiuè, quasi dicat, Caueatis à malo, quia ego Dominus, qui puniam vos, sicut Leuit. 19. dicitur, *Ego Dominus Deus vester, nolite conuerti ad idola.* Sequitur, *Ego sum Dominus Deus vester, non facietis furtum, non mentiamini, nec decipiat vnusquisque proximum suum.* Quia reuera valdè quis deberet abstinere, & fugere à vitijs, qui scit talem Dominum se habere, qui paratus est bonos & obedientes remunerare, proteruos & dyscolos castigare. Leuit. 25. *Nolite affligere contribules vestros, sed timeat vnusquisque Deum suum, quia ego Dominus Deus vester. Facite præcepta mea, & iudicia mea custodite, & implete ea vt habitare possitis in terra absque vllo pauore.* Itaque solus Deus potest dici, *Ego*, quantum ad essentiam suæ diuinitatis. Secundò potest dici de Deo, quantum ad potentiam suæ sublimitatis, & hoc ostenditur, cùm dicitur, *Qui*, & hoc pronomen est, quod solet factum aliquod sequens notare, vt cùm dicitur, *Qui viuit in æternum, creauit omnia simul.* Eccles. 18. & in Psalm. *Qui habitas in cœlis, miserere nobis.* Prouerb. 12. *Qui operatur terram suam, saturabitur panibus.* & sic operatio ipsius potentiæ designatur. Vnde ipse est qui sanctificat deuotos, ipsos constituens in fœlicitate. Leuit. 20. *Ego Dominus qui sanctifico vos.* Est liberatio oppressorum. Isa. 63. *Ego qui loquor iustitiam, & qui propugnator sum ad saluandum.* Est qui iustificat, peccatores mundans ab iniquitate. Isaiæ 43. *Ego sum, ego sum ipse, qui deleo iniquitates tuas propter me.* Est lætificans miseros, ipsos à captiuitate conuertens. Psalm. 80. *Ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxit te de terra Ægypti, dilata os tuum, & implebo illud.* Tertio, Refertur etiam ad elementiam suæ humanitatis: quod ostenditur, cum dicitur, *Sum.* Sum enim est verbum substantiuum, significans substantiam: substantia autem accidentia sustentat: Sic in Christo diuinitas humanitatem sustinet atque portat, ipsumque in persona filij suppositat, personat, limitat, & eius dependentiam determinat. Vnde ipse est qui dicit illud Actorum 9. *Ego sum Iesus Nazarenus, ego sum*, inquit. Ecce quomodo diuinitas substat humanæ naturæ. *Iesus*, inquit, id est Saluator. Ecce quomodo obuiat humanæ naturæ. *Nazarenus*, id est floridus. Ecce quomodo portat flores puræ sanctitatis.

Cauendū à malo.

Verbum, cum substantiam indicat.

Et idem *Ego*, scilicet Christus potetat de seipso homine & incarnato dicere. Ego sum procurator supernæ veritatis. A patre enim processit, & ab ipso sunt legat⁹, & procurator in mundum missus, dic. Eccl. 24. *Ego ex ore altissimi prodij*, & Ioan. 7. *Ego scio eum, qui ab ipso sum, & ipse me misit.* Item ego sum æternæ veritatis prædicator. Vnde ipse dic. Ioan. 14. *Ego sum via, veritas & vita.* & Io. 18. *Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni, vt testimonium perhibeam veritati.* Vel etiam ipsæ humanæ ruditatis fuit informator, vnde ipse dic. Isa. 48. *Ego sum Dominus, docens te vtilia.* Item, Ego sum egenæ paupertatis frequentator & regula. Ps. *Pauper sum ego, & in laboribus à iuuentute mea.* Ego sum magnæ sagacitatis consultator. Prouerb. 8. *Ego sapientia habito in consilio.* Ego charæ fraternitatis consectator. Prou. 8. *Ego diligentes me diligo.* & Cant. 6. *Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi.* Item, Ego sum grandis sublimitatis Imperator Eccl. 1. *Ego Ecclesiastes rex fui in Israel.* Ego grandis humilitatis famulator. Iste enim dicebat, Luc. 22. *Ego in medio vestrū sum sicut qui ministrat.* Ego omnis obscuritatis illustrator. Eccl. 24. *Ego feci in cœlis, vt oriretur lumē indeficiens*, quia ab ipso reuelata est lux fidei scripturæ, & patefacta rerum obscuritas quæ latebat: vnde ipse dicebat, Io. 8. *Ego sum lux mundi.* & Ioan. 12. *Ego lux in mundum veni.* Ego sum aduersitatis magnus consolator: vnde dicit se esse *vitem, vineam, quia vinum lætificat cor hominis.* Ioan. 15. *Ego sum vitis vera.* Eccl. 24. *Ego quasi Terebinthus, ego quasi vitis.* Vnde etiam ipse dicit, Lu. 24. *Ego sum, nolite timere.* Ego magnæ sedulitatis conseruator. Valde enim diligens est & fuit ad conseruandam Ecclesiam & vineam. Vnde de vinea dic. ipse Is. 27. *Ego Dominus qui seruo eam.* Sequitur, *Nocte & die seruo eam.* Ego omnis iniquitatis expiator. Vnde iste est qui dicit, Ezechiel. 37. *Ego Dominus sanctificator Israel.* Ego duræ seueritatis castigator. Matt. & Io. 2. *Fecisti flagellum ad eijciendos ementes & vendentes è templo.* & ipse qui dicit Ezechiel. 19. *Ecce ego ad te, Pharao rex Ægypti.* & Ezechiel. 26. *Ecce ego super te Tyre.*

A Christo reuelata lux fidei & scriptura.

Sed & bonos quandocunque castigat ne derelinquant, quia ipse dic. Apocalyp. 3. *Ego quos amo, arguo, & castigo.* Ego sum mortalitatis suscitator. & ero, quia in iudicio mortuos corporaliter suscitabit, nunc autem quotidie per gratiam suscitat mortuos spiritualiter, scilicet peccatores, Ioan 11. *Ego sum resurrectio & vita, qui credit in me, etiamsi mortuus fuerit, viuet.* Ego grandis authoritatis gubernator. Pastor enim erat, & greges fidelium pascebat & gubernabat, vt hodie, *Ego sum pastor bonus.* Ego dulcis benignitatis erogator. Libēter enim pauperibus benefaciebat, & benefecit, & mandat benefacere. Ioannis sexto. *Ego sum panis viuus.* &, *ego sum panis vitæ*, scilicet ad alios nutriendum. Oseæ 11. *Ego quasi nutritius Ephraim.* Ego magnæ fidelitatis attestator. Ierem. 19. *Ego sum iudex & testis.* Ioan. 8. *Si ego testimonium perhibeo veritati, testimonium meum verum est.* Ego inuictæ potestatis triumphator Ioan. 16. *Confidite, ego sum qui vici mundum.* Ego excelsæ ciuitatis speculator. Eccl. 24. *Ego in altissimis habito: & thronus meus in columna nubis.* Ego immensæ largitatis præmiator, quia præmia vitæ æternæ dat iustis, vt hodie, *Ego cognosco oues meas, & sequuntur me, & ego vitam æternam do eis.* Ego præclaræ maiestatis dominator. Apoc. 22. *Ego sum genus & radix Dauid stella splendida & matutina.* Quia est ergo modo qui huic possit comparari? Volebat Lucifer esse Ego, volebat Adam, Pharao, Tyranni, superbi, hæretici & impij esse Ego in omnibus, sed quam miserè ceciderunt, & in nihilum redacti?

Christus mortuorū suscitator, in iudicio corporaliter, iam spiritualiter.

Christo pastori cōparabilis nemo.

Hic autem vide quis est qui resurrexit, & quanta fecit in terris, & nūc in cœlis, ad quos gloriosè ascendit. Et licet pa-

stores

stores sub Christo & loco ipsius multi sunt, nemini tamen hæc epitheta & titoli conueniunt, nisi soli Christo, vt intelligas quantum ille de nostra salute curam gerat, & curam geri velit. Attende ergò quòd dicat Christus, *Ego sum ille pastor, ille bonus*. Sunt enim qui cùm nullam habeant legitimam potestatem & authoritatem super alios, eam tamen sibi vsurpant, & se ad ea, quæ ad illos non spectant, intendunt, de quibus Ezech. 11. *Ecce ego suscitabo pastorem, qui derelicta non visitabit, nec dispersum quaret*. Quorum sub alio meminit Ierem. cap. 14. dic. *Falsò vaticinati sunt Propheta, non misi eos, non præcepi eis, non sum locutus ad illos*: ideo Matt. 7. *Attendite vobis à falsis Prophetis*, Contra quos dictum est, Heb. 5. *Nemo assumit sibi honorem, nisi qui vocatur à Deo tanquam Aaron*.

Legitimā quidam habentes authoritatem, non vtuntur ea debitè.

Præterea sunt qui habent legitimam potestatem & authoritatem, eam tamen non administrant, vt oportet, qui non ouibus, sed sibi prodesse cupiunt. Ezech. 34. *Væ pastoribus Israel, qui pascebant semetipsos, nonne greges à pastoribus pascūtur? lac comedebatis, &c.* Et hi mercenarij sunt, quales erant & principes sacerdotum, Scribæ & Pharisæi. De quibus Mat. 23. *Super Cathedram Moysi sedebūt Scribæ & Pharisæi: quæcunq; dixerint vobis, seruate & facite, secundum opera eorum nolite facere*. Quia veri sunt, obedite, quia mercenarij, nolite opera eorum imitari. Nam & malis principibus & Prælatis honor & obediētia debita deferenda. Tertiò sunt, qui legitimam habent potestatem, & eam rectè administrant, gregi solum volentes prodesse, & hi legitimi sunt. De quibus Ierem. 3. *Dabo vobis pastores iuxta cor meum*.

Horum omnium pastorum mentionem facit Dominus in hoc sermone. Primos appellat fures & latrones, non ingredientes per ostium. Secundos mercenarios, qui vident lupum venientem, & dimittunt oues & fugiunt. Tertios appellat bonos pastores, qui animam suam ponunt pro ouibus suis. Ex hoc numero Christus est, imò super illos est, vnicus pastor, nempe Messias seu Christus in lege & Prophetis promissus. Ezec. 34. *Suscitabo super eos pastorem vnum*. Et Zach. 13 *Percute pastorem, & dispergentur oues* Ex his intelligendum est, Christum se bonum pastorem appellare, & talem se confirmare, non tantùm vt à furibus & latronibus, & mercenarijs seipsum discernat, sed etiam vt à bonis pastoribus distinguat, & ostendat se esse bonum pastorē, non quemcunq;, sed illum vnicum promissum in lege, & prædictum per Prophetas, nempè verum Christum & Messiā, quem inter alia cognomina hoc ēt ipsum habiturum, prędictum erat. Verba prophetiæ Ezech 34. hæc sunt: *Suscitabo super ea pastorem vnum, qui pascat ea, seruum meum Dauid, ipse pascet ea, & ipse erit eis in pastorem*: Quæ verba de persona Dauidis intelligi nequeunt, quia tunc mortuus erat, sed de Christo, qui ex eius semine erat venturus. De quo 1. Pet. 5. *Cùm apparuerit princeps pastorum*. Et 1 Pet. 2 *Eratis sicut oues errantes, sed conuersi nunc estis ad pastorē, & Episcopum animarū vestrarū*. Hoc est ergo quod nunc dicit, *Ego sum pastor bonus*, ille se. vnicus pastor per prophetas pnunciatus.

Christus cur affirmat se bonum pastorem.

Et quod iste sit sensus legitimus, ostenditur primò ex causa, ob quā Christus totū hunc sermonē habuit; Ea. n. fuit, quia Iudæi eiecerant è synagoga cæcum illum, eò quod Christū cōfitebatur, quasi declarantes Christum esse pseudoprophetā & falsum Christum. Propter hoc Dn̄s cæcum defendens, probat potiùs eos esse extra veram synagogam & Ecclesiam: Hoc autem confirmat, dum se ostium ouium & verum pastorem asserit, quæ ad rem non facerent, nisi de pastore illo promisso & vnico loqueretur. Vtitur etiam his nominibus, ouilis, ostij & pastoris occasione eiectionis è synagoga, à qua velut ab ouili excluserunt cæcum. Alterum est verbum illud, *Quotquot ante me venerunt fures sunt & latrones*, quod procul dubio intelligendū est de his, qui falsò nomen Christi, aut aliquid quod Christi futurum erat, sibi vsurpārunt. Cùm igitur ab his se separans dicit, *Ego sum pastor bonus*, non quemcunq; pastorē bonū, sed illum vnicum significat, cuius officium falsò sibi tribuerunt fures & latrones. Tertiū, quod inferius sequitur: *Alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere*, quis non intelligit, hoc esse peculiare pastori illi Christo? Quartum, *cognosco oues meas, & cognoscūt me meæ, sicut ego cognosco patrem*. Hoc nemo hominū verè dicere poterit, nec potuit, pter illū vnicū pastorē Christū.

Illud, Quotq. ante me vener. &c. vt sit intelligendum.

Obserua hic, quòd ad bonum pastorem requiruntur septem, quæ omnia perfectissimè in Christo fuerunt. Primū est virtus perfecta, sc. vt sit virtuosus & virtute perfectus. Quia cum virtus sit, q̄ bonum facit habentē, & opus eius bonum reddit, & virtus secundùm Aug. est, qua rectè viuitur. & nemo malè vtitur, pfectò sic pastor, si est virtuosus, bonus erit, & benè officium suum exequetur: Imò per nihil aliud potest esse bonus, & dignè officium suum exequi, nisi per virtutem. Sunt quidā qui solum docent alios virtutes, si eas habere non curant, similes candelis, q̄ alios illuminant, & seipsas consumunt. Matt. 23. *Dicunt enim & non faciūt*. Campanæ alios ad Ecclesiā vocant, ipsæ non descendunt. Sed de Ioanne Baptista Ioan 5. dicitur, *Erat ille lucerna ardēs*, per charitatē quo ad se, & lucent per bona exempla, quoad alios. Et de Christo dicitur, Act. 1. *Cœpit Iesus facere & docere*. Vnde non solùm pastores Ecclesiarum debent virtutibus pollere, sed & iudices & domini terrarum sęculares Exemplum de consilio Ietro, qui consuluit Moysi, vt eligeret de omni populo viros timentes Deum, & qui diligerent veritatē & odirent auaritiā, quos constitueret iudices super populum. Sap. 1. *Diligite iustitiā, qui iudicatis terrā*.

Boni pastoris conditiones
I. Virtus
Virtutib. qui decorat esse oportet magistratum.

Secūdum, est modus congruus, vt debito modo Ecclesiam intret, hoc est per Christum, qui est ostium Ecclesiæ solus, & non vt fur aliundè ascendat. Ioan. 10. *Ego sum ostium, si quis per me introierit, saluabitur*. Iste intrat per Christum, qui per rectā intētionē, per rectā fidē sufficientem scientiā, & electionē Ecclesiasticam intrat, quia Christus est via & ostium omnium iustorū. Ioan. 14. *Ego sum via, veritas, & vita*. Sed hodie multi ascēdunt aliunde, scilicet per alios gradus, qui sunt 4. amicitia sæcularis, parentela carnalis, pecunia & potentia, excluso ipso Christo.

II. Modus intrandi congruus.

Tertiū, Cognitio vera, vt oues suas cognoscat. Prou 27. *Diligenter cognosce vultum pecoris tui, tuosque greges considera*. Et Pro 12. *Nouit iustus animas iumentorū suorū, viscera aūt impiorū crudelia*. Quidam subditorum egent misericordia & miseratione, quidā virga & correctione, quidā consilio & directione, quidam auxilio & defensione, & sunt quidam tolerandi, quidā de Ecclesia expellendi. Sed illa pastor non posset facere, nisi suas oues cognosceret. Ideò dic. Christus hodie, *Ego cognosco oues meas*. Et proprias oues vocat nominatim. Est ēt Prælatus animarum medicus, & ideò oportet eū infirmitates cognoscere. Hæc tn̄ cognitio fit p confessionē potissimè, & ideò Ecclesia ordinauit, vt semel in anno quilibet suo confiteretur parocho aut pastori, et sua peccata omnia indicādo. Nouit antē Christus suas oues & ex nomine, Ex. 33. & malos nescit, Ma. 21.

III. Cognitio ouium.
Prælatus, animarū medicus.

Quartum, Charitas. Et ideò Petrus pastor à Domino ordinand9, de dilectione fuit examinatus à Domino & specialiter de illo Ioan. 21. *Simon Ioannis diligis me plus his?* Quæ in Prælato nō debet esse communis charitas, sed valdè feruens & ordinata, vt Deum super omnia diligat, & proximum propter Deum, & in Deo, & plus debet diligere salutem proximi, quam vitam suam corporalem, & quam bona temporalia, ac etiā consanguineos. Vide charitatem Christi. Sic omnis pastor debet esse paratus, si necesse est pro subditorum salute mori, aliàs perdere animam suam, Ioann. 12. *Qui amat animam suam, perdet eam*. Quare autem pastor præcipue debeat habere charitatem, est quia dicitur 1. Cor. 13. *Charitas non quærit quæ sua sunt, sed facit omnia communia*. Prælatus autē debet intendere cōmuni vtilitati subditorum. 1. Cor. 10. *Non quæro quod mihi vtile est sed quod multis, vt salui fiant*. Item debet habere omnia cōmunia pauperib9 Christi: quia bona Ecclesiarum sunt de patrimonio crucifixi, patris pauperum, iure hęreditatis sunt bona pauperum, Act. 2. *Erant illis omnia communia, & distribuebant vnicuique prout cuique opus erat*.

IV. Charitas.

Quintum, Ostensio viæ, vt antecedendo oues viam eis commonstret. Isa. 30. *Hæc est via, ambulate in ea*. Et hæc congruè facit, salutaria exempla populo proponendo, aut præbendo. Exod 25. *Omnia fac secundum exemplar, quod tibi in monte monstraui*, hoc est in Christo. Prælatus autem personā Christi gerit. 2. Cor. 5. *Legatione pro Christo fungimur*. Luc. 10. *Qui vos audit, me audit, & qui vos spernit, me spernit*. Vnde 1. Reg. 9. de Saule dicitur, quod ab humero & sursum eminebat super vniuersum populum, in quo datur intelligi excessus virtutum pastorum super alios. Debet. n. Prælatus esse quoddā speculum sine macula ante populum. Sextum

V. Ostensio viæ.
Saul super vniuersū populum proceritas quid notauerit.

VI. *Pastus salutaris.* Pastus salutaris, vt oues ad bona pascua ducantur, 1. Petr. 5. *Pascite qui in vobis est gregē Domini.* Debet autem pastor Ecclesiæ tripliciter pascere oues Christi, scil. verbo veritatis, pane charitatis, & corpore Christi, & si opus est subsidio tēporalis necessitatis. Ideò ter dicitur, *Pasce oues meas.* Verba igitur, Ier. 3. *Dabo vobis pastores secundùm cor meum, qui pascent vos scientia & doctrina.* & talis est cibus animæ Matth. 4. *Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei.* Corporali cibo. Sicut De⁹ vobis dat panem quotidianum. Corpore Christi. Io. 6. *Caro mea verè est cibus.* Debet etiam populum pascere quotidie pro eis orando, & hostiam immolando Coloss. 1. *Non cessamus pro vobis orantes & deprecantes* Rom. 1. *Memoriam vestri semper facio in orationibus meis.* Ioël. 2. *Inter vestibulum & altare plorabunt sacerdotes, ministri Domini, & dicent, Parce Domine, parce populo tuo.* Sic orauit Christus pro ouib⁹ suis dic. *Pater sanctifica eos in veritate.* Se-

VII. *Solers cura.* ptimum, Solers cura bene custodiendi gregem à lupis, & ab alijs bestijs nocere volentibus. Lupi sunt hæretici, feræ bestiæ sunt vitia & peccata, quę homines bestiales faciunt, & ideò Ecclesia habet canes, sc. prædicatores ad hæc fugāda, qui dentibus dilacerant vitia, & linguis sanant animas sauciatas. Psal. *Lingua canum tuorum.* S. Dominicus ostensus

Pastor Ecclesiæ, vocatur Episcopus, i. Speculator. est matri in figura catuli. Vnde pastor Ecclesiæ vocatur speculator, qui de turri habet conspicere inimicos venientes, & fortiter clamare. Ezech. 3. [Fili hominis, speculatorem dedi te domui Israël, quod si dicente me ad impium, Morte morieris, & tu non annunciaueris ei, vt auertat se à via sua impia, ipse in iniquitate sua morietur, sanguinem verò eius de manu tua requiram.] Vnde 1. Cor. 10. *Væ mihi, si non Euangelizauero, necessitas enim mihi incumbit.* Isa. 62. *Super muros tuos Ierusalem constitui custodes, & tota die ac nocte non tacebunt.* Debet etiam pastor habere rete, pro sepe omniū, id est, præcepta & leges. Debet habere baculum & virgā, per quā oues morbidas à grege ne inficiant, vt hæreticos & peccatores arceat aut cohibeat. Habet etiam duplicem gladiū, sc. spiritualem, qui est excommunicatio, per quā peccatores sequestrat, Mat. 18 *Sit tibi sicut Ethnicus & publicanus.* Et materialē, per quem hæreticos exterminari iubet, quē gladium sæculari potestati committit, ne manus Deo consecratæ sanguine polluantur, Luc. 22. *Ecce duo gladij.* Et respōdet Iesus. *Satis est* Non dixit, *non est necesse.*

Quis est iam ex vobis, Auditores, qui Christū bonū illū pastorem negabit, si omnia q̄ de Deo & Christo & pastore dicta sunt, plenius discutiet? An illi virtus defecit, à quo omne bonum ꝓcedit in cœlo & in terra? & non ostendit operib⁹ suis, q̄ homo facere non potuisset, quis esset? Et nū-

Christus verè sacerdos iuxta ordinē Melchisedech. quid ille nō secundùm ordinem Melchisedech erat sacerdos, & à cœlesti patre missus, vt dicat quis eum nō per ostiū ingressum, qui ipse est ostium? Maximè aūt cognoscit oues suas, quas proprio suo sanguine redemit, In quo quis charitatem eius non videt? Et bona pascua ille non præbet, nō ꝑmittit, qui à bonis temporalibus & desiderijs eorum nos omni studio conatur abstrahere, imò auellere? De cura aūt ipsius non dubitā, sed ex Euangelio, ex antecedentibus & præcedentibus illum inspice, qui iamdudū re ꝑpter multa & ꝑpter vnū peccatū mortale potuisset relinquere diabolo, aut alijs periculis & hostibus, sed longanimis est, & vigilat super gregē suū misericordissimè. O pastor pastor bon⁹, de quo gloriatur Dauid suo Ps. 22. *Dominus regit me, & nihil mihi deerit in loco pascuæ, ibi me collocauit.* Vide per totum. De quo gloriatur sanctissima Ecclesia, de quo oēs & singuli debemus gloriari. Nam sacrosancta Ecclesia canit: [Vigila super nos æterne Saluator, ne nos apprehendat callidus tentator, quia tu nobis es sempiternus adiutor. Et in hymno, Defensor noster aspice, insidiantes reprime, guberna tuos famulos, quos sanguine mercat⁹ es.] Pascit nos Christus delectabiliter, quia Ps. 94. *nos populus pascuæ eius, & oues manus eius.* Et primo pascit nos corporali refectione. Ps. 135. *Cōfitemini Deo cœli, qui dat escam omni carni,* non solū hominibus, sed & bestijs Mat 6. *Respicite volatilia cœli.* Ps. 144. *Oculi omnium in te sperant Domine.* Secūdo, Sacramentali cibatione, Io. 6 *Caro mea verè est cibus,* & hoc vsq; ad consummationem sæculi. O quàm bon⁹ pastor, quàm dulcis. Tertio, Laudabili conuersatione. Psal. 77. *Pauit eos in innocentia cordis sui.* Io. 13. *Exemplum dedi vobis, vt quemadmodū ego feci, ita & vos faciatis.* Mat. 5. *Luceat lux vestra.* Quarto, Verbi prædicatione. Eccl. 15. *Cibauit eos Dominus pane vitæ & intellectus,* hoc est, verbo Dei, quod per Apostolos in vniuersum mūdum distribuendum dimisit.

In bono pastore multa requiruntur. Requiruntur præterea ad bonum pastorem multa. Primo debet habere panem in penu, id est, scripturam sacrā in notitia Malach. 2. *Labia sacerdotis custodiunt scientiā.* Aliàs dicetur illud Oseæ 4. *Quia tu scientiam repulisti, repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi.* Ars enim artium est regimen animarū, dic. Gregorius Et si non debet fieri rusticus, qui nescit arare, aut miles qui nescit pugnare, multo minus pastor, q̄ nescit se & oues pascere. Et talem panem nobis Christ⁹ semp communicat. Secundo, Debet habere baculum vel flagellum ad correctionem delinquentium. Rom. 1. *Non solū qui ea faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus, digni sunt morte.* Et sic qui tacet consentire videtur. Sic Christus habet crucem, dat iurisdictionem Ecclesiasticam. Tertio, Debet habere cornu in ore, id est, dulcem admonitionem. Tit. 2. *Loquere & exhortare, & argue.* Et iterum 3. c. *Admone illos ad omne opus bonum paratos esse.* Is. 58. *Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam.* Et sic Christus in cruce cornu insflauit septem verba dicens, & postea in resurrectione dulciter & adhuc suauiter nobis loquēs. Nu. 10. dicitur: *Fac tibi duas tubas argenteas ductiles, quibus conuocare possis multitudinem.* Spiritualiter per duas tubas, quibus conuocatur populus, intelligū-

Per duas tubas, quibus populus conuocabatur, quid intelligatur. tur duo quæ sunt narranda peccatoribus, sc. peccata & pęna peccatorum, vel alia duo intelliguntur, sc. correctio & pietas. Gal. 6. *Si praeoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, instruite huiusmodi in spiritu lenitatis,* id est, benignitatis. De quibus duobus dic. Gregor. in Pastoral. *In manu pastoris sit virga correctionis, & in corde manna dulcedinis.* Quarto, Debet habere canem in fune, id est, corpus in abstinentia, dicendo cum Apostolo 1 Corint. 9. *Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo.* Aliàs dicetur, illud Pauli, Ro. 2. *Qui prædicas non mœchandum, mœcharis. In quo aliums iudicas, teipsum condemnas.* Abel erat pastor bonus. & dicitur lugens: Christus bonus pastor est, & fleuit super Ierusalem Abel offerebat Deo meliora: Christus semetipsum tradidit pro nobis oblationē & hostiam Deo in odorem suauitatis. Iacob erat pastor bonus, diu nocteq; vrgebatur æstu & gelu, Gen 31. propter oues suas: Christus diligēter nos custodiuit, & nemo ex eis perijt. Io. 17. & 10. *Non rapiet eos quisquā.* Commisit oues suas patri, Io. 17. Recommendauit eas Petro post resurrectionem. Io. vlt. Dauid erat bonus pastor, 1. Reg 18. vbi audiuit de Golia, quem & prostrauit: Christus leonem, id est, diabolum vicit. *Aduersarius vester diabolus, &c.* 1. Pet. 5. & vrsum, id est, mundum. *Confidite, quia ego vici mundum.* Io 16. sic contra leonem, id est, diabolum, & vrsum, i. delectationes carnis nos pugnare necesse est. Moy-

Moyses bonus pastor. ses erat bonus pastor, Ex. 3. qui pascebat oues Ietro, hic orauit pro omnibus suis. Ex. 32. *Quiescat ira tua, & esto placabilis super nequitiam populi tui.* Et subditur, *Placatus est Dominus.* Et Christus orauit pro persecutoribus, & orauit ꝓ ouib⁹ suis. Imò Christus est pastor bonus, quia errantibus misericorditer compatitur. Mar. 6. *Et exiens Iesus vidit turbam multam, & misertus est super eos, quia erant sicut oues, non habentes pastorem.* Sic & nos omnes erramus sicut oues errantes, & vnusquisq; in viam suam declinauit, vt rite posset dicere cū Ps. 118. *Erraui sicut ouis quæ perijt.* Ipse gratiosè nos quæsiuit, Mat. 15. *Nō sum missus nisi ad oues quæ perierūt.* Et misericorditer inuenit & re-

Christus, bonus pastor. portauit ouem perditā in humero suo, Luc. 15. *Humeri Christi sunt brachia crucis,* dic. Ambr. Christus bonus pastor est, fideliter oues suas educit, Io. 10. *Educet eas, & cum proprias oues emiserit, ante eas vadit.* Educit de tenebris ad lucē, de miseria ad lætitiam, Ezech. 34. *Visitabo oues meas, & liberabo eas de omnibus locis, in quibus dispersæ fuerant, in die nubis & caliginis.* Christus bonus pastor est, quia ponit amicabiliter animā suam pro ouibus, Io. 13. *Cùm dilexisset suos qui erant in mundo, in finem dilexit eos,* id est, in fine maiorem dilectionem ostēdit eis. *Maiorem charitatem nemo habuit,* Io. 15. Christus bon⁹ pastor est, qui cognoscit oues suas singulariter. Nam sicut rex militem suum noscit in armis & vexillo, sic & Christus suos noscit per arma passionis, Gal. 5. *Qui Christi sunt, carnē suam crucifixerunt.*

Si autē Christus pastor bonus est, & nos oues eius, debe-

mus

mus habere bonitatem. Primo vitæ purissimæ. Prou.16. *Initium bona vita facere iustitiam.* Secundo, bonitatem viæ rectissimæ, Ierem.7. *Bonas facite vias vestras.* & Ierem.6. *Hæc est via bona, ambulate in ea.* Tertiò bonitatem famæ. Prouer.15. *Fama bona impinguat omnia,* & Eccl.7. *Melius est nomen bonū, quam vnguenta pretiosa.* & Eccl. 41 *Curam habe de bono nomine.* Quarto bonitatem conscientiæ 1.Timoth.1. *De corde bono, & conscientia bona.* Quinto, bonitatem efficaciæ. Mat.5. *Videant opera vestra bona.* Sextò, bonitatē pulchræ apparentiæ. 1.Pet.2. *Conuersationem inter gentes habentes bonam.* Bonus pastor Christus quia benefecit, benefacit, & benefaciet nobis. Bonus pastor, quia benedixit, benedicit & benedicet nobis, & tradit omnia bona nobis. *Sed indicabo tibi ô homo.* Mich 6. *quid sit bonum, & quid requirat à te Dominus, vtiq; facere iudicium, diligere misericordiam, & sollicitè ambulare cum Domino Deo tuo.* Bonus pastor Christus dat nobis bona tēporalia, quantum necesse, dat nobis æterna, quanta nemo potest explicare. *O bone pastor Christe Iesu nostri miserere: tu nos pasce, nos tuere, tu nos bona fac videre in terra viuentium.*

Bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis.] Vt se bonum pastorem probet, primo facit distinctionem inter bonum pastorem & mercenariū. *Bonus pastor ponit animam pro ouibus suis.* Et quid aliud fecit Christus per totam vitam suā & in morte, & quid Ecclesia aliud toto hoc paschali tēpore canit & p̄licat nisi hoc ipsum? Non autem loquimur hic de oue materiali nisi Metaphoricè. *Animam dare pro aliquo, quid.* Animam dare pro aliquo, non semper est mori pro eo, sed aliquando etiam significat vitæ periculo se exponere, quod satis cōstat. Act.15. vbi de Paulo & Barnaba, qui tunc viuebant, dicitur, *Qui Animas suas tradiderūt, pro nomine Domini nostri.* Per tria signa cognoscitur hic bonus pastor, quia pro ouibus animam suam ponit, quia cognoscit oues suas, & quia oues ad ouile deducit. Per tria item oues Christi, quia pastorem recognoscūt, vocem eius audiunt, & ipsum sequuntur. Per tria item mercenarius, quia nullam curam gerit de ouibus, eas dimittēdo, quia fugit, & quia tantum mercedē & lucrum quærit. Ecce ergo, si quis alius esse potest, dic. Christus. *Ego sum pastor bonus:* hoc vide in officio meo præstito, vide in pastoribus quos loco mei constitui, qui ad exemplar & gratia auxilio meo sub me fuerunt, & gregem conseruarunt & martyres facti sunt, aut saltem mille pericula vitæ experti sunt. *Cōmendat suas oues Christus.* Vide in ouibus meis, quam concordes & vnanimes, quam mites & lenes, quam pingues & lætæ propter pascua, quā nulla à me volt recedere, sed me ab his pascuis vitæ spiritualis ad vitæ æternæ sequi. Vide si vllus, qui se pastorem (vt hæretici omnes) vocauit, vel exēplo, vel officio, vel vijs meis, progressui, impinguationi, gubernationi, & his omnibus potuit correspondere. Pereunt illi, quia non sunt pastores, pereunt meritò & malè, quia non boni.

Mercenarius autem, & qui non est pastor, cuius non sunt oues propria, vidit lupum venientem, & dimittit oues & fugit, & lupus rapit & dispergit oues. Mercenarius *autem fugit, quia mercenarius est, & non pertinet ad eum de ouibus.*] Hoc quidem egregiꝰ ille pastor Dauid, de cuius semine hic pastor bonus, secundum carnem natus est, faciebat, qui 1.Reg.17. dixit ad Saul, *Egregius pastor Dauid.* [Pascebat seruus tuus patris sui gregem, & veniebat leo vel vrsus, & tollebat arietem de medio gregis, & persequebar eos, & percutiebam, eruebamq; de ore eorum, & illi consurgebant aduersum me, & apprehendebam mentum eorum, & suffocabam interficiebamq; eos.] Hoc profectò non mercenarij, sed veri pastoris erat. Causam autem cur mercenarius fugit, adiungit. Quia ipse mercedem solam quærit, proinde quando pereunt oues, sibi non pereūt, sed Domino cuius sunt. Siue ergo viuant, siue pereant, nec lucrum, nec damnum ei referūt, qui solum mercedem habet ex ouium custodia; Propterea fugit & propter vitæ consulit. Non pertinet ad eum de ouibus, id est, non pereunt in damnum ipsius, nec viuunt in lucrum. Mat.4. *Non ad te pertinet, quia perimus?* id est, non tua res agitur? Vel non est tibi curæ, vt illud Luc.10. *Non est tibi curæ quod soror mea me reliquit solam ministrare.* Idem tamen sensus.

Notanda hic quædā. Aduertenda sunt hic quædam. Vnum est, per hos mercenarios Dñm significasse illos Pharisæos, & primos Iudæorum, curam plebis gerentes, qui auaritiæ & ambitioni erant dediti, decimantes mentham & cyminum: hi non ouium sed propriæ vtilitati studebant. Esse autem similes in Ecclesia Euangelica, improbabile non est, de quibꝰ Phil.2. dicitur, *Quæ sua quærūt, non quæ Iesu Christi.* Sed dubitari posset: Si mercenarius est, cuius oues non sunt p̄priæ, oēs nostri Prælati & pastores mercenarij sunt, quia oues ipsorū non sunt, Nō .n. sunt fideles oues huiꝰ aut illius Prælati, sed Christi cuiꝰ est Ecclesia, Vnde Io.20. dictum est Petro. *Pasce oues meas,* non, tuas, & Mat.16. *Ædificabo Ecclesiam meam,* nō, tuam, & 1.Cor.3. *Sic vos existimet homo, vt ministros Christi, & dispensatores:* quid ergo, dicemusne Apostolos & Successores oēs eorum mercenarios? Respondetur. Qui propriæ vtilitati temporali studet, & officium suscipit non p̄pter oues p̄cipuè, sed p̄pter honorem, aut lucrum, aut bonū aliquod p̄prium mercenarius est, qui facile imminente periculo & cessante lucro dimittit oues, quia non habet iam q in eis pascendis sibi proposuerat: *Quis propriè mercenarius, & quis nō.* Cæterùm qui vtilitatem ouiū in officio præcipuè quærit, & commoda p̄pria temporalia postponit, nō mercenarius, sed p̄prius est pastor. Quia etsi verè oues eius non sint, ita eas tñ tractat, ac si suæ essent, & p̄pterea Vicarij, ac ministri Christi dicunt, vices eius gerētes: Quia sicut Christus oues tanq̄ verè suas gubernat, ita vicarij eodem affectu in eas feruntur quo is, cuius sunt Vicarij. Charitas enim qua diligitur Deus facit, vt quæ Dei & Christi sunt veluti propria reputentur. Inde fit, vt hi vitam & sanguinem p̄ ouibus fundant, Sunt.n. vnius voluntatis cum primo & summo pastore. Et quia illum plusquam seipsos diligunt, omnia p̄pter illū diligunt, & suum p̄priū bonum iudicant, quicquid illius est, in quo se ipsos plusq̄ in seipsis diligunt. Tales fuerunt Apostoli Martyres, & reliqui, tales & nunc habet sacrosancta Ecclesia Catholica. Sunt autem certi casus quibꝰ pastorem licet fugere, si solꝰ pastor quæritur & non oues. Obserua etiam per lupum nō solos hæreticos aut Tyrānos & nominis Christi persecutores intelligi; Sed quoscūq; qui fideles à iustitia auertere conantur, qui timorem aliquē sua potentia Prælatis solēt incutere, sed nō satis est pastoribus, si non fugiāt lupos, quādo terrentes inuadunt, sed adhuc cauere debēt, ne cū lupis ineāt amicitias in ouium detrimentum. Hi.n. etsi corpore non fugiant & dimittāt oues, corde tamen & animo, quod peius est longe fugiunt, & in grauiori periculo oues relinquunt, quando lupus & tutus & securius inuadit.

Ad gregis diligētem custodiam quæ requisita. Nota etiam q ad diligentem custodiam gregis requirūtur pleraq; Primò, vt seipsum custodiat, Ipso.n capto grex est in periculo. 2.Reg.18. *Si media pars è nobis ceciderit, nō multum curabunt quia tu vnus pro decem millibus computaris,* dictū est Dauid. Et c.21. *Iurauerunt viri Dauid dic. Iam non ingredieris nobiscum in bellum, ne extinguas lucernam in Israel.* 1.Regum vltimo *Totum pondus prælij versum est in Saul.* 3. Regum vltimo. *Non pugnetis neq; contra minorem, nec contra maiorem, sed contra regem Israel.* Secundò, necessarium est, vt orando frequenter gregem Deo commendet, Mat.14. Iesus in monte orat, cum nauicula in mari iactaretur fluctibꝰ, Io 17. Orat Iesus pro grege suo. Et Samuel 1.Reg.12. *Absit à me hoc peccatum in Domino, vt cessem orare pro vobis, &c.* Ps. *Nisi Dominus custodierit ciuitatem, frustrà vigilat qui custodit eam.* Tertiò, vt gregem ante oculos habeat, vel cordis, vel corporis. Eccles.7. *Pecora tibi sunt, attende illis.* & Act.20. *Attendite vobis, & vniuerso gregi.* Quartò, vt malum manifestum dio in grege non sustineat. 1.Corin.5 *Nescitis quia modicum fermentum totam massam corrumpit? Expurgate vetus fermentum.* Apocaly 2. *Scio quod non possis sustinere malos.* Quintò, vt admonitionibus infirmorum multum insistat 1.Machabæor.5. *Erat Iudas congregans extremos, & hortabatur populum per totam viam, donec venires in terram Iuda.* Actorum vigesimo. *Nocte & die non cessaui cum lachrymis monens vnumquemque vestrum.* 1. Thess.4. *Consolamini pusillanimes.* Sextò, vt de reddendā ratione frequenter cogitet. Hebr. decimo tertio. *Obedite præpositis vestris, & subiacete eis, ipsi enim peruigilant, quasi rationem reddituri pro animabus vestris.* Ieremiæ 33. *Adhuc transibunt greges ad manum numerantis.* *Prælatis cogitandū frequenter de officij reddenda ratione.* Sed discurre nunc per omnia genera, officia, ætates & actus hominum, & inuenies plures mercenarios, quam pastores. Si interrogaueris qui præsunt qui seruiunt templis cantando, concionando, ministrando, aperiendo, ædificando, & illi intentiones suas verè aperuerint, videbis illos mercedis causa tantum illo offi-

cio fungi. Inquire in bello, in caussis forensibus, in sellis iudicum, in tutorum officijs, in curijs, & vsque ad hospitalia, & non tibi deerunt, quos in hunc ordinem ascribes.

Ego sum pastor bonus, & cognosco oues meas.] Quia Christus iam se à duobus malis seiunxerat, ab vno qui furatur, mactat & perdit, & ab altero qui non prohibet, replicat & concludit, *Ego sum pastor bonus.* Itaque quatuor argumentis à signo sumptis, se esse verum & bonum illum pastorem probat. Debet autem pastor aut Prælatus de communi vtilitate magis quam de propria cogitare. Bona enim naturæ omnibus sunt generaliter concessa, & nulli specialiter attributa, sicut patet de cœlo, aëre, aqua & similibus: Sic verè Prælatus omnibus se debet cognoscere ordinarium esse communem, & non isti vel alteri specialem. *Omnibus omnia factus sum, vt omnes lucrifacerem.* primo Corinthiorum nono: *non quærens quod mihi vtile est, sed quod multorum.* primo Corinthiorum decimo. **Et ita debet** esse communis fons, in quo abluamus fæces **vitiorum.** Communis pons, in quo transeamus fluctus **aduersorum.** Communis mons, in quo colligamus flores **exemplorum.** Communis lea, in qua videamus metas **mandatorum.** Communis rex sub quo vincamus vires malignorum. Communis lea per quam videamus clausa secretorum. Communis dux sub quo caueamus damna nocuorum. Communis regula vt componamus motus animorum. Communis formula, in qua capiamus mores antiquorum. Communis cordula, cum qua coniungamus corda diuersorum. Communis virgula, cum qua feriamus excessus paruulorum. Communis ferula cum qua corrigamus actus peruersorum. Quæ omnia sicut de lucerna, Matt. 5. possunt applicari & elucidari. Debet autem Prælatus etiam præsidere eminenter, ne familiaritas contemptum pariat, præualere excellenter in moribus & virtutibus, exemplo superiorum corporum, quæ sicut alijs eminent & præcellunt in situ; sic & in virtutibus, & in motu, & in splédoribus, & in actu, in scientia, in æquitate. Debet cunctis æqualiter prouidere, & æqualiter sibi esse cura de omnibus. Sapient. sexto, Ester decimo sexto: *Prouidendū paci est omnium prouinciarū.* Sic cordium & officiorum Debet sapienter cunctos edocere. Cunctos coërcere, patienter omnes sustinere, competēter omnes promouere, secundum exigentiam meritorum, & prout locus & tempus se offerunt. Congaudere & cunctis & compati. Et sic Prælato debemus reuerentiam ratione dignitatis cum sit loco Dei, deinde obedientiam ea parte doctrinæ Matt. 23. *Super cathedram Moysi.* Tertio, sufferre illum, quamdiu illum Ecclesia sustinet.

Cuiusmodi Prælatus esse debent.

Lupi in bonam & malā partem accepti.

Obserua etiam, quod lupus in bono & malo innuitur. Lupus .n. in bono significat professores virtutis & iustitiæ: nam cū à proijciente lapide grauissimè læditur, si potest occidit eum, qui proiecit: Si autem parum lædit, proijcientē quasi parum leniter corrigendo pertrahit, & post dimittit, vt habet Homerus, in lib. de pugnis & astutijs bestiarū. Sic homo iustus, Prælatus aut princeps debet secundum quod magis aut minus deliquerit, corrigere. Et sicut lupus est animal valde vigil, & mirabiliter timet ignem, sic iustus per prudentiam debet esse vigil, & ignem inferni, ipsum etiam Deum, qui ignis consumens dicitur, Deuteronomij quarto, mirabiliter formidare. Et sicut lupus animalia capit & rapit, & ipsa sibi incorporat, eaque sibi vendicat & acquirit: sic iustus debet alios per prædicationem rapere & acquirere, eosq́; per charitatem sibi incorporare, & ad partē suam & Christi per pœnitentiam conuertere & domare. Gen. 49. *Beniamin* (quod de sancto Paulo intelligitur.) *lupus rapax, manè rapiet prædam, vespere diuidet escam.* Et sicut lupus, si ligatus fuerit vel conclusus, non solet oues lædere, sed cum eis pacificè morari; Vnde lupus quando supertectum saltat in domum, vbi oues sunt, ante omnia tentat si poterit exire pro libito, & si videt quod ostia sint serâ obducta, nec possit retro per viam, quam intrauit saltare, statim se captum iudicans, abscondit se, & etiam si famelicus sit, nihil nocet: Sic iustus vinculis diuini timoris astrictus, & infra muros & ambitum diuinorum mandatorum inclusus, cum agnis & ouibus, id est, cum alijs consocijs & simplicibus, cum pace solet viuere, nullumq́; lædere, sed etiam erga omnes benigniter se habere; Isa. 11. *Habitabit lupus cum agno.* In malo significat hypocritas & fallaces, vt de falsis prophetis intelligitur, significat & viros crudeles & raptores. Ezechielis vigesimo secūdo: *Principes eius in medio eius lupi rapaces.* Matthæi decimo: *Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporum.* Sed hoc in loco sumitur pro diabolo, in hodierno Euangelio, & hoc pluribus de causis. Primo enim separat animam à Deo; Propria enim diaboli operatio est, separare & diuidere, nam & in cœlo Angelos diuisit & in paradiso hominem, quem & expulit. Imitantur autem eum, qui ex parte sunt illius. Sapient. secundo: Propterea verò diabolus separat animam à Deo, quia quādiu est Deo coniuncta, nihil ei nocere potest nisi post separationem. Ioannis tertio: *Manete in me. Si quis in me non manserit, mittetur foras, & in ignem mittetur,* scilicet, dæmones. Matth. 23. *Quotiens volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub ala.* Secundo, postquam separauit cæcat eam, vt non delectetur, nisi in tenebris ignorantiæ, habitare: & facit sicut coruus qui primo eruit oculos suspensi, imò totum appetitum destruit, vt omnia videantur amara. Tertiò, Vincit eam catenis & facit eam circumire de vitio in vitium. Psalm. *In circuitu impij ambulant.* Quarto, Quiescere eam non permittit. Isaiæ quinquagesimo quarto: *Cor impij quasi mare feruens, quod quiescere non potest.* Quinto, Ducit eam absque tormento ad sempiternum. Nota etiam quod dicatur hic, *Dispergit.* Dispersio fit, qua quis ab altero segregatur, & talis dispersio nihil aliud est quam ab inuicem diuisio charitatis & vnitatis ruptio, & odij, & inuidiæ & discordiæ & malitiæ, & singularitatis introductio, & à charitatiua societate & vnitate separatio. De tali dicitur. 1. Reg. 11. *Reliqui dispersi sunt, ita vt non inuenirentur duo pariter.* Et hoc maximè fit, quando tribulatione aliquem præoccupatum amici fugiunt. 4 Regum 25. *Bellatores qui erant cum rege, dispersi sunt.* Et de falsa amicitia talium dici potest illud, Ieremiæ decimo tertio: *Implebo omnes habitatores Ierusalem, ebrietate, & dispergam eos, virum à fratre suo, & patres & filios pariter.* Et talis odiosa dispersio fit, quandoque ex defectu pastoris qui nescit regere. Zachariæ 13. *Percutiam pastorem, & dispergentur oues gregis.* Quandoq; ex impulsu raptoris, qui solet angere seu pūgere, vt hic, & Ezechielis trigesimo quarto: dicitur de ouibus, quod dispersæ fuerunt in die nubis & caliginis. Nubis & caligo significant tentationem diaboli eam & vitia detractorum, quæ semper fiunt in obscuro, id est, in abscondito: vti maximè diabolus quando obscuris scripturæ locis aut in deserto, aut in alia tentatione aggreditur hominem, vt fecit cum Luthero & & reliquis hæresiarchis, desperatis monachis, & à Deo planè recedentibus. Quandoq; ex excessu furoris, id est, propriæ malitiæ & inuidiæ, quæ solet eos vrgere, qui sunt ita superbi & peruersi vt voluntariè se dispergant & separent ab aliorum societatibus. Lucæ primo: *Dispersit superbos mente cordis sui.* Disperguntur item ad acquirēdum nociuas facultates, figurati in filijs Israël, sectantes auaritiam Exod. 5. De mādato Pharaonis dispersi sunt, per vniuersam terram Ægypti ad paleas colligendas, Paleæ enim significant temporalia, quæ more paleæ facilè destruuntur. Quidam ad obtinendum arduas dignitates, vt qui appetunt excellentiam. 3. Reg. 22 *Vidi cunctum Israël dispersum in montibus.* Et sic Christum diabolus duxit in montem excelsum, & super pinnas templi, quia ipse superbus est, & ex alto loco corruit. Quidam ad exquirendum fatuas vanitates, vt qui vanam gloriam & iactantiam quærunt. Zachariæ secundo: *Dispersi vos in quatuor ventos, qui significant vanitates, quæ sunt in quatuor mundi climatibus.* Quidam ad assumendum viduas voluptates, qui sequuntur gulam & gastrimargiam. Psalm. *Ipsi dispergentur ad manducandum. Si vero non fuerint saturati, murmurabunt* Sed nunc ad textum.

Lupus hic pro diabolo & quare.

De verbo, Dispergit, notanda.

Nubes & caligo quid hic.

Palea quid

Probat Christ⁹ quatuor argumētis à signo sūptis, se esse verū & bonum illum pastorē: quorū primū est: *Et cognosco oues meas.* Est igitur signū veri pastoris suas oues cognoscere, nemo potest talē habere cognitionem, quam Christus vnicus ille pastor habet suorum electorum. Pastores .n. oues suas distinctè non cognoscunt, nisi signo aliquo exteriori notentur, quo vti solent, vt eas agnoscant, & inter alias, quæ suæ non sunt, distinguant: At mirabilis pastor noster Christus hoc habet proprium, tanquam verus & proprius

Probatur, Christum esse verum pastorem.

pastor, qui nouit oues suas etiam nullo signo distinctas. Multi enim sunt & fuerunt, inter infideles & peccatores, qui oues sunt Christi, nullum in se, quo ab alijs dæmonis ouibus secernantur, signum habentes, & tamen nouit eas Christus & ad se trahit, secundo Timo. secundo. *Cognouit Dominus qui sunt eius.* Cognoscere enim oues, quando erant inter oues diaboli, cum nullum in se distinctionis signum habent, imò quod magis est, etiam antequam fiant & generentur, proprium est huius veri pastoris. De hac cognitione distincta & perfecta loquitur Dominus, vt ex verbis sequentibus constat, qui non tantum exteriora ouium, sed etiam intima cordis perspicit, & quid vnicuique expediat intelligit.

Est autem aduertendum, quamuis generaliter oues Christi sint credentes in eum, tamē particulariter hic loquitur de electis & prædestinatis, qui oues sunt in æternum futuræ, illas nouit sed particulari modo his, quia & intellectu & affectu in ipsas fertur, quæ nunquam sunt ab eo auellendæ, licet ad tempus errent, & hoc significat verbum sequens. Christus etiam cognoscit oues suas per imaginem & similitudinem suam quam eis impressit, per arma & vestimenta virtutum, quibus fideles ornauit per signa bonorum operum, quibus eos decorauit, per doctrinam suam, & specialiter, per charitatem adinuicem, quia eos informauit, quæ omnia in eis inuenit.

Et cognoscunt me meæ.] Alterum argumentum est. Electi & prædestinati Dei infallibiliter cognoscunt etiam pastorem Christum, quia licet ad tempus errent, tamen tandem suum verum agnoscent pastorem & cognoscent, sicut etiā cognitæ sunt. Hoc Paulus secundo Timoth. secundo, declarat dic. *Ex quibus est Hymenæus & Philetus qui à veritate exciderunt. dicentes, resurrectionem, iam esse factam & subuerterunt quorundam fidem. Sed firmum fundamentum Dei stat habens signaculū hoc: Cognouit Dominus, qui sunt eius*, quasi dicat. Multi exciderunt à fide, sed quos elegit Deus & prædestinauit, tandem non possunt excidere, & nullus contra eos præualebit, quia eos nouit Dominus, & nemo de eius manu eripiet, Rom. 11. *Non repulit Dominus plebem suam, quam præsciuit.* Actorum decimo tertio. *Crediderunt, quotquot præordinati erant ad vitam æternam.* Oues ergo Christi cognoscunt ipsum, hæc nota vnici illius pastoris est. Nemo enim hominum etiam eorum, qui boni pastores sunt, hoc habet. Fieri enim potest, vt oues non cognoscant eum. Non enim necessarium est, hunc vel illum cognoscere ad salutem & vitam æternam. Cognoscere autem Christum necessarium est, vt oues eum agnoscant. Necesse quidem est agnoscere Prælatos & pastores in Ecclesia, tamen hunc non agnouit, quia forsan tunc errabat, agnoscet alium successorem, at Christum necesse est agnoscere. Est autem hæc nota effectus prioris; Propterea enim oues cognoscunt me, quia ego cognosco eas.

Sicut nouit me Pater, & ego agnosco Patrem.] Sicut ego noui Patrem, & loquitur vt homo. Est aūt similitudo ꝓportionis, non æqualitatis. Non .n. dictio (sicut) semper æqualitatem indicat, vt apertè probat illud Mat. 5. *Estote perfecti, sicut Pater vester perfectus est.* Consideremus igitur, quomodo Pater nouit Christum, sic enim proportionis similitudine Christus suos nouit. Pater igitur sic nouit filium, si loquamur, vt Deus est, quia intelligendo & cognoscendo totam substantiam ei donauit, & communicauit, insuper & vitā. Vt autem homo est, sic Christus homo à Patre cognitus est, vt non fuerit sterilis & inutilis cognitio: sed simul affectiua & factiua, quia eam humanitatem summis donis & perfectionibus & vita spirituali affecit. Sic & Christus nouit suos non sterili cognitione & speculatiua, qua etiam inimicos nouit, sed affectu & efficientia, quia pluribus beneficijs & virtutibus insignibus ac donis, suos replent & refert electos eosque viuificat. *Sicut igitur nouit me Pater, sic ego oues meas.* Consideremus rursus, quomodo patrem nouit filius. Vt enim Deus est recognoscit, quòd accepit à Patre & redamat ipsum, non tamen vitam aut aliquid ei communicat, quia Pater à Filio nōn accipit quidquam in se. Vt homo autem, Christus nouit Patrem, eius voluntatem in omnibus implendo, ipsius honori in omnibus consulendo, nomen eius celebrando.

Sic etiam oues & electi cognoscunt Christum amando, reuerendo, obediendo, colendo, & celebrando: at nihil ei vitæ aut perfectionis addunt, nihil in se accipit ab eis Christus, Lucæ decimo septimo. *Postquam feceritis hæc, dicite, serui inutiles sumus.* His igitur propositis verbis declarat Christus, non qualemcunque se esse pastorem, sed Messiam & verum Christum Dei filium. Nemo enim alius sic cognoscit aut cognoscetur ab ouibus. Quis enim oues viuificat, vti Christus? Quis seipsum dat ouib⁹, quis eas, vt ita dicatur, Deificat & consortes diuinæ naturæ facit, sicut ipse: Rursus alia similitudo est. *Sicut me nouit Pater, & ego noui Patrem*, vt nec à Patris cognitione & affectu diuellatur filius, nec pater etiam ab ipsius filij cognitione & affectu: Ita erit firma & certa hæc cognitio, inter me & oues, quæ in æternum manebit.

> Oues & electi quomodo Christum agnoscant.

Et animam meam pono pro ouibus meis.] Tertium argumentum est à signo, discernente mercenarios à bonis & proprijs pastoribus, & multo magis fures & latrones qui non solum vitam propriam non exponunt pro ouibus, sed potius ipsarum vitæ insidiantur: Christus autem verus & proprius pastor vitam suam pro ouibus exposuit, hoc enim loco Anima, vitam temporalem significat. Aduertendum est tamen, etiam hoc signo ab omnibus pastoribus etiam bonis Christum secerni, quia non quouis modo Christus animam posuit pro ouibus: sed eo, quo nemo alius posuit, nec ponere potuit, vt hoc argumentum, esse verum Christum & principem pastorum, probet, quod in quatuor maximè apparet. Primo, Apostoli & Martyres vitam exposuerunt pro ouibus Christi, sed eorum mors ouibus in redemptionem & remissionem peccatorum non profuit: Sola enim Christi mors peccatum delere potuit, gratiam restituere & cœlum aperire Ipse ergo est, qui maximè pro ouium vtilitate animam posuit ratione effectus, quia maximè profuit. Secundo, & hoc est valde perpendendum; Homo vitam pro alio poterit exponere, & exposuerunt multi, sed hi qui exposuerunt erant morituri, etiamsi pro alijs eam nō exposuissent, potiùs dicendi sunt, mortem pro alijs cito obijsse, & vitam diminuisse: At Christus non sic, ex vnione ad verbum caro illa immortalis futura erat, & ei impassibilitas & immortalitas debebatur: At pro nobis & ouium salute se passibilem & mortalem fecit, dispensatiuè impediendo, ne eius gloria ad carnem se extenderet. Se ergo mortalem & passibilem pro ouibus fecit, ideo ipse solus est, qui pro eis vitam verè exposuit. Id Paulus insinuat dic. secundo Corinthiorum octauo. *Propter vos egens factus est, cum diues esset.* Tertio, Homines potius pro se moriuntur, quam pro alijs, quia plus sibi prosunt, quàm illis; Mors enim Martyrum plus eius profuit, quia gratiæ & gloriæ pondus illis contulit; nobis autem ad exemplum & satisfactionem pro temporalibus pœnis profuit. Maius tamen est gratiæ & gloriæ bonum, quod sibi per mortem conciliat unc. Vnde Aristoteles gentiles docuit: *Qui pro amico moritur, plus amare se, quàm amicum, quia sibi bonum honestum comparat, amico autem ipsum temporalem, pro cuius defensione vitam exponit.* At Christus non sic: Mors Christi nobis plus profuit, quia ad remissionem peccatorum, ad gratiæ consecutionem, ad vitam æternam necessaria fuit, horum nihil sibi per mortem comparauit. Ex vnione enim omnia sibi debita erant, nec pro se morte ei erat opus, quod Isaiæ septimo dicitur. *Paruulus datus est nobis, & filius datus est nobis.* Quarto, Quia nullius vita in totum alteri profuit.

> Christum pastorum omnium esse principem, docetur.

> Aliorum vita quatenus alijs prodest.

Multum tempus vitæ intercedit inutile alijs, etiam in his qui mortem pro altero subierunt, non enim tota vita Apostolorum nobis profuit, sed illa pars vitæ, quam pro nostrâ vtilitate expenderunt: At Christus ab instanti suæ incarnationis nobis profuit, nam & tunc nostram Redemptionē sua dilectione meruit. Ipse igitur est, qui propriè & perfectè animam suam posuit pro ouibus suis, de quo solo prædictum est, Isaiæ quinquagesimo tertio: *Si posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longæuum.*

Et quia toties repetitur illud verbum, *Ouis* & iterum *Mea*, & *Me*, de his aliquid dicere cogit necessitas. Oues habēt decem cōditiones, quibus nos debemus assimilari Prima, ouis

> Conditiones ouis.

I. *Ouis animal simplex.*

ma, Ouis est animal simplex; Sic fideles simplices sunt in malis,& prudentes in bonis, Matthæi decimo: *Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ.* Similiter credunt ea quæ fides dictat, quæ alias videntur impossibilia secundo Corinthiorum decimo. *In captiuitatem redigentes omnem humanum intellectum, in obsequium Christi,* scilicet,ad obediendum fidei.Ecclesi.tertio: *Quæ præcepit Deus tibi, cogita illa semper & in pluribus operibus eius ne fueris curiosus*: Ambrosius. *Tolle argumentum, vbi fides quæritur. Et nunquam discet literas, qui de alphabeto primum volet disputare, vel illa nõ credere ita esse.*

II. *Est animal timidum.*

Secunda, Est animal timidum; Sic fideles habẽt timorem filialem,& non seruilem,per quem timent valde Deum offendere, Prouerbiorum vigesimo octauo: *Beatus homo qui semper est pauidus.* Ecclesiast. primo: *Timenti Deum bene erit in extremis.* Talis enim timor facit cauere à malo, & bene operari. De primo dicitur Prouerbiorum decimo quinto: *In timore Domini omnis declinat à malo.* De secundo.

Timor filialis agit duo.

Ecclesi. decimo quinto. *Qui timet Deum, faciet bona.* Et ideo, *qui sine timore est, iustificari non poterit.* Ecclesi. primo: & Eccl. vltimo. *Deum time, & mandata eius serua, hoc est, omnis homo.*

III. *Est animal pacificatum.*

Tertia, Pacificum est; Sic fideles Christum cum omnibus quærunt pacem, Romanorum decimo quarto: *Si fieri potest, quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacẽ habete.* Quartò, ouis vestit, cibat,& omnia communicat. Sic fideles debent esse charitatiui.

IV. *Ouis omnibus cõmunicat.*

Actorum quarto: *Erant illis omnia communia.* Lucæ decimo nono: *Dimidium bonorum meorum, Domine, do pauperibus.* Iob. trigesimo primo: *Si despexi prætereuntẽ pauperem, eo quod non habuerit indumentum, vt de velleribus ouiũ mearum calefactus est.*

V. *Est obediens.*

Quinta, est obediens; Sic fideles Christo, & Prælatis Ecclesiæ. *Oues meæ, vocem meam audiunt,* Ioannis decimo: *& sequuntur me.* Matthæi quarto: *Venite post me, & statim secuti sunt eum.* 1. Regum 15. *Melior est obedientia quàm victima*

VI. *Est Sobria.*

Sexta, Sobrium, herbá cõtentum, Sic fideles Christi in cibo & potu sunt valde sobrij, & contenti modico vestimento. 1. Tim. 6. *Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti simus:* secundo Corinthiorum vndecimo. *In fame & siti, in ieiunijs multis, in lachrymis & ærumnis, in frigiditate & nuditate.* Hebræorum vndecimo: *Circuierunt in melotis, in pellibus caprinis.* Septima, ouis scindit vngulam & ruminat, ideo animal mundum vocatur, in sacrificium Domini aptum;

VII. *Ruminat.*

Sic fideles discreti sunt in agendis, Hebræorũ quinto: *Perfectorum est solidus cibus, eorum qui per consuetudinẽ exercitatos habent sensus ad discretionem boni, & mali.* In cuius figura mandatum est in lege quod omne sacrificium sale cõdiatur, Leuiti. secundo. Ruminant etiam & repetunt verba Christi Lucæ secundo: *Maria autem conseruabat omnia verba hæc, conferens in corde suo.* Nam verbum Dei debet masticari & comedi, & non degluti. Ezechiel. tertio: *Fili hominis comede volumen istud, & comedi, & factum est quasi mel dulce in ore meo.*

Verbum Domini masticandum, seu ruminandum, non degluciendum.

VIII. *Est innocens.*

Octaua, est innocens, quia nec dente, nec calce, nec vnguibus, nec cornibus nocet, Sic Christi fideles neque dentibus per detractionem, neque calcibus per percussionem, nec vnguibus per bonorum aliorum direptionem, nec cornibus potentiæ per expulsionem nocent. secundo Corinthiorum septimo. *Neminem læsimus, neminem corrupimus, neminem circumuenimus.* Romanorum duodecimo. *Nulli malum pro malo reddentes.* sed è contrario, Vt 1. Petr. 3. dicitur, *benedicentes.* Et si Christi fideles per viã innocentiæ non continent ambulare, statim ad viam pœnitentiæ redeant, & satisfaciant plenariè, prout possunt, *& vbi abundauit delictum, superabundet gratia meritorum.* Romanorum sexto: *sicut exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ & iniquitati, ita nunc exhibete in sanctificationem.*

IX. *Non clamat.*

Nona, ouis non reclamat, quicquid illi fit. Sic Christi fideles in omnibus habent patientiam. Canitur in Ecclesia, *Caeduntur gladijs more bidentium*, Lucæ decimo: *Ecce ego mitto vos, sicut oues.* Iacob. primo. *Patientia opus perfectum habet.*

X. *Omnia quæ habet oues vtilia sunt.*

Decima, Omnia quæ habet sunt vtilia. Lana, lac, fœtus, morsus, fimus, præter carnes; Sic Christi fideles habent bonam lanam, id est, substantiam temporalem quia ipse iustè acquirunt & possident, bene dispensant in vita, & bene relinquunt in morte. Bonum lac, id est, doctrina & scientia. Bonus fœtus, id est, bona opera, quæ sunt filij iustorum. Bonus morsus, quia dentibus suis vitia lacerant & bona comedunt. Bonus fimus, Habet enim stercus mosci,

Ouium fimus cum commendatur.

redolet, quia coram Deo & Sanctis redolent, & fama eorum non fœtet. secundo Corinthiorum secundo. *Christi bonus odor sumus, alijs quidem odor mortis in mortem, alijs autem odor vitæ in vitam.* Genesis vigesimo septimo: *Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni, cui benedixit Deus.* Carnem itaque vestram domate ieiunio, & abstinentia escæ & potus, secundo Corinthiorum quarto. *Semper mortificationem Iesu Christi cordibus vestris circumferentes,* Notate illud, *Christus passus est pro nobis, vobis exemplum relinquens* Sic agite pastores, sic agite oues.

Pronomina, Meus Tuus, Suus, exponitur Psal. 49.

Expende etiam, quod *Meus, tuus, suus,* sont pronomina possessiua, & significant rem iam acquisitam, & in bonis alicuius conuersam & ab aliquo vendicatam, habitam & possessam, & alicui appropriatam, & sibi specialiter deputatam; Ea ratione etiam potest Christus dicere, *Meæ oues,* quia omnia sua sunt, & sibi omnia subijciuntur. Ipse enim qui dicit, *Meæ sunt omnes feræ syluarum, iumenta, &c. meus est orbis terræ.* Sic meus est prædicans veritatem puritatem, Apocalyp. vndecimo: *Dabo duobus testibus meis & prophetabunt dies mille,* & quæ Dei sunt, non debent ab alio tangi, Psalm. *Nolite tangere Christos meos, & in Prophetis meis nolite malignari,* quia sunt guttur veritatem meditando & labia veritatem prædicando. Prouerbiorum octauo: *Aperientur labia mea, vt recta prædicent, veritatem meditabitur guttur meum, & labia mea detestabuntur impium.* Sunt oculi, Psal. 24. *Oculi mei sufficientes in excelsum* Et illud. *Oculi mei semper ad Dominum.* Et, *Leuaui oculos meos in montes,* quasi dicat. Tales oculi debent alta meditari, Deum contemplari, suprema scrutari. Et nunc procul dubio de talibus potest Dominus illud dicere, *Lumen oculorum meorum, & ipsum non est mecum.* quia multi sunt hodie prædicatores, qui non respiciunt ad Deũ, sed ad mundum. Psal 87. *Oculi mei languerunt præ inopia,* id est, præ auaritia. Sunt & linguæ. Psal 44. *Lingua mea, calamus scribæ velociter scribentis.* Sunt & manus, Canticor. quinto: *Manus meæ distillauerunt myrrham optimam.* Potest iterum dicere, *Meus est,* qui abdicat se à mundi vanitate; Vnde de sanctis & perfectis viris qui seculum dimiserunt, dici videtur illud Ieremiæ quinquagesimo: *Grex dispersus factus est, populus meus, transierunt de monte in montem, obliti sunt cubilis sui.* id est, mundi, 4. Regum. 21. dicitur, *Dormiuit Manasses, & sepultus est, sepultus est in horto;* Dormiuit mundum obliuiscendo, & à mundi occupationibus secedendo. Ad quod videtur Dominus inuitare, dic. Ieremiæ quinquagesimo primo: *Egredimini de medio eius populus meus, vt saluet vnusquisque animam suam.* Iterum potest dicere. *Meus est vendicans sensus æquitatem,* vel consilium, quia Deus illum suum dicit & reputat, qui consultè omnia facit, & cogitat. Et meritò, quia Deus sibi appropriat omne consilium sanum & prudens. Prouerbiorum octauo: *Meum est consilium, & æquitas mea, & prudentia, fortitudo.* Meus est, applicans mentis voluntatem per obedientiam & humilitatem ad suscipiendum mãdata Dei De talibus dicitur Ioannis decimo quinto. *Vos amici mei estis, si feceritis præcipio vobis.* Et Ioannis octauo: *Si manseritis in sermone meo, veri discipuli mei eritis.* Meus est practicãs fidei claritatem seu puritatem; Nam Deus illum suum reputat, cui caput suum, id est, fidei suæ notitiam & custodiã committit & commendat. Vnde ipse est, qui dicit fideli animæ illud Cant. quinto: *Vox dilecti mei pulsantis, aperi mihi soror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea, quia caput meum plenum est rore, & cincinni mei guttis noctium.* Vnde ipse potest viro iusto illud Psal. *Susceptor meus es, gloria mea, & exaltans caput meum.*

Mea est, quibus dici possit.

Multi fidẽ Catholicam in baptismo professi, eã hæresi sua adulterãt.

Multi autem, vt hæretici & seductores, abscindunt potius caput illud. Qui in Baptismo caput Christi, id est, fidem custodiendam suscipiunt, ipsum tamen per hæreses lacerant & confundunt, similes Dalilæ quæ caput Samsonis in suo gremio reclinauit, totondit & fortitudine spoliauit. Bene ergo dic. Dominus conquerendo in Psalm. 68. *Multiplicati sunt super capillos capitis mei, qui oderunt me gratis.* quasi dicat. Inimici mei, id est, hæretici super capillos capitis mei, id est, super articulos fidei meæ congregantur, vt ipsos euellant per hæreses & malitiam deprædẽtur. Iob decimo nono. *Semitam meam circumsepsit & transire non possum, & in calle meo, tenebras posuit, expoliauit me gloria mea, & abstulit coronam de capite meo.* At de eo qui suus est potest dicere

Christus

Christus, Luc. 3. *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui.* Et illud Cantic. 1. & 5. *Botrus Cypri dilectus meus. fasciculus myrrhæ, dilectus meus mihi, dilectus meus candidus, & rubicundus, electus ex millibus.*

Et sicut homo res suas melius cognoscere solet, firmius diligere, tutius conseruare, amplius honorare: Sic Deus viros, iustos tanquam suos melius cognoscit, Ioannis decimo, vt hodie. Fortius diliget, cuilibet tali dicens illud, Isaiæ quadragesimo quinto: *Seruus meus, Iacob quem elegi, semen Abraham amici mei.* Tutius custodit dicens illud. Psal. *Inueni Dauid seruum meum, oleo sancto meo vnxi eum.* Amplius extollit dicens illud, Isaiæ quadragesimo nono: *Seruus meus es tu Israel, quia in te glorabor*, quod fiet in patria, quando Deus dicet illud quod canitur: *Sancti mei, in carne positi, certamen habuistis, mercedem laborum ego reddam vobis.* Et illud Matthæi vigesimo quinto: *Venite Benedicti.* Et illud regnum & istam mercedem videtur Dominus declarare de paradiso. Isaiæ sexagesimo quinto: *Electi mei, & serui mei, habitabunt ibi.* Et sequitur. *Serui mei comedent, serui mei bibent, serui mei lætabuntur, serui mei laudabunt.* Sed multi sunt de quibus in contrarium nunc loquitur Deus, Psalm. *Amici mei, & proximi mei de longe steterunt.* Et, *Extraneus factus sum fratribus meis, & peregrinus filijs matris meæ.* Et, *Notos meos longe fecit à me.* Item Canticor. primo: *Filij matris meæ pugnauerunt contra me.* Et Threnorum primo: *Vocaui amicos meos, ipsi autem spreuerunt*, vel, secundum aliquos, *deceperunt me.*

Vtinam Auditores, simus ex eorum numero, in quorum numero suos vocat, & quidem oues, vt & nos possim⁹ dicere hoc & quidem sanctè, *Meus est Deus, per quem iustificor.* Propriè enim potest dici *Meus*, qui creauit me cum non essem, recreauit me cum esse desijssem, redemit me cum perijssem, erexit me cum cecidissem, se meum fecit cum suus essem, se mihi dedit cum pauper essem. Psalm. *Ecce cognoui, quoniam Deus meus es tu, tu es enim ipse rex meus & Deus meus qui mandas salutes Iacob.* vt quilibet exemplo Thomæ dicat, *Dominus meus, & Deus meus.* Et Psalm. *Deus, Deus meus ad te de luce vigilo. Deus, Deus meus, respice in me.* Item, Mea est anima, per quam viuificor, vt sic dicamus Deo illud Genesis duodecimo: *Bene sit mihi propter te, & viuet anima mea ob gratiam tui.* Psalm. *Viuet anima mea, & laudabit te, & iudicia tua adiuuabunt me.* Genesis trigesimo secundo: *Vidi Dominum à facie ad faciem, & salua facta est anima mea.* Et, *Anima mea in manibus meis semper.* Item, meæ sunt virtutes, per quas rectificor. Quando enim virtutes morales, Theologicas, naturales, aut Cardinales habemus, propriè nostræ sunt, quia vbicunque erimus nobis insunt, & nos nisi voluerimus non dimittunt. Igitur quod mea sit virtus fidei, patet Romanorum primo: *Consolari in vobis per eam, quæ inuicem est, fidem vestram & meam.* Et Iacob. secundo. *Ostendam tibi fidem meam ex operibus.* Item virtus spei. Iob decimo nono *Reposita est hæc spes mea in sinu meo.* Virtus Orationis. Psal. *Oratio mea in sinu meo conuertetur.* Virtus humilitatis. Psalm. *Vide humilitatem meam, & laborem meum, & dimitte omnia delicta mea.* Virtus patientiæ. Iob decimo septimo: *Patientiam meam quis considerat?* Virtus prudentię. Prouerbiorum octauo: *Mea est prudentia. mea est fortitudo.* Insuper mei sunt proximi, per quos lætificor. Illi enim qui se inuicem diligunt, in possessionem & proprietatem alter alterius se suscipiũt, sicut patet filium. Lucæ decimo quinto: *Fili, omnia mea tua sunt, & omnia tua mea.* Vt sic dicat quilibet proximo suo. illud 2. Esdr. 4. *Proximus mihi sedebis, & cognatus meus vocaberis.* Vltimò, Mea est vita æterna, per quam glorificor, quia nihil aliud est tam proprium beatorum sicut æterna gloria, vt quilibet beatus dicat illud Iob trigesimo: *Gloria mea semper innouabitur, & arcus meus in manu mea instaurabitur.* Isaiæ quadragesimo secundo: *Gloriam meam alteri non dabo.* Psalm. *Hæreditas mea præclara est mihi. Tu es qui restitues hæreditatem meam mihi.*

Virtutes … sunt

Quod si autem ò Auditores, hæc non attenditis, debetis scire, quod quisque cogatur dicere: mea est carnis fragilitas, mea mentis instabilitas, mea vitæ calamitas, mea mundi aduersitas, mea mortis necessitas. Mea est iniquitas propter quod torquebit vos intolerabilis pœnæ crudelitas: quia profectò illi qui damnabuntur, nihil habent magis proprium quam pœnam æternam, quam nunquam poterunt ampliùs perdere aut extirpare.

Neque prætereas velim quod dicit, *Oues meæ cognoscunt me*, quod pronomen sæpè Christus repetit, Me vtique, cuius potentia omnia reguntur. Deuteronomij trigesimo secundo: *Videte quod ego sim solus, & non sit alius Deus præter me.* Cuius prudentia omnia diriguntur. Prouerbiorum octauo: *Meum est consilium, &c per me reges regnant. Qui mane vigilauerint ad me, inuenient me.* Cuius clementia fulciuntur omnia. Matthæi septimo: *Venite ad me omnes.* Cuius iustitia franguntur imperia. Ieremiæ quinto: *adducam super vos gentem de longinquo, & comedet segetes tuas, & panem tuum deuorabit.* Deuteronomij quarto: *Congrega ad me populum, vt audiat sermones, & discat timere me.* Et ipse dic. Isaiæ quadragesimo sexto: *Redite præuaricatores ad cor, recordamini quia ego sum Deus, & non est vltra me Deus, nec est similis mei.* Cuius vestigia deuoti sequuntur, Iste enim est qui dicit Petro & Andreæ. Matthæi tertio: *Venite post me* quia ipse dicit. Matthæi decimo nono: *Amen dico vobis, quod vos qui secuti estis me. sedebitis super thronos duodecim*, Et, *Qui sequitur me, non ambulat in tenebris.* Ideo Matthæi decimo nono. *Sinite paruulos venire ad me.* Contrarium facientes arguit. Isaiæ primo: *Cognouit bos possessorem suum, Israel autem me non cognouit.* Ieremiæ secundo: *Populus autem meus oblitus est mei diebus innumeris.* Cuius auxilia quæruntur ab omnibus, Iste est qui dicit animæ destitutæ; *Tantummodo ex me est auxilium tuum.* Oseæ decimo tertio: Ideo Amos quinto: *Quærite me, & viuetis.* Et merito, quia sicut ipse dicit de seipso. Eccl. vigesimo quarto: *In me omnis gratia viæ & veritatis, in me omnis spes vitæ & virtutis. Transite ad me omnes. Qui edunt me.* Me itaq; per quem magnalia dabuntur beatis. Dominatorum nihil magis proprium, quam supplicij æternum.

Vnde ipse est qui se offert omnibus sanctis & beatis, ad videndum gustandum, tenendum, & amplexandum, dic. Prouer. 8. *Beatus homo qui audit me, & qui vigilat ad fores meas quotidiè: Qui me inuenerit, inueniet vitam, & hauriet salutem à Domino. Qui autem in me peccauerit, lædet animam suam & omnes qui me oderunt diligunt mortem.* Contrarium itaque facientes reprehendit dic. Ieremiæ secundo: *Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas dissipatas. Verterunt ad me tergum, & non faciem.* Illi debent attendere illud Oseæ septimo: *Væ eis cum recesserint à me. Conuertimini itaque ad me:* Ioël secundo: *in toto corde vestro, in ieiunio, & fletu, & planctu.* Videte quid sit cognoscere Me, & non mundum, non carnem, non alia dæmonia. Omnibus offert se Christus.

Pascua vero ouium Christi ostenduntur Ezechiel. 34. *Inducam oues meas in terram suam, & pascam eas in montibus Israel, & in riuis, & in cunctis sedibus terræ.* Terra ouium Christi, est terra viuentium, ibi inuenient pascua, id est, gaudia vberrima in monte Patris, in monte Filij, in monte Spiritus sancti. Pascentur etiam in riuo potentiæ, qui fluit à monte patris, in riuo sapientiæ, qui fluit à monte filij, pascentur etiam in riuo charitatis seu beneuolentiæ, qui fluit à monte Spiritus sancti. Pascentur etiam in cunctis sedibus illius terræ, hoc est, in sede cuiuslibet Angeli & Archangeli, & in cunctis sedibus Virtutum. Potestatum, Principatuum, Dominationum, Thronorũ, Cherubin & Seraphin. Specialia gaudia inuenient in sede cuiuslibet Patriarchæ, Prophetæ, Apostoli, Martyris, Confessoris, Virginis, Viduæ ac Coniugati, spiritualia gaudia recipient.

Et alias oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili, & illas oportet me adducere.] Quartum argumentum, à signo boni pastoris quia debet errantes oues quærere & reducere, q; per Ezechiel. 34. Dñs ostendit malos pastores arguens, dic. *Quod abiectum erat, non reduxistis, & quod perierat, non quæsistis.* Habebat Dominus multas oues errantes inter gentes, quæ nõ erãt de ouili synagogæ, has per suos Apostolos quæsiuit, & reduxit ad suum ouile. His verbis vocationem gentium significat, vt tradunt Doctores. Adduxisse Christus dicitur, quia p Apostolos ab eo missos, eas oues reduxit & cõuocauit. Illud *oportet* Patris mandatũ significat; Habuit. n. Christus homo patris mandatum conuocandi & reducẽdi gẽtium nationes ad ouile Dei, pro quibus etiã mortu⁹ est. Ecclesia Iudæorum & Gentium quomodo conuenerint ac differãt inter se. Istæ duæ Ecclesiæ Iudæorũ & gentiũ, imò illi populi in tribus conueniebant in multis differebãt. Cõueniebant primo, in fidei necessitate, Nemo n. siue ex vno, siue ex altero,

popu-

populo remissionem peccati & gratiā consequi potuit, sine vera fide vel supernaturali. Heb. 11. *sine fide impossibile placere Deo*. Verum quidem est, non fuisse in omnibus ęqualē fidei explicationem necessariā; Quidam enim fidem distinctiorem, quidam obscuriorē habebant: Sed hoc satis sit, fidē omnibus ad salutē fuisse necessariā, quod ab exordio mundi semper fuit, vt Aug. Epist. 99. docet. Conueniebant, secundo, quia tenebantur obseruare mandata naturalia q̄ in Decalogo continentur. Necessarium. n. fuit semper omnibus præcepta naturalia implere ad iustitiam & reus erat peccati, qui transgrediebatur. Tertio, Conueniebant in cultu & religione, Semper. n. Ecclesia gētium habuit cultum exteriorem aliquem, quo Deum colunt, vt cōstat ex Iob, q̄ Deo sacrificabat, & ex patribus illis qui præcesserunt antequā Iudæorum populus separaretur, quamuis cultus Iudæorū fuit in multis ab illo diuersus. In his trib⁹ ergo erat conuētio. In multis discrimen. Primo, quidem in fide. Nā gentes solum obligabantur credere in vnum Deum Saluatorē, & diligentium se remuneratorem, Heb. 11. at populus Iudæorū obligabatur credere distincte venturū Christū & Messiā de semine suo, hunc credebant & spetabāt. Fuit autem ex priuilegio etiā aliquibus ex gentibus reuelatū hoc mysteriū, de venturo Christo, vt constat ex historijs. Secūdo, erat in præceptis ceremonialibus & iudicialibus q̄ De⁹ illi populo Iudæorum imposuit & seruare tenebatur; inter q̄ vnum fuit de circumcisione. Hæc autē fideles ex gentibus non tenebantur implere; quamuis enim gētes ad Iudaismū transire tunc poterant, & circumcidi si vellent, tñ non obligabantur. Fide. n. & obseruantiā mandatorum naturaliū Dei virtute & gratiâ, sine quâ fieri non poterat, exhibitâ, saluabātur etiā sine circumcisione & illis ceremonijs. Tertio, In antiquitate. Ecclesia. n. gentium à principio mundi incepit & vna processit vsque ad Abrahā, in quo Iudaism⁹ per circumcisionē incepit, remanēte Ecclesiā diuisâ. Quarto, In religionis amplitudine & pfectione, In Ecclesia. n. gentiū abundauit error & Dei ignoratio, vt vix fidelis inuentus fuerit, postquam diuisus est ab ea popul⁹ Iudæorū: At in synagoga abundauit fides, religio, Dei cultus, vt verè dictum sit Ps. 76. *Notus in Iudea Deus, in Israel magnū nomen eius*. Multis etiā fuit diuinis beneficijs populus hic cumulatus super gentes Psal. 147. *Non fecit taliter omni nationi*. Propterea tunc Ecclesia gentium sterilis mulieris similitudinē obtinebat, synagoga verò fęcundæ, quæ vices post Christi aduētum in contrarium sunt commutatæ, vt prædictū est Is. 54. *Lætare sterilis quæ non paris, canta laudem & hymnum, quæ non parturis, quia multi filij desertæ magis, quam eius quæ habebat virum*. Ea de causa Ecclesia gentiū tunc dicta est deserta, & in ea habitare dracones & struthiones, & locus aquosus & multa alia, ꝓpter summā raritatē fidelium & diuini cultus inopiam: hoc est ouile alterū à synagoga, ad quod tunc ptinebant oues hæ adducēdæ; quamuis maxima pars earū erraret, etiā à suo ouili proprio, donec à Christo reuocarētur & adducerentur in ouile, non illud antiquū, sed nouū. Et hæc opportunitas ex parte nostra necessitas est, ex parte Dei cōgruentia. Ex parte nostra talis cōgregatio fuit nobis necessaria omnino ad salutem, quia eramus cæci, p diuersa peccata dispersi, sub potestate diaboli redacti, pœnis æternis obligati & gaudijs paradisi exclusi: Sed p reductionē ad ouile Christi fidei lumē accipim⁹, à peccatis absoluimur, & ad vnitatē virtutū reducimur, à potestate diaboli liberamur, pœnas inferni euadimus & ad paradisum reducimur. Hæc omnia fiunt in ouili Dei Ecclesiā. Mat. 16. *Tu es Christus filius Dei viui*. Ecce lumē fidei. *Tibi dabo claues*. Ecce reductio ad paradisum. *Et portæ inferi non præual*. Ecce liberatio à potestate diaboli, & à pœnis inferni. *Et quodcunq; solueris super terrā*. Ecce à peccatis absolutio. Et ideo si volumus salui fieri necesse est, vt ad ouile Christi per baptismalē Dei gratiā reducamur. Mat. vlt. *Qui crediderit. Qui non crediderit, &c.* Ex parte Dei vero fuit decens, & congruū. Primo, Ad charitatem Dei eximiā demonstrandum. 1. Ioā. 3. *Videte qualem charitatem dedit nobis Deus, vt filij Dei nominemur & simus*. Per talem enim reductionem filij Dei sumus. Secundo, ad Dei potētiam ostendendā quæ maximè in tali reductione fuit ostensa; Quæ per quosdā simplices & viles totum mundū diuersa colentē ad vnam fidem reuocauit, 1. Corint. 1. *Videte vocationem vestram fratres, quia non multi potentes, non multi sapientes, sed quæ stulta sunt mundi, elegit Deus*. In quo Dei omnipotentia monstratur, Quia vt dic. August. *maius est facere de impio pium, quàm creare cœlum & terram*. Tertio, ad Dei iustitiam commendandam, Quia iustū fuit q̄ Iudæi qui noluerunt Christū recipere dispergerentur, & cæcarētur, & gentes quæ ipsum non viderunt & tñ in eum crediderunt, vnirentur & illuminarentur, Ioan. 9. *In iudiciū ergo in hunc mundum veni qui non vident, videant & qui vident, cæci fiant*. Quarto, Ad Dei sapientiam insinuandā, cuius est ordinare, quæ Ecclesiā Christi de gētibus congregatam, ita bene ordinauit & distinxit. Eph. 4. *Et ipse dedit quosdam Apostolos. Prophetas. &c. ad consummationem sanctorum in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi*. Quinto, Ad maiestatē Dei laudandam, Nunquam enim Deus ita fuit cognitus & laudatus, & veraciter adoratus, sicut in Ecclesia gentiū, Isa. 41. *Laus eius ab extremis terræ* Eph. 3. *Quod alijs generationibus non est agnitum filijs hominum sicut nūc reuelatum est sanctis Apostolis & Prophetis*. Sexto, Ad Dei gratiam & gloriā diffundēdam, *Bonum* enim vt dic. Dionys. *est sui ipsius diffusiuū*. Et quia Deus summè bonus est, decēs fuit, vt summè se cōmunicaret, q̄ & fecit carnem assumendo, & gratiam suam in gentibus diffundendo, & Ecclesiam suā de gentib⁹ congregādo; Primò enim tantùm in Iudæa notus erat Deus, sed modo sunt omnes pleni fide & gratia Dei. Ioan. 1. *De plenitudine eius omnes accepimus gratiam pro gratia*. Isa. 6 *plena est omnis terra gloria eius*. Psal. *Misericordia Domini plena est terra*.

De vētu-ro Messia mysterium aliquibus etiam gētibus reuelatum.

In Ecclesia Gentium deserta quomodo habitare dicitur dracones, & struthiones.

De impio facere piū, maius est creatione cœli & terræ.

Et vocem meam audient, & fiet vnum ouile, & vnus pastor]. Significat hoc loco prędicantium & Apostolorū voces, quos ad gentiū oues conuocandas misit, quasi dicat. Audient oues hæ tā errātes, quàm si quæ intra ouile illud fuerint vocem Christi p Apostolos clamātis, non solum auditu aurium, sed & cordium, quia fide & dilectione & obedientia. Conuertentur ad pastorem suū verum & fiet vnum ouile ex vtroque; Nā ex synagoga Iudæorum & gentium Ecclesiā vna vniuersalis & Catholica fiet Ecclesia, extra quā nō est salus, vbi iam non est distinctio Iudæi & Græci, sed vnū ouile est, vnus popul⁹, vna fides, vnica Religio, eadē sacramenta, vnum sacrificiū, sicut autem vnū erit ouile, erit etiā vnus pastor, vnum caput religionis. & vnicus suprem⁹ gubernator. Hoc non solum ad Christum Dominum refertur, sed ad suos Vicarios, quos in ouili visibili militātis huius Ecclesiæ habet. Vnus est enim pastor Petr⁹ post Christi ascensionem vnicus etiā pastor successor Petri Romani Episcopi qui vices Christi in terris gerēs, vnius ouilis pastoris munere fungitur, sub quo inferiores multi militant, nō toti ouili, vt ille, sed singuli singulis ouilis partib⁹ præsidētes. Et perpende artificiū Ecclesia vna à principio mille aliquot annorum vsq; ad Abraham processit, diuisus est postea in eo populus, vt duo essent, per Christū autem sublata diuisione, ad vnitatem redacta est Ecclesia, in qua in æternum manebit. Hæc cōuocatio & vnio prædicta est per Ezech. 37. *Assumam*, inquit *filios Israel de medio nationum ad quas abierunt, & congregabo eos vndique, & adducam eos ad humum suam, & faciā eos in gentem vnam in terra, in montibus Israel, & rex vnus erit omnibus imperans, & non erunt vltra duæ gentes, nec diuidētur amplius in duo regna*. &c. quæ verba Theodoretus ibi verbis Domini applicat. Ipsi nūc iudicate Auditores, quid de SS. Ecclesia Catholica sentiendū & quæ differentia inter eam & synagogam hæreticorum omniū, quā nulla inter eas conuentio, quàm cōfusè, impiè, cōrca Deū, sacram scripturam, authoritates patrum, contra vnanimē Ecclesię consensum, contra id quod bonū & æquum, salutare & necessarium, adeoq; contra propriam scientiam & conscientiam agant. Nō sine graui causa rogat sanctissima mater Ecclesia pro summo pastore Iesu Christi Vicario, q nunc est Clemēs Octauus, & pro ijs omnibus qui sub illo sunt pastorib⁹, vt conseruētur, vt gregi suo bene prosint & præsint, vt Dñs Deus bonos pastores dignetur mittere, vt oues regantur & consequentur, vt fures, latrones, & lupi tollantur, quia videt summā dignitatem, summā necessitatem, vtque ad orandum Christum sicut pastores accurrant; Necessitatem quis saltē parum sibi conscius ignorat? Dignitatem autem proponit nobis, inter alios etiam Philo Carpathiorū Episcopus, qui dum in Cantica Canticorum

Apostolorū & prædicantium voces, ad oues Gentium conuocandas missarum.

Ecclesia ad vnitatem redacta per Christum.

san-

sanctissimè modularetur, hæc inter alia scripsit, dic. *Magna est excellentia veri Christiani, summa laus, & gloria sempiterna sanctissimi pastoris, qui semetipsum ac cæteros sanctissimè custodit & pascit, quod sequens oratio declarat dic. Qui sedet in hortis. Hoc est, qui locum pastoris habet & merita, quisque sancti Doctoris vitam habens ac mores, cæteris exemplum sanctitatis est, & iter salutis ostendit, suisque ouibus tanquam hortis in vita bene cultis, & fructus suauiter olentibus sanctè præsidet ac predest: quod qui benefaciat (omnes autem benefacere debent, nam væ pastoribus malis ac impiis) is permultos filios de se parit, honestate vitæ atque doctrina præclaros viros, non modo adiutores suæ honestissimæ voluntatis & officij, verumetiam dignissimos sui sacerdotij successores. Vnde ait: Socij attendentes.* Ecce pastor bonus cooperatores habet, presbyteros, Diaconos, & cæteros Christianos omnes, qui ad benè beateque viuendum semetipsos adhortantur, & alios, seque puros & sanctos ad mysteria pertractanda conseruant, & ad diuinam legem cor animumque intendunt, vt sibimet & alijs sanctissimè attendant. Per hos enim vera doctrina & Euangelium Iesu Christi Ecclesiæ prædicatum, tanquam hortus bene cultus, salutari præceptorum surculo & cælestis sapientiæ vndis, vberrimè irrigatur, fructuosissimusque euadit. Propterea subdit: *Fac me audire vocem tuam. Per hos (vt diximus) Iesus Christus vocem suam notam facit Ecclesiæ & cuique fideli animæ. Per hos accepit sponsa vocem salutis à sponso per Apostolos & prædicatores illos, qui missi à sponso per vniuersum terrarum orbem, Spiritus sancti præconio Ecclesiam gentium sponso ipsi fidelissimè aduocarunt.* Hæc Philo pastor idem, & os Dei. Considerate quo tempus quo scripsit, rem quam tractauit, modum quem seruauit, quid de Ecclesia vera, Catholica & pro ea & consistens in ea Episcopus scripserit, & monumentis æternis côtestatum reliquerit, vt merito confundantur & pereant omnes nostro sæculo, qui aliud sentiunt, blaterant & agunt. Dignitatem autem & necessitatem & periculositatem nobis Christus suo sancto sermone & testimonio & SS. Ecclesia hodierno Euangelio satis declarat. Videtis iam & intelligitis quo in rerum cardine res nostræ versentur? Itaque à capite nostro Iesu Christo minimè, minimè est recedendũ. Videte quæso & intelligite quantus & quàm solus pastor est ille bonus, quod Apostolos duos in Emaus pane, reliquos asso pisce & fauo mellis post resurrectionem dignatus sit pascere, alios verbo & consolatione, alios visione frequentiore, vt hæc omnia paschali tempore tractata sunt, experimur autem indies, & maximè experiemur, cum diuinæ suæ essentiæ visione perpetuâ nos consolabitur & reficiet. Ille est de quo canit Ecclesia. *Per quem nec ales esurit, Pastor creator omnium. Qui pascis inter lilia septis choreis virginum.* Cum illa ergo sacrosancta matre clamemus, *Vere dignum, & iustum est, æquum & salutare, te Domine suppliciter exorare, vt gregem tuum pastor æterne, non deseras, sed per beatos Apostolos tuos continua protectione custodias, vt ijsdem rectoribus gubernetur, quos operis tui Vicarios eidem contulisti præesse pastores.* Et iterum. *Tu qui cuncta scis & vales. Qui nos pascis hic mortales. Tuos ibi commensales, cohæredes & sodales. Fac Sanctorum ciuium,* & cantemus cum eadem. *Ecce triumphans post tristia Tartara,* &c.

(*_*)

Laus Deo, & B. Mariæ Virgini, & omnibus Sanctis.

FERIA QVARTA POST SECVNDAM DOMINICAM PASCHATIS.

Vna autem sabbati valde diluculo, venerunt ad monumentum, portantes quæ parauerant aromata, Luc. 24.

IN iucundis & admirandis rebus Auditores, quæ nobis dicuntur ex ordine, sumus attenti, & cum voluptate omnia etiam minima volumus apprehendere: vt cum de rebus præclare gestis, de regionibus, de illustribus viris, & similibus est relatio. Contingit autem cum nobis aliquando ob oculos ponuntur, vt rerum auditarum partim obliti, quo magis rem præsentem contemplamur, eo magis cuperemus quandam priorum relationum repetitionem, vt penitiùs rem de qua agitur, cognosceremus. Ita euenit nobis, qui de morte passione & gloriosa resurrectione Iesu Christi Saluatoris nostri hactenus multa, præclara & admiranda plenaque gloria & consolatione audiuimus, iamque nobis SS. mater Ecclesia eum in imagine boni pastoris optimè depictum & illustratum nostræ mentis oculis obijcit, videntur quædam ex superioribus è memoria nostra excidisse. Ecce vt & priorum recordaremur & exemplar rectè contemplaremur, hodie nobis breuissimè rem totam repetit de morte & resurrectione Christi. Et sicut dicebant illi duo discipuli euntes in Emaus. & iam tertius dies est, Ita dicit Ecclesia, *Et iam tertia hebdomada est, qua Christum resurgentem glorificamus* Tertia die resurrexit, tertia hebdomada in Euangelio illud deprædicarunt. Sed & hoc attendite auditores, quod per hoc Ecclesia sacrosancta à festo Resurrectionis ad festum Ascensionis Dominicæ se suosque præparet, & hic medius est inter vtrumque terminus. Quare cum illa hactenus copiosè dilucidata esse videantur, attamen re petitionis loco, audiamus

Dominica passionis memoria nobis hic renouatur.

EVANGELIVM.

V*Na autem Sabbati.* Vsque. *Et recordata sunt verborum eius.*] Cùm Christus prædixisset suam mortem & resurrectionem, non intelligebant mulieres istæ, nec Apostoli, sed cum illa impleta esse viderunt, quæ dixerat, intellexerunt ea quæ antea audierant. Vnde in Ioannis duodecimo habetur, cùm dixisset Dominus, *Soluite templum hoc, & in tribus diebus reædificabo illud.* Subiungit Euangelista. *Cùm surrexisset à mortuis recordati sunt discipuli eius, quia hoc dicebat, & crediderunt scripturæ & sermoni, quem dixit Iesus.* Item in eodem Ioanne habetur, quod inuenit Iesus asellum, & sedit super eum, sicut scriptum est. *Noli timere Sion:* hac de causa prophetiæ obscuræ erant antiquis, quia ea ætate nondum erant adimpletæ, nec ad finem suum peruenerant. Et sicut ea, quæ præterierunt quæ antiquis obscura erant, nobis clara sunt, ita quæ ventura sunt, nobis obscura redduntur & ideo Apocalypsis liber est obscurissimus. *Omnis enim prophetia,* vt ait Irenæus, *priusquam habeat efficaciam, obscura est, postquam verò euenerit, quod prophetatũ est, tunc prophetia habent certam & liquidam expositionem* Propter quod in Daniele habetur cap. duodecimo. *Claude sermones, & signa librum vsque*

Christi mors & resurrectio prædicta, non intellecta sunt, nisi completa.

ad tempus consummationis, quoad vsque discant multi, & impleatur cognitio. Et sic Iere. 21. *In nouissimis diebus intelligent ea.* Ex hoc loco iterum aduerte, scripturam non esse iam facilem intellectu, vt quiuis de ea possit iudicare, aut loqui, nisi qui habeat donum & gratiam Spiritus sancti, qui noluit margaritas ante porcos proijcere. Nota etiam verba illa. *Et ingressæ non inuenerunt Corpus Domini Iesu.* De mulieribus hoc certum est iuxta historiam, sed vellem apud vos Auditores hoc non esse verum.

Multi corpus Domini post Pascha non inueniunt, antea in synaxi Paschali sumptum.

Timeo autem valde, primo quod post Pascha proximum in peccata eadem, aut fortassis grauiora relapsi estis: ideo non est amplius apud vos corpus Domini Iesu quod accepistis in sanctissimo Eucharistiæ sacramento, quia iam excedistis gratia, quæ vobis tum collata fuit. Secundo, quod non est memoria passionis & resurrectionis Christi in monumento cordis vestri, sed iam omnium estis obliti, proptereà sine timore iterum cœpistis præuaricari & transgredi. Tertio, si non inuenistis corpus Domini Iesu, ergo nec membra, ideo neque vos membra esse potestis illius, nisi corpus inueniatis, cui coniungamini, sed membra estis iniquitatis & diaboli. Quarto, Si gratiæ & dona Dei & Ecclesiæ & Sacramentorum volunt ingredi in animam vestram, & merita Sanctorum, quādo non inueniunt ex monumentis vestris, id est, operibus & in monumento cordis vestri quod sitis de corpore Christi, sine fructu abeunt. Sic & Oratio & Eleëmosyna & quæcunque extra charitatem fiunt, vbi charitas viua non reperitur. Præterea, non est facile inuenire viuentem cum mortuis, fidem sine operibus, bonum inter malos, sobrium cum ebrijs, iustum cum magnis peccatoribus, ideo valde aduertendum. Qualis enim Catholicus erit, qui voluntariè seruit hæreticis, famulando, scribendo, consulendo, qui in hæretica ciuitate ciuis est, nunquam potest habere Missam, & sacramentorum participationem cum alijs Catholicis, in S. Ecclesia Dei, & tandem circa Pascha volunt omnia expiare vna confessione & redeunt ad idem volutabrum, magis hominibus quam Deo, magis corpori quam animæ magis temporalibus quam saluti æternæ, quam quidem cum timore operari oportet tribuentes, citiùs apud viuos mortui, quam apud mortuos, viui. Recordamini verborum Dei, & non peccabitis.

A vero Catholico aliena quæ

Et regressæ à monumento, nuntiauerunt hæc omnia illis vndecim, & cæter. omn. Erat autem Maria Magdalena & Ioanna & Maria Iacobi. & cæter. quæ cum eis erant quæ dic. ad Apostol. hæc.] Sic dixerunt leprosi illi. 4. Reg. 7. *Dies boni nuntij est. Si tacuerimus sceleris arguimur. Venite eamus & nunciemus in aula regis.* Venite & nunc, nunciemus in Ecclesia Christi, quæ est veri regis aula, tàm insigne mysterium. Certe illud Isaiæ nunc adimpletum cernimus cap. 4. *Supra montem ascende qui Euangelizas Sion, qui Euangelizas Hierusalem.* Vnde illa verba, *qui Euangelizas Sion, qui Euangelizas Hierusalem,* apud Hebræos fœminina sunt, ita vt ad fœminas non ad viros referantur. Igitur Maria Magdalena exalta vocem tuam, dic omnibus Christum iam non in infirmitate, sed in fortitudine venisse, nō iam inclinato capite daturum spiritum, sed in brachio extento in mundo dominaturum. Sic tu deuota *anima, benedic Domino*, cum Dauide Psalm. 102. *& omnia quæ intra te sunt nomini sancto eius*, qui propitiatur, qui dat vitam, gratiam, sensus, fidem, sacramenta & omnia, & quod in SS. Ecclesia Catholica sis, & in gratia, & cum gaudio audire possis omnia quæ Dei gloriæ & animæ tuæ saluti deseruiunt, & hoc etiam die cum Christo triumphare, cum mulieribus & Apostolis, imò cum totâ Christianitate, & militante & triumphante Ecclesiâ, de Christi resurrectione & meritis gloriari, vt tandem ibi in æternum sua visione perfrui valeas. Sic tu anima conuersa ab hæresi, à peccatis, viuifica fratres tuos, refer in quibus periculis fueris, quam misericorditer tibi Deus hanc gratiam contulerit, vt non cum alijs perires, sed pro Dei gloria & animæ tuę aliarumque salute euaseris. Date, date gloriam Deo.

Memores verborum Christi non peccabimus.

Cum tota Ecclesia militante ac triumphante, de Christi resurrectione & meritis gloriandum.

Et visa sunt ante illos sicut deliramenta omnia ista. & non crediderunt illis.] Videretur hac ratione, Pontifices Annam & Caipham & Pharisæos & scribas maiorem fidem habuisse de Christi resurrectione quàm Apostolos. Nam crediderunt custodibus sepulchri dicentibus Christum surrexisse & dederunt illis pecunias vt dicerent, quod discipuli eius corpus essent furati nocte, quod profecto nunquam fecissent, nisi adhibuissent fidem custodibus affirmantib. Christum surrexisse à mortuis. Apostoli autem non crediderunt mulieribus, nec Petro, nec duobus illis discipulis Emaunticis, & quod magis mirandum est, quod Thomas ita fuerit incredulus, vt omnibus Apostolis non crederet. Obserua hic, quòd hæretici citiùs credent periculum esse accipere bona Ecclesiastica, & sibi vendicare & quæ similia sunt, quàm Catholici, qui nullum scrupulum putant personis & bonis Ecclesiasticis, & ipsorum iurisdictioni aut priuilegijs detogare, quod saltem apud multos videre est, cùm Catholici sicut Apostoli plus debeant scire de hac re quàm hæretici, vt hodie erant Scribæ & Pharisæi. Vnde fit, quod Catholicus Catholico, & Ecclesiasticus Ecclesiastico scienter minus deberet contra authoritatem & priuilegia nocere, aut contradicere, sed ad historiam redeamus.

Diuina tamen dispensatione permissum, vt Apostoli vndecim cum reliquis discipulis, existimarent mulieres tanquam delitas, ad firmitatem fidei nostræ, vt hic perpendamus non faciles eos fuisse ad credendum, & quàm verum sit Christum à mortuis surrexisse. Cùm hoc crediderint homines & prædicauerint animo obstinato ad credendum. Resurrectio non solum Apostolis, verùm omnibus etiam alijs, fuit quidam difficillimus articulus creditu. Iob vt de ea loquatur, stylo vtitur nouo ad eam commendandam: quare primo dixit, *Quis mihi tribuat, vt scribantur sermones mei? quis mihi det, vt exarentur in libro, stylo ferreo, vt sculpantur in silice?* Non vult verbis teri, sed scribi ad perpetuam rei memoriam, non quidem in papyro ruptioni obnoxia, sed potius in silice & stylo ferreo. Post quod inquit. *Scio quod Redemptor meus viuit.* Iob. 19. *& in nouissimo die de terra surrecturus sum. Reposita est hæc spes mea in sinu meo.* Paulus etiam Actor. 17. cum Atheniensibus prædicabat Dei vnitatem, & cætera nostræ fidei sacramenta, attentè illum audiebant, sed cum locutus fuit de mysterio resurrectionis irridebant, & quidam dixerunt: *Nouorum dæmoniorum videtur annunciator esse.* Sciebant illi sapientes ex sua Philosophia, quòd *à priuatione ad habitum regressus est impossibilis*, & sic, si fides non adiuuat ad articulos resurrectionis credendos, ratio naturalis non sufficit. Sed videte, imo contremiscite, quod dum vobis vsurarijs, lenonibus, ebrijs, sacrilegis, hæreticis, imo peccatoribus omnibus periculum salutis & animæ interminatur nisi resipueritis, deliramenta vobis sunt, quasi sacerdos vellet propter hoc vt sua bona ab alienata posset recuperare, vt ex confessione, ea Missa & sacramentis, lucrum habere posset, quod Deus non ita feruens ita, diabolus non ita sit niger, deliramenta sunt vobis ceremoniæ, purgatorium, pœnitentia, oratio, eleëmosyna, religio, solitudo, restitutio, & mille id genus alia, sed veniet aliquando tempus, quod diceris cum damnatis. Sapientiæ quinto. *Hi sunt, quos aliquando habuimus in derisum*, & totum, quod sequitur. Accedit huc quod homines hoc tempore libentiùs audiant, promoueant, & videant deliramenta, quàm diuina & salutaria, tam in templis quam in conuersationibus.

Diuini ve Christi discipulis, mulieres in sua narratione, visæ sunt delirantes.

Ad credendum resurrectionem, sola fides, nulla naturalis ratio valet.

Petrus autem surgens cucurrit ad monumentum, & procumbens vidit linteamina sola posita, & abijt secum mirans, quod factum fuerat.] Solum Petrum nominat Lucas, cum & Ioannes ambos venisse referat, tanquam seniorem, feruentiorem, & principaliorem, cuius exemplo cucurrit & Ioannes. Abijt autem Petrus secum mirans, quomodo corpore sublato, essent relicta linteamina, veluti per otium subtracta corpori, quæ sine negotio non poterant euelli, eaque non temerè disiecta, sed commodè in suum locum reposita, semoto ab his sudario, quo tectum fuerat corpus Iesu. Euntibus à monumento, stupefactus Petrus discessit à Ioanne, cogitans hæc secum & admirans, cui Dominus apparuit, & peccato trinæ negationis pepercit, & consolatus est eum, blande ei loquens.

Sed quid nunc faceret sanctus Petrus, si rediret in hunc mundum, & videret tot Ecclesias diuino suo, & aliorum Sanctorum nomini dedicatas, linteamina quidem inueniret in aliquibus, quibus ornentur altaria, iudaium etiam,

In multis Ecclesijs linea ornamenta conspiciuntur.

id est,

id est, sudores & labores, aut eorum qui ædificarunt, dotarunt, exornarunt, aut eorum, qui cum minimo stipendio, & in angulo alicubi seruire tenentur, vt est in Budissinensi nostra Ecclesia, Christum autem non inueniret, quia hæretici ingressi, qui illum occiderant, sustulerunt illum. Certè semel faciens hoc sanctus Petrus in arce Wissegnadensi, nouæ Pragæ, vt dixi in Translatione sancti Wenceslai vltus est, sed iam tot sunt qui Ecclesias & bona & personas & priuilegia auferunt, deprimunt, exugunt, exterminant, & Christum spoliant, vt abire cogatur, quod sanctus Petrus, imò vix diluuium sufficeret ad extirpandos illos, quos vltimum iudicium tandem vi & seueritate sua iudicabit & puniet. Miratur interim sanctus Petrus, artes & pallia quibus isti sacrilegi, templa & bona possident, personas tollunt & emungunt, iusque suum aut potius scelus defendunt, miratur Magistratum conniuere ad tãtam licentiam peccãdi, miratur peccatores omnes tam profundum somnum posse dormire, Indulgentias tam esse contemptas, fundationes omnibus destructoribus patere, & omnia quę hinc inde fiunt apud Clericos & Laicos tam liberè, licitè & impunè fieri. Et nota quod tum demum Christus appareat homini, quando de gloria Dei, de salute sua & aliarum animarum piè cogitat, & occupatus est. Non est ergo mirum quod rarò in Germania sentiatur aut appareat, vbi monumenta Christi, quæ sunt Ecclesiæ monasteria, & similia sunt aperta, vltimo etiam volucribus & suibus, Christum autem non ampliùs & à ducentis annis non esse ibi.

Homini quando Christus appareat.

Itaque iam, vt dicam de Resurrectione gloriosa Redemptoris Auditores charissimi, non videtur ampliùs, à nobis exigi, nisi vt illam cum Ecclesia sacrosancta semper colamus, adoremus, prædicemus. Deindè vt de resurrectione corporis nostri dies & noctes cogitemus, quam si credimus, mirum est quod ita audacter contra Deum ire possumus, & in via peccatorum tam effreno vultu ambulare. Nam si Resurrectio certa est, vt certissima est, ergo & iudicium illud tremendum & ineuitabile: ergo æterna pœna, aut æternum præmium. *Triumphat ille splendidè*, canit Ecclesia, *Et dignus amplitudine, soli polique patriam. Vnam facit Rempublicam. Ipsum canendo supplices Regem precemur milites. Vt in suo clarissimo. Nos ordinet palatio.* Et iterùm. *Nunc in excelsis Dominus refulgens. Et supra cælos Deus eleuatus. Inde venturus homo iudicatus. Denuò iudex corda tu sursum modo nostra tolle. Quo patri dexter residens in alto, Ne resurgentes facias in ima præcipitari.*

Triumphus Christi.

(****)

Laus Deo, & B. Mariæ Virgini, & omnibus Sanctis.

FERIA SEXTA POST SECVNDAM DOMINICAM PASCHATIS.

Tunc accesserunt ad eum discipuli Ioannis, &c. Quare nos & Pharisæi ieiunamus frequenter? Matth. 9.

ANimaduerto, vt puto, Auditores quid velitis & quod conijcio, ne vos diu suspensos detineam, pace vestra dixero. Ita enim mihi videmini obijcere, quæ est ista nouitas & mutatio vt inter hæc gaudia, quæstio de ieiunio, in hoc medio Paschatis & Ascensionis Domini litigent contra Christum Pharisæi cum Ioannis discipulis? quid illa commissura panni rudis in vestimentum vetus & vinum nouum in veteres vtres, velint, quæ plane ab hoc tempore & à solennitatibus sequentib. sunt aliena. Ita verè Auditores, sed cogitate obsecro, quod in hac vita nullum perfectum est gaudium, sed semper aut sequitur, aut admiscetur acerbitas. Nec hoc apud nos nouum est, quod qui in Calendario nouo sunt, non ieiunant, quando veteres Calendaristæ ieiunant, & magna est inter vtrumq; differentia: Quinetiam cum aliquis ad maiora eleuatur, semper habet inuidos, semper æmulos, quod quidem fratres Ioseph non fecerunt. Sed & hæretici faciunt commissurã, & vini impositionem, dum suas sectas & hæreses ex antiquis hæretibus conglutinant, & bonum vinum sacræ Scripturæ in tàm impios vtres & vsus transfundunt, & vitæ nouitatem in veteres damnatos mores conuertunt, & qui cũ Christo resurrexerunt, aut resurgere debuerunt, & cum illo ascẽdere, redeunt ad volutabrum, & multas habent vias ad excusandum excusationes in peccatis, mustumq; quo ebrij erant Apostoli, prout dicebant Iudęi, in fœtida corda volunt traijci. Præterea ostendit S. Ecclesia Christi officia, & administrationem, quia pastor hodie, & Doctor, & sponsus, & multarum rerum reformator, & gratiarum dator, & medicus est. Quæ omnia hoc notantur Euangelio, & monemur eorum in hoc tam sacro tempore, sed ad

Gaudiũ nullum est in hac vita perfectum.

EVANGELIVM.

TVnc accesserunt ad eum discipuli Ioannis, &c.] Priusquam ad verba textus veniamus, quædam de toto Euangelio discutienda veniunt. Et Primom quidem, si ipse sponsus ieiunat, & cur filij sponsi, ipsum imitantes non ieiunant? At Christus ieiunauit quadraginta diebus & noctibus. Secundo, Sponsus nunquam à nobis est auferendus, manet enim in Sacramento, & qui sponsum per peccatum amittit, ille ieiunare non curat. Si verò ad sponsum conuertitur, iã eum habet, cur ergo ieiunat? Tertio nos sumus sponsi filij, & per eius gratiam fratres, cur ergo nobis Ecclesia indicit ieiunium? Quarto, Planè Apostoli vtres erant veteres, & tamen spiritus commissus est eis nouus. Quinto, Imò videtur cõgruentissimum committere ieiunium homini veteri, vt renouetur. Sexto, Equidem non videtur cõgruum ieiunium homini nouo, cur enim innocentem & iustum affligis? Septimo, Igitur mala facit Ecclesia promiscuè committens ieiunium nouis & veterib. hominibus. Sed obseruandum est, quod illorum ieiunium à nostro longè fuit diuersum. Illi enim cum ieiunabant, exterminabant facies, saccis se induebant, caput puluere spargebant, iuxta illud Lu. 10. *Olim in cilicio & cinere pœnitentiam*, id est, ieiunium, *egissent*. Vnde Iud. 8. Ioel. 2. Ion. 3. Fiebat igitur hoc ieiunium à Iudæis in fletu & planctu exteriori, significantib. amaritudinem interiorem. Iam certum est, non conuenisse tale ieiunium Apostolis, de suo reperto Messia lætissimis, de eius familiari-

Ad Euangelium quædam pertinentia discutiuntur.

tate gaudentibus, de certitudine, quod essent libro vitæ inscripti, securissimis. Alterum ieiunium est Christianum, quod licet corpus deprimat: mentem tamen eleuat, & licet vires corporis auferat; virtutes tamen animæ largitur & præmia. Est igitur ieiunium quo corpore ieiuno anima sator est, corpore tristi anima est lætissima.

Trium distinctio temporum notanda.

Secundo nota & distingue tria tempora. Primum ab Adã ad Christum. Secundum à Christi aduentu ad Spiritus S. descensum. Tertium ad sæculi finem. In primo tempore res erat vetus, res frigida, tristis & insipida. In secundo, ieiunium erat vinum, sed nouum, id est, mustum. Pannus erat, sed rudis & asper, nondum datus fulloni. In tertio ieiunium factũ est vinum coctum, & quod bibi conueniat, factusq; est pãnus sua ruditate & asperitate amissa blandus & mollis. Atque pro maiori intelligentia attende. Lex vetus non dabat spiritum, nec vires ad implenda sua præcepta, Igitur legale ieiunium ex se carebat calore, spiritus vigore, & alacritate virili, Res erat frigens & insipida: Erat igitur velut acetum. Porrò cum Christus venit, omnis asperitas virtutum cœpit emollescere, & omnis insuauitas velut musto efferuescere, remoueri. Quia tñ nondum spiritus erat datus, ideo nondum virtutes amiserant omnem frigiditatem & asperitatẽ, Igitur in tertio tempore, vbi spiritus est datus, quia Iesus est glorificatus, ieiunium, afflictio, persecutio, flagella, crux & mors, ex musto vinum factum est, & ex rudi & aspero panno (velut fullonis Christi opera) in mollem & generosum sunt reddita. Diuinè igitur & congruenter respondet Christus. *Vinum*, inquit, *vetus* (imo subacidum potius) *conuenit vtribus veteribus*, quales homines fuerunt in lege veteri, quando non erant per spiritum renouati. Mustum verò non cõuenit vtribus veteribus, id est, discipulis meis: donec enim Spiritus sancti descensum renouentur, veteres sunt. Venient dies, quando ablato sponso veniet Spiritus sanctus, qñ vinum iam efferbuerit, tunc sicut vinum nouum erit, ita & vtres noui erunt. Conuenient igitur vinum vtribus. Seruate res temporibus suis, vetera veteribus accommodate, mustum custodite, donec efferboerit & pannum donec perficiatur. Cùm verò & pannus erit perfectus & vinum potabile, tunc hominum vsui concedentur.

De ieiunio filiorũ sponsi diluuntur argumẽta

Soluuntur ex his argumenta præmissa, & Primum quidẽ, sponso ieiunante ieiunabunt etiam eius filij, cum ieiunium illis conuenerit. Nam ex Aristotele, mustum pueris non est dandum. Ad Secundum, Homines Iudæi quamuis sanctissimi erãt, tñ sunt vtres veteres ex lege sua: Cõtra homines Christiani, licet scelestissimi, noui vtres sunt ex lege Christiana. Explicatur id ex Paulo Ro. 11. qui inquit, *Iudæi secundum Euangelium inimici Dei sunt, sed secundũ electionẽ charissimi, propter patres.* Iudæi igitur qui propter infidelitatẽ sunt inimici Dei, ijdem propter Patriarchas sunt charissimi. Ita ergo Christiani ca suis moribus veteres, & abominandi, ꝓpter Christum tamen & Euangelium & gratiã, in nouos effusam, sunt vtres noui, & propterea obnoxij sunt ad ieiunãdum, nõ ieiunio veteri, sed ieiunio Christiano. Nõ ieiuno in tristitia sæculi, q̃ mortem adducit, sed in ea tristitia, quæ est secundum Deum, quæ pœnitentiã in salutem stabilem operatur. Per hoc ad tertium, Ita est, filij & fratres sponsi sumus: sed nõ est nobiscum corporaliter Christus, ideo ieiunemus, sed nouo ieiunio. Ad quartum. Id habet Spiritus S. vt cum ingreditur veterem vtrem, eum renouet, Vt. n. ingressus vtrẽ mortuum & fœdum, facit viuum, pulchrum: ita ingressus veterẽ, nouum facit. Ad quintum dictum est, *Nos* (licet peccatores) non esse veteres, sed nouos vtres, & sic ẽt ad septimum respondetur. Ad sextum, Imò ieiunium nouo homini congruit, vt homine exteriore corrupto, qui interior est, in dies renouetur. Quanto. n. qui exterius est crucifigitur, & mortificatur. Rom. 10 (modò sit rationabile obsequium) tanto qui internus est incrassatur & dilatatur.

Comparationum in hoc Euangelio rationes exponuntur.

Sed & rationes comparationum in Euangelio intellige. Primum, cõparat nos Dominus vestimẽto. Quia Pharisæis reprehendentib. cur Apostolis non indiceret ieiunium, respondet, quia vestimento veteri non cõuenit addito panni rudis. Igitur Apostoli & omnes homines vestimenta sunt, Vetera quidem in veteri lege, noua verò in noua. Sed cuius sumus vestimẽta? Si diceretur, quod Christus est vestis nostra, id planum esset, quia vt factus est cibus noster, ita fact° est indumentum, dicente Apostolo. Rom. 13. *Induimini Dominum Iesum Christum.* At difficile est nosse, quomodo nos vestes Dei sumus, sed e quidem secundum Paulum ad Eph. *Nox eramus, nunc autem lux in Domino.* Si lux sumus, profectò Deus amictus est lumine, sicut vestimento, Et planè ea ratione, qua sumus domus & templum Dei, sumus etiam vestes Dei. Imò verò, quo intimius & propinquius nos sibi Deus adiungit: hoc verius nomen vestis, quàm domus habemus, vestis enim propinquior est, quàm domus. Si nos corpus eius sumus, quid mirum, quod vestes etiam simus? Ergo, vt virum Christianum Christi mores seruantem, hominem dices Christo vestitum: ita & dices Christum quodammodo esse homine indutum, *Vt enim nos sumus in Christo.* 1. Ioa. 4. *ita est Christus etiam in nobis.*

Homines vtres vocati.

Secundo, Comparat nos Dominus vtribus. Siue enim in lege veteri, vtres eramus, sed veteres, siue in lege noua, noui quidem, vtres tamẽ sumus. Agnouit hoc Dauid. Psal. 118 Cùm dixit, *factus sum sicut vter in pruina.* Vocans ergo nos Dominus vtres, primum admonuit, quòd mortui fuerimus trahentes originem ex animali mortuo, scilicet ex Adam, in quo omnes mortui sumus, sicut vtres ea pellibus animalium mortuorum conficiuntur. Admonuit etiam, quod sicut vtres nunquam vento carent, nisi cum pleni sunt, ita & vita nostra ventus est. Et caput nostrum superbiæ vẽto semper est plenum, ideo stipulis sumus leuiores. Admonuit tertio, quod sicut vtres ea ordine suo ad vinum recipiendum facti sunt, ita & nos non quiescamus donec impleamur virtute ex alto. Actor. 1. Admonuit demum quod sicut vter habens vinum, non ex se habet, ita nisi aliunde impleatur, vacui erimus.

Ieiunium assumento cõparatũ.

Tertio, Comparat Dominus ieiunium assumento. Assumentum significat potius adiectionem vel additionẽ, quàm vesti detritæ pannum assutum. Cùm igitur Christus ieiunium vocauit additionem, significauit vitam Christianam ea fide & charitate constare. Ieiunium vero & eleẽmosynam esse quædam adiecta, & velut assuta huic vitæ Christianæ. Vestis igitur nuptialis coccinea & ex bysso bis tincta fides & charitas est. Huius vestis polymitæ & talaris, limbus & velut ornamentum est ieiunium. Corporalis siquidem exercitatio, ad modicum vtilis est, videlicet, vtilis est ad ornamentum, sed *pietas*, quæ est integra vestis, *ad omnia valet.* 1. Timoth. 4. Quæ ergo mens ieiunijs non verò charitati intenta est, ea sanè de ora vestimenti, non de veste lætatur: At contrà *decor filiæ regis est ab intus*, in veste interna, Psalm. 44 Licet ea vestis interna fimbrias habeat aureas, opera scilicet, exteriora, Hæc enim oportuit facere: at illa præcipua non sunt omittenda, Matth. 23.

Ieiunij comparatio cum vino qualis.

Quarto, Comparauit ieiunium vino. Et quidem si primam rerum faciem spectes, nihil videtur vinum cum ieiunio conuenire, imò potiùs ieiunium abstinet à vino, & si in adducta de vtre parabola persistas: vinum iniectum vtri, vtrem implet, contrà ieiunium homini adiunctum, hominem extenuat. At vide Christi immensam prudentiam, ne Christiani ieiunia horrescerent, ea vinum dixit esse. Et quia mentiri non potuit, eo ipso, quo ieiunium dixit esse vinum, fidem suam obstrinxit, id facturum ieiunium in mentibus nostris, quod facit vinum in corporibus nostris. Et ita canit Ecclesia. *Qui corporali ieiunio mentem eleuas*, quasi dicat, mentem extra se abducis, ac ideo inebrias, Addit Ecclesia, *virtutes largiris* (sunt virtutes animo, quod vinum corpori) Igitur ieiunium est abstinentia à vino in corpore, & est vinum ipsum in mente, vt nunquam Christus queri posset de Christo. Sicut enim relinquens domos aut fratres centuplum recipit in hac vita, ita qui vinum relinquit in corpore, vinum centuplum recipit in mente. Matthæi decimo nono.

Sponsi cõditiones variæ.

Quinto, Comparauit se sponso. Ioann. 3. Quod priùs Baptista testatus est, & postea Paulus 2. Corinth. 11. cum dixit, *Despondi vos vni viro.* Si Christus sponsus est & anima nostra sponsa est, eos amores, delitias, tenerosque amantium affectus à Christo anima expectet, quæ reliquæ sponsæ à suis corporalibus sponsis solent, Neque enim fictè sponsum se Christus dicit, Hos Christi & animæ blandos affectus Cantica Canticorum describunt. Sed audi nunc desponsatorum conditiones. Sponsi, vnius generis sunt. Neque homo cum angelo, aut cum bellua desponsatur. Secunda, sponsa dotem adducit. Tertia propria corpora sibi mutuò

tradunt,

tradunt, neque enim vir habet potestatem corporis sui aut mulier 1. Cor. 7. Quarta, generat sponsus materiam fœtui fœmina suggerente. Quinta, Sponsorum bona sunt communia: curat tamen sponsus rem familiarem. Contra sponsa sponsi filios curat. Sexta, hæreditatem sponsi eius filij adeunt, nobilitatem, genus & arma sortiuntur. Quis verò tã saxeus, qui has in Christo seruatas conditiones non stupeat, non exosculetur, & adoret? Ergo quia Verbum Dei nobis erat natura dissimile, homo factum est, vt desponsatio inter homogeneos coalesceret. Secunda, Dos vero, quam nos Deo attulimus, abyssus miseriarum fuit, sc. infirmitates nostras quas ipse tulit, & languores quos portauit. Isaiæ 53. Tertia, Iam vero vtinam sicut ille se nobis dedit, ita quisquis nostrum se illi daret & donaret. *Puer enim natus est nobis, & filius datus est nobis.* Isaiæ 9. Iam se illi dedit, expectat vt vicem illi rependamos. Porrò non miraris Deum esse tuum, Ita planè *Deus dilexit mundum, vt mundo vnigenitum suum daret?* Ioa. 3. O si totum me illi traderem, si nullum ius in me ipso haberem, si non ego in me, sed viueret in me Christus. Quarta, Generat Christus per prædicatores, per Patres & per alios viros bonos qui prædicationem Christo suggerunt, sicut fœmina fœtui materiam subministrat. Quinta, Reliqua vt clara, ita stupenda. Et quantum veritatis habẽt, tantum verecundiæ incutient, quod adeo nos pauperes existimamus, cùm adeo diuites simus. Sexta, Si nobilitatem & arma spõsi sortimur, arma vero Christi crux & mors & ignominia, Vide an hæc arma Christiane velis? Vide Christiane, an hic sponsus, sponsus sit sanguinum? Angelus enim ipse est gladium habens, quo incircumcisum vult occidere. Exod. 4. Vide igitur ne incircumcisa anima tua sit. Vt enim amat hic sponsus pios, ita contra impios sæuit, certumque tibi sit, quod si Christus nunc sponsus sanguinum tibi fuerit, sponsus pacis erit in posterum, id est, si propter Christum te nunc circumcidis, plena in futurum pace frueris. Hæc Paulus de Palatio.

Verbum Deo dissimile natura, homo factum.

Sponsus Christus vt amat pios, ita crudelis est in impios.

Nunc ad verba textus. Non accusant Dominum expressè, quia eos iam conuicerat, ostendens se ex misericordia & vt peccatores in meliorem frugem euocaret, manducare cum illis. In discipulos ergo cõuertunt calumniam, in quibus ea ratio minus videbatur militare, & in eis Magistrum tacitè reprehendunt, qui suis discipulis non iniungat ieiunia, sicut fecerant Ioannes & Pharisæi discipulis suis. Est autem accusatio hæc & calumnia scribarum & dicentiũ, *quare discipuli Ioannis frequenter ieiunant?* & præter legis ieiunia, multis alijs ieiunijs voluntariè se macerant, & obsecrationes ac orationes faciunt, sicut etiam Pharisæi? *Tui vero edunt & bibunt.* Non dicitur, Tui non ieiunant, aut, Tui non edũt sed, *Tui edunt & bibunt.* Notare enim eos voluerunt immoderatum vsum cibi & potus, eosque non solum non ieiunare frequenter, sed nec ieiunare. Authoritatem autem Ioannis Baptistæ, qui magnus Propheta ab omnibus habebatur, opponunt Christo, & disciplinã illius Christi disciplinæ detrahere tentant, quasi contrariæ disciplinę Ioannis. Pharisæos etiam adiungunt, tùm vt plurium auctoritate Christum magis impugnent, tùm, vt Pharisæorum commendẽt doctrinam, quæ Ioannis Baptistę doctrinæ cõsentiant. Discipuli autem Ioannis, cum Pharisæis dixerunt hoc, videntes gloriam Iesu, & ipsius miraculis inuidentes, quæ Ioannes non fecerat. Peccabant illi. Primo, quia se cum Pharisæis immiscebant, quos nouerunt condemnatos à Magistro suo Ioanne. Secundo, quia Christo calumniabantur, quem Magister suus Ioannes adeo laudauerat. Tertio, seipsos iactantes de ieiunio. Videbant Ioannem ieiunantem, & credebant in hoc summã perfectionis consistere, & longe erant à veritate & maximè errabant, eo quòd in ieiunio perfectionem constituebant. Non ieiunabat Ioannes, vt per hoc solum iustus efficeretur, sed quia iustus erat, ieiunabat, hocque extremo ieiunio alios ad veram pœnitentiã volebat adducere. Sed isti ex ieiunio alios iudicabant & condemnabant non ieiunantes, cum Paulus doceat Col. 2. *Nemo vos iudicet in cibo aut potu, aut in parte diei festi.* Optimũ est ieiunare & Ecclesiasticas sanctiones obseruare, sed in his omnem collocare & reponere fiduciam, impium est & stteptum, si Dei dilectionem negligas. Christus hanc iustitiam docuit, non solum coram hominibus, sed maximè co-

Discipulorum Ioannis & Pharisæorum in obiectione de non seruatione ieiunij peccatum.

ram Deo, & ob id se medicum vocauit, cuius est morbi causas radicitus euellere, ne fiat recidiuum. Seducti enim, qui docent tantum, quæ externæ pietatis speciem habent, his neglectis quæ animam rectam & mundam reddunt, vt est mundi gloriam contemnere, voluptates negligere, opes spernere, tollere iram & inuidiam, inimicos diligere, amare Deum, patriam illam beatam ardenti quodam & flagranti amore desiderare.

Expende etiam quod discipuli non dicunt. Non orant, sed *Non ieiunant*, quia sciebant quod discipuli orabant, & Christus docuerat eos orare, in quo etiam se, quia obsecrationes faciebant, laudabant. Obserua iterum, quòd de solis discipulis Ioannis hoc Matthæus expressit, Lucas verò de solis Pharisæis, & de Matthæo quidem. Primo ad ostendẽdum, quòd discipuli Ioannis fuerunt præcipuè in ista quæstione. Sic dicitur Mar. 2. *Et erant discipuli Ioannis & Pharisæi ieiunantes.* Decuit ergo eos vel solos vel præcipuè nominari, & sic Marcus posuit eos primos, quia vtrosque posuit. Matthæus autem eos solos posuit. Secundo, Quia discipuli Ioannis inceperunt quæstionem istam, sed pharisæi postea eos iuuerunt & sic fuit pręcipuè quæstio discipulorum Ioannis: huc patet, quia iam silentium erat positum Pharisæis in pręcedenti quæstione & ideò non auderent mouere quæstionem illam, sed discipuli Ioannis qui nihil quæsiuerant, poterant nunc quærere sicut Matth. 22. quæsiuerunt Pharisæi à Christo, & impositum est eis silentium & tum Sadducæi quæsierunt, & illis etiam responsum est. Videntes autem rursus Pharisæi, quod silentium esset impositum Sadducæis, quæsiuerunt iterum à Christo. Tertio, quia intentio Matthæi fuit ostendere, quomodo contra Christum omnes sectæ Iudæorum insurgebant & ille omnibus respondebat. Quarto, Quia Matthæus intendit semper ostendere magnitudinem murmurationis factæ contra Christum, & ideo, licet simul multi murmurent, nominat solum illus ex quorum persona colligitur, quod fuit maior murmuratio. Et sic in curatione Paralytici, licet simul Scribæ & Pharisæi mala cogitarent Matthæi secundo. Lucæ quinto, solos tamen scribas nominauit, eo quod illa murmuratio pertinebat ad inquisitionem sapientum, & tamen Scribæ erant sapientiores Pharisæis. Et in murmuratione pro manducatione cum Publicanis Scribæ & Pharisæi simul erant, Mar. secundo, Lucæ quinto: solos tamen Pharisæos nominauit, eo quod non manducare cum Publicanis erat quædam ceremonia apparentis sanctitatis, in qua magis vigebant Pharisæi quam Scribæ, Eos ergo solos nominauit: Nunc vero de ieiunijs agebatur, in quibus discipuli cæteros Iudæos excedebãt, sicut Ioannes excesserat omnes homines in abstinentia, Eos ergo solos nominauit, vt appareret maior murmuratio esse, cum isti qui circa ieiunium murmurarent, famosissimi essent. De Luca præterea dicendum, quod nominauit solos Pharisæos, ad ostendendum, quanta fuerit pertinacia & inuidia eorum contra Christum. Nam inter omnes sectas Iudæorum nulla fuit, quæ magis Christum persequeretur, quam ista, Isti enim fuerunt præcipui in consilio mortis Christi. Ioannis vndecimo: Colleg. Pont. & Pharisæ. Et licet Pontifices essent maiores Pharisęis dignitate, honore & potestate, magis tamen Pharisæi persequebantur Christum quam pontifices. Imo ipsi principes sacerdotum & populi, licet in Christum crederent, propter timorem tamen Pharisæorum non audebant hoc apertè confiteri. Ioannis duodecimo: veruntamen multi ex principibus crediderunt in eum, sed propter Pharisæos non confitebantur, vt de synagoga non eijcerentur.

Euangelistæ loquuntur, Matthæus de solis discipulis Ioannis, Lucas de solis Pharisæis, explicantur.

Cibũ non capere cũ Publicanis, pro se ferebat sanctitatẽ.

Insuper aduerte, quòd discipuli Ioannis murmurabant contra Christum. Primo ex inuidia, Nam sicut Pharisæi valde Christo inuidebant, ita & discipuli Ioannis. Nam iam à multo tempore inuidere cœperant propter Ioannem. Quia cum Christus inciperet baptizare, veniebant ad eum plurimi & inuidebant discipuli Ioannis, quod Iesus qui nouiter surgebat, excederet in fama & honore. Vnde dixerunt ei Ioan. 3. *Rabbi, ille qui tecum erat trans Iordanem.* & Ioannes increpuit illos, ideo Christus hoc videns, voluit cedere, & recessit de Iudæa in Galilæam Ioann. 4. Secundo, Inuidebant Christo forte propter seipsos, quia per Io-

Discipulorum Ioannis murmuratio de Christo, quare.

anis honorem volebant illi magni fieri. Tertio, Quia Pharisæi erant ſocij eorum & cum viderent eos nunc ſuperatos, cœperunt ipſi arguere, quaſi inducti nunc à Phariſæis qui eos à principio ſecum acceperant ad impugnandum Chriſtum. Nam iſta erat conſuetudo Phariſæorum, quod alios ſecum adiungerent ad loquendum contra Chriſtum, vt ſibi fauerent, Matthæi vigeſimo ſecundo: Phariſæi enim miſerunt diſcipulos ſuos cum Herodianis ad quærendum à Chriſto & tentandum eum. Quarto, propter ſuperbiam, vt ſe meliores Chriſto & diſcipulis eius oſtenderent. Nam cum ipſi ieiunarent, & non diſcipuli Chriſti, ex hoc putabant ſe ſuperiores, & arguebant illos, vt per hoc maiores viderentur, ſcilicet, tanquam ipſi excellerent, in quo diſcipuli Chriſti deficiebant. Sed nec fruſtra quæſierunt hoc tempore potius, quam alio. Primo, quia Phariſæi acceperant eos ſecum in fauorem ſuum, vt dic. Chryſoſtomus, & quia videbant ſuccubuiſſe in præcedent. quæſt. de manducatione cum Publicanis, voluerunt eos adiuuare, mouentes aliud dubium, vt per hoc ſaltem Chriſtum poſſent ſuperare. Secundo, propter opportunitatem temporis. Nam hoc tempore diſcipuli Ioannis ieiunabant & videbant diſcipulos Chriſti manducare, ideo non ſolum nunc quæſierunt, ſed etiam de hoc ieiuniorum dubio peruenerunt. Marc. ſecundo: *Erant diſcipuli Ioannis & Phariſæi ieiunantes & veniunt*, &c. Tertio, Nam tunc manducabant in conuiuio cum Publicanis, vbi abundanter epularentur, quod non faciunt ieiunantes. Quarto, Iſta pendet à præcedenti & videtur eſſe eadem diſputatio. Nam licet Phariſæi ſuccubuiſſent in quæſtione, reformãt eam diſcipuli Ioannis per alium modum. Phariſæi enim dixerant de manducatione, iſti autem de ieiunio. Quinto, Iſta quæſtio valde conueniens videbatur contra Chriſtum & diſcipulos eius. Erat enim Chriſtus Magiſter perfectionis & diſcipuli eius, ideo ei adhæſerant, vt perfectiorem vitam tenerent quam populus, qui ſolam legem obſeruabat. Auſteritas autem vitæ putabatur à Iudæis pertinere ad maximam ſanctitatem, & ideo Ioannem Baptiſtam omnibus hominibus ſanctiorem eſſe credebant, quia nullus præcedentium ei in auſteritate par fuerat: Putabant ergo quod erat Chriſto ignominia vitam perfectam prædicare, & ieiunia non obſeruare. Non autem obiecerunt hoc Chriſto. Primo, Forte non auſi fuerunt directè contra Chriſtum loqui, ſicut nec Phariſæi & tamen mutauerunt modum, quia Phariſæi cum loquerentur contra Chriſtum nihil illi dixerunt, ſed diſcipulis ſcilicet. *Quare cum peccatoribus manducat Magiſter veſter?* Iſti autem cum loquerentur Chriſto, non de eo, ſed de diſcipulis locuti ſunt, dic. *Quare diſcipuli tui non ieiunant?* Secundo, Quia licet loquerentur de diſcipulis ſatis apertè eum tangebant. Et hoc in duobus. Primo quantum ad perſonam ſuam. Quia ſi culpa erat ieiunare, Chriſtus etiam reprehenſibilis videbatur qui non ieiunabat, ſicut nec diſcipuli, ſed manducabat cum Publicanis. Secundo, quantum ad doctrinam. Quia dato, quod Chriſtus ieiunaret, ſi diſcipuli non ieiunarent, erat reprehẽſibilis, quia non bene inſtruebat eos & hoc ſufficiebat ad redargutionem Chriſti. Tertio, quantum ad principale, quia diſcipuli Ioannis non arguerunt contra Chriſtum eo quòd iam pro eo reſponſum erat, quia iſta quæſtio à præcedenti dependet. Et ſic diſcipuli Ioannis arguebant diſcipulos Chriſti de ieiunio ſupererogationis, non neceſſitatis, eo quòd cum diſcipuli Chriſti anhælarent ad viam perfectionis & ideo adhærerent Chriſto, vt eſſent meliores quàm populus, erat in eis culpa, quod non obſeruarent aliqua ieiunia plusquam populus, ſicut ipſi & Phariſæi multa obſeruabant. Et licet ſuperiùs tractatum fuit aliquo modo de hoc, cur non ieiunarint aliqua ieiunia ſupererogationis, tamen hic placuit adiungere aliquas cauſas pro maiori intelligentia, & inde intelligemus quod homines iuſtificentur per fidem ex Dei gratia.

Videntur non fruſtra conqueſti ſe de non ieiunando.

Vita auſteritas, maxima tributa ſanctitati.

Cur Apoſtoli non habuerint aliqua ſupererogationis ieiunia.

Et primo quidem factum eſt propter infirmitatem eorum, & imperfectionem, quia noui erant, & receſſiſſent, ſi grauia onera fuiſſent illis impoſita, quia & alias Ioann. 6. multi receſſerunt à Chriſto, quia non poterant intelligere aut credere quædam, quæ Chriſtus dicebat. Erat enim illis durus ſermo ſicut & hic de panno & vtre.

Secundo, Quia Chriſtus multos diſcipulos volebat congregare, ideo non erant difficilia imponenda, ſicut nec illicita concedenda, vt fecit Mehumet & Lutherus. Nam ſi hi abijſſent, propter hos alij non veniſſent.

Tertio, Quia *luctus & gaudium non conueniunt* Eccleſ. tertio: Ieiunium autem pertinet ad luctum, totum tempus, quo Chriſtus ſecundum carnis præſentiam manſit cum diſcipulis, fuit quædam ipſorum feſtiuitas, ideo non debuerunt hoc tempore ieiunare, niſi quando ceſſarat feſtiuitas, de qua reſpondet Chriſtus.

Quarto, Quia Chriſtus voluit oſtendere quod ſtatus nouus quem ipſe inducebat, non erat, ſicut antiquus, quia iam non erant homines iuſtificandi ex operibus, ſed ex fide. Lex enim iuſtificare non poteſt, niſi per opera, quia nihil continet niſi præcepta & prohibitiones: Fides autem iuſtificat hominem ex Dei gratia, id eſt, quia Deus vult nobis facere hanc gratiam, quod quicunque crediderit in Chriſtum eo ipſo ſit iuſtus, Ioannis primo: *Lex per Moyſen data eſt, gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt*. quaſi dicat. Non dedit ipſe nobis legem ſicut Moyſes, ſed gratiam, id eſt, fidem gratificantem & veritatem, & impletionem omnium promiſſorum, quia nihil eorum quæ in lege & prophetis promiſſa erant, fuit ante Chriſtum adimpletum, ſed ipſe impleuit omnia Matth. 5. *Non veni legem ſoluere.*

Lex & fides quomodo iuſtificent.

Quinto, Si Chriſtus tunc imponeret Apoſtolis ieiunia, etiam ipſi prædicarent per totum orbem iſta ieiunia obſeruanda Matthæi vigeſimo octauo: *Euntes docete omnes gentes, & quæcunque mandaui vobis*. Sed non conueniebat toti orbi prædicari ieiunium, quia quædam gentes ſunt, quibus nullo modo ieiunium conuenit, ergo nec debuit Chriſtus ieiunia imponere tunc diſcipulis. Sic dic. Chryſoſtomus. Sic diſpoſitis non oportet grauedinem imponere præceptorum: hoc autem dixit regulam dans ſuis diſcipulis, vt diſcipulos in vniuerſo orbe terrarum cum manſuetudine ſuſciperent.

Sexto, Quia ieiunium principaliter fit ad carnem domandam, ne ſuperbiat contra ſpiritum. Chriſtus tamen poterat ſine ieiunio præſtare, quibus vellet, plenam obſeruantiam caſtitatis, ideo ſecundum Cyrillum non erant illis imponenda ieiunia.

Quare Chriſtus non quidem tam, ſed aliàs etiam ieiunarit.

Quod autem Chriſtus non ieiunabat nunc, & aliquando ieiunabat, fuit. Primo, quia voluit oſtendere ſe maiorẽ patribus veteris teſtamenti, qui aliquando peccauerunt, & ieiunium eſt pars ſatisfactionis. Sed Chriſtus non peccauerat, 1. Petr. 2. Secundo, quia ieiunium principaliter fit ad vitandum vitia carnis, ne libido in homine dominetur. Sed Chriſtus hoc non egebat. Sap. 8. *Sciui quoniam aliter non poſſum eſſe continens, niſi Deus det*. Tertio, Quia ſancti ieiunabant ad augmentum meriti, quia etiamſi poſſet eſſe, quod peccatum nullum habuiſſent vnquã, ieiunium tamen proficiebat eis ad meriti augmentum, & ad maiorem beatitudinem. Sed Chriſtus erat ipſa beatitudo. Quinto, propter diſcipulos. Quia ſi Chriſtus ieiunaret, aut diſcipuli ieiunarent, aut non: Si ieiunare vellent, erant imperfecti & infirmi & deficerent: Si autem non ieiunarent, eſſet inconueniens, quia non imitarentur Magiſtrum ſuum in morib⁹, & ſic fruſtra eſſent diſcipuli & eſſet ad eorum ignominiam quod Magiſtro ieiunante non ieiunarent: etiam, quia oportebat quod Chriſtus ſe ab eis ſubtraheret non manducando cum eis, quia non eſt idem cibus, nec idem tempus comedendi, ieiunanti & non ieiunanti: hoc autem eſſet triſte & moleſtum valde diſcipulis, quod Chriſtus ab eis ſe ſubtraheret & tum ſe ſubtraheret, ſi non manducarent eoſdem cibos. Sicut Cephas ſubtrahebat ſe à conuerſis de gentilitate, propter diuerſitatem cibi Iudaici & gentilis, Gal. ſecundo: Eſſet autem Chriſto hoc inconueniens, quia non poſſet ita gratè applicare ſe ad diſcipulos, ſicut ſi ſimul viuerent & manducarent. Sic faciebat Paulus inter quaſcunque gentes erat vtens cibis eorum & ritu viuendi vt ſic faciliùs poſſet eos ad Chriſtum deducere. 1. Co. 9. *Factus ſum Iudæis tanquam Iudæus, vt Iudæos lucrarer. Omnibus omnia factus ſum*. Quinto, Quia Chriſtus voluit nobis auferre occaſionem difficultatum. Cùm enim tota actio Chriſti ſit

Inſtru-

Abstinentia Christi non fuit vitæ regula.

instructio nostra, & debeamus eum sequi in omnibus, quę non excedunt facultatem nostram, dicente ipso. *Exemplum enim dedi vobis.* Ioa. 13. Si Christus minus ieiunasset, crederemus teneri nos ad multum ieiunandum, vel saltem putaremus in hoc esse maximam perfectionem, sed vtrumque falsum est. Quia perfectio est in charitate, & in hoc voluit Christus, quod eum specialiter imitaremur. Ioan. 15. *In hoc cognoscent omnes, quod mei estis discipuli, si dilexeritis inuicem, sicut dilexi vos.*

Cur discipulos ob non ieiunium excusat Christus non reprehendit.

Et ait illis Iesus: Nunquid possunt filij sponsi lugere, quamdiu cum illis est sponsus: Venient autem dies cum auferetur ab eis sponsus, & tunc ieiunabunt. Non reprehendit Christus discipulos, sed blande illis rationes explicat. Et hoc primo, Quia supra Pharisæi mordebant Publicanos conuenientes eos cum dicerent. *Quare cum publicanis Magister vester?* hic autem solos discipulos mordebant; Christus tamen magis tolerare voluit iniuriam discipulorum, quàm publicanorum: Tum quia publicani erant infirmiores, quam discipuli, & magis turbarentur ex hac iniuria, discipuli autem instructi erant aliqualiter ad tolerandum iniurias. Matth. 5. *Beati estis cum maled. &c.* Tum quia publicani propter Christum hanc iniuriam videbantur suscipere, qui inuitauerant eum, assistebant ei, & honorabant eum in conuiuio. Secundo, Quia Pharisæi Christum supra redarguebant directè, nunc autẽ solùm discipulos directè, & iniuria discipulorum erat etiã propria. Tertio, quia ista quæstio vel redargutio fuit rationabilis, aut saltem minus irrationabilis quam præcedens redargutio; Nam quod Christus non manducaret cum publicanis, per quod vocabat eos ad pœnitentiam, contra charitatem erat.

Nota hic iterum, quod sponsa dupliciter potest accipi. vno modo pro Ecclesia. Ista n. est sponsa sua, quam Christus exhibuit sibi mundam & immaculatam. Eph. 5. Et tota ista Ecclesia vocatur vna virgo, quæ despõsatur Christo. 2. Cor. 2. *Despondi autem*, id est, desponsaui, *vni viro virginem castam exhibere Christo.* Est autem matrimonium inter Christum, & inter istam virginem. Ephes. 5. Sacramentum magnum. Secundo, potest accipi pro ipsa natura humana, q̃ diuinũ verbũ desponsauit, copulando eã sibi in vnitatem suppositi. Cyril. *Saluatoris nostri in hoc sæculo demõstratio, nihil aliud fuit, quã quædam festiuitas. intelligibiliter, quasi quandã sponsam copulãs illi nostrã naturã, vt quæ quondã sterilis fuerat, fœcũda fieret.* Filij aũt sponsi, sunt Christi discipuli & oẽs, q̃ posteà crediderunt. Nã ex eo q̃ Christus suscepit Ecclesiã in spõsam, oẽs quotquot intra Ecclesiã in fide & aqua renascuntur, Ioan. 3. efficiuntur filij Christi per hanc fidẽ. Ioa. 1. *Dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius.* Omnes aũt istos Ecclesia spiritualiter Christo gignit. Accipiẽdo aũt sponsam pro natura humana, verbo assumpta, etiã filij sunt discipuli: quia Christus per hoc q̃ apparuit inter nos in humanitate assumpta per verbum p̃dicationis multos sibi spiritualiter filios genuit, quos aliter nõ genuisset. Cyril. *Filij sponsi ij sunt nascuntur, quicunque vocati sunt ab eo per nonam & Euangelicam disciplinam. Non autem Scribæ cum Pharisæis, qui solam legis vmbram considerant.* Et argumentum deducitur iam à similitudine, sc. Sicut quando sponsus celebrat festum nuptiarũ vel sponsaliorum, filij sponsi, id est, amici eius non possunt tristari, nec ieiunare, Ioan. 3. *Amicus sponsi gaudet propter vocem sponsi*: ita nunc discipuli qui erant filij sponsi & amici eius, sc. Christi, Ioa. 15. *Vos aũt dixi amicos, &c.* non poterant rectè tristari, nec ieiunare, sed sicut ille qui nouiter sponsã acceperat post matrimonij consummationem permittebatur manere cum ea per annum, & non poterat cõpelli ad bellũ illo anno, nec aliquis labor public[9] ei poterat imponi, sed permittebatur illo anno gaudere cũ vxore sua, Deuter. 24. ita totum hoc tempus, quo Christus conuersabatur cum discipulis, erat eis datum ad quandam iucunditatem, vt dic Chryso. in homilia. Interrogatio illa, *Nunquid potestis?* vim habet negãdi, & verbum *Potestis* vsurpatur pro eo quod conueniens et & decenter fit. q. d. Non decet nec debetis inducere discipulos meos, vt hoc tẽpore, quo cũ illis cõuersor, ieiunent: non ergo ventris causa, vt vos accusatis, sed ex dispẽsatione mysterij discipuli mei nõ ieiunant hoc tẽpore meæ p̃sentiæ. Hæc responsio Domini efficacior erat contra discipulos Ioannis, qui à Magi-

Matrimonium Christi cum Ecclesia virgine magnũ sacramentũ.

Filios sponsi quos intelligat Cyril.

struiam erant edocti, Christum esse sponsum, & sponsalia celebrare, Ioa. 3. dixerat illis. *Non ego sum Christus, sed quia missus sum ante illum, qui habet sponsam, sponsus est: Amicus autem sponsi, qui stat & audit eum, gaudio gaudet propter vocem sponsi.* De illa aũt lætitia exẽplum, sunt nuptiæ in Cana Galilææ. Ioa. 2. & Matth. 22. vbi ad nuptias filij regis quidam venit, non habens vestem nuptialem. Quod autẽ Ioannes Baptista, licet amicus sponsi ieiunauerit valde, quod & Christus ipsius abstinentiam magni fecerit, Matt. 11. causa est, quod quidem amicus sponsi fuerit, sed non filius sponsi dictus. Hoc n. nomine significati sunt discipuli Domini, quia ei adhærebant, & continuo ipsum comitabantur, velut eius sponsalitiũ celebrantes & primitiæ Euangelij existẽtes. Ioannes aũt venit, vt legis terminus ac Prophetarũ, Venit etiam testimoniũ de sponso Christo p̃hibere, & ipsum populo indicare Quocirca non debuit eius discipulus fieri, nec eius viuendi modũ sequi, vt omnem suspicionẽ à suo testimonio repelleret, magisq; veritatem p̃suadere esset idoneus. Oportuit ergo illũ ac discipulos eius ieiunare, nec hoc nomine cõprehensi sũt, vt filij thalami seu spõsi dicerẽtur.

Cur Ioan Baptista, licet amicus sponsi, ieiunauerit tam austere.

De tempore præterea quo sponsus auferatur, licet alij aliter sentiant, intelligendum est de ablatione per mortẽ. Quia tunc Christus subtraxit discipulis corporalem præsentiam: & fuit ablatio, quia mors Christi violenta fuit. Hie on. [Sponsus, Christus est, sponsa autem Ecclesia. De hoc spirituali connubio Apostoli creati sunt, qui lugere non possunt, quamdiu sponsam vident in thalamo, & sciũt sponsum esse cũ sponsa. Quando vero transierint nuptiæ, & passionis & resurrectionis tẽpus aduenerit, tũc filij spõsi ieiunabunt.] Et hoc verum fuit, quia post datum Spiritum sanctum Apostoli multis ieiunijs intendebant, sicut Paul[9] de seipso dicit: *In fame & siti, & in ieiunijs multis.* Omnibus etiam idem faciendum suadebat. 2. Corin. 6. *Ecce nunc tẽpus acceptabile, exhibeamus nosmetipsos, sicut Dei ministros in vigilijs, in ieiunijs, in castitate.* Ieiunabant autem Apostoli propter tristitiam de Christi absentia, in cuius præsentia maximè post resurrectionem fuerant ineffabiliter consolati, & ideo cupiebant dissolui, & esse cum Christo, vt illa visione recrearentur; ita & nobis præ desiderio Christi absentis lugendum est & ieiunandum.

Apostoli spirituales filij ex connubio Christi & Ecclesiæ mystico.

Ieiunabant autem Apostoli, Primo, ad carnem compescendam, quia plenitudo Spiritus S. non abstulerat eis omnem tentationem, sed adhuc ieiunio indigebant. 1. Cor. 9. *Castigo corpus meum.* Secundo, ad exemplũ, quia erant patres Ecclesiarum, & omnes sequebãtur eorum exempla, siue in bonum, siue in malum, ita vt per hoc quod aliquid agerẽt, quasi cogebant alios ad sic faciẽdum. Sic dixit Paulus Cephæ, Gal. 2. *Cogis gentes Iudaizare.* sc. per hoc, quod te subtrahis ab eis, & obseruas cibos Iudæorum, cogis exemplo tuo conuersos ex gentibus ad Iudaizandum. Tertio, ad augmentũ meriti, quia q̃libet opus bonum proficit ad maiorem gradum gloriæ: Apostoli ergo Christo manente cum eis non ieiunauerunt. Ex hoc aliqui dixerunt, q̃ ieiunium Quadragesimæ erat incipiendũ sequenti die post Ascẽsionem, alij post Pentecosten, sed Ecclesia p̃mittit ante resurrectionem proptẽr duo. Primo, propter significationẽ ex parte Christi. Ipse enim mortuus est propter infirmitatem carnis, 1. Pet. 3. & venit ad gloriã resurrectionis per humiliationem & obedientiam. Phil. 2. Ieiunium autem pertinet tam ad humiliationem, quam ad infirmitatem. Secundo, propter nos; Nam in festo resurrectionis debemus accipere Eucharistiam, ad quam disponendi sumus per ieiunia & orationes.

Apostoli quare ieiunarent.

Nota etiam, quod apud antiquos erat idem lugere & ieiunare, illud ponit Matthæus, hoc Marcus & Lucas, neutrum tamen voluit Christus à discipulis suis.

Lugere & ieiunare, apud antiquos idem.

Nemo autem immittit commissuram panni rudis in vestimentum vetus. Tollit enim plenitudinem eius à vestimento, & peior scissura fit.] Quia illi arbitrabantur Christum, nullum aliud viuẽdi genus discipulis suis traditurum, quam illud quod apparebat, declarat se habere nouum quoddã & p̃fectissimum institutum, quod & ieiunium & mirabilia dogmata contiuet, tamen non cõuenire tunc tẽporis illud tradere. dum vetus lex obseruatur. Vtitur autem similitudinibus, q̃ multũ rem elucidant, & argumentis efficaciã adferũt, &

mentibus hominum magis imprimunt. Erat.n.negotium graue; & Ioan. Baptistæ interponebatur auctoritas, & multa scripturæ testimonia ieiuniū cōmendabant, & Christi institutio vituperabatur. Primū argumentum sumitur à similitudine artis sartoriæ, quo pbat se non debere partem pceptorum Euangelicorū his dare, quia adhuc veterē seruabant legē, insinuans se habere noua pcepta & peculiaria instituta mūdo euulgāda & tradenda, nū tñ expedire partem aliquā eorum aperire, dum lex illa vetus adhuc extabat, eaq; ratione se non iniungere ieiuniorum pcepta discipulis, donec cum illis est. Vis argumenti in hoc consistit: Nullus sartor de vestimento nouo accipit cōmissuram seu assumentū aliquod, vt immittat & iniiciat vestimento veteri: sic ego vestimentum nouum habeo, nempe Euangelium, cuius artifex sum, q multa præcepta & instituta continet, nō igitur conuenit, vt partem aliquam ex his diuidam & tradā iis, qui legem Moysis adhuc obseruant, quæ est velut vetus vestimentū, & imperfectionem eius parte Euangelij sarciā. Et hæc superius sunt explicata. Sunt tamen qui h eChristum loqui putant de Euangelio, doctrina, & institutione, cuius pars est doctrina ieiunij, tā tribulationis aut mœroris, quam gaudij, quam nō tradidit discipulis in lege positis, ne pars scindatur à toto, & imperfecta videatur, nec tamē totum tradit Euangelium, quia sunt vtres veteres discipuli, dum sub lege sunt, nondum perfecte per Spiritum sanct. renouati. Dicet quispiam, ieiunium erat in veteri lege, nam ieiunabant Pharisæi & Ioannis discipuli, ac ipse Ioannes & multi alij, cur ergo ad Euangelium pertinere dicitur? Respondetur, legis ieiunia multum à ieiunijs Euāgelij distare, illa.n.non erant lege præscripta, hæc vero Ecclesiæ præcepto stabilita sunt, illa incerta, nec tēporibus determinata, nostra vero distincta p Quadragesimas, vigilias & statuta tempora. In illis ciborū qualitas non discernebatur, in nostris delectus ciborū est. Illa ad carnis cōcupiscētiam frenandam, & corporis macerationem magis spectabant, nostra potius ad mētis eleuatiunē, & à sensibus corporeis rebusq; carnalibus abstractionē. Præterea illud Iudaicū ieiunium in abstinētia à corporalibus cibis maxime positum erat: at nostrum præter hoc etiam spirituale est, & in abstinentia positū, quę est in sermonibus, in gente conuersandi, in familiari congressu cum iis, qui vsui esse possunt, ita vt affectio disciplinæ, quæ fit per abstinentiam à cibis, transeat in spiritualem mentis exercitatiunem, in hunc etiam finem ieiunamus.

Argumētū ab arte sartoria.

Legis ieiunia multū à ieiunijs Euangelij distant.

Addit prætera duo inconuenientia, quæ sequerentur ex dictis de pāno rudi & insertione eius. Vnū est scindere vestimentum nouum, q erat veteri pretiosius, quod est imprudentiæ & stultitiæ: maius.n. detrimentum sibi facit, cū destruat melius vt subueniat deteriori, Quod absurdū esset: si partem disciplinæ Euangelicæ traderet vna cum lege ad supplendā veteris instrumēti imperfectionē. Nam Euāgelica pfectio occultaretur, & diminuta videretur, cum nō tota appareret & traderetur, sed particula eius. Quāuis hāc particulam Euthymius dicat, quod nouum rumpat vetus: fragmentum enim panni insutum veteri, fortitudine sua partes veteris ad se pertrahit, & maiorem facit scissuram. Sed videtur altera explicatio sanior. Alterum inconueniēs quod sequitur eum, qui de nouo vestimento vetustatē sarcit. Deforme.n.efficit vestimentum, Nā cum nouum forma & colore sit diuersum à veteri, non conueniunt inter se, & dissimilitudinem habent, quod in oculis aspicientiū deformitatem & turpitudinem quandam efficit. Tale quid accideret, si cum legis obseruantia pars dogmatum & disciplinæ Euangelicæ traderetur, & cum illa vetustate & imperfectione sacrificiorum & sacramentorum, ac vmbrarū legis particula perfectionis & veritatis Euangelij procederet. Vnde Dominus in figura loquens præcepit. Deute.22. *Non arabis in boue & asino simul, neque indueris vestimento, quod ex lina lanaq; contextum est.*

Absurdū duplex ex dictis de pāno rudi, eiusq; insertione.

Quod autem Apostoli circumcisionem, & legis multas obseruantias cum Euangelica doctrina seruabant, factum est id ad breue tempus, vt synagogæ cum honore sepelirētur, vt ostenderent illam legē à Deo fuisse, nec eam obseruabant, aut obseruari faciebant tanquam obligationē, aut vim habentem, sed vt eam quæ prius sancta erat, & mista,

Cur aliquas legis obseruātias Apostoli iunxerunt pręceptis Euangelij.

ne fidelibus esset contemptui, quasi prius bona non esset.

Neque mittunt vinum nouum in vtres veteres, alioquin rumpuntur vtres, & vinum effunditur, & vtres pereunt. Sed vinum nouum in vtres nouos mittunt, & ambo conseruantur.] Secundum argumentum est, quo probat non conuenire se totum suū institutum docere discipulos, quamdiu sub lege illa erāt. Priori quidē similitudine pbauit non expedire partem instituti, ad quā ieiunium pertinebat, tradi cum legis obseruantia, ne & institutum Euangelij imminutū videretur, & ne quid indecorū & deforme appareret legi diuersæ, pars Euangelij insuta: Nunc aūt ostendit, non etiam expedire totum Euangelij institutum, vna cum legis obseruātia docere, Esset.n.perinde, ac si quis vinum nouum in vtres veteres mitteret. Vnde iterum duo absurda. Vinum.n.nouū præ vigore & potentia sua rumpet vtres, & sic vinum effundetur, & vtres peribunt, quod alterum malum est. Similia hæc euenissent, si Euangeliū cum lege illa obseruandum traderetur: qui.n. sub illa lege fuissent nimio pondere pressi, nec legem obseruassent, nec Euangelium, Onus .n. efficeretur importabile, Quod Beatus Petrus Actor. 15. optimè intelligēs, iis qui Euangelium vna cum lege obseruandum prædicabant, sic locutus est, *Quid tentatis Deum? imponere iugum super ceruices discipulorum, quod neque nos, neque patres nostri portare potuimus?*

Nota verbum *Tentatis Deum*, quia Euangelium vna cum lege opus sit supra modum graue & asperum, cùm & sola illa lex onus graue esset. Vinum autem nouum infundi debet in nouos vtres, tuncq; tam vinum quàm vtres conseruantur: Sic Euangelium tradendum est hominibus nouis ab illius legis iugo & obseruantia liberatis, iuxta illud Gal.2. *Per legem legi mortuus sum, vt Deo viuam*, q.d. Per Euangelium, quod lex spiritualis est, mortuus sum veteri legi, quia eius obseruantias reliqui, vt Deo viuam eius Euangelium obseruans. Euangelium ergò veteri lege abiectā, hominem conseruat & saluat: Eā verò non abiectā, sed retentā rumpit & damnat. Galat. quinto: *Si circumcidamini, Christus vobis nihil proderit.* Iustus comparatur, qui sub lege erat, vtri veteri: qui autem sub Euangelio, vtri nouo. Inprimis iustus confertur vtri. Qua autem ratione id fiat, docet Ambrosius sermon. 11. in Psalm. 118. dic. *Vere dicitur iustus, vter namq; de exuuijs fit animantis mortui, igitur & nos moriamur peccato, vt viuamus Deo, atque repleti Spiritu Sancti iucunditate, & suauitate lætitia, simus vtres spirituales, carentes infirmitate corporea, & integro mentis sinu infusam nobis diuinorum mysteriorum gratiam reseruantes.* Hæc ille. Similitudo igitur in duobus consistit. Vnum est, sicut vter ex animantis carne ablata fuit; sic iustus licet in carne sit, nō secundum carnem viuit, & quasi corium est à carne separatum, quia corpus habens non viuit secundùm corporis passiones. Alterum est, vt vter loco carnis vento seu aëreo spiritu repletur: Sic iustus Spiritus sancti donis repletus est, & secundùm spiritum viuit, Erant autem iusti in veteri etiam lege, sicut & nunc: at illi erant quasi vtres in pruina & gelu, qui nimio frigore contracti non capiunt tantam quantitatem, nec aëris, nec liquoris infusi, Iusti vero in Euangelio similes sunt vtribus æstiuo tempore, qui caloris copia extenti accipiunt multum liquorem: abondantior.n. copia donorū spiritus & gratiæ, & virtutum facta est in Euangelio, quàm in lege. Præterea illi erāt vtres veteres, Nam lex illa imperfecta erat, Nihil.n.ad perfectum adduxit lex, & tempore ipso inueterascebat, quia properabat ad finē, quē habitura erat per Euangelium: At ea Euangelica perpetua & perfecta cum sit, homines facit vtres nouos. Adde, illi non habebant sacramentū renouationis spiritus, quale nos habemus, ideo p veteres vtres significantur, nos vero per nouos, de qua nouitate illud est Rom. 7. *Seruiamus in nouitate spiritus, & non vetustate literæ.*

Vinū nouū cōmittēdū nouis vtribus.

Iustorum veteris & nouæ legis discrimen.

Vide aūt quomodo hoc conueniat discipulis; Vinum .n. nouum, nondum decoctum forte est propter ebullitiones, quas facit separando grossum & impurum à puro, & inde intumescit & rumpit vasa, si sunt clausa, Sic dicitur Iob. 32. *En venter meus, quasi mustum absque spiraculo, quod lagunculas nouas disrumpit*, & ideò sine spiraculo nihil potest illud continere, nec etiam noua vasa, cùm dicatur ibi, quòd lagunculas nouas disrumpit.

Cùm

Cum aűt habet spiraculum, possunt illud continere vasa fortia: fragilia autē nunquam possunt, etiamsi sint sine spiraculo. Vtres autem veteres sunt fragilia vasa, ideo nō possunt continere vinum nouum, sed vinum vetus cōtinent, quod nullas ebullitiones facit. Sic erat de discipulis qui fragiles erant, sicut vtres veteres, & non poterant tunc ieiuniorum austeritatem tolerare, sed possent, quando essent vtres noui, sc. post Pentecosten, vt vult August.

Obseruā etiam q̄ Christus locutus est in materia tam humili, & tot exemplis muniuit, Primo fecit propter eos quibus loquebatur, quia non erant viri fortes exercitati circa sapientiā, ideo de rebus planis & cōmunibus loquebatur, vt vult Chrys. Secundo, Ad significandum infirmitatem eorum, de quibus loquebatur: ideo rebus infimis eos cōparans, nō potuit loqui de sublimibus, vt ait Amb. Iterum cur tot exēplis vsus fuit, factum est, quod voluit discipulos excusare à ieiunio corporali. Quod quidē duplex est mœroris & exultationis, & hoc contēplatiuis conuenit, Vtrūque autem non conuenit discipulis, secundum August. & ostendit primo, pro primo ieiunio mœroris induxit similitudinem, de sponso & filijs eius. Pro secundo ieiunio exultationis induxit duo exempla, de veste veteri, & vtribus.

O Auditores charissimi, ex hoc intelligere potestis, q̄ necessario fuerit Ecclesiæ, vt hoc Euangeliū ponat hodie, Christus vt respōdeat ad quęsita illorum, vnde certè magna mysteria & difficilia argumenta, & quæ religionis Christianæ sunt, non ita vulgaria explicantur. In hoc Auditores habemus magna lętitiæ argumenta, quia Christus hæc edisseruit, quia Ecclesia nobis proposuit & inculcauit, quia nō sunt quę communiter oēs intelligant. Habemus iterum magna lætitiæ argumenta, quia Deus distinxit inter vetera & noua, & nobis sensum aperuit scripturæ. Habemus quod oēs hæretici ex antiquis hæresibus & nouis argumentis, cum quadam scripturæ allegatione faciunt assumentum tanq̄ vestem mendici ex quam pluribus, & Lutherus maxime, ex dæmonis argumentatione adhibita, summi Pontificis, & (quod debebam præmisisse,) Sacrosanctæ Ecclesiæ Catholicæ, Apostolicæ, Romanæ, summa detestatione, & (quia fundamentum est religionis) quantum potest destructione, vt cætera ipsius impia & scurrilia verba omittā, ne aures piorum offendam, cum Ecclesiā sponsa ab intus in fimbrijs aureis circumdata varietate floreat, quæ non tam facile omni homini patent, sicut lacera, & rerum consuta hæreticorum vestis. At in his non possunt subsistere, quia iam iudicati sunt, sicut & vtres veteres, in quos vinum nouum, noua gratia, renouatio mentis & intellectus venire non potest, sed sunt & manent fæces, & plenitudo ab eis tollitur, & peior fit scissura. Habemus iterum magnę lætitiæ signa & argumenta, quia vnitas & concordia Sacrosanctæ Ecclesiæ, scripturæ, patrum, miraculorum, testium, & omnium in eadem Ecclesiā, qui non lugemus, quod Deum & Ecclesiam non habemus, sed sumus filij sponsi, qui det nobis, vt hic cum illo sponsalia, & ibi cum cælestibus nuptias cælestes, in æternitate celebrare valeamus.

* *
*

Laus Deo, & Beatissimæ Mariæ Virgini, & omnibus Sanctis.

DOMINICA TERTIA POST PASCHA.

Modicum, & non videbitis me, Ioann. 16.

Si non esset alia cōsolatio, Auditores, qua electi in hac misera vita, aut valle miseriarum ad omnes tribulationes æquanimiter perferendas inflammarētur, perfecto sufficeret ista animatio, quam Christus confortando suos, & mūdi voluptatem transitoriā, & perpetuam iucunditatem electis mansuram prædicit, Quia mundus gaudebit, vos autem contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudium, quod quidem nemo potest à vobis auferre. Vnde & D. Augustin. super Epistolam Ioannis tractans illud, *Mundus transit & concupiscentia eius,* dic. *Quid vis, vtrum amare temporalia, & transire cum tempore, an amare Christum, & cum eo in æternum viuere?* Ex quibus patet differentia filiorum Dei, & huius sæculi. Gaudent hi de temporali substantia, vt ille, qui Luc. 12. volebat ampliare horrea, & epulo ille Luc. 16. Sed *gaudent ad sonitum tympani.* Iob. 21. *& in puncto ad infernum descendunt. Gaudent cum malefecerint & exultant in rebus pessimis.* Pro. 2. quibus non aliter contingit, quam qui suspendendus, de fune in collo gloriatetur, aut laborans ad mortem rediret. Luc. 19. *Si cognouisses & tu:* dicitur ad Ierusalem: quia sic capiuntur, sicut piscis hamo, vel auis grano, aut vulpes gallina. Gaudent de fauore & laude humana, sed laus impiorum breuis est & gaudium hypocritæ, quod docet nos exemplum Pharisæi, Luc. 18. Gaudent Tyranni de oppressione subditorum, Abacuc. 3 *Exultatio eorū, sicut eius qui deuorat pauperem in abscondito.* Gaudent alij de aliorum miseria, & tristantur in aliena fœlicitate, sed breue & inutile gaudium, luctus nociuus & perpetuus, quod in Iudæis Christum ad mortem damnantibus, & crucifigentibus clarissimè conspicitur. Et bene quidem hodie hoc Euangelium legitur, quia agit de passione, resurrectione, & ascensione Christi, inter quæ versamur, vt discamus non ita lugendum, quin speranda sit lætitia, nec ita Paschaliter lætandum, vt timenda non timeamus, & qui in agonia laborant, cum paupertate & afflictione, laborent, spe futurę messis & consolationis. Sic nobis esse cogitandum & agendum, prout hæc omnia clariùs docet.

Filiorum Dei & sæculi differentia.

EVANGELIVM.

M*Odicum & non videbitis me.*] Quemadmodum Patriarcha Iacob moriens, duodecim filios suos congregauit, & bona & mala eis futura prædixit, ac etiam testamentum fecit, dic. quòd Ioseph extra fratres suos prędium quoddam haberet, & tandem singulis benedixit. Genes. 48. & 49. Sic & Christus pauperum spiritu Patriarcha, prope mortem constitutus, duodecim Apostolis bona & mala eis euentura prædixit, ac testamentum dilectionis & pacis condidit, nulla obliuione delendum, & ad vltimum eleuatis manibus benedixit eis ascendens in cœlum Dicit ergò, post modicum temporis non videbitis me: quia citò passurus sum & moriturus, sed post alterum modicum me videbitis, quia citò etiam post mortem resurgam à mortuis, & me vobis videndum exhibebo. Causam sui dicti adiungit: *Quia vado ad patrem.* Vadit ad patrem Christus per mortem & resurrectionem. Vtrumque enim comprehendit hæc via ad patrem. Nam resurgens ad cœlos ascendit, at non resurrexit, nisi ex morte. Dum

Christi morituri testamenti cum Iacob Patriarcha collatio.

ergò

Vsurpatio in verbo, Vado, quid significat.

ergo dicit, *Vado ad Patrem*, indicat vtrumq; scil. mortem & resurrectionem. Dum aūt præsenti verbo vtitur, *Vado*, celerem mortem, simulq; resurrectionem significat, quasi diceret, Iam iam vado.

Nota aūt quod est Modicum Pœnitētiæ, quia quicquid boni patiuntur in hoc mūdo, valde modicum dici potest, Eccl.51. *Modicum laboraui, & inueni mihi multā requiem*. Modicum affluentiæ deliciarū & diuitiarum, de quibus ad necessitatem, non ad voluptatem, decet percipere. 1. Tim. 5. *Modico vino vtere propter stomachi necessitatem*. Modicum amicitiæ veræ vel boni amoris, quod Deo impēdimus, ab ipso maximum reputant, Luc. 19. *Eug. serue bone & fidelis, quia in modico fuisti fidelis, supra multa te constituam*. De hoc modico etiam dicit Christus, Ioa. 7. *Adhuc modicum tempus ero vobiscum*. Modicum patiētiæ, Totum.n. tempus huius vitæ dicitur, Vnum modicum, respectu æternitatis; Ideoque mala quæ patimur hic, sunt patienter sustinenda, Apoc. 6. *Sustinete adhuc modicum tempus, donec impleatur numerus fratrum vestrorum*, Isa. 26. *Absconde te modicum ad momentum, donec pertranseat indignatio mea*. Est & modicum in malo, vt stabilitatis, & de paucitate eius intellige illud, Isa. 28. *Expecta, reexpecta modicū*, q.d. tales modicum in eodem statu perseuerant. Crudelitatis seu infidelitatis, Matthæ. 14. *Modicæ fidei, quare dubitasti?* Sagacitatis. Ioa. 12. *Adhuc modicum lumen est in vobis*. Virtuositatis. Apo. 3. *Ecce dedi ostium apertum coram te, sciens quod modicam habes virtutem*. Durabilitatis, Iac. 4. *Quæ autem est vita nostra nisi vapor ad modicum parens?* Taciturnitatis. Iac. 3. *Lingua quidē modicum membrum est, & magna exaltat*. Senectatis. Matt. 8. *Quid timidi estis modicæ fidei?* Discretionis intellectualis, Statim.n. sentim⁹ lapidē in pede vel scrupulū, inter dentes carnē, sed non saxum in anima, quādo ad Magos eutimus, confiteri volumus: calorem febris corporis dolemus, sed non concupiscentiæ: pulueram in oculo, sed non auaritiæ terrā: bene scimus quantum ꝓuentat ex centū vasis vini, si tanti ematur, tanti vendatur: Sed Credo nesciunt. Deuotionis spiritualis, quia cū modica deuotione facimus orationes, eleemosynas, ieiunia, peregrinationes, cōsilia, auxilia, opera, cū diligentiores simus in tēporalib⁹. Totū tēpus diuisit Deus in dies 7. ex quibus sibi vnū tantū reseruauit. In die sunt 24. horæ, ex quibus sibi tantū vnam ꝓ Missa reseruauit audienda. In hebdomada sunt 168. Ex his tantū vnā aut duas ꝓ concione & Missa sibi retinuit, Ibi modicū expecta vt habeas benedictionē. In anno vnā horā elegit ꝓ cōfessione & Cōmunione, & tamē in omnibus illud *Modicū* vel nouitatibus, vel cogitationibus, vel negis contemimus, & hoc modicum nobis graue est. 1. Pet. 5. *Deus autē omnis gratiæ, qui vocauit nos in æternam suam gloriā in Christo, si modicum passos, ipse perficiet, confirmabit, solidabitq;*. Dilectionis fraternæ, quia tātum benefacientes diligimus, cæteros allatramus. Ap. 3. *Modicam habes virtutem*. Debent tolerari iniuriæ, & peccata remitti, & ꝓpria ita minuuntur. Tob 3. *Benedictum est nomen tuum, Deus patrum nostrorum, qui cum iratus fueris, misericordiam facies, & in tēpore tribulationis peccata dimittis ijs qui inuocant te*. Afflictionis pœnitentialis. Homo.n. tenetur pro mortali ad multam pœnitentiam, & si non confitetur, damnationem incurrit, aut si hic non satisfacit, oportet satisfaciat in Purgatorio. Remedium ergò est lucrari indulgentias, orare, eleemosynas dare, & simili. facere. Sed clamatis ad Cōfessarium, noli me nimis arguere, da mihi exiguam pœnitentiam, hæc & ista præstare nō possum. Aut eligitis simplicem, qui hæc non intelligat, aut non iniungat. Subiectionis diuinæ: Nemo dominorū habet minorem subiectionem quam Deus; Illis.n. sub capitis aut pecuniæ pœna seruitur, sed sub corporis & animæ pœna, huic, id est, Deo nostro, si quis ad Magos eat, occidat, festū violet, & similiter peccet. Isa. 28. dicitur, *Manda & remanda, expecta & reexpecta, modicum ibi, & modicum ibi*. Manda in veteri & nouo Testamēto, per Prophetas & Apostolos, expecta iuuentutem & senectutem in tēpore Quadragesimæ & alio tēpore, & vbi erit modicum. Modicum miserationis in proximum, quasi nihil quod iam facim⁹. Et si ꝓpter importunitatem petentis aliquid datur, modicum valet, & sic omnia quæ fiunt sine recta intentione, vt in datione mutui propter vsuram, cum donatione iniuriæ propter hominem & non propter Deum. Modicum militiæ,

Scrupulū vocaleo, nō saxum in anima sentimus stupida.

Mortale peccatum nō extenuatur, nisi multa pœnitentia.

1. Corint. 5. Gal. 5. *Modicum fermentum totam massam corrumpit*. Modicum nequitiæ. Luc. 16. *Qui in modico iniquus est, & in maiori iniquus erit*. Modicum stultitiæ, 2. Corin. 11. *Vtinam sustineretis modicum quid insipientiæ meæ*. At modica est vita nostra: *Modicum est totum hoc spacium*. dicit Augustinus in Ioannem, *quod præsens peruolat sæculum*. Hoc modicum lōgum nobis videtur, quoniam adhuc agitur, cùm finitum fuerit, tunc sentiemus quam modicum fuerit. Vita.n. hęc æternitati comparata, breuissima est, neq; aliquid cum stabilitate in hac vita agere possumus. Ob id vita hæc, toties dicitur, quia cito transit, & in mortem profluit. Vita hæc breuis est effecta, misericordiā Dei, vt cum virtutē operatur homo, minuatur labor. Insuper vitæ humanæ breuitas damnatio delictorum est. Vnde hæc vt nos doceret Dominus, modicum tēpus vocauit illud, in quo ipsius præsentia carerent iusti in hac vita. Modicū & illud est, quod ad tempus relinquit amicos, in quorū bonum eos & visitat, & deserit. Vnde falso credūt homines Deum oblitum suæ misericordię, si ad horam non concedat, quæ illi desiderant. Bernard⁹ enarrans illa verba. Can. 2. *Reuertere dilecte mi. similis esto capreæ hinnuloq; ceruorum super montes Bethel*, inquit: *Ideo sponsus discessit à sponsa, vt auidius reuocaretur, teneretur fortius. Præteriens teneri vult, abiens reuocari. Vtrumq; autem in bonum suorum ordinat*. Ideò dic. hodie *Modicum*.

Vita nostra breuis cum æterno cōparata.

Vide aūt cur vita nostra sit modica, cur modica? Primo, vt homines pśentem contēnerent, & cœlestē affectarent, ideo modicū & ꝓ nihilo reputatur, Iob. 7. *Nihil sūt dies mei*. Psa. 89. *Quæ pro nihilo habētur, eorū anni erunt* Psa. 89. *Dies annorū nostrorum septuaginta. Si aūt in potentatibus octoginta, amplius eorū labor & dolor*. Cōgregant diuitias, palatia, honores, thesaurizāt, & cui cōgregabunt ea? Secundo, Vt hōes modicum tempus in laudē Dei expēdant. Si.n. longa esset, tæderet aliquē diuturnæ operationis. Et si in tam breui tēpore tot raptores, homicidę, adulteri & alij, quid esset in magno tēpore? Tertio. Vt citius pericula vitæ & tentationes euadant, Laqueos.n. tentationum expandit diabolus, Apocal. 12. Væ terræ & mari, quia descendit diabolus ad vos, habens iram magnam, sciens quia modicum habet tempus. Vnde diuinum auxilium implorandum. Quarto, Vt homines citò ad se diligendū reduceret: Sicut.n. amic⁹ sine amico diu esse nō potest: sic quia Deus nos summè diligit, nos secum habere vult, Ioa. 16 *Pater quos dedisti mihi, volo, vt vbi ego sum, illi sint & mecum*. Quinto, Vt homines modicum laborarent, & pro modico labore, magnum p̄mium sibi restare crederēt, Eccl. 51. *Modicè laboraui, & inueni requiē multam*. Roman. 8 *Non sunt condignæ passiones*, ideò fletu hæc vita pertranseunda. Et licet breue tempus sit vitæ nostræ, tamen minimum adhuc in seruitio Dei consumimus. Cōputa ab octuaginta annis, annos primo pueriles, postea dies & horas, & noctes, quibus comedisti, bibisti, lusisti, dormiuisti, temporalibus curis & officijs vacasti, & similia fecisti, item quibus decubuisti, nō credidisti aut dubitasti de vera religione, & vix inuenies mensē ex omnibus annis, quod rectè Deo seruieris. Ecce igitur diuersa modica, vnde non immerito toties in hoc Euangelio Modicum illud repetitur.

Vita nostra vere modica.

Quomodo tam minima vita parte fruamur vtiliter.

O modicum itaque, & modicum, ô modicum longum. Modicum dicis, piè Domine, quod non videmus te, salnū sit verbum tuum Domine mi, longum est & multum valde nimis: Veruntamen vtrumq; modicum verum, Modicum meritis, & non modicum votis. Habetur vtrumq; apud Abac. c. 2. *Si moram fecerit, expecta eum, quia veniēs veniet, & non tardabit*. Quomodo non tardabit, si moram fecerit, nisi quia ad meritum satis est, sed non satis ad votum: At dilectum considerat abeuntem sponsa, nec propria aduertēs merita, sed flagrans desiderio contuendi sponsum, clamat anxia: *Reuertere dilecte mi, ne moreris*, sed ex velocitate propria quasi iuuenculus ceruus salit in montibus Bethel, qui pascuis vberrimis abundat, vbi lasciuiens mira velocitate currit.

Sed nota, quod non sine causa dicat, Et *Modicū* & *Iam*. de *Modico* dictum est, sed quid *Iam* velit intelligamus. Iam p̄sentis est, & futuri, & præteriti: Præteriti, Ge. 31. *Iamq; Iacob tetēderat tabernaculum*, cùm sci. Laban consecutus fuit eum. Præsentis, Gene. 32. dic. angelus Iacub, *Dimitte me, Iam enim*

asten-

ascendit aurora. Futuri. Genes. 46. vbi Iacob dixerat Ioseph, *Iam lætus moriar, quia vidi faciē tuam.* Illud *Iam* ostēdit Christus, præteritum, quia Iudæi hanc suam mortem quæsierūt semper, & quia ad hoc venit vt pateretur, ... redimeret, Et futurū, quia lætus vult mori; & pſens, quia quasi orat, dimitte me, vt moriar, & à vobis abscedā, quia modicū à vobis ero, & postea modicū, & iterum ero vobiscū, & vadam ad patrē, & legationis meæ fructum accipietis. Iterum nota, q *Iam* significet idem quod de cætero. Sicut Ioan. 14. *Iam non multa loquar vobiscum.* Itē idem q tunc. Exo. 14. *Iam aduenerat vigilia matutina* Eidē quod Nunc. Ioan. 15. *Iam vos mundi estis propter sermonem, quem locutus sum vobis.* Et ex his reliqua moralia possunt hauriri. Vnū Iam spectat ad Deū, quia Deus omnia facit citò & celeriter. Quia se Deus pſentat omnibus potenter, scil. per incarnationē. Exod. 19. *Iam nunc veniā ad te in caligine nubis, vt audiat populus me loquentem ad te.* Hinc canit Ecclesia, *Iam lucis orto sydere.* Insuper Deus vocat nos clementer ab æterno pdestinando. Eccl. 6. *Qui futurus est, iam vocatum est nomen eius.* Gratiā infundendo, & in fine gloriā concedendo. Cant. 2. *Iam hyems transijt, imber recessit, surge amica mea, & veni.* Deus nos gubernat potenter, quia ipse est ppetuus. Ro. 6. *Christus resurgens ex mortuis iam non moritur, mors illi vltra non dominabitur.* Erga malos verò est rigidus, Exo. 14. *Iam aduenerat vigilia matutina, & Dominus respexit super castra Aegyptiorum, & interfecit exercitum eorū, & subuertit rotas curruum eorum, ferebanturq; in profundum.* Istud potissimè faciet in iudicio, quando verificari poterit illud *Iam*, de quo dicitur, Exo. 19. *Iam aduenerat dies tertius* (se ortus vitæ & mortis) *& mane inclaruerat, & ecce cœperunt audiri tonitrua, & micare fulgura, & nubes densissima operire montē, clangorq; buccinæ vehementius perstrepebat.* Vnum Iam est, q spectat ad iustum, cuius opera bona non procrastinantur. Itaque est *Iam* charitatis, quia alter alterū principaliter diligit, Marc. 10. *Itaq; non sunt duo, sed vna caro.* Iam magnæ puritatis, quia semper volunt esse innocentes. Vnde illud Ioan. 15. *Iam vos mundi estis propter sermonē, quem locutus sum vobis.* Iam magnæ libertatis, quia iam sunt soluti ab omni seruitute mortalis peccati, & constituti in libertatē filiorum Dei. Ioan. 15. *Iam non dicā vos seruos, sed amicos.* Iam magnæ fidelitatis, quia iusti semper volunt inueniri fideles, & veri, & maximè in administrationibus sibi creditis. 1. Cor. 4. *Hic iā quæritur inter dispensatores, vt fidelis quis inueniatur.* Iā stabilitatis, nolunt. n. de cætero vacillare, Eph. 2. *Iam non sumus paruuli fluctuantes.* Iam sedulitatis, nolunt. n. de cætero dormire in peccato, sed iam surgere, Roman. 13. *Hora est iam nos de somno surgere.* Iam humilitatis, quia humiliter agunt, & humiliter reuertuntur ad Christum, Figurati in illo pdigo reuertente ad patrem, Luc. 15. Et meritò, quia isti audiunt pceptum Apostoli, Eph. 4. *Qui furabatur, iam non furetur.* Iam authoritatis alios docēdi & conueniendi. Luc. 5. *Ex hoc iam eris homines capiēs.* Sed illud *Iam* deberent maximè animaduertere impij, & primo sæui Tyranni, Gen. 19. vbi dicitur, quod iam propriè erat, vt portas effringerent, vt scil. violenter intrarent in domū Loth. Secundo, luxuriosi, vt hic & illud, Num. 12. *Ecce iam dimidiū carnis deuoratū est à lepra.* Tertio, Infames, Ioan. 11. *Domine iam fœtet, quatriduanus enim est.* Quarto, Indeuoti, 2. Mach. 4. q sacerdotes non iam circa altaria dediti erant, sed contēpto templo, cupiebant participes fieri palæstræ. Et 1. Cor. 11. dicitur ipsis psalmis *Cōuenientibus vobis in vnum, iam non est Dominicam cœnam manducare.* Beatis autē, *Iam* dicitur, quia vidēt Dominum splendore lucido. Vnde illud Ecclesiæ: *Ecce iā noctis tenuatur vmbra, Lucis aurora rutilans coruscat.* Quia iam tenent terminum sopore placido, Apoc. 14. *Amodo iam dicit spiritus, vt requiescant à laboribus suis.* Quia iam fructus colligunt valore splendido, Ioa. 4 *Videte regiones, quia iam albæ sunt ad messem.* & Luc. 21. *Videte ficulneā & omnes arbores, cùm iam producunt ex se fructum, scitis, quia prope est æstas: sic & vos cum videbitis hæc fieri, scitote quia prope est regnum Dei.* Quia caput erigunt honore solido. Eph. 2. *Fratres iam non estis hospites & aduenæ, sed ciues sanctorum, & domestici Dei.* Gal. 4. dicitur de quolibet beato. *Itaq; iam non est seruus, sed filius: quòd si filius, & hæres per Deum.* Nunc verò cogitandū vobis de illo *Iam*, quia mortales sumus omnes, vt cū illud *Iam* venerit, quod semper accedit, ita simus parati, vt possimus securi ex hac vitā discedere ad patriam cælestem, ne forte pueniamur & damnemur. Istud. n. *Iam* est pœnitētiæ, q ad promptam voluntatem, & ad bonum aliquod faciēdum hominem in statu gratiæ constitutum excitat, Luc. 15. *Iam non sum dignus vocari filius tuus: fac me sicut vnum. &c.* Iam ... entiæ. Status. n. gratiæ est vnum *Iam*, & vna spiritualis hora, in qua ... vigilandū, & ad bonos labores surgendū, Roman. 13. *Hora est iam nos a somno surgere, nunc enim propior nostra est salus.* Iam pudicitiæ, Ioa. 15 *Iam vos mundi estis propter sermonem, quem locutus sum vobis.* Iam amicitiæ, Ioa. 15 *Iam non dicam vos seruos, sed amicos.* Iam fidelitatis. 1. Cor. 4. *Iam quæritur inter dispensatores* Iam legalitatis. Hora. n. status gratiæ non admittit perditionem, nec furtum, Ephe. 4. *Qui furabatur, iam non furetur.* Iam nobilitatis seu libertatis, quia nō admisit aliquam seruitutem peccati. *Itaque iam non est seruus, sed filius* Christi habent vnum iam stabilitatis. Eph. 4 *Iam non simus paruuli fluctuantes.* Iam fœcūditatis, quia hora gratiæ semper solet bonorum operum fructibus abundare. Luc. 12. *Videte ficulneam, & omnes arbores* ... Iam societatis, quia hora & status gratiæ concordiam requirit & vnionem. Mar. 10. *Itaq; iam non sunt duo, sed vna caro.* Istud igitur est *Iam*, id est, tēpus & hora gratiæ, in qua spiritus mittitur. Sic Ecclesia canit, *Iā Christus astra ascenderat, Regressus vnde venerat; Promissum, patris munere: sanctum daturus spiritum.* In qua Deus requiritur. Vnde: *Iam lucis orto sydere.* Et illud, *Iam bone pastor Petre*, in qua homo instituitur. Vnde illud, *Doctor egregie Paule mores instrue.* & de B. Petro Lu. 10. *Ex hoc iam eris homines capiens*, per prædicationem. Et per hoc bona est illius *Iam* cōsideratio, quia iam sumus in illo tempore, quo celebramus illud, non quod iam natus, sed q passus sit, & resurrexerit Christus, quod iam illius ascensionis, & Spiritus S. missionis festiuitas recolēda nobis supersit. Itaq; cogitate, quam Christus, quàm Ecclesia diues & potens sit, in sermone, & opere, vt nihil frustra agat, & temeraria & angusta sint ingenia, q̄ penuriā in dictis & factis Christi explicādis arguunt, & quā commodè hoc tempore illud *Modicum*, & quod statim sequitur, *Iam* pponat Ecclesia. Ita vt cōtempto fœtore luxuriæ, Ioa. 6. *Domine iam fœtet.* Et languore, delinosi & mali Ecclesiastici. 2. Mach. 4. *Erat autem inauditum scelus, ita vt sacerdotes iam non circa altaris officia dediti essent.* Et furore, viri malitiosi, Gen. 19. *Iam properant vt fores effringerent.* Et errore, viri obliuiosi & ignorantes, Ioa. 16. *Modicum, & non videbitis me* Et ardore, viri ambitiosi & auari, Num. 12. *Iam dimidium carnis deuoratum est à lepra.* euadamus pœnæ grauitem, quia *Iam*, id est, ex inspirato veniet Christus, Exod. 33. *Iam nunc depone ornatum tuum, vt sciam quid facturus sim tibi.* Ornatus. n. luxuriam & pompam rerum terrenarum designat. Quia malos submerget. Exod. 13. *Iamq; aduenerat vigilia matutina*, vt supra. Quia ab eo ignis emerget, & cuncta cremabit, Exo. 13. *Iamq; aduenerat dies tertius.* Sequitur: *Et descendit Dominus super montē in igne, & ascēdet fumus ex eo sicut de fornace.* Et consequamur vitā æternam, & gloriam beatorum, qui ibi est claritas cognitionis veræ. Ge 22. *Dimitte me, iam enim ascēdit aurora.* Iam pacis & claritatis. Cant. 2. *Iam hyems transijt.* Iam honoris & authoritatis. Eph. 2 *Fratres iā non estis hospites & aduenæ, sed estis ciues sanctorum & domestici Dei.* Iam quietis & securitatis, Apo. 14. *Amodo iam dicit spiritus, vt requiescāt à laborib. suis.* Attēdite itaq; q honor, opes, vita voluptuosa & scientia dicent vobis. *Modicū & non videbitis me*, quia mors omnia tollit, & tale nihil est in inferno, ideò nolite illis omnib⁹ tātū tribuere. Ex hoc modico etiā intelligite gaudia terrena, intelligite gaudia æternitatis in cælo. Dicūt sacramēta diuina, *Modicū, & non videbitis me*: quia multi pereūt neglecto Baptismo, aut dilato, sic cōfessione, cōmunione extrema vnctione, sic gratiæ diuinæ dicūt occasione posthabita. Sic dicit vita & gloria cælestis, q dum possum⁹ habere, nolumus, & vitā tēporalem damus pro modico furto, homicidio, adulterio, potatione, fauore, ludo, & simili.

Et iterum modicum, & non videbitis me: quia vado ad patrem.]

Totus sensus horum omnium verborum est hic; Post paululum non me videbitis, & post paululum iterum me videbitis, quia iam iam moriar & resurgam, vt me videre possitis. Sic enim ad patrem vado.

Nota, quod Dominus sex ob causas præsentiam subtrahit seruis suis. Primo, vt in bonitate conseruentur. Hanc causam videtur Apostolus innuere. 2. Corinth. 12. *Et ne*

Iam pænitentiæ quod nam.

Illius Iam opportuna cōsideratio

Vera cognitionis claritas in gloria beatorum.

Præsentiā suā Dominus quibus de causis subtrahat seruis suis.

magna reuelatio extollat me, datus est mihi stimulus carnis, angelus satanæ qui me colaphizat. In quo stimulo Dominus præsentiã suam videtur subtrahere. Secundo, vt incauta securitas caueatur, quæ mater est negligentiæ, & propinqua periculo, tam corporis quam animæ. Tertio, vt ardentius o[illegible] Cant. 3 *In lectulo meo quæsiui, quem diligit anima mea: quæsiui illum, & non inueni. Surgã, [illegible] ciuitatem, per vicos & plateas, quærens quem diligit anima mea.* Quarto, vt inuenius fortius teneatur. Can. 3, *Tenui eum, nec dimittam.* Quinto, vt pateat ea eius absentia, quid conferat eius præsentia. Non. n. cognoscitur sanitas, nisi adueniente infirmitate, & sic contraria iuxta se posita magis elucescunt. Sexto, vt ex hac tristitia perpendatur quàm male sit homini, cùm à Deo separatur omnino, quod fit in morte peccati, quia tunc homo perdit animam, corpus, bona fortunæ, naturæ, gratiæ, gloriæ, & omnia, & omni morte moritur, & omnia mala incurrit. Ierem. 2. *Scito & vide quam malum & amarum est, dereliquisse te Dominum [illegible] tuum.*

Christus solis habet se in apparitione spirituali.

[illegible] iterum, quod Christus in spirituali apparitione gratiæ, habet se ad modũ solis; Primo, Sol aliquas partes vniuersi aliquando illuminat, vt nost[ram] habitationem, aliquas nũquam vt zonam inhabitabilem, aliquas semper vt eas quæ sunt supra se: Sic in hominibus, Primo, ab aliquib[us] recedit Christus p[er] gratiam, & nunquam amplius apparet, Sicut sunt duri & obstinati homines, qui à se Deũ expellunt peccatis, & ne ad eos redeat, obicẽ mala operibus ponunt. Iob. 24. *Ipsi fuerũt rebelles lumini,* & Psal. 35. *Noluit intelligere vt bene ageret, iniquitatem meditatus est in cubili suo.* Et Psal. 108. *Noluit benedictionem, & elongabitur ab eo.* Et pro modica voluptate & momentanea venit, quod æternum cruciet. Sap. 5. *Quid profuit nobis superbia, aut diuitiarum iactantia?* aiunt dãnati; Secundo, Sol, id est, Christ[us] aliquas partes aliquãdo illuminat, aliquãdo nõ, & sic sol iustitiæ recedit ab aliquibus per gratiã, sc. cùm mortaliter peccant: Attamen iubentur redire per pœnitentiam. Zach. 1. *Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos.* Iere. 18. *Si pœnitentiam egerit gens illa à malo suo, quod locutus sum aduersus eam: agam & ego pœnitentiam super malo, quod cogitaui vt facerem ei.* Tertio, Sol aliquas partes illuminat, à quibus nunquam recedit. Et sic sol iustitiæ ab aliquibus nunquam recedit per gratiam, quoad meritum, licet quandoque recedat, quoad deuotionis iucunditatem & dulcedinem.

Opera bona quæ iteranda.

Nota hic, quod *iterum* non frustra dictum sit, repetitionem. n. insinuat eius, boni quo erant priuandi, præsentia Christi sc. atque hoc semper oportet nos tendere, vt quod per peccatum perdidimus bonum, mox iteremus nos in peccato mortem faciamus. Primo ergo charissimi auditores debemus iterare actum confessionis, quia non sufficit, quod per hanc Quadragesimam actum pœnitentiæ fecerimus, nisi & in statu gratiæ permanserimus, aut si cecidim[us], resurgamus. Mundi prosperitas, est sona Tantali, de quo qui plus bibit, plus sit. 1. Ioan. 4. *Omnis qui biberit ex hac aqua, iterum sitiet.* Carnalitas iteratur, Ierem. 2. loquens de mala muliere, *Quam vilis facta es, nimis iterans vias tuas.* Instabilis homo est, sicut canis ad cibum eiectum, sic ille peccata reassumit. Eccl. 10. *Fili peccasti: ne vlterius addas facere,* quia sicut dicitur Eccl. 34. *Qui baptizatur à mortuo, & iterũ tangit mortuũ, quid proficit lauatio illius?* Infideles etiam variant, Ioann. 13. *Iterum autem negauit Petrus.* Igitur quia sæpe delinquimus, necesse est, quod sæpe remedium apponamus. Aues fluuiales sæpè ad aquas redeunt, & famelici ad cibum. Ioann. 11. *Eamus in Iudæam iterum.* Iudæa autem interpretatur confessio. Secundo, Debemus iterare actum compassionis. Sicut mater paruulo suo sæpe solet præbere mammillas, sic nos debemus compati miseris & illis succurrere, Tob. 2. Qui a non poterat cessare facere opera pietatis, dictum est illi: *Ob hanc causam iussus es interfici, Et tu iterum sepelis mortuos?* Tertio, Verbum salutationis, & pacis, & amoris, Ioan. 20. Christus ad discipulos veniẽs triplicauit, *Pax vobis.* Quarto, actũ exultationis; quia sicut aucule non semel, sed sæpè cantillant in die, iuxta illud Mar. 14. *Iterum gallus cantauit.* Sic nõ solum debemus Domino psallere, in Domino gaudere, sed illud frequentare. Phil. 4 *Gaudete in Domino semper, iterũ dico gaudete.* Ita vt in patria de nobis compleatur illud Ioan. 14. *Iterum autem veniam & accipiam vos ad meipsum.* & Phil. 2. *Viso eo iterum gaudeatis.* & maxime, quia tale gaudium erit durabile, iuxta illud Ioa. 15. *Iterum autem videbo vos, & gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrum nemo tollet à vobis.* Quinto, actum visitati[onis] [illegible] Ioa. 16. *Iterum autem videbo vos, & gaudebit cor vestrum.* Sexto, actum contẽplationis: exemplo aquilæ, quæ si descendit ad terrã, citiùs in terra reascendit, dicens cum Christo illud, Ioa. 16. *Iterum relinquo mundum, & vado ad patrem.* & illud Apostoli, Gal. 2. *Iterum ascendi Ierosolymam.* Iudith. 5. *Iterum possidunt Ierusalem, vbi sunt sancta sanctorum.* Septimo, actum prædicationis, Gal. 4. *Filioli mei quos iterum parturio, donec formetur in vobis Christus.* Octauo, actum pœnitentiæ & cõuersionis, Vt sic cum cõuersus fuerit, dicat Domino illud Psa. 70. *De abyssis terræ iterum reduxisti me.* Et sicut iterum hæc Euangelica lectio, & resurrectionis memoria rediit, ita iterum vos faciatis.

Gaudium ex Christi visione sempiternum.

Dictum est præterita Dominica, *Quasimodogeniti* de visione, quod hic repetere nõ videtur necessariũ. Quia verò hodiè illud toties in Euãgelio, *Videbitis, non videbitis,* repetitur, cõsiderandũ certè est, quod in *Videndo.* & rectè quidẽ, multum sit positũ. Videt Deus omnia cognoscendo, Gen. 1. *Vidit Deus cuncta quæ fecerat.* Videt iustus, prudè discernendo. Ps. 26. *Vt videã voluntatem Domini, & visitẽ templum eius.* Videt impius, inuida inquirendo Psa. 111. *Peccator, videbit & irascetur, dentibus suis fremet.* Videt diabolus omnia explorando. Iob. 41. *Omne sublime videt, & est rex super oẽs filios superbiæ.* Videt Deus omnia quæ futura sunt, q̃ Apostoli non vidẽt, vident itaq; & non vident, ideo disputant quid hoc sit, *Videbitis, non videbitis.* Christus aũt videt benignitet dolorẽ patiẽtium. Sicut. n. dicitur Ezech. 16. vbi Deus miseræ ciuitati loquitur, *Transiens,* inquit, *per te, vidi conculcari te in sanguine tuo.* Vidit itaq; Apostolorum futurã afflictionem, ideò consolatur eos. Quod petens anima dicebat, Thren. 1. *Vide Domine & considera, quàm vilis facta sum.* Psa. 118. *Vide humilitatẽ meam, & laborẽ meum, & dimitte vniuersa delicta mea.* Videt etiã peccata seueriter delinquẽtium, quantumuis aliquandiu dissimulat. Deu. 32 *Vidit Dominus, & ad iracundiã concitatus est.* Quod est contra istos, qui credunt Deum inferiora non videre. Ezec. 8. *Dereliquit Dominus terram, & Dominus nõ videt.* Videt & merita laborantium, quippe custodit, & secundùm merita singulorum remunerat. Matth. 6. *Pater tuus qui videt in abscondito, reddet tibi.* Hæc omnia vidit in Apostolis, sed erãt illis abscondita. Nos autem qui audiuimus, & scimus hæc omnia, debemus videre cæli dignitatem, vt eam habeam[us], vitæ veritatem, vt eam teneamus, fratrum charitatem, vt eam foueamus, morum prauitatem, vt eam horreamus, rerum vanitatem, vt eam caueamus, vitæ breuitatem, vt eam defleamus, pœnæ grauitatem, vt eam timeamus. Modicũ enim videbitis hic Deum in suis operibus, gratijs & sacramentis. Sed cauete, ne post modicum illum in perpetuum non videatis.

Cur Apostoli de illo, Videbitis & non videbitis disputauerunt.

Visio porro illa beatorum, qua beati vidẽt in patria intrinsecè faciẽ Dei patris, est eis causa beatitudinis sẽpiternæ. Matt. 5. *Beati mundo corde, quoniã ipsi Deum videbunt.* Et ista est lætificatiua. Ioa. 20. *Gauisi sunt discipuli viso Domino.* Nec mirum, si beati qui sunt amici Dei, gaudent in Dei visione, quia ipse etiam inimicus Herodes in eius visione nõ beatifica, sed ænigmatica dicebatur gaudere. Luc. 23. dicitur, quod Herodes viso Iesu gauisus est, quia multo tempore eum videre cupiebat. Est visio desideratiua, Quanto. n. plus videtur, tanto magis videri expetitur, *Vbi amor, ibi oculus.* 2. Par. 9. *Omnes reges terrarum desiderabant videre faciẽ Salomonis.* quia sicut dicitur, 1. Pet. 1. *Iste est in quem desiderant angeli prospicere.* Est visio salutifica. Ge. 32. dicebat Iacob, *Vidi Deum à facie ad faciem, & salua facta est anima mea.* Est visio recreatiua. Ps. 16. *Satiabor cum apparuerit gloria tua.* Quia eis propriè potest dici illud Psa. 33. *Gustate & videte, quoniam suauis est Dominus.* Et de ista opulenta saturitate animæ, potest dici illud Isa. 60. *Tunc videbis, & affluens, & mirabitur, &c.* Est visio certificatiua, quia viso in Deo omnia alia videntur, & eo beatificè cognito, omnia cognoscuntur alia Ps. 35 *Quoniam apud te est fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen.* Ideo multum debent contristari, qui ista non vident, nec videbunt in æternum, quod quidem non est modicum.

Herodes quomodo lætatus Christi visione.

Certè S. Ioannes Baptista multa vidit, dũ Christum vidit; si illum nõ vidisset, nihil vidisset. Si quæratis ab eo quid vidisti,

uiuiti, vel Matt. 11. *Quid existis in desertum videre?* respondebit facile, sex bona, sex mala mirabilia. Primo, Deũ cunctis imperãtem, & sic loquitur Ap. 4. *Vidi, & ecce ostiũ apertum in cœlo, & ecce sedes posita erat, & in circuitu sedis 24. sedilia, & super thronos 24. seniores sedentes circum amictos vestimentis albis, & in capitibus eorũ coronæ*, & reliqua. Ecce ostiũ diuinæ reuelationis apertũ illi fuit, & delectatus fuit in illa visione mirabili. Sic Isa. 6. *Vidi Dominum sedentem super solium excelsum. & plena erat omnis terra maiestate eius.* Secundo, Angelorũ cœtum famulantem. Apo. 8. *Vidi septem Angelos stantes in conspectu Dei, & data sunt eis septem tubæ.* In septem vniuersitatem intellige. Tertio, Chorũ prælatorum digne gubernantem. Apoc. 10. *Et vidi alium Angelum fortem descendentem de cœlo, amictum nube, & iris in capite eius, oculi eius erant vt sol, & pedes eius vt columna ignis, & habebat in manu eius libellum apertum.* Prælatus bonus fortis dicitur per cõstantiam, descendere, quia à Deo mittitur, nube amictus, scil. pietate, Iris, in qua multi sunt colores, sic in tali multitudo virtutum donorũ & gratiarum, librum habet, quia alijs debet prædicare. In illis dicitur Apoc. 14. *Vidi & ecce nubem candidam, similem filio hominis, habentem in capite sua coronam auream, & in manu sua falcem acutam*, scil. iustitiæ. Quarto, Iustorum populum sanctè regentem. Apoc. 6. *Vidi, & ecce equum album, & qui sedebat super eum, habebat arcum, & data est ei corona, & exiuit vincens vt vinceret.* Iusti n. habent equum album, id est, corpus mundum propter mundissimam castitatem, habent arcũ, id est, militiam, & ideo quia vincunt peccata per vigorem & probitatem, ipsi in fine reportant coronam, id est, gloriam & claritatem. Eccles. 43. *Vide arcum, & benedic qui fecit illum.* Quinto, Vidit pauperem multa sustinentem. Apo. 6. *Vidi, cum aperuisset sigillum sextum, & ecce terræ motus factus est magnus, & sol factus est niger, tanquam saccus cilicinus, & luna tota facta est tanquam sanguis, & stellæ ceciderunt de cœlo.* Terræ motus, est motus tribulationum, & sol, luna & stellæ, id est, superiores, medij, & infimi, multas tribulationes patiuntur, & nunc nigri, per timorem, nunc sanguinei per ruborem, cadentes de proprio statu per tribulationis horrorem sæpissimè efficiuntur. Vnde simile videbatur vidisse sapiens, Eccl. 4. dic. *Verti me ad alia, & vidi calumnias quæ sub sole geruntur, & lachrymas innocentium, & neminem consolatorem, nec posse resistere eorum violentiæ cunctorum auxilio destitutos, & laudaui magis mortuos quam viuos.* Sexto, Vidit paradisum bonos recipientem. Apo. 21. *Vidi cœlum nouum, & terram nouam, & vidi ciuitatem Ierusalem nouam descendentem de cœlo, à Deo paratam. Et audiui vocem magnam dicentem. Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & ipse cum eis erit eorum Deus, & absterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum.* Et dicitur Paradisus, cælum & terra noua, quia intrantibus omnia noua, & ita eo mirabilia videntur. Septimo, Et hoc est primum inter sex mala, vidit diabolum cunctis insidiantem, Apo. 13. *Vidi de mari ascendentem bestiam, habentem capita septem, & cornua decem. Et bestia quam vidi, similis erat pardo, & pedes eius sicut pedes vrsi, & os eius sicut os leonis: & dedit Draco virtutem suam & potestatem magnam. & admirata est vniuersa terra, & adorauerũt bestiam dic. Quis similis bestiæ, quis poterit pugnare cum bestia?* Adoratur diabolus & quasi ab omnibus habet obedientiam, dicitur pardus quia versipellis, vrsus quia instabilis, leo, quia crudelis. Octauo, Vidit infernum malos recipientem. Ap. 20. *Vidi angelum descendentem de cœlo, & habentem clauem abyssi, & cathenam in manu sua, & apprehendit serpentem antiquum, & misit eum in abyssum clausitq; & signauit super illum.* Per diabolum peccatoribus aperitur, & ibi serpens antiquus, id est, peccator maliciosus quilibet recluditur & ligatur. Apo. 19. *Vidi bestiam, & reges terræ, & exercitus eorum congregatos. Viui missi sunt in stagnum ignis ardentis & sulphuris.* Nono, Vidit mundum, quod vnum ex mirabilibus est huius mundi nõ bonos, sed malos præficientem. Apo. 14. *Vidi agnum stantem supra montem Sion, & cum eo centum quadraginta quatuor millia, habentes nomen eius, & nomen patris sui.* Quia ignos insufficientes & ignorãtes, super montem Sion, id est, super omnes dignitates videmus p̃sidere, & deportantes nomen suum id est, de illis, de genere suo videmus cum ipsis tot millia, id est, infinitã multitudinẽ habitare. Ideo Eccl. 10. *Vidi sub sole, quasi per errorem egredientem à facie principis, positum stultum in dignitate sublimi, & diuites sedere deorsum, vidi seruos in equis, & principes ambulantes super terram, quasi seruos.* Decimo, Vidit impium officere bonis, vt fit de iniquis iudicibus, & malis principibus, & impijs hæreticis, & qui proprios suos defectus non cõsiderant. Ap. 17. *Vidi mulierẽ sedentem super bestiã, coccineam, plenam nominibus blasphemiæ quæ habebat capita septẽ, cornua decem, & erat ornata purpura, auro, & lapide pretioso, & habebat in manu vas plenum abominatione fornicationis, & erat ebria sanguine martyrum Iesu.* Mulier dicitur, quia molles sũt illi iudices & effœminati, super talẽ bestiam, portãtur, quia bestialibus principibus coccineis & sanguineis & crudelibus cõiunguntur, & ab eis sustinẽtur. Dicitur habere plura capita, id est, plures capitaneos & Magistros plura cornua, id est, officia, dignitates & p̃bendas. Ornati, p̃pter redditus quos habent ex illis eminentijs præ cæteris. Psa. 72. *Ecce ipsi peccatores & abundantes in sæculo obtinuerunt diuitias.* Vndecimo, Vidit hypocritã bona dissimulantẽ. Apo. 6. *Vidi, & ecce equus pallidus, & qui sedebat super illum, nomen eius mors, & infernus sequebatur eũ.* Hypocrita dicitur equus, quia carnalis est, realiter dicitur pallidus, quia abstinens est, superficialiter dicitur mors, quia detrahendo alios occidit, moraliter dicitur, quod eum infernus sequatur, quia infernus eũ finaliter apprehendit. Idem Eccles. 8. *Vidi impios sepultos qui cum adhuc viuerent in loco sancto erant, & laudabantur in ciuitate quasi iustorum operum.* Duodecimo, Vidit iudicẽ malos exterminantem. Apo. 20. *Vidi sedes, & sederunt super eas & iudiciũ datum est illis, Et libri aperti sunt, & iudicatum est de singulis, secundum opera eorum.* Hæc & similia viderunt & audiuerunt, quando fuerunt cum Christo, & viderunt omnia sua mirabilia, & audiuerunt suam doctrinam, & in monte Thabor specialiter, quando aũt Christus mortuus est, nihil viderunt, nihil audierunt, sed dubitarunt de omnibus. Iterum cum Christo, & per Christum post resurrectionem suam viderunt & audierunt iterum illa & maiora, & maxima in ascensione, & Spiritus S. missione, & nunc in æterna beatitudine. Hæc materia licet sit fusa, tamen pluribus locis deseruiet. Vos aũt pro hac vice moneo, vt vosmet ipsos videatis, & exinde videbitis quæ deficiunt, quæ proficiunt, insuper an & vos deficiatis, an vero proficiatis. Matt. 13. dicit Christus, *Videte vosmetipsos.* Ier. 2. *Vide vias tuas in conualle, & scito quid feceris.* Ecce testimonium Christi, ecce prophetæ & Apost. Gal. 6. *Considerans te ipsum, ne & tu tenteris. Videte quomodo caute ambuletis.* Eph. 5.

Quærentes, Quid existis in desert. vide ... hos.

Terræ motus, sol, luna, & stellæ, quid.

Paradisus cœlum & terra noua.

Vnum ex mundi mirabilibus quod ...

Mulier super bestiã portanda, & quid.

Discipuli quæ, vbi, & quãdo, apud Christum viderunt & audierunt.

Quia vado ad patrem.] Ecce quantam rationem afferat sui recessus, curq; Apostolos nõ amplius secum habiturus sit, & quare illos consoletur, & quare cum gaudio hinc abitũ suum maturet. Tacet hic omnia quæ illi euenerant proximis diebus inaudita, incredibilia, terribilia & mirabilia, q̃ ante discipulis sæpe inculcarat, propter finem illum dulcissimum & iucundissimum. *Quia vado ad patrem.* Nõne pie Domine ibas ad supplicium, ad tormenta, ad mortem & crucem, & dicis, *Vado ad patrem?* Sic vero oportuit filium hominis intrare in gloriam suam. Et quia ista patitur ad reconciliandum patrem, ad redimendum genus humanum, nihil horum vult dicere, sed cum fine effectum, vt respectu illius, quod pateretur, nihil arbitrarentur: quod quidẽ nobis merito in omnibus persecutionibus nostris & actionibus vehementer est considerandum, vt propter finem nobis dulcescerẽt omnia. Præterea per hoc insinuat, quod non pereat, sed mors sit sua translatio, quod si nos perpendimus per hoc distingui à brutis & ab impijs, libentius deberemus mori, vt ad veram perfectamq; vitam perueniamus. Et si attendamus verba hæc singula, magnã dant nobis consolationem, doctrinam, spem, fidem & gaudium, dant patris cælestis honorẽ & amorem, quia amandus honorandus, metuendus, adorandus, & ad illũ omnia debent dirigi, collimari & induci. Et primo quia habet essentiam perpetuo durantem. Vnde ipse dicit. Exo. 7. *Sciant Aegyptij, quia ego ipse sum.* & Isa. 14. *Intelligitis, quia ego ipse sũ.* & Psa. 111. *Quia in æternum non commouebitur.* Secundo, Quia habet potentiam creatiuam. Luc. 1. *Quia fecit mihi magna qui potens est, & sanctũ nomen eius.* Et Psa. 97. *Cantate Domino quia mirabilia fecit.* Et Psa. 135. *Quia terribiliter magnificatus es, mirabilia opera tua.* Vnde etiã Isa. 12. *Nõ timebo quia fortitudo mea, & laus mea Dominus, & factus est mihi in salutẽ.* Et Psal. 61. *Duo hæc audiui, quia potestas Dei est, & tibi Domine misericordia, quia tu reddes vni-*

Christus morte sua non perijt, sed translatus est.

vnicuique iuxta opera sua. Tertio, Quia habet clementiam redemptiuam Psal. 129. *Quia apud Deum misericordia, & copiosa apud eum redemptio.* Et alibi Ps. 101. *Tu exurgens misereberis Sion, quia tempus miserendi eius, quia venit tempus.* Ista autem misericordia Dei, non tantum apparet in veniæ seu gratiæ collatione, imo etiam in bonorum temporalium necessaria subministratione. Psal. 106. *Quia satiauit animam inanem, & animam esurientem satiauit bonis.* Et etiam miserorum liberatione ab impijs, Psal. ibidem. *Quia contriuit portas æreas, & vectes ferreas confregit, quia liberauit pauperem à potente, & pauperem cui non erat adiutor, quia factus est spes mea, turris fortitudinis à facie inimici.* Et iterum Domino dicitur: *Glorificabo nomen tuum in æternum, quia misericordia tua magna est super me, & eruisti animam meam ex inferno inferiori.* Quarto, Quia habet potentiam regitiuam Isa. 49 & Apo. 7. *Non esurient, neque sitient, quia miserator eorum reget eos.* Psa. 49 *Si esuriero non dicam tibi, meus est enim orbis terrarum.* Isa. 60. *Surge illuminare Ierusalem. Non occidet vltra sol tuus, & luna tua non minuetur, quia Dominus erit tibi in lucem sempiternam*, sc. ad dirigendum & regendum. Quinto, Quia habet iustitiam punitiuam, scil. hominum impiorum. Psal. 36. *Dominus amat iudicium, & non derelinquet sanctos suos.* Et, *Quia faciet Dominus iudicium inopis & vindictam pauperum.* Sexto, Quia habet effluentiam ad largiendum. Psa. 106. *Quia satiauit animam inanem, & animam esurientem satiauit bonis.* Septimo, Quia habet eminentiam super omnia præclaram. Psalm. *Quia Dominus dominabitur Iacob, & finium terræ.* Octauo, Quia abundat in remunerandis bonis in gloria. Psalm. *Quia ædificauit Dominus Sion, & videbitur in gloria sua.* Et, *Quia misericordiam & veritatem diligit Deus, gratiam & gloriam dabit Dominus.* Et, *Quia melior est dies vna in atrijs tuis super millia.*

Cur optandum sit ire cum Christo ad patrem.

Hæc est causa mei Apostoli dicere vult Christus, cur *modicum me non videbitis. Quia vado ad patrem.* Et quis non vellet ire cum Christo ad patrem? Quia pius est & miserator. Psa. *Quia apud Dominum misericordia.* Quia fortis & liberator. Ps. *Quia liberauit pauperem à potente.* Psal. *Quia tu es Deus, qui liberas ab omni malo.* Quia sustentator noster. Psal. *Quia factus est Dominus susceptor meus.* Et, *Nisi quia Dominus adiuuit me, paulominus habitasset in inferno anima mea.* Et de visitatione sua dicitur. Lu. 1. *Quia visitauit & fecit redemptionem plebis suæ* Luc. 7. *Quia propheta magnus surrexit in nobis, & quia Deus.* Quia exaudit nec denegat. Psa. *In die tribulationis meæ clamaui ad te, quia exaudisti me.* Psal. *Clamabit ad me, & ego exaudiam eum.* Quia liberaliter dispensat & satiat. Psalm. *Quia satiauit animam inanem, & animam esurientem satiauit bonis.* Quia charitatiuus est visitator, semper enim solet suos sociare, & visitare. Isa. 43. *Quia ego Dominus saluator tuus: Noli timere quia ego tecum sum.* Ierem. 1. Quia nobis sapiens est informator. Vnde cuilibet à Deo illuminato potest dici illud, Isa. 60. *Non occidet sol tuus*, vt supra. Quia placidus est consolator. Isa. 49. *Quia consolatus est Dominus populum suum, & pauperum suorum miserebitur.* Quia benignus est conuersator. Matth. 11. *Discite à me quia mitis sum.* Quia feruidus est inflammator. Per charitatem enim inflammat corda Sanctorum. Isa. 66. *Quia ecce Dominus in igne veniet.* Quia magnus remunerator. Psalm. *Quia misericordiam & veritatem diligit, non priuabit bonis eos, qui ambulant in innocentia.* Quia viget assidua bonitate. Ps. *Laudate Dominum quia bonus Dominus; psallite nomini eius, quoniam suaue est.* Quia verax est. Psalm. *Misericordiam & veritatem diligit Deus.* Prouerb. 2. *Quia Dominus dat Sapientiam & ex ore eius scientia & prudentia.* Quia ipse omnibus præeminet, Psalm. *Quia ego cognoui quod magnus est Dominus, & Deus noster præ omnibus Dijs.* Quia solus est, & permanet. Isa. 43. *Intelligatis, quia ego ipse sum, ante me non est formatus Deus, & post me non erit.*

Quare Christus à nequissimo sæculo recedere voluerit.

Videtis ergo quare ab hoc nequissimo sæculo voluit Christus recedere, quare & nos etiam, ad se & ad patrem inuitat, dirigit & allicit, quo & ipse iuit & ibi suos Apostolos iam excepit & illam modicam tristitiam, in sempiternam lætitiam commutauit. Hæc ipse Christus voluit nobis contestata relinquere, vt credamus & vitam æternam habeamus. Ideo venit in hunc mundum, & nobiscum vsque ad mortem conuersatus est, nec dum nos vult deserere, sicut nec Apostolos. Ideo Inquitur Isa. quinquagesimo secundo. *Quia ego ipse qui loquebar ecce adsum.* Adest nobis per generationem diuinam & æternam. Luc. quarto, *Quia tu es filius Dei.* Quia natus sub carnis tegmine. Luc. 2. *Quia natus est nobis hodie Saluator mundi.* Quia vere dixit & docuit. Lucæ vigesimo. *Magister scimus, quia recte dicis & doces.* Isaiæ primo: *Quia os Domini locutum est.* & ipse dic. Ezechielis 29. *Quia ego locutus sum.* Ezechielis vigesimo primo: *Quia ego Dominus locutus sum.* Quia multa miranda operatus est pro salute nostra. Vnde illud Psal. *Cantate Domino Canticum nouum, quia mirabilia fecit.* & nos dicamus illud, Lucæ quinto: *Quia vidimus mirabilia hodie.* Et Ioan. vndecimo: *Quia hic homo multa signa facit.* Quia in cruce passus. 1. Corinthior. 15. *Quia passus est, & resurrexit.* Quia ascendit in cælum. Ioan. decimo quarto: *Quia ego ad Patrem vado Quia vado parare vobis locum.*

Christo et mittenda credenda omnia.

Quis ergo hodie Christo non credeter omnia, non illi se coniungeret, & quia vadit ad Patrem, illi non gratularetur, de rebus omnibus pro volũtate Patris, pro salute nostra transactis, vt cum triumpho ad Patrem redeat, vt nostras causas commendet, vt nobis paret locum, & vbi ille est, suos etiã esse velit? Quis cum ille sit tam dulcis non libenter vellet statim e corporis mole abiecta, spiritu ad eundem euolare & perpetua visione Patris & Filij, & Spiritus S. quam istis perpetuis mundi miserijs & angustijs perfrui? Sed videamus quare sanctus Sigismundus, sanctus Adalbertus, sanctus Wenceslaus, sanctus Procopius, sanctus Georgius, sanctus Marcus, & absolute quilibet sanctus & iustus gratiã in præsenti, & gloriã in futuro meritus est, & meretur, certe non saltem credendo aut sperando, sed etiam amando, dolendo, patiẽdo & similibus. Vultis scire Auditores, quare ista adeptus est quilibet beatus?

Beatus quilibet quomodo sit adeptus fruitionem cælestis paradisi.

Primo, Quia de commissis fuit contristatus & contritus, vt Petrus, Dauid, & reliqui. Psal. *Ego dixi, Domine, miserere mei, sana animam meam quia peccaui tibi* Et iterum, *Quia inflammatum est cor meum, & renes mei commutati sunt, & ego ad nihilum redactus sum, & nesciui.* Secundo, Quia de contritis confessus est, quia vnum sine alio non sufficit. Isa. vigesimo octauo: *Quia non infernus confitebitur tibi, neque mors laudabit te, neque expectabunt.* Ioannis primo: *Et confessus est, & non negauit, & confessus est, quia ego non sum Christus.* Tertio, Quia de peccatis condignam egit pœnitentiam. Ieremiæ trigesimo primo: *Quia Domine Deus postquam conuertisti me, ego egi pœnitentiam, & postquam ostendisti mihi, percussi femur meum, confusus sum & erubui, quia sustinui opprobrium adolescentiæ meæ.* Quarto, Quia totus fuit Deo, suoque cultui & seruitio dedicatus. Psal. *O Domine Domine, quia ego seruus tuus sum: ego seruus tuus, & filius ancillæ tuæ.* Quinto, Quia in mandatis cõplendis & exercendis fuit occupatus. Psal. *Quia mandatis tuis credidi, quia mandata tua exquisiui, quia mandata tua desiderabam*, & plura similia. Psal. 118. Sexto, Quia legem diuinam fuit perscrutatus. Psal. *Quia legem tuam non sum oblitus*, vt dicamus sibi illud, Prouerbi. 6. *quia mandatum lucerna, & lex, lux, via vitæ, increpatio disciplinæ.* Septimo, Quia fuit charitate inflammatus. Vnde ipse nieit. Cantic. 2. *Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo.* Vnde potuit dici Deo illud, *Tu scis Domine, quia amo te.* Ioannis vigesimo primo: Octauo, Quia pietate fuit humectatus. Cant. 5. *Quia caput meum plenum est rore. Expoliaui me tunica mea.* sc. vt eam darem pauperibus, & Iacob. secundo: quia pauperes elegit. Nono, Quia vtilia fuit operatus. Vnde Eccl. 10. *Bibe vinum tuum cum gaudio, quia Deo placent opera tua.* Vnde & Dominus tales consolatur dic. Ier. 31. *Quiescat vox tua à ploratu, & oculi tui à lachrymis, quia est merces operi tuo.* Decimo, Quia cælestia fuit contemplatus. Eph. 4. *Quia descendit primum in inferiores partes terræ, qui descendit, ipse est qui ascendit super omnes cælos.* Vndecimo, Quia super oẽs fuit honoratus. Vnde Dominus potuit sibi dicere illud, Ro. 4. *Quia Patrem multarũ gentium posui te.* Aggæi 2. *Ponam te quasi signaculũ, quia te elegi, dic. Dominus* Duodecimo, Quia humilitati fuit consectatus.

Christus humilitatem semper cõsectatus.

Seruabat. n. humilitatem in statu honoris & authoritatis. Heb. 9. *quia maior seruiet minori.* Psal. *Quia humiliatus sum nimis.* Et, *Bonum mihi quia humiliasti me* Gal. 3. de Christo. *Qui cum in forma Dei esset, humiliauit semetipsum.* Decimo tertio. Quia iudicia fuit meditatus. Psal. *Cognoui, quia faciet Dominus iudicium inopis, & vindictam pauperum.* Et, *Quia in iudicia tua speraui. Quia iudicia tua iucunda.* Decimo quarto, Quia opera Dei fuit contestatus. Dan. 3. *Placuit mihi prædicare signa eius, quia magna sunt, & mirabilia eius, quia fortia.* Vt quilibet ipsum audiens, dicat sibi illud. Psalm. *Quia eloquium tuum viuificauit me.* Decimoquinto, Quia flebilia fuit

conso-

consolatus, vt sic quilibet tristis sibi dicat illud Ps. *Quia tu Domine adiuuisti me, & consolatus es me.* Decimosexto, Quia iustitia fuit regulatus. Eccl. 7. *Hoc inueni, quod fecit Deus hominem rectum,* vt illi dicatur illud Psal. *Quia aquitas iudicia tua.* Decimoseptimo, Quia diligendo fuit excitatus, quia diligens & laboriosus fuit. De quo Pro. 31. *Gustauit & vidit, quia bona est negotiatio eius,* vt figuratur in illis rotis. Ezech. 1. *Quia Spiritus vitae erat in rotis.* & finaliter illud, Eccl. 51. *Quia modicum laborans, inueni multam requiem mihi.* Decimooctauo, Quia colloquia fuit moderatus: parum. n. loquebatur. Thr. 3. *Sedebit solitarius & tacebit, quia leuauit se super se.* Vt sit de illis de quibus dicit Ps. *Laetati sunt quia siluerunt, & deduxit eos Dominus in portum voluntatis eorum.* Decimonono, Quia veracia fuit amplexatus, & veritatem dilexit. Vnde sibi potuit illud dici. *Quia verax es, & viã Dei in veritate doces.* & Apoc. 19. *Quia vera & iusta iudicia eius.* Vigesimo, Quia & fallacia fuit detestatus, quia haereticos & hypocritas odiebat. Vnde sibi loquitur Dñs, Apoc. 2. *Quia odisti facta Nicolaitarum, quos & ego odi.* Vigesimoprimo, Quia sic caeli gloria fuit remuneratus: Vt sibi possit illud dici, Isa. 60. *Quia venit lumen tuum, & gloria Domini super te orta est, quia ecce tenebrae operient terram, & caligo populos, super te autem orietur Dominus, & gloria eius in te videbitur.* Ecce quomodo nõ tam facile sit peruenire ad Christum, nec ad patrem: & qualequantumq;. *Quia* requiratur, vt eò perueniamus, nam & haec, *Quia* in ipso, & Christo maiora cognoscuntur. Sic sic Auditores mei per Christum, cum Christo, post Christum eundum est ad patrem, alias actum erit.

Nam si vultis persistere in vijs vestris pessimis, non ibitis, sed peribitis, nec gratiam hinc, nec gloriam in futuro habebitis. Quare? nolite quaerere. Nam sicut de se Christus rationem, & de beatis dat, cur omnia sic fiant, sic ratio etiam pro improbis iam posita est, quod vir iniqu⁹ à Deo vilipéditur, à diabolo subiugatur & decipitur, à mũdo tribulatur & affligitur, & à caelo effugatur & excluditur, vt illi dicatur. *Modicum, & non videbitis me.* Quia fuit detractor & mendax, Psal. *Quia exacuerunt, vt gladium, linguas suas, intenderunt arcum rem amaram, vt sagittent in occultis immaculatum.* & alibi dic. initus. *Quia os peccatoris & dolosi os super me apertũ est.* Secundo, Quia fuit iactator & mendax. Isa. 28. *Flagellum inundans cum transierit, non veniet super nos, quia posuimus mendacium spem nostram, & mendacia protecti sumus.* De iactatore, dicitur in Euangelio. *Quia rex sum ego.* Et, *Quia filium Dei se fecit.* De mẽdacio, Zach. 13. *Quia mendacium locutus es.* Tertio, Quia exactor & raptor. Vnde pauperes de tali & similibus possunt dicere illud Ps. *Quia ecce ceperunt animã meã, irruerũt in me fortes,* Isa. 9. *Quia omnis violenta praedatio cum tumultu.* Et Prouc. 24. *Quia rapinas meditatur cor eorum.* Quia gulosus & vorax, Prouc. 23. *Quia vacantes potibus & dantes Symbolum consumentur.* Quinto, Quia deceptor, Iere. 9. *Quia omnis frater supplantans supplantabitur, & omnis amicus fraudulenter incedet,* &, *Inimici hominis domestici eius.* Sexto, Quia auarus, de quib⁹ diabolus potest dicere illud Ierem. 6. *Quia extendam manum meam super habitantes terram: à minore enim vsq; ad maiorem oẽs auaritiae student.* Septimo, Quia instabilis in bono. Cui potest dici illud Psal. *Quid est tibi mare quod fugisti, & tu Iordanis: quia conuersus es retrorsum.* Octauo, Quia crudelis, Isa. 48. sibi dicitur, *Scio. n. quia durus es tu, & neruus tuus ferreus, ceruix tua tua & frons tua aerea.* vt sibi dicatur illud Matth. 25. *Scio quia homo durus es, metis quod non seminasti, & congregas quae non sparsisti.* Nono. Quia impurus per luxuriam, Ezech. 16. *Multiplicasti fornicationem tuam. Quia fabricasti lupanar tuum in capite omnis viae.* Oseae. 1. *Quia fornicans fornicabitur.* Decimo, Quia habes Dei scientiam non habebat, sed contemnebat. Oseae. 4. *Quia tu sapientiam repulisti, repellam te:* vt sic de illis de quibus dicitur, Prouerb. 23. *In auribus insipientium ne loquaris, despicient doctrinam eloquij tui.* Isa. quinto: *Ductus est populus meus captiuus, quia non habuit scientiam.* Prouerbior. quinto: *Morietur, quia nõ habuit disciplinam.* Vndecimo, Quia fuit timidus, vbi non erat timor. Iudi. 8. *Timebat enim, quia adhuc puer erat.* Duodecimo, Quia veritate non gaudebat. Isa. 59. *Quia corruit in plateis veritas, & aequitas non potuit ingredi.* Ioan. octauo: *In veritate non stetit, quia veritas in eo non est.* Decimotertio: Quia hypocrita fictus, Baruch sexto: *Scietur postea quia falsa sunt, quia non sunt Dij, & nullum opus Dei in eis est.* Decimoquarto, Quia superbus, Ier. 50. *Quia contra Dominum erecta est.* Decimoquinto, Quia mollis, delitias, non poenitentiã appetebat. Luc. 16. *Recordare fili,* &caet. Et Psalm. *Quia anima ipsius in vita ipsius benedicitur.* Decimosexto, Quia discors & turbator. Vnde iste poterat dicere illud Matth. 10. *Noli arbitrari, quia veni pacem mittere in terram, non veni pacem mittere, sed gladium.* Haec sunt rationes, hoc est illud, Quia, cur impius & iniquus vir nõ benedicitur hic & in futuro, nec potest peruenire ad patrem. Et quamuis haec longe deducta sunt, tamen ꝓximae Dominicae Euangelio & alijs plurimũ deseruient. Ideo securius & confidentius dicit Christus, *Quia vado ad patrem. Exultauit vt gigas ad currendam viam suã, quando de caelo descendit,* nunc aũt dic. *Vado,* circa finem, quia ista non debebant properanter fieri. debebat. n. vadere Ierosolymam, vadere ad Herodem à Pilato, ab vno ad alterũ, ab vno tormento ad alterũ, ad crucẽ, mortem, sepulturã, ad inferos, vadere post resurrectionẽ ad beatissimam matrem, Marias, discipulos, in Galilaeam, in montem quo conuocauit discipulos, multa moriens multa resurgens dicere & facere debebat, donec ad patrẽ vaderet, & vaderet quidem hoc modo, quasi per lenem & planam viam non laboriosam: Vita nostra non est nisi vnum *Vado,* quia scil. homo naturaliter vadit de natiuitate ad mortem, de sanitate ad infirmitatem, de iuuentute ad senectutem. Et ideo dicitur Ionae 1. *Quod est opus tuum, quae terra tua, & quo vadis, vel ex quo populo es tu?* Quae quatuor quaestiones sunt valde attendendae. Dicetur ergo homini. *Quod est opus tuũ,* quod defectuosè facis? *Quae terra,* de qua materialiter exis? *Quo vadis,* id est, quo per mortem continuè tendis? *Ex quo Apostolo es tu,* id est, ex quibus per originem descendis? Et hoc primo. Secundo, *Vado,* significat etiam virtualem processum, quia vir perfectus de bono transit in melius & vadit, similis flumini, quod continuè vadit vltra. Vadit itaq; iustus, ad humilitatem, vt occultetur exemplo pinguis cerui qui fugit & vadit ad abdita ne inueniatur. 3. Re. 2. *Vade ad Orientẽ, & abscondere in torrẽte Carith.* Isa. 26. *Vade populus meus in cubicula tua, claude ostia tua super te & abscondere.* Ad baptismũ, vt possit expiari, similis elephantibus qui libẽter vadunt ad fluuiũ balneari. 4. R. 5. *Vade lauare in natatoria Siloe.* Ad sacramentum Eucharistiae vt possit satiari. 4. Re. 6. *Comedant & bibant, & vadant ad domum suam.* Ad amicitiam vt possint concordari, Matth. 6. *Si offers munus tuum ad altare, & recordatus fueris: Vade reconciliari fratri tuo.* Ad obedientiam vt possint operari, Matt. 8. *Habeo sub me milites, & dico huic: Vade, & vadit.* Ad poenitentiam vt possint lamentari, Mich. 1. *Super hoc plangam & vlulabo, vadam spoliatus, & vadat.* Ad confessionem vt possint emundari, Matt. 8. *Vade, ostende te sacerdoti.* Io. 8. *Vade & amplius noli peccare.* Ad praedicationem, vt possint occupari. Ionae 3. *Vade in Niniuen ciuitatem magnam, & praedica ibi verbum Domini.* Luc. 9. *Vade & annuncia regnum Dei.* Ad bonos, vt eis possint conformari, Prouer. 6. *Vade ad formicam, ô piger, & considera vias eius, & disce sapientiam.* Lu. 10. *Vade, & tu fac similiter.* Ad pauperes, vt ipsos possint consolari, Matth. 19. *Vade, & vende omnia quae habes, & da pauperibus.* Ad mortem, vt possint eam meditari, Ioan. 11. *Vadit ad monumentum, vt ploret.* Ad infernum, vt per hunc possint conturbari, Isa. 38. *Ego dixi in dimidio dierum meorũ, vadam ad portas inferi.* Ad paradisum, vt ipsum possint contemplari, & vt per eum possint iucundari. Iere. 31. *Vadet ad requiem suam Israel.* Isti sunt tredecim passus quibus ad Deum vadit iustus, & ad paradisum.

Vadere quo & quomodo Christum oportuit.

Per Vado, progressus in virtute significatur.

Formica desidia fugiendo magistra.

Ioan. 16. dicitur. *Relinquo mundũ.* locum inficientẽ. *Vado,* exerceo actum ꝓficientẽ *ad patrem,* obtineo fructum reficientẽ, quod & de Christi ascensione & gloriosae Virginis assũptione, & de cuiusuis Sancti depositione potest allegari. Hoc est aũt gaudiũ magnum eorũ omnium, quia vadunt ad patrem, non ad stultitias & insanias falsas huius mundi, quas deserunt, non ad mortẽ, sed ad vitam, ad quam ipse Christus per hoc *Vadere,* ingressus est. Dicitur aũt *ad Patrẽ,* Et quia Deus Pater est excellentissimus prae reliquis, qui sunt in humanitate, in authoritate, taceo iam in iniquitate & carnalitate, ideò à nobis debet maximè honorari & amari Quia sicut dicitur Ecclesi. tertio: *Qui honorat Patrem suum, vita viuet longiori.* Et ad istum honorem faciendum, inducit nos istius patris primogenitus filius Christus, fra-

Cur dicit Ad patrẽ.

noster qui dic. Ioan.8. *Honorifico patrem meum qui in cælo est.* Iste Pater nos instruit per fidei eruditionem, sua scientia suauiter corrigendo, quia pater. Et corrigendo facit filios pati. Pater enim filium suum sæpe solet verberare, & nunquam ei hilarem vultum ostendere, ne forte præsumat eum à disciplinæ regulis deuiare. Sic Deus multa à nobis sustinet patienter. Multa enim facit nos in hoc sæculo mala pati, & ne erremus aut præsumamus, solet nos verberibus tribulationum subijcere, & vultum hilaris prosperitatis à nobis abscondere, & nos sub disciplinæ regula refrenare. Hebræorum 12. *Flagellat Deus omnem filium quem recipit.* Facit nos in disciplina perseuerare, Quis enim filius, quem non corripiat pater suus? Prouer. primo: *Audi fili mi disciplinam patris.* Et ideo illi qui in hoc sæculo tribulationes non patiuntur, nec quando peccant à Deo corrigũtur, non debent se istius patris filios reputare, nisi degeneres & impios. Quia Prouerbiorum tertio: *Quem diligit Dominus corripit, & quasi pater in filio complacet sibi.* Pater prætereà benignè reficit. Et Deus fideles suos gratijs & virtutibus pascit, & eos in bono crescere & augmẽtari facit, & etiã bonis temporalibus reficit, Matt.6. *Considerate volatilia cæli.* Pater etiam naturaliter plus diligit illum filium qui ei assimulatur, & ei lautius prouidet & succurrit. Sic Deus bonos qui ei sunt similes in moribus solet diligere & de gratijs & virtutibus prouidere. Vnde de Beniamin dicitur Genes. 44. *Pater verò tenere diligit illum.* Et de quolibet dicit Christus. Ioannes decimo quarto: *Pater meus diligit eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus.* Et profectò ipse est Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. 2.Corinth.1. Pater nobiliter insignit & præficit. Sicut enim pater filium suum postquam ablactatus fuerit, solet ad mensam suam admittere: Sic Deus, postquam à lacte mundanæ prosperitatis ablactati fuerimus, & diuisi, ad mensam paradisi admittet, primogenitos faciet & honorem cœlestis gloriæ nobis conferet. Quid ergo moribundi cõqueremini, quid trepidatis, si conuersi ad Deum de peccatis pœnitentiam egeritis, aut quæ alias Christiano & Catholico homini incumbunt, feceritis, nolite dubitare ad fratrem Christum, ad patrem misericordiæ ibitis.

Pater assimulatũ sibi filiũ vehementius diligit.

Dixerunt ergo quidam ex discipulis eius ad inuicem. Quid est hoc, quod dicit nobis. Modicum, & non videbitis, & iterum, modicum & videbitis me, quia vado ad patrem. Quid est hoc, quod dic. Modicum? Nescimus quid loquitur.] Non intellexerunt adhuc discipuli mortem & resurrectionem suam, quam Mat. 20. illis prædixit, nec horam imminentem, maximè cùm cœna pacificè & securè peracta, noctisq; tempus procedẽs, omnis periculi suspicionem amouerit. Nesciebant etiam qua ratione coaptaretur hæc causa sententiæ dictæ, nempe quod visuri & non visuri essent, quia ad patrem vaderet, denique nec sententiam, nec causam perceperunt, ideo vtrumq; inter se mutuo inquirunt. Videntur superuacanea verba hæc, quamuis non sint. Cum enim & de sententia & de causa dubitassent verbis prioribus ad sententiam se cõuertunt, quasi ex ipsius intelligentia sensus pendeat & intellectus causæ; ac si dicerent. Tota difficultas est hoc modicum assequi. Si enim nos percipiamus semel, quid sit hoc *Modicum*, tota sententia & causa sententiæ, *Quia vado ad Patrem*, facilis erit intellectu: at quia huius intelligentiam non assequimur, nescimus, quid velit totum hoc significare: Sciebat Dominus eos non assecuturos huiusmodi verba, tamen ita voluit ea proferre, vt dubitantes & inquirentes, attentius responsionem considerarent & firmius obseruarent. Quod enim laboriosè inquirimus, inuentum diligentius conseruamus. & quod interrogamus seu de quo dubitamus, expositum libentius & attentius audimus, & retinemus. Hac de causa Dominus prius rem significat obscuris verbis & quæ illi non possent percipere: rursus vt eis antequam interrogatus esset responderet, & voluntatem eorum internam respiciens verba præueniret, sicq; suam potentiam & diuinitatem eis confirmaret, quo fides eorum roboraretur. Eo enim tempore maximè discipuli fidei firmitate indigebant. Et cætera mirabilia erãt, & super omnem intellectum quæ in illo triduo Christus innuebat futura. Primo, Quod resurrectio corporũ & vita animarũ Christus, per quem etiam mortui resurgunt, & per quem omnia viuunt, moriatur. Ioa. 11. *Ego sum resurrectio & vita, qui credit in me, etiamsi mortuus fuerit, viuet.* Secundo, quod virtus indeficiens & omnia sustentans Christus affigatur sustentandus in ligno. Hebræor.1. *Portans omnia verbo virtutis.* Tertio, Quod oculi illius quibus omnia illuminat in cælo & in terra conniuentur, Ioann.1. *Erat lux vera, quæ illuminat*, & cetera. Quarto, Quod ille qui nulli vnquam nocuit, sed omnibus bene faciendo pertransijt ad clamorem populi sententia condemnetur cum sceleratis, tanquã iniquus ad mortem. Actor. decimo: *Qui pertransijt bene faciendo & sanando omnes oppressos à diabolo*, Quinto, Quod fons & abundantia omnium bonorum in cælo & in terra, cuius bona omnia participant, sitibundus, nudus & famelicus moriatur in cruce. Iac. primo: *Qui dat omnibus affluenter, & nemini improperat.* Psalm. *Qui replet in bonis desiderium tuum.* Sexto, Quod ille qui est ipsa beatitudo angelorum, & semper in gloria patris, patiatur ferocissimè & iniquè, Ioa. 10. *Ego & pater vnum sumus*, id est, vnius substantiæ & vnius gloriæ. Septimo, Quod iste, qui est vbiq; in cælo & in terra, tanquam mortuus in sepulchro claudatur, cum Deus sit vbiq;. Octano, Quod iste qui erat crucifix⁹ iter ad infernũ contingeret portas eius, & ibi dæmoniorum principẽ religaret. Psa. *Attollite portas principes vestras.* Nono, q̃ mortem quæ oẽs vincit ipse mortuus vinceret, & gloriosus resurgeret. Ose.4. *Ero mors tua, ô mors.* 1.Cor.15. *Absorpta est mors in victoria.* Hæc omnia sunt incomprehensibilia, nisi per fidem, Ro.11. *O altitudo diuit. sap. & scientiæ Dei.* Confundantur iterum & erubescant hæretici, qui dicunt verbũ Domini tam facile omnib⁹ intellectu. Cõfundantur qui derident prædicatores pœnitentiam & similia p̃dicantes & abeunt, qui bonas admonitiones & salutaria cõsilia nolunt percipere, nolunt admittere, surdis auribus audiũt de purgatorio, de cõfessione, satisfactione, Indulgentijs, Eleemosynis, & de ijs quæ maximè sunt ad amorẽ Dei & animarum salutem. Imo multi abeunt ex confessione, ex concione & nesciunt quid sacerdos locutus fuerit.

Admiranda Christus annunciabat in triduo futura.

Verbum Domini non tam facile intellectu, vt blaterant hæretici falso.

Cognouit autẽ Iesus quod volebant eũ interrogare, & dixit eis: De hoc quæritis, &c.] Præoccupat illos Dominus & repetit vt exponat, & vt intelligãt se Deũ, qui intima cordia penetrat & nouit abscõdita. Certè nobis mortalibus sũmè necessaria est virtus cognitiua & discretiua, sine ista. n. nec bonum nec malũ cognuscitur, nec amatur bonũ, nec malũ declinatur. Quia secundũ Arist. *Non diligitur bonũ nisi prius cognitũ.* Plin. di. q̃ Elephas inter omnia bruta est optimi intellectus, docetur. n. regẽ cognoscere & eum adorare: Canis etiam optimè cognoscit Dominũ suum, quẽ solum solet sequi, & cũ eo manere. Sic nos debemus regẽ nostrũ Christũ cognoscere, Dominũ nostrum sequi, p̃ eo certare, cum eo manere vsq; ad mortẽ, vti discipuli. Luc. 24. *Cognouerũt Dominũ in fractione panis.* nõ sicut di. Psa. *Vir insipiens nõ cognoscet, & stultus nõ intelliget hæc.* Et Psa. *Considerabã ad dexterã & videbã, & nõ erat qui cognosceret me.* Nõ sic ergo, sed cognoscam⁹ Deũ & benefactorẽ nostrũ, & ipsum totis affectibus diligamus, iuxta illud Ioa. 10. *Cognosco oues meas, & cognoscunt me meæ.* Debemus etiã cognoscere res interiores & humanas, q̃ viles fuimus in ingressu, quã fragiles in p̃gressu, q̃ flebiles erim⁹ in egressu, & ista cognitio valde inducit Dei timorẽ, vitæ p̃sentis horrorẽ, humilitatis amorem. Gen.3. Adam & Eua post peccatũ demum se nudos cognouerũt & erubuerũt, ideo cognitio suæ naturalis paupertatis & vilitatis causat in nobis verecundiã, timorẽ, & peccati displicẽtiã. Multi sunt q̃ alias alta, & de alijs sciunt dicere, seipsos ignorant, gloriantur se rerũ æternarũ, & mundanarũ habere scientiã: internarũ vero & spiritualiũ, ne vel habent gustum. Bos. n. discernit inter herbas bonas & malas, cum sit odoratu sagax, socios etiã cum quibus iugum trahere consueuit, solet cognoscere, diligere, ipsosq; lambere & frequentare & si ab ipso recesserint solet affectum ostendere & mugire. Nu.22. sicut bos solet herbas capere consideratis circumstantijs & indigentijs, sic etiã nos debemus cognoscere socios nostros & amicos, cũ quibus iugũ eiusdẽ fidei religionis & societatis ducimus & trahim⁹ & ipsos debemus lambere, id est, p̃fectè diligere, & erga eos cõpassionis affectũ habere, & ostẽdere, vt hic Christ⁹ erga suos discipulos. Re-

Elephantis dotes.

Bruta natura commendatur.

diuinas

diuinas & superiores, sc. Deū, prælatum, benefactorem & aliquos agnoscere, Is.1. *Bos cognouit possessorē suum.* Apes etiā cognoscunt regē suū, & elephas venatorē suū, qui illū de fouea liberat. Itaq; & nos debemus dicere, illud Pro.8. *Dominus possedit me ab initio viarū suarum antiquarū.* Sed de multis ingratis dicitur illud Ier.9. *Nō audierunt vocē possidētis à volucre cæli*, id est, superbi, *pecora terræ*, id est, auari, vocē sui possessoris & benefactoris, Prælati & præceptoris nō audiunt, præceptis ipsius obediēdo, accepta beneficia recognoscendo, sed ab ijs recedūt, Ie.8. *Miluus in cælo cognouit tēpus suū.* Sed Apostoli hodie nolebāt cognoscere horā mortis proximam Christo. Psa. *Cognoscetur Dominus iudicia faciens.* Rex subiectos & inferiores. Tria aūt cognoscere hominibus necessariū, peccata, vt dimittātur, merita vt augeātur, subditi vt debitè gubernētur. Cognitio.n. propriorū peccatorū necessaria est, quia tunc signū est, q phreneticos sanatur, quādo cognoscit se esse infirmū. Sic est de peccatore. Psa. *Iniquitatē meam ego cognosco.* Postquā Apostoli cognouerunt se nō credidisse, & redargutos denium suum peccatum & defectum cognouerunt & magis Christo adhæserunt, sed hæretici & impij, nolunt intelligere vt bene agant, astant enim viæ non bonæ.

Modicum quid. *Amen amen dico vobis, quia plorabitis & flebitis vos.*] Iam illud *Modicū*, exponit Dñs. q.d. causa lachrymarum & lamētationis vobis iam iam imminet maior quā hactenus habuistis, & hoc est, Modicum. Cito.n. mortē subiturus sum. Flere & plorare significāt doloris magnitudinē, qui tantus futurus perhibetur, vt ad signa exteriora prorumpat. Plorabitis interius, flebitis exterius, qn̄ videbitis mihi omnia tormēta adhiberi. Plorat homo quādoq; ex dolore cōtritionis vt pœnitētes, Ezec. 27. *Plorabunt in amaritudine animæ ploratu amarissimo:* quia qn̄ videmus ciuitatē animæ nostræ esse per vitia desolatā ipsam debemus plorare & per contritionē & amaritudinē lamētari. Ex dilectionis ardore: Sic Dauid & Ionathas qui se super amorē mulierum amabant, qn̄ ab inuicē recesserunt, dicitur præ amore fleuisse, sicut habetur 1. Reg. 20. Tob. 7. dic. q Raguel osculatus est Tobiam iuniorem, & misit se cū lachrymis super collum eius plorans. Ex dulcore cōpassionis: Homo.n. naturaliter est animal flebile & nō tantū in suis, imo etiā in alienis miserijs solet plorare, de quo Ie..8. *Quis dabit capiti meo aquā, oculis meis fontē lachrymarū, & plorabo die ac nocte interfectos populi mei?* Eccl. 38. *Fili super mortuū produc lachrymas, & quasi dira passus, incipe plorare.* Et licet priores causæ erāt plorandi pro Christo, hæc tamen sūma debet esse pro morte Christi, qa & animalia vt canis & equus, pro morte sui Domini plorare dicunt. Ex feruore deuotionis. Nubes .n. calore resoluta pluuiā emittit, sic homo ex feruore deuotionis resolutus lachrymas effundit, Ps. 34. *Ploremus coram Domino qui fecit nos.* Deuoti.n. plorā pro paradisi dilatione, pro præsentis miseriæ prolongatione, pro diuinæ offensæ, tā erga se quā erga alios, turbatione, Et sic plorabāt illi, de quibus dic. Ioël. 2. *Inter vestibulū & altare plorabāt sacerdotes ministri Domini, dicentes, Parce Domine, parce populo tuo.* Ex mœrore desolationis. Et sic plorat puer qn̄ nascitur præsentē miseriā ad quā intrat, Sap. 7. *Primā vocē emisi plorans.* Sic homines in mūdo. Sic hodie dicitur Apostolis. Plorant hypocritæ, sed falso: plorant dānati, sed frustra. Oēs illi priores modi erāt Apostolis causæ, vt merito essēt ploraturi. Ex ijsdē causis fletus deducitur. Et consiliū Apost. est Ro.12. *Flere cū flentibus, gaudere cū gaudētibus.* Flere cum Christo moriēte, gaudere cum resurgēte, flere cū flentibus in præsenti miseria, gaudere cum gaudētibus in cælesti gloria. Dicebat Dau. *Super flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus, dū recordaremur tui Sion.* Super

Ad lachrymandum propensus naturaliter homo.

Flumina Babylonis quid. flumina tribulationū sedemus. In Babylone, id est, cōfusione sumus, propter Siun, i. gloriæ dilationē dolemus. Sic plane erat de Apostolis sentiendū. Sic habemus Ier. 50. *Venient filij Iuda & filij Israel simul, ambulātes & flētes properabūt, & Dominū suū quærēt, in Sion interrogabūt viam.* Filij, inquit, *Iuda & Israel*, id est, boni viri & iusti Deū desiderātes, cōtentes, & cōtēplantes Deū hic in terris, inueniūt tot causas luctus & fletus, Deū cōpelluntur quærere & ad ipsū recurrere, & viam in Siun, i. viam ad cæli gloriā procurare. Flere ergo debemus propter tormentorū afflictionem. Ier. 31. *In fletu venient, & per torrentes aquarū deducā eos in viā rectā.* Sed qui hic flere nolūt, ad fletū æternæ tristitiæ deducent. Secundo, propter vitiosū infectionē, quia Babylō, quæ fuit ciuitas Idololatra, & inimica Dei cultorū, & à bestijs habitata. Da. 4. Isa. 13. Ista ciuitas significat statū peccati, ex quo est oīs cōfusio, Vnde Ap. 18. dic. *Væ, væ, væ Babylon ciuitas illa magna.* Ideo q n ista ciuitate sc. peccati captiuos se vidēt, tunc merito graui fletu & mœrore se afficiunt, Thre. 1. Postquā in captiuitate redactus est Isræl, sedit Ieremias flens & plorās lamentatione. Petrus certè per fletum veniā obtinuit. Ezechias vitæ lōgitudinē. Susanna liberationē. Dan. 13 Et fletus cōpassionis est cōmendabilis, vt Christi super Ierusalē, & Iob 30 *Flebā quōdā super eo, qui afflictus erat.* Tertio propter gaudiorum dilationē, propter Sion. Flent captiui, qn̄ vidēt perditā libertatē, Miseri venditā hæreditatē, exules veritā patriæ dulcedinē. Sic & nos flere debemus. At q hortatur nos Is. 56. ca. *Redite præuaricatores ad cor, recordamini prioris sæculi.* Paradisus.n. dicitur prius sæculū, quia & homo & angelus ibidē prius habitauerunt, sed relegati sunt. Sed mutatur iste bonorum fletus in lætitiā. Tob. 3. *Post lachrymationē & fletū, exultationē infundis*, ideo ait flēdum. Deinde propter tēporis conditionē Eccl. 3. *Tēpus flendi.* Iterum propter aliorum prouocationē. 1 Esd. 10. q flente Esdra fleuerunt alij. Et hac de causa etiā Christus fleuit. Sed obserua q fletus frequentandus est. Per fletum.n. ad Deū currimus celeriter; Citius.n. homo vadit per aquā nauigando, q̄ per terram proficiscendo, Vnde Ier. 50. *Ambulātes & flentes properant ad Dominū suū.* Per fletum æterna cernimus celeriter sc. contēplando; Cælum.n. melius videt post pluuiā aëre purificato. Susāna Da. 13 *Flēs respexit in cælū.* Per fletum mortē effugimus sagaciter, Vnde de Ezechia rege dicitur. Is. 38. q audita morte sua, vertit se ad parietē & fleuit fletu magnu, & impetrauit vitæ prolongationem. Per fletum cælum ascēdimus. vltimo. 2. Re 15. Dauid ascendebat Cliuum oliuarum flens & cooperto capite. Hinc ergo videndum est quod dixit Dominus: *Vos plorabitis & flebitis.*

Sancti quoque bona precibus & fletu consecuti.

Frequentes fletum...

Mundus autem gaudebit, vos verò contristabimini.] Cyril. & Aug. per mundum Iudæos de morte Christi exultantes exponit. *Lætentur cum malè fecerint & exultant in rebus pessimis.* Pro. 2. & Oseæ 9. *Noli lætari Israel noli exultare, quia fornicatus es à Deo tuo.* Etiamsi tibi læta euenirent omnia, non habes vnde lætari possis, qui peccator es. Lætius tamen & liberius viuunt peccatores, quam iusti. Vide per omnia sāctorum vitā & maximè eremiticam aut Anachoreticam, & inuenies famē, sitim, flagella, cruciatus, absconsiones in syluis cathenas liuētes, & multa pœnitentiæ genera q mundus cum audit, aut videt, ridet & contemnit. Sed attende quid dicat Ioël, ca. 1. Audite hæc senes, & auribus percipite habitatores terræ, &c. q.d. Quicunq; terrā habitatis mundani audite, q.n. narrare volo in diebus vestris accidit, nec credat, me illa tantum referre, quæ antiquis temporibus contigerunt aut ea prophetare quæ futuris euenient sæculis, sed ea quæ modo inter vos versantur, vbi residuum erucæ comedit locusta. Per erucam quæ toto corpore graditur luxuria significatur, per locustam, quæ volat superbia, per bruchum qui omnia deuorat, gula, per rubiginē auaritia. Dicit ergo propheta. Multos deuorauit luxuria, & quod ab ea relictum fuit, deuorauit superbia, & quod ab hac reliquū fuit auaritia cōsumpsit, & inter hæc omnia mundani lætantur, quasi ebrij vino delectationis mundi. Expergiscimini ergo ebrij, qui bibitis vinum delectationis mundi in lætitia qui cum tot vitijs sitis inuoluti, & ob id flere deberetis, exultatis. Flete ergo potius, qa delectationis vinū tandē decidet ab ore vestro & consumabitur. Certè gaudium mundanū non habet nisi nomen duntaxat gaudij, quia non perseuerat, innumeros patitur mœrores. Mundani etiam comparantur turbido torrenti, qui aureo calice Babylonis potati & inebriati infœliciter sunt fœlices. Mundi dulcedo ad tempus fauces indulcat, sed in magnam amaritudinem conuertetur. Præterea mundi vincula asperitatem veram habent, & iucunditatem falsam, certum dolorem, incertam voluptatem. Itaque mundus gaudebit, Cum de reprobis scriptum sit. *Confundantur qui me persequuntur.* Ier. 17. *& non confundar ego paueant illi, & non paueam ego. Induc super eos diem afflictionis, & duplici contritione contere eos Domine* Contere eos in hoc sæculo, contritutus postea eos in futuro. *Induantur*, ait Dauid Psalm. 108. *Sicut diploide confusione sua.* Vestem duplicem vocauit impiorum confusionem, vtpotè quæ in hoc sæculo incipit & in futu-

Peccator frustra lætatur, etsi ei soli omnia vt vult succedant.

Mūdi gaudiū nihil habet præter nomen gaudij.

to perficitur, in verberibus. Sic tortosus Antiochus. 2. Mach. 9. Iusti autem etiam in medio tribulationum, in medio flammæ, in craticula ipsa gaudent, 2. Corin. 6. *Quasi tristes, semper autem gaudentes.* Vnde Chrysosto. in homil. 52. Act. 1. *Qui igne Christi captus fuerit, flagella & carceres sic contemnit, ac si in alieno corpore pateretur, vel adamantinum corpus possideret. Communicantes enim Christi passionibus gaudebant, à conspectu consilij ibant læti.* Act. 5. *quia digni habiti essent pro nomine Iesu contumeliam pati.* Sic cum Paulum & Silam, Act. 16. Macedones durè verberassent, & misissent in carcerem, vbi vincti in ligno tenebantur, lætitia pleni, media nocte hymnos concinebant, nec egredi volebant, licet carcerem eis aperuisset Deus. Habent iusti gaudium & delectationem in laboribus ipsorum, sed non est gaudium, quod mundus habet, sed respiciunt gaudium quod futurum est. Itaque mundus gaudebit, cum vobis nocumenta intulerit. Magna n. est malorum lætitia, cum mala quæ cœperint, expleuerint. Sic post venditionem iusti Ioseph, Gen. 9. fratres eius sederunt vt comederent. Et illi qui succenderant Sicelech. 1. Reg. 30. & captiuos duxerant habitantes in ea, comedebant, & bibebant cum lætitia. Est namque mundus locus quasi nemus, vbi animalia domestica semper sunt in periculo, propter venatores, aut bestias, sicut mare vbi minor piscis à maiori capit. Vt in mari sunt nebulæ, & vapores: sic in mundo vitia & errores, & omnis veritas ignoratur. Ioan. 1. *Mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognouit.* Ibi est terræ motus inconstantiæ & labilitatis, ignis spirant auaritiæ & concupiscentiæ, ventus pflans superbiæ, calor vrens luxuriæ, frigus tepiditatis & indeuotionis, copia bestiarum sæuientia, scil. multitudo hominum totius malitiæ & iniquitatis. Basilisci visu interficientes, Dracones ignem spirantes, Reguli altè volantes, Tigrides durè mordentes, & occidentes, Basilisci luxuriosi, Dracones auari & ambitiosi, Reguli superbi. Et Iac. 1. *Totus mundus in maligno positus est.* & 1. Ioan. 2. *Omne quod est in mundo, aut est concupiscentia oculorum, aut concupiscentia carnis aut superbia vitæ.* Vnde Ambr. super Psal. *O quam rarus est in terra, cui nihil cum sæculo commune est, quem non inflammet libido, stimulet auaritia, lasciuia effœminet, luxuria decoloret, sternat ambitio, crucietur inuidia, ira sollicitet & induret. Quæ ergo communicatio Christi cum Belial, cæli cum mundo, iustorum cum impijs, æternæ felicitatis cum mundana voluptate, æterni gaudij cum breui & damnationi obnoxio gaudio? O munde immunde quanta pijs facessis negotia!*

Pauli & Silæ victoriã fiducia.

Gaudium aliud iustorum, aliud reproborum, aliud Sanctorum.

Sed iterum obserua quod aliud est gaudium Iustorum, aliud malorum, aliud Sanctorum. Ideoque, est aliud gaudium internum, aliud externum, aliud æternum. De gaudio iustorum quidem aduerte, quod sicut homo temporaliter de periculi euasione, de magni hospitis receptione, de lucri acquisitione, de gratæ societatis adiunctione gaudet, sic lætantur & iusti, quando considerant, quod peccati, mundi & inferni pericula euaserunt, dicentes illud Psal. *Conuertisti planctum meum in gaudium mihi & circumdedisti me lætitia.* Secundo, Quando cogitant quod summum hospitem Deum in corde suo per gratiam receperunt; Tunc enim dicunt illud Isa. 61. *Gaudens gaudebo in Domino.* Ioan. 20. *Gauisi sunt discipuli viso Domino.* & Zachæus lætanter Christum recepit in domum suam. Luc. 19. Tertio, Quando perpendunt quod lucrum æternæ gloriæ meruerunt, Et istud est gaudium spei, quia sancti iam gaudent de spe futuræ gloriæ quam expectant. Roman. 12. *Spe gaudentes in tribulatione.* Quarto, Quando vident quod per gratiam in qua sunt, societatem Dei Sanctorum & Angelorum acquisierunt; quæ quidem lætitia magna est iusto, Gen. 45. *Venerant fratres Ioseph. & gauisus est Pharao. & omnis familia eius.* Quanto magis ergo iustus de tanta societate spiritualiter lætabitur iuxta illud, Ecclesi. 9. *Vade igitur, & comede in lætitia panem tuum, & bibe in gaudio vinum tuum, quia Deo placent opera tua.* Et breuiter de illo spirituali gaudio potest exponi illud Matth. 2. *Videntes stellam gauisi sunt gaudio magno valde, & intrantes domum inuenerunt puerum cum Maria matre eius.* Ecce hic habes ordine quæ gaudium generant: Lux tenebrosis, hospitium peregrinis, *Intrantes:* Res quæsita, quærenti, *Inuenerunt:* Societas bona, *cum Maria.* Sic iusti gaudent liberati ab obscuris criminum horroribus, collocati in fidei securis sedibus, & Ecclesiæ donati requie, à laboribus sedatis motibus, coniuncti cum supernis cœli ciuibus. Priora duo sunt in statu viæ, posteriora in statu patriæ. Gaudendum itaque cum quis per gratiam illuminatur, Lux enim est causa maximi gaudij. Tob. quinto: *Quale gaudium est mihi qui in tenebris sedeo, & lumen cæli non video?* Non minor autem esse debet lux gratiæ; Nam qui per peccatum isto lumine sunt priuati, vt communiter tristes sunt timidi & desolati, qualea non erant Apostoli post Christi resurrectionem. Peccatores autem nunquam perfectè gaudent, quia semper portant secum causam tristitiæ suæ, scilicet, remorsum conscientiæ. Psal. *Non gaudebit inimicus super me* Ista lux gratiæ gaudentes illuminat, sicut de Eunucho baptizato dicitur, Acto. octauo: *Ibat per viam gaudens.* Itaque quando est illuminatus, gaudet quantum ad se quem sentit sanatum, quantum ad proximum quem videt saluatum, quantum ad Deum, quem credit placatum. Quantum ad se, Scit enim quod sicut dicitur Ecclesiast. 30. *Non est census super sanitatem corporis, & non est oblectatio super cordis gaudium.* Gaudet enim iustus in amara contritione. Mulier namque quæ de nouo concepit, magis gaudet in saporibus acetosis, quam dulcibus: Sic etiam anima quæ per deuotionem & fidem concepit Christum, Prouerbiorum decimoquarto: *Cor quod nouit amaritudinem animæ suæ, in gaudio eius non miscebitur extraneus.* Contritio enim semper habet admixtum timorem, quietiam gaudium generat in timente, quia Eccl. 1. *Timor Domini delectabit cor, & dabit lætitiam & gaudium.* Gaudet etiam iustus, In spei consolatione, Luc. 10. *Gaudete & exultate, quoniam nomina vestra scripta sunt in cælis.* In bonorum societate. Rom. 12. *Gaudete cum gaudentibus.* In laborum multitudine tolerata. Actuum. 5. *Ibant Apostoli.* &c. In pœnitentiæ austeritate. Ierem. 31. *Conuertam luctum eorum in gaudium.* In sancta rectitudine. *Gaudium est iusto.* Prouerb. vigesimo primo. Facere iudicium de diuinæ laudis pulchritudine. Vnde de Ierusalem, id est, de anima bona dicitur, Isa. 51 *Gaudium & lætitia inuenietur in ea, gratiarum actio & vox laudis.* De scientiæ acquisitione. Isa. 12. *haurietis aquas in gaudio de fontibus saluatoris.* Iusti gaudent, & quantum ad proximum, maxime de eius conuersione. Psalm. *In conuertendo Dominus captiuitatem Sion facti sumus sicut consolati, tunc repletum est gaudio os nostrum.* De conuersatione, Proue. 12. *Qui suscipiet pacis consilia, sequitur eum gaudium.* De vnitate, Philip. 2. *Implete gaudium meum, vt idem sapiatis.* De veritatis dilectione. 1. Corint. 13. *Non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati.* Quantum ad Deum. Primo de Incarnatione. *Euangelizo vobis gaudium magnum.* Luc. secundo: De reparatione interni hominis. Luc. 15. *Epulari autem & gaudere oportebat, quia frater tuus, scilicet, homo interior, reuixit.* De virtutum acquisitione Isa. 61. *Gaudens gaudebo in Domino, quia induit me indumento salutis.* De saluatione, Matth. 5. *Gaudete in illa die, quoniam merces vestra multa est in cælis.* Alterum gaudium, quando per fidem sunt hospitati, *Intrantes in domum.* Sicut enim peregrino erranti aut in periculo hostium constituto, magnum gaudium est, quando potest domum intrare & à periculis hostium se præseruare: Sic iusti gaudent quando vident quod domum Ecclesiæ per fidem intrauerunt, extra quam non est salus & extra quam quisque latronibus inferni est subiectus. Bonum est esse intra domum, Matt. 25. *Intra in gaudium Domini tui.* Tertiũ quando quietem inuenerunt. Sicut ceruus ad fontes aquarum. Luc. 15. *Congratulamini mihi quia inueni drachmam meam.* Matth. 13 *Regnum cælorum simile est thesauro abscondito in agro, quem qui inuenit.* Sed in paradiso perfectissimè inuenitur hoc gaudium, Isa. 2. *Gaudium & lætitia inuenitur in ea, gratiarum actio, & vox laudis.* Gaudent sancti: quia bene sunt associati. *Cum Maria matre eius.* Ideo Act. 8. *Factum est gaudium magnũ in illa ciuitate.* Act. 1. *Erant omnes perseuerantes cum mulieribus.* Isa. 51. *Venient in Sion laudantes, & lætitia sempiterna super capita eorum, gaudium & exultationem tenebunt, & fugiet dolor & gemitus, quia ego ipse consolabor eos dicit Dominus.* Est gaudium damnabile, quod vere non est gaudium, De malo gaudio talium loquitur scriptura Isa. 22. *Vocauit Dominus ad fletum, & ad planctum, ad caluitium. & ad cingulum sacci, & ecce gaudium, & lætitia. occidere vitulos, iugulare arietes, comedere carnes, & bibere vinum.* Lætitia superborum, stultitia. Prouer. decimoquinto: *Stultitia gaudium stulto.* Sic auarorum. Isa. 32. *Gau-*

Homines iusti de Dei Sanctorumque societate lætitia.

Peccatores nunquam plane gaudent, ob remorsum conscientiæ.

Timor admixtus contritioni.

Illuminatus homo de quibus gaudeat, quantum ad Deum.

Lætitia superborum, stultitia.

dium

dium onagrorum, pascua gregum. Detractorum, qui mordent alienas carnes. Iere.19. *Vnusquisque carnes amici sui comedet.* Gulosorum, Eccl.8. *Deprehendi nihil esse melius, quam comedere, bibere & gaudere.* Vnde bene audierunt consilium illud Eccl.9. *Bibe cum gaudio vinum tuum.* Hoc est ergo mundi & iustorum gaudium, hoc saluans illud damnans, hoc perpetuam illud momentaneum, vt intelligas quomodo mundus gaudeat, & damnabiliter gaudeat: Nam gaudet in ijs, propter quæ in æternum flebit & patietur. Et hæc de contristatione etiam laboris afflictiui.

Sed tristitia vestra vertetur in gaudium.] Tacite mundi gaudium in oppositam tristitiam conuertendum insinuat, non tamen expressit. Quia discipuli contristati quidem sunt de gaudio, quod Iudæi in morte Christi conceperunt, tamen non sunt gauisi de tristitia & dolore eorum, quo affecti sunt de resurrectione. Non enim de malo proximi gauisi sunt, sed de Christi resurrectione. Adnerte quod tribus de causis Christus expressè eis non dixit, *Amen dico vobis. Ego moriar & occidar, sed vos plorabitis & flebitis, sed tristitia vestra vertetur in gaudium.* Prima, Ne eos nimium ante tempus affligeret, maximè quia cito moriturus erat, & tunc rem ipsam apertè erant intellecturi. Secunda, Quia intendebat eorum dolori medicinã adhibere, propterea his verbis vsus est, vt præmoniti huius tristitiæ & fletus, minus præsentem sentirent spectantes futurum, quod dictum est breui in gaudium vertendum. Tertia, Vt affectum suum erga eos exprimeret, quo agnito ipsorum fides magis corroboraretur. Multum enim ad fidem valet affectus, præsertim cum erga eos afficiamur facilè, à quibus nos vehementer amari nouimus. Hic autem Christi affectus in his verbis expressus, patefactus fuit discipulis in Christi morte. Tunc enim nouerunt Christum plus solicitum fuisse in medendo ipsorum tristitiæ, illos consolando, quam de propria sua morte vitanda: quandoquidem eorum tristitiæ eos ante expressè admonuit & leuamen adferre studuit. Secundo, Expende quod tribus vsus est verbis *Plorabitis, flebitis, contristabimini.* & postea de sola tristitia dictum est. *Tristitia vestra vertetur in gaudium,* Et hoc ideo, quia tristitia est causa aliorum duorum: Est enim animi dolor interior à quo procedunt lachrymæ exteriores, & hoc est plorare & procedunt gemitus & voces lamentationis & hoc est flere. Tertio, Nota quod admiscuit illud. *Mundus autem gaudebit.* Primo, Vt magis suam mortem significaret, quæ vt causa fuit discipulis doloris, ita & mundus & increduli Iudæi de ea sunt mirificè gauisi & lætati. Rursus vt eos præmoneret, ne dum tantam multitudinem gaudentem in ipsius morte viderent, nimium turbarentur & hæsitarent. Adhæc vt significaret discipulis non solam mortem Christi causam futuram tristitiæ, sed id etiam quod mundum visuri erant in eius morte lætari, Vt sit sensus: *Plorabitis & flebitis,* propter mortem meam, *& contristabimini. Mundus gaudebit.* Vos autem de hoc mundi gaudio contristabimini. Non significauit autem expressè Dominus hoc mundi gaudium vertendum in tristitiam, sed insinuauit tacitè & à contrario. Si enim tristitia discipulorum in gaudium vertenda erat, Iudæorum profectò gaudium à contrario esse mutandum in tristitiam consequebatur, Dominus autem id non expressit vt paulo ante dictum est.

Cur à Christo non dictũ expressè, Ego moriar & occidar, &c.

Cur, Mundus autẽ gaudebit additum.

Ex inde colligi potest, quod tristitia quam habent Sancti in mundo, melior est lætitia mundi propter decem. Primo, Quia Deus tali tristitiæ benedixit & tali gaudio maledixit, De primo Luc. sexto. *Beati qui nunc fletis, quia ridebitis.* De secundo ibidẽ. *Væ vobis diuitibus, qui habetis hic consolationem vestram.* Charissimi auditores, quis audeat comedere cibum maledictum à Deo, id est, mundi gaudium quærere, cui Dominus maledixit? Ioann.6. *Maledictus vir qui suscitauerit, & ædificauerit Iericho ciuitatem,* id est, mundum, qui vt luna mutatur: Sic enim Iericho interpretatur: Nonne serpens ab omnibus odio habetur, quia Dominus ei maledixit? Genes. tertio. *Maledictus es inter omnia animantia & bestias terræ.* Secundo, Quia sapientes præeligunt tristitiam lætitiæ mundi Eccles.2. *Risum reputaui errorem.* & ca.7. *Cor sapientum vbi tristitia est, & cor stultorum vbi lætitia.* Psalm. *Elegi abiectus esse in domo Dei mei: quam habitare in tabernaculis peccatorum.* Hebræorum vndecim. *Moyses negauit se esse filium filiæ Pharaonis, magis eligens affligi cum populo Dei, quam terrenæ iucunditatis habere peccatum.* Tertio, Quia talis tristitia erudit hominem ad salutem. Isai.28. *Sola vexatio dabit intellectum.* Ierem. *Per omne flagellum & dolorem erudieris Ierusalem.* Lætitia autem mundi infatuat, vt factum est Salomoni Eccles. 7. *Melius est ire ad domum luctus, quam ad domum conuiuij, in illa enim finis cunctorum admonetur.* Cogitat enim quod de omnibus diuitijs quas cum tanto labore acquisiuit, nihil nisi modicum cilicium reportabit. Item quod corpus quod in tantis delitijs enutriuit, vermibus tradetur deuorandum. Quod consanguinei & amici quos in vita tantum dilexit, se penitus derelinquent. Quòd honores quos tantum affectauit sibi omnino deficient, & obscurus sub terrâ recondetur, ab omnibus conculcandus. Quod solum bona opera quæ parum dilexit, & de quibus parum curauit ipsum sequentur. Quarto, Quia lætitia non conuenit nec loco nec tempori, in quo sumus sed tristitia, Quia in valle miseriæ sumus, in qua eo magis est flendum, quo minus flemus. Et puer à ploratu incipit, statim natus plorat, nec ridere potest, suæ calamitatis propheta est. De tempore Ecclesiast.3. *Tempus ridendi, tempus flendi* Tempus flendi est tota vita præsens, quia vigilia debet præcedere festum. Tota autem vita præsens quædam vigilia est futuræ solemnitatis, in qua est ieiunandum & flendum. Mundus autem ante vigiliam festum solemnizat. Quidam vero volunt de festo ad festum transire, quod esse non potest, quia hic & in futuro gaudere non possunt. Quinto, Quia lætitia mundi breuiter finitur & ad supplicium æternum perducit. Ioan. 20. *Gaudium hypocritæ,* id est, mundi, qui est totus hypocrita, adinstar puncti, *Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt.* Similiter tristitia breuis est, & ad gaudium æternum adducit. 1. Petr.1. *Modicum nunc si contristari oportet in varijs tentationibus, vt probatio fidei vestræ multò pretiosior sit auro, quod per ignem probatur.* Isaiæ 54. *Ad punctum in modico dereliqui te, & in miserationibus magnis congregabo te.* Sexto, Quia tristitia iustorum habet annexam dulcedinem in corde. Psalm. *Consolationes tuæ lætificauerunt animam meam.* E conuerso vero lætitia mundi habet annexam tristitiam animi. Et ideo Christus videns ciuitatem Ierusalem gaudere & lætari, fleuit super illam. Septimo, Quia tristitiam possidentes fortuna non lædit, nec de ipsis curat, sed cum lætitiam mundi possidentibus fortuna moraliter ludit. Octauo, Quia talis tristitia est via ad pœnitentiam 2. Corinth. septimo. *Quæ autem secundum Deum est tristitia, pœnitentiam in salutem stabilem operatur.* Mitigat etiam iram Dei. 3. Reg.21. *Nonne vidisti Achab humiliatum coram me, propter quod non inducam malum in diebus illis.* Lætitia autem mundi est via & signum perditionis & comparatur lætitiæ phrenetici, qui ridet morte imminente. Nono, Quia per talem tristitiam homo vadit per viam Christi vt verus Christianus. 2. Timoth.3. *Omnes qui piè volunt viuere in Christo Iesu persecutionem patientur.* Et ideo qui hic non contristantur & flagellantur, ostenduntur non esse filij Christi Hebræorum duodecimo. *Quod si extra disciplinam estis, cuius participes facti sunt omnes: ergo adulteri, & non filij estis,* Quem enim diligit Dominus castigat. Decimo, Quia talis tristitia in gaudium conuertetur vt hodie. *Tristitia vestra vertetur in gaudium.* Sed lætitia mundi conuertetur in mœrorem. Prouerbiorum decimo quarto. *Extrema gaudij luctus occupat.* Quia necessarium est, quod vel homo dimittat lætitiam mundi, quod fit per mortem, vel quod lætitia mundi dimittat hominem, quod fit per aduersam fortunam, & vtrumque valde dolorosum est. De primo Ecclesiast. quarto. *O mors quam amara est memoria tua homini pacem habenti in substantijs suis.* De secundo, In omni aduersitate fortunæ summum genus infortunij est, fuisse fœlicem. Lucæ decimo sexto. De epulone docet exemplum. Stultissimi ergo sunt, qui mundi lætitiam quærunt. Nam electi aliud habent ex scriptura, Psalm. 73. *Beatus vir, cuius est auxilium abs te, ascensiones in corde suo disposuit in valle lachrymarum,* in qua dum viuit homo iustus, constitutus est à Domino. Nam electi, quos Deus sua iuuat gratia, ascensiones faciunt in mundo, Lachrymis enim sibi scalam faciunt, per quam ad perfectionem conscendunt, Cuius scalæ primum gradum ascendit, qui propria flet peccata

Sanctorũ in mundo tristitia melior, quàm lætitia mundi.

Quæ tristitia hominem erudiat ad salutem.

Vita præsens vigilia quædam futuræ solemnitatis.

Mundi lætitia, coniunctam habet animi tristitiam.

Quem Dominus diligit, eum castigat.

& dic. Psalm. 118. *Exitus aquarum deduxerunt oculi mei*, non vnam aut alteram lachrymulam, vix expressam, sed lachrymarum fluuium à cerebro tanquam à fonte perenni deduxerunt oculi. Merito sanè, quia non custodierunt legem tuam. Sic Dauid lectum rigabat, sic Petrus.

Tribulationis effectus multiplex.

Sed & multiplex tribulationis effectus est. Primo enim hominem purgat Eccl. 3. *In dolore sustine, & in humilitate tua patientiam habe*, quoniam in igne probatur aurum & argentum: homines verò receptibiles in camino humiliationis. Apo. 7. *Hi sunt qui venerunt ex magna tribulatione* Secũdo, malum effugat Ps 77. *Cum occideret eos, quærebant eum & reuertebantur*, vt patet de Paulo. Tertio, Hominẽ probat, Bern. sup Cantica, *Sicut stellæ in nocte lucent, in die latent, sic vera virtus, quæ in prosperis nõ apparet, in aduersis claret* Quarto, Facit prõptius ad bonum properare, Ps. 114. *Tribulationem & dolorem inueni, & nomen Domini inuocaui* Quinto ostendit, quod Deus illum amet. Apocal. 3 *Ego quos amo arguo, & castigo*. Vt pater arguit filios, sic & Deus suos. Heb. 12 *Quem enim diligit Dominus castigat, flagellat autẽ omnem filiũ quẽ recipit*. Et iterum, *Quod si extra disciplinam estis, cuius participes facti sunt omnes; ergo adulteri, non filij estis*, id est, non veri hæredes. Vnde August. *Hic seca, hic vre, vt in futuro parcas*. Sexto, Auget merita. Nam id quod meremur per bona opera, non exile est Ps 93. *Secũdum multitudinem dolorum meorum consolationes tuæ lætificauerunt animã meam*. Ideo 1. Pet. 1. *Modicum nunc, si oportet contristari in varijs tentationibus*. Eo quod Iud. 8. dic. *Omnes qui placuerunt Deo, per multas tribulationes transierunt fideles* Sunt etiam qui sibi ipsis tribulationes, flagella, cilicia, eremum imponunt, vt magis promereãtur. Illud autem, modicum tribulationis & multum lætitiæ ostendit nobis Christus per hyemem, quæ nobis respectu æstatis plane breuis videtur: & dies quib. passionem Christi celebramus modici respectu exultationis de resurrectione, ascensione Christi & de Spiritus sancti missione. *Post nubila enim Phœbus*, & post seminationem messis. *Qui seminat in lachrymis, in exultatione metet.*

Modicum tribulationis, & multum lætitia per quod significata.

Mulier cum parit tristitiam habet, quia venit hora eius: Cum autem peperit puerum iam nõ meminit pressuræ propter gaudium: quia natus est *homo in mundum.*] Non satis aperte verbis præcedentibus Dominus hæc tria expresserat, nempe tristitiam & fletum iam esse imminẽtem, & quasi præsentem, quia de futuro locut⁹ est, quod incertum esse potest, an sit longinquum an proximum. Rursus alio exemplo docet hãc tristitiam citò vertendam in gaudium, deniq; hanc tristitiam & gaudium futurum de morte & resurrectione eius: Sic enim non visuri & postea eum visuri erant. Dolor ille mulierum venit ex maledictione Dei dicentis Euæ. *In dolore paries.* Et hoc ne de cætero superbiant & est grauissimus dolor parturientum quamuis non omnibus vnus. Et licet dolor hic naturaliter proueniat, tñ si nõ peccasset homo, diuino beneficio immunis fuisset à tali dolore. Et quia Deus subtraxit hoc beneficium propter peccatũ, ideo dicitur quod hic dolor fuit datus propter punitionem sui peccati. Aduertendum præterea parturientis exemplum frequens esse in scriptura, & multis reb. accommodari, Nam præter præsentem similitudinem, quadrupliciter vsurpatur: Primo quidem ij quos ira & iustitia Dei castigat, parturientibus comparantur. Ps 47. *Ibi dolores vt parturientis*, quæ similitudo nõ tantum vehementiam doloris exprimit, sed & illud, quod sicut partus dolor non est vllis humanis artibus medicabilis, ita & pœna seu afflictio, quæ ex ira Dei punire volentis prouenit, nulla humana potentia vel consolatione leuatur Is. 30. *Insanabilis fractura tua*. Ier. 15 *Plaga mea desperabilis renuit curari, facta est mihi in mendacium aquarum infidelium*, id est, videbatur sanari posse, & tamen lethalis est. Secundo, Hæc similitudo etiam accommodatur prædicatorib. verbi Dei, & prælatis quorum interest saluti consulere & ad Christũ conuertere. Qui enim alios Christo lucrãtur, dicuntur eos parere & qui Deo accesserunt filij appellantur. Cum animorum conuersio non sine magnis doloribus & periculis & sudorib. fiat. Propterea hoc exemplo meritò exprimuntur prædicatores & prælati. Gal. 4. *Filioli quos iterum parturio*. Greg. li. 30 Marc. c. 10. doctrinam hanc eodem Pauli testimonio confirmat. Cyrill. in illud Is. 26. *Sicut quæ concepit, cum appropinquauerit ad partum, dolens clamat in doloribus suis, sic facti sumus à facie tua Domine. Concepimus & quasi parturiuimus,*

Parturientis exemplum quadrupliciter in vsurpatum.

Animarũ conuersio magno constat.

& peperimus Spiritum salutis. Applicat Apostolis, qui Spiritum salutis, id est, doctrinam Euangelicam, quã conceperant prius à Domino, in nobis ediderunt parturiẽtes magnis doloribus & laboribus. Tertio, Hæc eadem similitudo aptatur viris sanctis & iustis, qui dum mente concipiunt, quæ agenda sunt, opere exequuntur dolore & sudore. Tollenda enim crux est & sequendus Christus: Qui pie viuere vult in Christo, persecutionem patietur. Quarto, Hęc eadẽ accommodatur malè opera facientibus & vias mundi sequentibus: Nam & hi magna pericula subeunt, multas molestias & difficultates & labores patiuntur, quæ longũ esset nunc commemorare, de quibus Iob. 15. & Is. 59. *Conceperunt dolorem, & pepererunt iniquitatem* Et Ps. 7. *Ecce parturijt iniustitiã, cõcepit dolorẽ & peperit iniquitatem*. De his dictum est, Sap. 2 *Lassati sumus in via iniquitatis, ambulauimus vias difficiles.*

Et merito hoc Euangelium hoc tempore legitur, quo Concilia & Synodi celebrantur, quo liquores sacri consecrati distribuuntur. Baptismus & Confirmationis sacramẽtum confertur, & sicut vinea & terra germinare incipit, ita Ecclesia, & sicut omnia flores, odores, & fruct⁹ producunt, ita Ecclesia, & sicut laborant vinitores & agricolæ, sic prædicatores & iusti in Ecclesia. Mulier est Ecclesia seu Apostolorum collegium, in quo pro tunc tota erat Ecclesia fidelium. tristitia partus, est dolor de passione Christi. Natiuitas hominis est resurrectio Christi, quia Christus de nouo processit ad vitã immortalem quoad corpus, quod pri⁹ mortale fuit, & istud gaudium fuit inchoatum post resurrectionem Christi, sed postea in cælesti gloria cõsummatum. Insuper expende tristitiam & dolorem discipulorum, quẽ de morte Christi conceperunt, rectè assimilari & conferri dolori partus propter multa. Primo, propter doloris vehementiam, quia dolor est vehementissimus, Talis autem fuit dolor discipulorum in morte Domini, de quo dicit, *Plorabitis & flebitis, & contristabimini*. Hanc doloris vehementiam exponit Ambr. in Psal. 47. *Ibi dolores vt part.* Similiter August. tract. 101. vbi notat idcirco dictum esse de puero, quia masculi partus maiorem incutit dolorem quam fœminæ. Secundo, propter breuitatem, Breuis enim fuit dolor discipulorum de morte Domini, sicut dolor partus breuis est, secundum Chrysost. Tertio, propter ordinem. Vt enim mulier post dolorem partus, consequitur gaudiũ magnum, de natiuitate pueri: ita & discipuli, post dolorem mortis Domini peruenerunt in lætitiam resurrectionis, secundum Cyrill. Quarto, Propter periculum, Dolor enim partus est periculosus & proximus morti. Talis fuit tristitia illa & discipulorum dolor de morte Domini. Mart. 26. *Oẽs vos scandalum patiemini*. Et, *Expetiuit Satanas cribare vos, sicut triticum*. Quinto, Propter causæ identitatem. Puer enim idem est causa doloris, dum patitur, idem causa gaudij, dum natus est: Sic idem Christus sua morte dolorem incussit discipulis, sua verò resurrectione magnę fuit illis causa lętitię. Resurrectio enim generationi cuidam est similis Psal. 2 *Ego hodie genui te.* de resurrectione exponitur Act. 13. Sexto, Propter gaudij excellentiam & magnitudinem. Non enim solum diuturnum est, nec de eo solo gaudet mulier, quia periculum euasit, sed etiam quod præcipuum est, quia iam filium habet, & natus est homo in mundum, qui matri sit auxilio & honori & posteritatis causa. Sic discipulorum gaudium non solum fuit longius, nec de sola liberatione à tristitia, sed de ipso met Christo resurgente, qui secum attulit omne bonum. Hæc enim præcipua est causa gaudij, quod tãtum fuit, vt totam priorem tristitiam absorpserit, vt non solum non contristarentur, sed nec meminerint tristitiæ prioris. Quod est septimum, in quo consistit similitudo & ad magnitudinem gaudij explicandam dictum est. Eaque de causa à filij seu masculi natiuitate exemplum sumptum est, Nam solet natiuitas filiorum plus adferre gaudij, quam filiarum. Dictum est autem *Natus est homo*. non autem puer, vt mysterium resurrectionis significetur secundum Chrysost hom. 78. Christus enim non vt in natiuitate infans, sed vir perfectus resurrexit. Nota etiam quod mulierem prægnantem 4. modo possumus considerare. Primo, ante partum & sic est in magno timore, ne partus pereat vel ipsa periclitetur: Sic erant Apostoli in magno timore, quando in præsentia Christi erant timentes ne ipsis casu aliquo auferretur,

Euangelium istud cur hoc tempore legatur.

Discipulorum ex Christi morte dolor, partus dolori cõparatus.

Puer natus gaudiũ affert parẽtibus, mala patiens dolorem.

Mulier prægnans quadrupliciter considerata.

retur, quia Iudæi semper machinabantur malum contra ipsum cupientes ipsum perdere. Io. 7. *Quid me quæritis interficere?* Secundo, in partu & sic est in magna angustia & dolore, sic Apostoli, qũ Christus ab eis ablatus est per mortẽ. Io. 16. *Tristitia impleuit cor vestrũ.* Tertio, post partum cum puerum peperit, & tunc est in lætitia licet imperfecta, quia nescit an puer & ad perfectionẽ sit venturus. Sic fuerunt in lætitia Apostoli quando Christus gloriosus resurrexit, sed non perfecta quando Christus apparebat. Ioan. 20. *Gauisi sunt discipuli viso Domino.* Quarto, In processu temporis quãdo puer iam factus est vir, & tunc est inperfecta lætitia prolis: Sic Apostoli, quando Spiritum sanctum acceperunt & facti sunt viri perfecti & in gratia confirmati, vt Deum per peccatum non valerent perdere.

Parientium diuersitas [illegible]

Obserua etiã nouẽ diuersitates parientium. Primo, Quædam concipiunt, sed morte præuentæ nõ pariunt. Sunt qui habẽt propositum pœnitendi dicẽtes sicut corui cras cras. Io. 2. *Vox cantãtis in fenestra & coruus in superliminari.* Is. 37 *Venerunt filij vsq; ad partum, & virtus nõ erat pariẽdi.* Contra quos Eccl. 5 *Non tardes cõuerti ad Dominũ, & ne differas de die in diem, Subito n. veniet ira illius & disperdet te.* Coruus egressus ex arca nonquam redijt amplius: sic multi postquam per peccatum mortale ab Ecclesia exeunt, nunquam per pœnitentiã redeunt. Secundo, Quædam cõcipiunt & pariunt, sed moriuntur in partu, vt Rachel, sunt hi qui faciunt bona opera, sed in ipsis gloriantur, vt gallina post ouum clamitat, & per consequens pereunt cum ijsdem. In cuius figura dicitur 1. Mach. 6. quod Eleazar interfecit Elephantem, & mortuus est sub eo ex victoriæ vana gloria. Sic petijt Pharisæus Luc. 18. Vel hi sunt qui solum in morte conteruntur vel confitentur. Tertio, Quædam propter timorem, nec cõcipiunt, hi sunt qui timent, ne deficiat eis, & ideo nunquam concipiunt propositũ abstinendi ab illicito lucro vel aliena reddendi. Item timent perseuerare in bono & ideo non cõcipiunt Ps. *Illic trepidauerunt.* Rectè tales trepidant vbi nõ est timor, quia Dominus omnibus prouidet etiam iumentis Ps. *Qui dat iumentis escam ipsorum.* Matt. 6. *Nolite soliciti esse dic. quid mand.* Item timent in bono perseuerare, & ideo non incipiunt, sed nõ debet homo timere pœnitentiam, quia Deus iuuat. Is. 40. *Qui sperant in Domino, mutabunt fortitudinem, assument pennas sicut aquila, current & non deficiẽt.* Quarto, Quædam pariunt sed proijciunt: sunt qui non curant pœnitentiam cõtinuare sed proijciunt eam post pascha. Thr. 4. *Sed & lamiæ nudauerunt mammam, lactauerunt catulos suos: filia autem populi mei crudelis, quasi struthio in deserto.* Contra quos dic. Mat. 10. *Non qui inceperit, sed qui perseuerauerit, hic saluus erit.* Quinto, Quędam pariunt monstra: Vt sunt omnes peccatores qui per diuersa vitia quę faciunt, sunt totaliter trãsformati. Nam oculos trahunt per terram & pedes versus cælum vertunt. Nam auarus habet oculos in pedibus, dum solum terrena contemplatur, Superbus habet pedes versus cælum, cum Deo recalcitrat, luxuriosus & gulos. totus ambulat super ventrem. Vide quid sit. *Natus est homo,* & factus est bestia, vel illi similis. Ps. *Homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est insipienti & simil. fac. est illis.* Hæc enim est conditio hominis vt si se nosse desierit infra bestias redigatur. Sexto, Quædam pariunt filios mortuos, sunt hi qui in peccato infidelitatis vel in quocunq; alieto peccato mortali existentes faciunt opera de genere bonorum, quæ sunt opera mortua signata per lampades illarum 5. fatuarum Virginum, quæ propter carentiam olei id est, charitatis extinctæ fuerunt. Septimo, Quædam pariunt solum fœminas, sunt hi in quibos regnant fœminea vitia, scilicet inuidia, quia fœmina naturaliter est inuida, Ira, quia faciliter irascitur, Loquacitas, Inconstantia, Insipientia, quia facile credit & decipitur, vnde serpens primo Euam aggressus est, 2. Cor. 11. *Timeo ne sicut serpens Euam seduxit astutia, ita corrumpantur sensus vestri.* Octauo, Quædam pariunt solum masculos, sunt hi qui perfecta opera faciunt, qui corde bono & optimo verbum audiunt & referunt fructum centesimum Isai. 26. *A facie tua Domine concepimus, & quasi parturiuimus Spiritum salutis.* Sic concepit Anna Samuelem. 1. Reg. 1. & Elizabeth Ioãnem baptistam. Luc. 1. Et nota quod Rachel accepit Mandragoras, vt posset concipere: sic iusti omne experimentum faciunt, vt possint concipere bonum & opera parere. 1. Thes. 5. *Omnia probate, quod bonum est tenete.* Et in Rebeccæ vxoris Isaac vtero gemini collidebantur, Ge. 25. Quia in anima iusti bona & mala desideria pugnãt, sed bona vincunt & emittunt mala extra, & tenent & supplantãt ea sicut Iacob emisit Esau & tenebat eum p plantã propter quod vocatum est nomen eius Iacob, id est, supplãtator. Nono, Quædã sunt steriles quæ nec concipere possunt nec parere, sunt omnes non baptizati, qui à natura trahunt peccatum, propter q; non possunt bene operari, nisi illud p baptismum remoueatur, & ideo in peccatis nascuntur & in peccatis moriuntur. Ioan. 9 *In peccatis natus est totus.*

Eleazar interfecit elephantem, sub eo mortuus.

Peccatores propter vitia quomodo trãsformata.

In anima iusti bona & mala desideria pugnant.

Alia moralitas secundum Greg. Mulier ista est anima iusti *quæ timet valde propter.* 4. Primo, recolendo vbi fuit scil. in peccato. Secundo, vbi est, quia inter pessimos inimicos. Tertio, Vbi erit, sc. in iudicio coram Deo. Quarto, Vbi non est scil. in ciuitate cælesti, sed hæc suo loco.

Sunt & varij partus, prout est parturientes: Primus est honoris & signat mundi promotionem, quia prælatus & Ecclesia tunc pariunt, quando de vtero claustri sui aliquem exterius ad aliquem statum promouent & emittunt, Is. 66. *Parturiuit in Sion filios suos.* Et iste partus quandoque est bonus, quando boni Prælati exaltant, pariunt & promouent bonos subditos. Animalia enim non pariunt nisi similia. Secundus partus Valoris, significat bonorum operum productionem. Sicut arbores pariunt fructus, sic homo opus suum. Tertius, Pudoris, signat Dei filij incarnationem, quia sicut hyena dicitur parere sine masculo, sic istum peperit sine viro virgo. Isa. 7. Quartus, Partus horroris significat malorum actuum exercitationem. Nam sicut serpentes & alia animalia venenosa pariunt fœtus venenosos, sic vitiosi homines faciunt actus vitiosos. Psalm. *Ecce parturit iniustitiam* Quintus, Partus laboris: signat æternam damnationem. Mundus enim est mater omnium reproborum, istos de ventre suæ prosperitatis parturit, quando per mortem in infernum eijcit. Sextus, Partus mœroris signat cordis compunctionem, vel oris confessionem, quia per confessionem vitia parturiuntur, & mali fœtus, quos in corde nostro diabolus generat, exterius emittuntur Rom. 8. Omnis creatura ingemiscit & parturit vsque adhuc. Iste autem debet fieri cum contritionis dolore, Ezech. 30. *Quasi parturiens dolebit.* Cũm mœrore compunctionis, Ier. 48. *Cor fortium Moab quasi cor mulieris parturiens.* Cum conturbationis timore, Deut. 2. *Audito nomine tuo paueant & more parturientium contremiscant.* Septimus, Partus clamoris signat doctrinam & prædicationem, de quo supra.

Mundus mater omnium reproborũ.

Præter hæc aduerte, quia dicitur gaudium mulieris esse. *Quia natus est homo.* Nasci quidem per se est exile gaudium, Sic est natiuitas naturalis. Nam est miserabilis. Iob. 5. *Homo nascitur ad laborem, & auis ad volatum.* Nam sicut videmus q sol ab ortu vsque ad occasum non cessat currere, fluuius de fonte ex quo nascitur, vsque quo absorbeatur à mari non cessat fluere, arbor ex quo de terra nascitur, ventis & turbinibus solet exponi, flatibus, frigoribus & caloribus arceri, & quousque de terra tollatur, non cessat aëris passionibus subiacere. Sic est de homine, qui semper expositus est miserijs & laboribus. Ista natiuitas habet 4. annexa, carnis debilitatem. *Homo natus est de muliere.* Vitæ labilitatem. *Breui viuens tempore.* Pœnæ flebilitatem. *Repletur multis miserijs.* Mortis necessitatem. *Qui quasi flos.* Fragilis, sicut mulier: homo ab humo, vilis sicut humus: debilis sicut humor. Deinde nascitur ad vitæ labilitatem? quia breui tempore. Sap. 5. *Vt nati sumus continuo desinimus esse.* Eccl. 44. dic. de malis, quod *perierunt quasi qui non fuerunt: & nati sunt, quasi non nati.* Et, *Omnis potentatus breuis vita.* Tertio, ad mundi pœnas & fletus. Repletur multis miserijs. Bern. in quodam sermone. *In sordibus, inquit, generamur, in tenebris confouemur, in doloribus parturimur, Nam ante exitum matres oneramus, in exitu matres vt vipera laceramus, post exitum statim nostram miseriã deploramus.* Quarto, Ad mortis necessitatem & amaritudinem. Sicut enim in Syllogismo maior & minor ordinatur ad conclusionem, ita quod maior vel minor non proponitur nisi vt conclusio subsequatur: Sic natiuitas est sicut maior, vita sicut minor, conclusio mors est, quæ necessario ex duabus præmissis concluditur. Quasi flos egreditur, & conteritur, & fugit velut vmbra. Quibus ergo contingit nasci,

Humana vita attributa.

zettar

rrstat mori. Mors etiam dicitur terra natiuitatis nostræ, eo quod natiuitas nostra ad mortẽ finaliter ordinatur. Est alia natiuitas superna, q̃ est Christi, vel Virginis gloriosæ. Planta enim aliquando sine semine solet nasci ex virtute cælesti à supernis influente, & ex terra humorem & materiam ministrante: sic verè Christus sine humano semine fuit natus. Nam Spiritus sanctus à supernis influxit. Terra verò, id est, beatissima Virgo materiã ministrauit, Mat. 1. *Quod in ea natũ est, de Spiritu sancto est.* Est alia natiuitas spiritualis quæ est cõmendabilis, & virtuosa qñ de nouo quis acquirit aliquem bonum statum, siue statum gratiæ & perfectionis siue statũ pœnitentiæ, & religionis, siue statum cælestis gloriæ, & saluationis. Quædam arbores nascuntur ex solius aquæ infusione: sic isti sunt qui in Baptismo in gratia generãtur. Quędam ex boni seminis appositione: sic hi qui p verbi Dei semen ad statum gratiæ conuertuntur. Ps. *Annunciabitur generatio ventura, populo qui nascitur quem* &c. Quædam per translationem, sunt illi qui per pœnitentiam de mundo vel peccato tolluntur, & in religionem, vel in statum gratiæ collocantur. Vnde de Enoch qui fuit trãslatus in Paradisum terrestrẽ, dicitur Eccl. 49. *Nemo natus est in terra, qualis est Enoch, ipse enim receptus est à terra.* Quædam per boni rami insertiõnem. Et isti sunt qui per bonorum societatẽ boni efficiuntur. Io. 1. *Qui nõ ex sanguinibus.* Et illi dicuntur spiritualiter ex Deo nati: qui sunt iustitiæ sectatores. 1. Ioa. 2. *Qui facit iustitiam ex Deo est.* Nequitiæ contemptores 1. Ioa. 3. *Qui natus est ex Deo non peccat.* Concordię dilectores. 1. Ioa. 4. *Omnis qui diligit fratrem suum, ex Deo natus est.* Constantiæ professores. 1. Ioan. 5. *Omne quod natum est ex Deo, vincit mundum.* Et hæc est quæ facit matrem lætam tam propriam quam Ecclesiã. Est Natiuitas æterna, & illa est plena gaudio, quãdo homo cælo nascitur, non meminit pressuræ vt hodie dicitur. Et Luc. 1. *In natiuitate eius multi gaudebunt.* Est Natiuitas temporalis & delitiosa, sc. promotio gloriæ temporalis, vt qui ei ãt ante nullius nominis, iam quasi nascantur ad dignitates promoti. Et tales sic nati plerunq; solent carere scientię veritate. Mundus enim est sicut canis qui suos filius parit cæcos, quia plerunq; etiam promouentur ignorantes & cæci. Ioa. 9. dicitur, *Quod præteriens Iesus vidit hominem cæcũ à natiuitate:* vnde ibidem dicitur. *Hic est Filius vester de quo dicitis, quia cæcus natus est:* Tales non sunt durantes in sua gloria. Vnde de hedera Ionæ dicitur, Ion. 4. quod sub vna nocte nata est, & sub vna perijt, sic est de semine, Lu. 8. *Quod natum exaruit,* Tales sunt immundi, & petulantes, Ezec. 16. *In die qua nata es, nõ est præcisus vmbilicus tuus.* Tales iniusti, & male viuentes. Qui autẽ à sole iustitię Christo in Ecclesia nascuntur, & ibidẽ diuinitus introducuntur, rectè & iustè viuere comprobantur, & ijdem filij solis iustitiæ Christi appellari merentur, Ioan. 1. *Dedit illis potestatem filios,* &c. Reliqui non item, Deut. 23 *Non ingredietur de scorto natus Ecclesiam Dei* Est natiuitas vitiosa, & criminalis quando quis nascitur peccato, & moritur gratię & virtuti. De peccatoribus dicitur, 1. Reg. 5. *Nati sunt mures & facta est confusio mortis.* Vltimo, est natiuitas Infernalis, qua damnati in inferno nascuntur. Psalm. *Fiant nati eius in interitum* Et Ecclef. 41. *Væ vobis viri impij, quia si nati fueritis, in maledictione nascemini.* Ex his igitur videre est, de quib. gaudium est, & quæ natiuitas inducit lætitiam.

Spiritualis natiuitas commendabilis.

Natiuitas temporalis.

Natiuitas vitiosa.

Similiter de homine dici potest, Quale gaudium est de nato, & quidẽ homine, Ps. *Veruntamen vniuersa vanitas omnis homo viuẽs* Et Ps. 8. *Domine quid est homo, quod memor es eius?* Illius verò dignitas subditur d. *Omnia subiecisti sub pedibus eius.* Itaq; primo per hominem intelligitur vir nobilis & virtuosus. Quia sicut homo est animal naturaliter perfectissimũ, sic debet esse spiritualiter sanctissimum & virtuosissimum. In multis autem natura humana est priuilegiata. Quia sicut dicunt Plin. & Solin. Caput hominis crinibus tegitur, status hominis sursum erigitur, occisor hominis sanguine proditur, gladius occidens à recto flectitur, figura hominis in rebus pingitur, potestas hominis à feris percipitur, virtuti hominis fulmine parcitur, & sexus hominis aquis distinguitur, naturæ hominis verbum coniungitur, & hominis dignitas cunctis pręficitur. Aqua distinguit quia si vir & mulier submerguntur, masculus supinus, mulier prona fluctuabit. Homo autem debet esse virtutibus omnibus præditus, & maximè ijs quæ ad salutem spectare videntur, & ita dicetur homo. Si gauderis hominem natum non bestiam, gaudere etiam quod taliter educetur, instruatur virtute & moribus, non sit piger, sicut asinus, crudelis sicut leo, vorax sicut lupus. Et si magnos dolores, habet mater pariens, vt ille non postea neglectis etiam his doloribus tandem post sua flagitia in manus carnificis & ad varia genera suppliciorum, vel etiam vltimo ad diabolum deueniat. Ecce qualis labor, dolor, gaudium post partum, sed eheu, quanta miseria, quanta lamentatio, quanta vltimo perditio.

Humana natura priuilegia.

Mas & fœmina submersi aquis ille supinus,

hæc prona fluctuat.

Et vos igitur nunc quidem tristitiam habetis. Iterum autem videbo vos, & gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrum nemo tollet à vobis.] In quo excedit gaudium mulieris. Quia quãuis puer natus diutius viuat, quam tempus partus & doloris durauerit, moritur tandem: At ego resurgam iam amplius non moriturus, nec amplius dolebitis de mea morte, sed semp gaudebitis de vita. Gaudium illud verum esse per quinque mõstratur. Primo erit perfectum & completum. Erit enim geminatum sc. animæ & corporis. Isa. 61. *In terra sua duplicia possidebunt.* Et hoc est quod dicit, Apo. 6. *Datæ sunt illis singulæ stolæ albæ, & dictum est illis vt requiescerent tempus adhuc modicũ.* Et tũ vt dic. Gregorius singuli accipient stolas binas. Gaudium verò mundi est solum gaudium corporis, Lu. 12. *Anima mea,* id est, vita mea, *habes multa bona reposita in annos plurimos: requiesce. com. bibe epulare.* Secundo, Erit gaudium de visione creatoris. Io. 18. *Hæc est vita æterna vt cognosc te.* In quo omnia cognoscemus. Io. 10. *Cognosco oues meas, & cognoscunt me meæ,* & hoc est quod d. *Videbo vos.* Gaudium vero mundi est de visione & vsu creaturarũ, Sed illud erit de visione & fruitione Dei quę in infinitum excedit. Is. 64 *Oculus non vidit, Deus, absq; te, quæ præparasti expect. te.* Tertio, Quia erit gaudium intrinsecum, cordis sc. Is. 66. *Tunc videbis & afflues, & mirabetur, & dilatabitur cor tuum.* Gaudium verò mundi non est intrinsecum, sed extrinsecum, quia non gaudet de virtutibus, & gratia Dei quę sunt in anima, sed de applicatione sensuũ ad obiecta, sicut de applicatione gustus ad comestibile & tactus ad tangibile. Lætatur etiam mundus de peccatis quę sunt contra naturã & extra naturã hominis secundum illud Apost. 1. Cor. 6. *Omne peccatum quodcunque fecerit homo, extra corpus est.* Prou. 2. *Lætatur cum male fecerint.* Quarto, Quod erit proprium nostrum gaudium: Et hoc est q. dic. *Gaudium vestrum.* Gaudium mundi non est nostrum, quia non est de his quæ in nobis & nostra sunt, sed est gaudium rerũ mundi, id est, de bonis quæ sunt in rebus, quæ bona sunt rerum, & non nostra, Quia lux & pulchritudo gemmarum nõ est deferentium, sed est ipsarum gemmarum. Quinto, Illud erit perpetuum, nec potest auferri. Isa. 51. *Lætitia sempiterna erit super capita eorum: gaudium & lætitiam obtinebunt.* Gaudium verò mundi non est perpetuum imo cito transit, & mille modis potest auferri, & frequenter aufertur. 1. Ioann. 2. *Transit mundus, & conc. eius.*

Gaudium de visione Christi in Discipulis verum.

Gaudium mundi minimè perpetuum.

O ergo vos Auditores, vos mortales, & tamen qui aliqñ speratis redemptionem & salutem ęternam: vos inquã moneo, vt Christus monet, nolite tã cito passionibus, tormentis, afflictionibus & morte etiam si opus fuerit à Christo auelli. Considerate quæso si saluator omnia ista etiam grauissima tormenta, flagella, spinas, sputa, verbera, clauos, lãceam, reges terræ & populi qui astiterunt, qui iudicarunt, qui illuserunt, qui crucifixerunt mortem, si mortem, si crucẽ, si hæc & omnia alia Modicum reputauit, quid nos miseri volumus statim queri de modica infirmitate, persecutione, tribulatione & quib. nominibus appellari possunt? Certè respectu passionis Christi per omnia, hæc quæ nos patimur, modica sunt, minima sunt, imo nulla sunt. Et si hoc in capite factum est, quare in nobis mẽbris ista fieri detrectabimus? *Non sunt etiam condignæ passiones ad futuram gloriam quæ inquirimus* Modicum si sustinueritis videbitis Christum adiutorem & remuneratorem. Modicum si non sustinueritis, non videbitis Christum. Modicũ si non peccaueritis, Christum videbitis, si peccaueritis non videbitis. Nonne stultus esset mercator, qui propter pigritiam suam & breue cõmodum sui corporis negligeret forum trium hebdomadarum, quod esset à patre regis proclamatum, in quo posset lucrari bonum multorum annorum? Certè rex cæli Christus Iesus tẽpus vitæ nostrę instituit, quasi quasdã nundinas, in quibus laboribus nostris & bonis operibus mereri debemus,

Humana vita quasi nundinæ quædam.

æterna

æterna bona, & imo haustu etiam frigidæ aquę regnum cęlorum, sicut fecerunt Sancti qui tradiderunt corpora sua propter Deum ad supplicia, & quasi prudentes negotiatores pellem corporis corruptibilem pro pelle incorruptibili, & gloriosâ, & omnia quæ habuerunt, pro anima sua dare non dubitarunt. Quia labore quies, ignominiâ gloria, morte vita æterna comparatur. Ipse etiam petit à nobis vt res nostras quas ab eo gratis accepimus, iterum ei ad vsuram centuplum commodare velimus. Eia ergo, offeramus illi cor nostrum, corpus nostrum, facultates nostras cum Iob & omnia, clamemus libere cum Augustino, *hic vre, hic seca dummodo in futuro parcas.* Et ipsa veritas quæ mentiri non potest, pati nos modicum patiente, quia adiuuabit, quia consolabitur, & magnum erit illud quo Deum & omnia lucrabimur in æternum.

Laus Deo, & Beatissimæ Mariæ Virgini, & omnibus Sanctis.

FERIA QVARTA POST DOMINICAM TERTIAM PASCHÆ.

Facta est autem quæstio ex discipulis Ioannis cum Iudæis, de purificatione, Ioann. 3.

[illegible]

PRoprium & quasi innatum est nobis Auditores, vt si quem intensè diligimus, eius artificium, beneficium & opera supra modum extollimus & promouemus: aliorum vero, erga quos non est tantus amoris affectus, opera licet sint paria, licet sint maiora, vel paruifacimus, impedimus, despicimus. Hoc in quotidiano vsu euenit, & nemo vestrum est, qui nesciat. Hoc ipsum autem hodiernum Euangelium satis apertè contestatur. Discipuli enim Ioannis nō tam zelo virtutis, quàm ambitione quadam Magistri gloriam & simul suam quærentes dum vident plures Iudæos ad Christi quā ad Ioannis Baptismum concurrere, & præferri baptismum eius baptismo Magistri, cum Iudęis contendunt & quęstio orta est inter Iudæos à Christo baptizatos, & Ioannis discipulos de purificatione, hoc est, baptismo. Discipuli enim Ioannis baptismum illius nobiliorem Baptismo Christi & illum, non hunc suscipiendum esse contendebant, Iudæi verò contrarium defendebant. Occasionem huius contentionis significat Euangelista, Cum enim Ioannes cessisset loco celebriori, & ad Christi baptismum plures viderentur conuerti, ecce ibi statim exorta est contentio. Solent aliquando & hæ inter spirituales homines oriri contentiones, & misceri sacra prophanis, quæ valde periculosæ sunt, eoq; magis quo zelo virtutis occultari possunt facilius: quales etiam postea inter baptizatos à Christo non propter Baptismum, quia vnus erat: sed propter ministros Baptizantes obortas lites acriter reprehendit Paulus 1. Co. 3. per totum. Hoc Euangelium licet cum duobus Euangelijs iam declaratis in multis concurrat, tamen hodie ipsum legitur, quia multum confirmat præteritæ Dominicæ Euangelium, quia & discipuli dicebant. *Nescimus quid loquatur.* erant illi adhuc terreni. Confirmat authoritatem Christi testimoniū Ioannis: vt eundem qui baptizatus est, mortuum pro nobis & resurrexisse, & ascendisse in cælum, credamus. Confirmat hoc modo Ecclesia sicut & illū credendum, si iram Dei nolumus, & quæ alia præclara tractat

Inter spirituales homines aliquando contentiones.

EVANGELIVM.

F*Acta est quæstio ex discipulis Ioannis cum Iudæis, de purificatione.*] Permittit Deus mala, vt bona eueniant, Ex hac enim contentione duo bona consecuta sunt: alterum quod Iudæi confirmati sunt magis in Christi Baptismo, Quod enim oppugnantibus alijs defenditur, constantius tenetur: alterum, quia hac occasione egregium & insigne de Christo tulit Ioannes testimonium, quo & discipuli eius & omnes alij Christo magis adhæserunt, & veritas manifestata est. Vnde rectè Cyrillus l. 2. c. 59. dic. *Hanc contentionem diuina dispensatione factam contenderim: hinc enim excitatus ad longum & exquisitum de Christo sermonem Baptista, quanta sit inter Baptismum, & Baptismum differentia, planè ostendit, & cuius effectus sit maior aut potior.*

Deus mala permittit, vt bona eueniant.

Solent hæretici nostri temporis semper quando conueniunt de rebus Religionis, non quidem Zelo religionis & fidei veræ indagandæ, aut profitendæ, sed vt deprimant Catholicam fidem, aut Catholicos, aut illos si possunt simpliciores capiant. *Mentitur tamen iniquitas sibi.* Vel enim confunduntur, vel ab vno ad alterum punctum vel articulum fidei transcurrunt & elabuntur.

Et venerunt ad Ioannem & dixerunt ei. Rabbi. *Qui erat tecum trans Iordanem, cui tu testimonium perhibuisti, ecce hic baptizat, & omnes veniunt ad eum.*] Non est dubium quin discipuli Ioannis Baptistæ ad ipsum redierint, postquam contra Iudæos præualere non potuerint. Existimabant enim quod Christus baptizaret, & plures ad eum concurrerent, ægrè laturum Magistrum facturumque, aut dicturum aliquid, quo suam opinionem fortius tueri possent. Nota hic huius sæculi mores, quando per seipsos homines contentiosi nihil possunt, per male narrata informant superiores, & accendunt, vt eorum partes defendant, aut ex altera parte, vt aliquid ab illis capiant sermonis, quo reliquos illaqueent & innodent, exinde magna pericula & multa mala solēt prorumpere. Non solum autem discipuli hoc in loco nihil cōsecuti sunt, Sed contrarium potius eis euenit. Nam Magister Iudæos defendit, & contra discipulos tulit sententiam. Reuera autem quamuis sententia desiderio & opinioni eorum tunc fuerit contraria, eorum tamen saluti fuit valde conueniens. Nam fidei veritatem ignorantibus manifestauit, & quod iustum erat, iniquam causam habentibus ostendit, cuius testimonium tanto certius & credibilius erat, quanto causa hæc magis ad ipsum spectabat. De suo enim Baptismo erat contentio, & in causa propria contra se humiliter quidem, sed verè iudicant. Verba præterea discipulorum ad Ioannem indignationis & irritationis plena sunt. Primo, *Rabbi,* Magistrum vocant, vt eum hoc nomine ad ipsos tuendos & defendendos inducant. Est enim Magistri discipulorum doctrinam & affectiones protegere tanquam proprias. Secundo, *Qui erat tecum.* Deprimere nituntur ipso verbo Christum: non dicunt Christum, aut saltem, quem tu Christum vocas: quia contra se tunc facere visi essent, nec dicunt, quem baptizasti, vt rectè Chrys. hom. 26. notat, ne in memoriam, Patris vocem de cęlo lapsam reducant Sed qui tecum trans Iordanem quasi vnus ex alijs, quos baptizasti. Tertio, *Cui tu testimonium perhibuisti,* quasi dicerent, quem tu beneficiis affecisti, & honore prosecutus es, vt hoc verbo ad iram velut in ingratum impellant. Quarto, *Ecce hic baptizat,* cum reuera non ipse, sed discipuli, ipsius nomine baptizarent, sed vt irritent animum eius dicunt, *Ecce hic baptizat* Quinto, Augent rem vt magis commoueant. *Omnes veniunt ad eum,* quasi dicant, te derelinquunt, & ad eum conuertuntur, tua res agitur, tuo honori consulimus. Nec hoc verum erat. Non enim omnes veniebant ad Christum, cum ad Ioannem multos venisse narratum sit. Isti nolentes, confitentur Christi Baptismum ab omnibus præferri & sunt præcones veritatis, quamuis non eo animo id faciant; sed vt potius sese veritati opponant. Et hæc morales doctrinas aduertenti facilè subministrant. De Baptismo autem Ioannis & Christi in Aduentu tractatum fuit.

Peruersi hominum nostro sæculo mores.

Verba discipulorum ad Ioannem indignationis plena.

Respondit Ioannes & dixit. non potest homo accipere quicquam, nisi fuerit ei datum de cælo.] Volebant discipuli Ioannē Christo præ-

sto præsente & ad id etiam Ioannem inducere, ideo respondet id nulla ratione fieri debere aut posse, Nemo enim potest sibi maiorem præstantiam & authoritatem accipere, quam sit ei è cælo, hoc est à Deo, concessa. His verbis vanos discipulorum conatus reprimit, affirmans se cælestem mensuram nec velle nec posse excedere: Et attende non loqui eum de hominum conatibus & vanis affectibus. Possunt.n. conari concessam mensuram excedere, & iam multi nomen Christi vsurpauerant, multi prophetarum officiũ sibi vendicauerant, cum non essent tamen in rei veritate, nec tales fuerunt, nec quod attentarunt, consecuti sunt. Simile quid docuit Paulus Rom. 12. *Sapere ad sobrietatem, & vnicuique sicut Deus diuisit mensuram fidei.* Simile quid etiam Dominus respondit Pilato, Ioann. 19. *Potestatem non haberet aduersum me vllam, nisi tibi datum esset desuper.* Quod vellem hæretici intelligerent & laici tam maiores quam minores, vt intra terminos suos manerent, nec in mirabilibus supra se ambularent, sed quod cuique à Deo datum & concessum est exequeremur, neque laici spiritualibus præscriberent, sed illi ab his discerent quæ salutis, quæ fidei, quæ animæ sunt. Præterea optandum esset, vt quisquis suo muneri rectè & ad amussim satisfaceret, sunt quidem qui se in magna officia ingerunt, sed quem effectum præbeant, nemini obscurum est. Deberent ergo expectare vocationem vt Aaron, & non fierent tot confusiones, tot animarum perditiones. Et si corpus & animam à Deo accepimus, cur negamus sensus ab eo non dari? Et si sacra scriptura à Deo est, intellectus illius, à Deo non erit? Quid ergo deliratis impij, qui vobis tã facilem intellectum scripturarum somniatis, & coram alijs blateratis? cum ipsi inter vos quasi in omnibus articulis dissentiatis, siquæ vobis facultates aut talenta à Deo data nolite mensuram excedere, aut talentis, aut facultatib. abuti, nolite etiam negare si vobis sunt, sed subministrare pro Deo, ne Deus habeat occasionem illa auferendi, aut de ijs à vobis pœnam sumendi, sed ea bene collata remunerandi.

Nullius maior authoritas, quam sibi diuinitus concessa.

Si sacra scriptura à Deo est, etiam intellectus eius à Deo est.

Ipsi vos mihi testimonium perhibetis: quod dixerim, Non sum ego Christus, sed quia missus sum ante illum.] Ecce quomodo falsitas ex veritate confunditur, & mali homines in mendacijs deprehenduntur, vt ipsi tandem contra se veritatem dicere & testimonium rei malè informari perhibere cogantur: quod hæreticis sæpissimè euenit, dum ea patribus contra Ecclesiam Catholicam, Romanam, testimonia proferunt, & falsitatis conuincuntur, vel de articulis fidei Ecclesiam Catholicam aliter sentire, quam par sit. Hoc etiam practicatur in curijs & aulis principum, vt alter alterum apud Principem male deferat, sicut Ioseph olim, & Susanna, ibi tamen fuit res cognita, in aulis vero raro aut nunquam cognoscitur, nec probitas remuneratur. Exponit hic Ioannes mensuram sibi de cælo datam, & hanc ex verbis ipsorum discipulorum: Nam ipsi dixerunt, *cui tu testimonium perhibuisti.* Assumit hoc eorum verbum dic. *Vos ipsi mihi testes estis, & confirmatis me dixisse. Non sum ego Christus, sed eius præcursor & qui missus sum, vt præirem.* quasi dicat. Mensura mihi data est, scilicet, præcursoris officium. *Ego autem Christus non sum:* hanc mensuram non possum excedere, nec Christo me anteponere aut æquare. Discipuli testimonium allegarunt sed quid & quale esset, quia contra eorum intentionem erat, non expresserunt. At Ioannes suis verbis eos conuincit, *Vos,* inquit, *dicita me testimonium perhibuisse.* Testimonium autem hoc est, quod bene recordor, in quo mensuram meam aperui & Christum ostendi. Tacite discipulos arguit, quasi dicat. Iam ex me audieratis illum esse Christum, & me esse duntaxat illius præcursorem, me seruum: illum Dominum. Non igitur erat cur turbaremini, Si Baptizantẽ & ab omnibus mihi prælatum vidistis. Reprehendit iterum eos tacitè, quod se tentarent, vt aliquid diceret aut faceret his contrarium, quę testificatus erat, & ipsi nouerant, quasi dicat, cum vos ipsi sciretis, quod ego iam de Christo testatus sim, non erat cur ad me veniretis, sperantes contrarium aliquid dicturum.

Aulicorũ mutua detractiones circa nomina apud principes.

Ioannes Baptista reprehendit se tentatum venientes.

At Lutherus non erubuit se magnis prophetarum titulis efferre, vt & reliqui hæretici solent facere, & adeo suam doctrinam certam reddere, quod si Angelus è cælo veniret & aliud doceret, illi non esset credendum, quam tamen à diabolo ex disputatione se habuisse ipse scribit, prout alias etiam in antiquis hæresibus fundatur. Sed mirum quod sibi altiorem titulum non imposuerit, eo q. sponsam Christi ex Gynæcæo suo, id est, monasterio abbatissam in putatiuã vxurẽ acceperit, cum & moniales sint sorores & filiæ Christi, nisi timuerit quòd argueretur incestus, & raptus & sacrilegij, & quod contra voluntatem Christi hæc fecerit & sponsam sibi suam eripuerit, & ante copulam sacerdotalẽ copulam carnalem admiserit. O impudens & impia malitia. Et ille tamen tam sceleratus, Mahometo nequior debet esse Apostolus & reformator Germaniæ: Non fecit quod sequitur. *Qui habet sponsam sponsus est*, quia Christus erat spõsus, & habebat illam omni iure, sicut & Ecclesiam quam ipse prostituit: nec est amicus sponsi, per hoc, quia non propter vocem sponsi, sed propter carnis voluptatem quæ durat ad breue tempus, gauisus est.

Lutherus Mahometo nequior, pseudoapostolus Germaniæ.

Lutheri mauit præsumptio.

Qui habet sponsam sponsus est, amicus autem sponsi, qui stat & audit eum gaudio gaudet propter vocem sponsi] Vtitur Ioannes similitudine corporalium rerum ad comprobandam suam intentionem. Sponsus & amicus sponsi non sunt æqualis conditionis: ad sponsum spõsa pertinet, Amici autem munus est, honoris gratia in sponsalitijs sponsum comitari, ipsum cum sponsa colloquentem audire, & in hoc gaudere, non autem sponsam sibi appetere. Per hæc significat Christum sponsum esse Ecclesiæ se autem amicum Christi non sponsum. Non ergo ægrè ferre debebat, neque iniustum aliquid existimare, quod plures ad Christum venirent. Hoc enim erat sponsam suo sponso copulari, neque ei inuidere oportebat: Nam id est sibi velle spõsam vsurpare: imo gaudendum erat, quod Ecclesia quę sponsa est, suo sponso vniretur. Ad Ioannem pertinebat Christo sponso astare ministrando, testimonium perhibendo, eum cum sponsa Ecclesia iam colloquentem & docentem audire, & in hoc gaudere. Ambr. l. de benedic. Patriarch. c. 4. hanc vocem sponsi, nuptialem vocem interpretatur qua nuptię celebrantur. Sed hæc priori Septimana magis sunt explicata.

Sponsi vox, nuptialis vox.

Hoc ergo gaudium meum impletum est.] Infert mutua hæc verba partim ex similitudine posita, partim ex verbis discipulorum. Ex similitudine quidem cum sponsus non sit Ioannes, sed amicus sponsi, sequitur ipsius esse tantum adstare, & vocem audire sponsi & in eo gaudere. Ex discipulorum autem verbis, quia ipsi retulerunt Christum iam baptizare, omnes ad eum venire, quod idem est, ac Christum iam sponsam Ecclesiam conuocare, cum ea colloqui, ipsi vniri. Hoc ergo audiens Ioannes, quia iam ipsi astiterat ipsum ostendendo eique præcursoris officium ministrando, infert. *Hoc ergo gaudium impletum* est q. d. Ad me vt ad amicum pertinet audire vocem sponsi, ei astare & de voce eius ad sponsam suam gaudere. Iam astiti, de ipso testimonium perhibendo. Vos autem mihi retulistis, ipsum baptizare, ad ipsum omnes venire hæc iam vox eius est, qua suam sponsam alloquitur: hoc vnicum supererat, quod expectabam, & quod ipsius est, non meum, qui non sum sponsus, sed eius amicus. *Gaudium ergo meum completum est,* id est, completa sunt omnia ea, de quibus gaudere ad me spectat. Tantum igitur abest, vt ægrè feram ea, quæ refertis, vt hæc sint, de quibus me conuenit gaudere. Vocem sponsi audiuerat etiam Ioannes; Nam & miracula & prædicationem Christi ex relatione aliorum, etiam ante quam in carcerem coniectus esset, cognouit, vnde merito impletum gaudium suum dicit. His verbis insinuat Ioannes suum officium iam iam cessare, & imminere tempus dandi locum Christo, eique cedendi, vt notat Chrysost. homil. 28. Et obserua quod duplicia sunt à Dei filio celebrata sponsalia. Priora cum natura humana, quam in vnitatem personæ assumpsit, vt persona Verbi sponsus, natura humana sponsa dicatur, quæ ipsi vnita Verbo est inseparabiliter. Hanc diuinam vnionem nuptias vocant Greg. hom. 38. Euang. Intercessit autem quidam paranymphus in his sponsalitijs, Angelus Gabriel ad B. Virg. in hoc negotio missus. Has nuptias Euangelista iam nobis celebratas aperuit dic. *Verbum caro factum est.* Posteriora sponsalia sunt quæ Christus Deus, & homo cum Ecclesia iniuit, eam in tantam euehendo dignitatem, vt sponsa sibi esset. Harum nuptiarum Paulus Ephes. quinto, meminit, non solum celebratas iam, sed etiam à

Duplicia in Christo celebrata sponsalia.

mundi

mundi principio prænuntiatas docens. *Propter hoc, inquit, relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna. Sacramentum hoc magnum: ego autem dico in Christo & Ecclesia.* Est autem magna quædam analogia ad nuptias, & sponsalia, corporalia & terrena. Nam in his vnio corporum & animorum fit: Ecclesia autem ita vnitur Christo, vt vnum corpus mysticum eum eo faciat, & simus vnusquisq; membrum de membro, vt docet Paulus. 1. Co. 12. Est etiam magnum ligamen animorum, & spirituale fidei & charitatis vinculum. In his rursus fidelitas sponsi & sponsæ magna est. Neq; enim Christus Ecclesiam, neq; Ecclesia Christum vnquam deseret. Est rursus proles numerosissima, quia innumeras gentes Ecclesia peperit Christo. Præterea est conuiuium, quod in nuptijs fieri solet; tantumq; est in his sponsalitijs, vt Christus ipse sit cibus, & sanguis eius sit potus.

Duplex Chrys. in hoc loco doctrina.

Duo docuit Chrys. hom. 23. in hunc locum. Vnum, in hoc sæculo tempus esse desponsationis; Nondum. n. est omni ex parte vnio perfecta, qualis erit in futuro sæculo, quod Dñs illa parabola decem virginum, Mat. 25. significauit: *Exierũt omnes obuiam sponso & sponsa, sed quæ paratæ erant, intrauerunt ad nuptias,* nempe alterius sæculi, *& clausa est ianua.* Propterea nunc iam vir, quàm sponsus Ecclesiæ dicitur Christus. Alterum, longè aliter in hisce nuptijs euenire, quàm in terrenis fieri soleat: Nam in terrenis ante futurarum nuptiarũ stipulationem virginitas est, post verò nõ manet: At in spõsione cum Christo contrarium fit; Nam antequàm anima Christo despõdeatur, corrupta est: At Christo copulata, virginitatem spiritus cõsequitur. Fuit autem hæc sponsio Christi cum Ecclesia multo ante prædicta per Prophetas. Oseæ 2. *Sponsabo te mihi in fide & iustitia.* Et Salomonis Cãtica plena sunt harum nuptiarum promissionis vaticinijs. De hac loquitur Io. Baptista, & rectè quidem, quia ipse Paranymphus quidam fuit sponsum indicans sponsæ.

Ioannis Baptistæ de se & Christo sincera est confessio.

Illum oportet crescere, me autem minui. Qui desursum venit, super omnes est.] Alia ratione idipsum persuadet. *Oportet,* inqt, *me minui, & illum crescere,* q. d. Hactenus nomen meum celebrius extitit, hactenus multi me spõsum & Christum existimârunt, sed iam tẽpus est, vt veritas discernatur, vt ego cadam à nomine & opinione, quã populus falso de me cõcepit. Ille autem ascendat ad nomen quod illi debetur. Rationẽ huius rei hanc reddit. Quia, *qui desursum venit, super omnes est.* Id est. Nõ est mirum, si id ita fiat, quia q desursum venit, id est, Deus est; Qui autẽ Deus & homo est super omnes nos, qui de terra sumus, est. Et cõnexio talis est, q. d. Ex quo meũ gaudium cõpletum est, oportet illũ crescere. Quamdiu. n. nõ loquebatur spõsæ, non prædicabat, non baptizabat, occult[9] erat, & minor videbatur: At postea quã loqui ad spõsam per opera & prædicationẽ incepit, quod quidem ad meum gaudium, vt ad amicũ pertinebat, & quod ego summo desiderio expectabam, crescet nomẽ eius apud omnes, & qui maior visus sum, minor videbor vt veritas postulat. His verbis vt rectè annotat Chrys. hom. 28. cõsolatur discipulos, & eorum animos ad futura disponit: Nam multo celebriorẽ adhuc Christum fore prædicit, in dies nomẽ eius illustrius, suumq; obscurius futurum. Minui & crescere nõ ad Christum, nec ad Ioannem propriè pertinet, sed ratione opinionis aliorum: Vnde rectè d. *Super omnes est,* nõ de futuro, sed de præsenti loquitur, quia semper Christus super oẽs est, etiam quando minor videbatur, q. d. Super omnes cùm sit, iustum est, nomen eius super omnes celebrari. Et de his etiam in Aduentu dictum est.

Qui est de terra, de terra est, & de terra loquitur. Qui de cælo venit, super omnes est, & quod vidit & audiuit, hoc testatur.] Et doctrinam simul & personam Christi, & sibi & omnibus antefert. q. d. Qui principium habet de terra, seu q de terra factus est, de terra est, i. non erigitur, nec in maiorem præstãtiam extollitur, quàm conuenit ijs, qui de terra sunt, & doctrina eius etiam de terra est, i. nõ est altior quàm ea, quæ de terrenis principijs deduci possunt. Nam vnusquisq; ex his q percepit, & sibi sunt cognita, sumit cognitionẽ. At q de cælo venit, i. qui naturæ est superioris & diuinæ, ille super omnes est, sicut cælũ nihil est altius. Sublimior etiam est doctrina ei[9], quia q vidit & audiuit, ea testatur & refert. Cùm igitur de cælo veniat, cælestia quæ vidit & audiuit, narrabit. Duo illa verba priora, etiã si repetitiũ quædam videatur, tñ non eundem sensum efficiunt, sed respondent duobus sequentibus. Qui est de terra, respõdet ei, super o[9]mnes est, vt sit sensus. Qui originem & naturã habet terrenam de terra est, i. nõ confertur nisi terrenis, & inter ea habet suam pstantiã. At qui de cælo venit, i. naturæ diuinæ & cælestis, hic super omnes est, & non inter eos qui de terra sunt, sed inter & super omnes suam habet præstantiã Io. 8. hoc idem Dñs dixit: *Vos de deorsum estis, ego de supernis sum.* Doctrina autem & scientia sequitur naturam, terrenus de terrenis, cælestis & diuinæ naturæ magister de diuinis loquitur. Nam quilibet q sibi cognata sunt cognoscit. Ferè similis est sententiæ verbis superioribus Christi: *Nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo.* His autẽ duobus. Quæ vidit & audiuit, insinuat Christum filium Dei à patre procedentẽ, qui videre dicitur, quia verè suam, quæ Patris est, essentiam videt; Audire autẽ, quia essentiam & scientiam habet à patre; propterea sæpè Christus dicit in sequẽtibus, quę loquitur se audisse à patre. Christus aũt venisse de cælo dicitur, quia diuinæ naturæ est, & carnem sumpsit. Venire. n. est carnem sumere. Nec dicitur, *De cælo est.* Sicut dicitur, homo de terra esse. Sed, *De cælo venit,* ne ex cælorũ substantia intelligatur. Sicut homo ex terra, sed venit de cælo, quia naturæ diuinæ est, quæ cælũ inhabitat. De terra autẽ esse, est naturam habere terrenam & corporeã, qualis est homo, qui terrena loquitur: quia quãuis multa, quæ Dei sunt, proprio intellectu assequatur, terram tñ non excedit, quia ex principijs terrenis tota eius cognitio deducitur, nẽpe ex motu, mutatione & alijs, quæ terræ communia sunt. Nec. n. sermo est de fide & cognitione reuelata, quam homo non habet ex se, nisi edoctus ab eo, qui de cælo venit. Tacitè exhortatur discipulos, vt se ad eum audiendum, qui cælestia vidit & testatur, conuertant.

limior, quã Ioan. Baptista quomodo.

Christi venire, est carnem assumere.

Et testimonium eius nemo accipit.] Quasi dicat, De cælo venit, cælestium est oculatus testis, & tñ nemo accipit eius testimonium, nemo credit ei. Verba hæc paucitatem credentium illius temporis significant. *Nemo,* inquit, *credit.* Credebant quidẽ tunc iam aliqui, tñ collatione eorum, qui tãto testi credere debuerant, nemo dicitur credidisse. Quod aũt aliqui crediderunt, statim manifestat. Vnde Cyril. l. 2. c. 68. *Hic,* inquit, *verbis concutiens quasi caput Baptista, & pedes manibus cædens, incredulitatem hominum magnam admiratur.* Hoc idem dixerat Christus Nicodemo superiùs: *Quod scimus loquimur, & quod vidimus, testamur, & testimonium nostrum non accipitis.* Fuit autẽ prudens Euangelistæ consilium in hoc, quod post ea quæ ipse facta narrauit, aut post eã, quæ Christum dixisse retulit, adiungit Ioannis testimonium, quasi ea confirmãs contra incredulos Iudæos. Quid dicitis hic hæretici, qui vultis plus intelligere & iudicare de scriptura & verbis Domini, quàm ipse dixit aut intellexit, aut dat intelligere? Vosne estis illi, qui cũ Deo cælos condidistis, cum Christo in schola fuistis, aut ipsummet qui nullibi literas didicit, docuistis? O vesania, ô insania, ô impia temeritas & digna damnatione. Sic dum vos corripimus peccatores ex scripturis, nemo testimonium eius accipit, nemo considerat, tñ vltimo in die iudicij velitis, nolitis, debetis illum habere interpretem, testem, iudicem & omnia. Quæ ergò peccatores vestra obstinatio & incredulitas, quæ damnationi est coniunctissima?

Hæretici perstringuntur de falso scriptura intellectu & iudicio.

Qui autem accepit eius testimonium signauit, quia Deus verax est. Quem. n. misit Deus, verba Dei loquitur.] Incredulitatem Iudæorum arguens, & credentium paucitatem verbis præcedentibus admirans, quanti referat ei credidisse nũc docet: *Qui,* inquit, *testimonium accepit, & ei credidit, signauit, quia Deus est verax,* i. ipsa fide, quam habuit velut sigillo quodam suo, Deum veracem esse confirmauit: sicut cùm quis narrat ea, quæ ipse solus vidit. Si quis eius dictis fidem habeat, ipsa credulitas est signum & sigillum quoddam, quia qui credit, confirmat se reputare eum veracem. Si. n. talem non iudicasset, fidẽ eius dictis nõ habuisset. Fides ergo & credulitas audientis velut sigillum est, quo confirmat loquentem esse veracem. Sic qui credidit Christo, ipsa fide Deum veracem confitetur. Adiungit causam. Quia, *Quẽ misit Deus, verba Dei loquitur.* Qui igitur ei credit, nõ meri hominis, sed Dei verbis fidem adhibet. A contrario autẽ si argumentũ deducas,

Fides & credulitas audientis est sigillũ.

Doctrina Christi sub...

crimen incredulorũ comperies, nempe, Qui nõ credit ei, mendacem facit Deum, quia verbis eius non credit. *Nam quem misit Deus, verba Dei loquitur.* Quod Ioãnes Euangelista 1.ep.c.5 exposuit, vbi totus hic locus explicatur. *Qui credit*, inquit, *in filium Dei, habet testimonium Dei in se. Qui non credit filio, mendacem facit eum, quia non credit in testimonium, quod testificatus est de filio suo.* Aduertere tñ oportet, quòd nisi Christ⁹ sufficientissimis testimonijs se à Deo missum, filiumq; Dei esse, & Dei verba loqui ostendisset, quamuis reuera ipse Deus esset qui ei non credidisset, non propterea Deum mendacem fecisset: At eum miraculis & diuinè patratis operibus & scripturarum testimonijs, suam diuinitatẽ probauerit, & se esse filium Dei missum à Deo, doctrinamq; suam Dei esse confirmauerit, rectè sequitur, vt qui ei non credit, Deum mendacem faciat, quia verbis eius, quæ eius fuisse potuit & debuit credere, non habuit fidem.

Cur dictũ Mendacẽ Deum facit.

Attende rursus non esse dictum, *mendacem Deum* existimat aut opinatur, aut dicit, sed *facit*, quia nõ tam assensu quàm opere increduli Iudæi Deũ mendacẽ fecerunt. Quia si vnusquisq; interrogatus fuisset, Tu credis Deum esse mẽdacem? Respondisset. Nullatenus, imò veracẽ credo. Adiunxisset tñ: Sed ego, Christum non esse missum à Deo, nec filium Dei, nec verba eius, Dei esse verba credo. Talia incredulus diceret, qui licet mente Deum veracem crederet, tñ opere ipso mendacem faceret, dum re ipsa verbis eius nõ haberet fidem, q̃ Dei esse verba potuit & debuit intelligere. Propterea dictum est mendacem facere Deũ. Putuisset quidem Ioannes Baptista hoc q́ deductum est, expressè dicere: Nam audierant Iudæi vocem patris de cælo, miracula Christus ediderat, doctrinam suam sparserat, tñ quia adhuc non compleuerat Christus sui testimoniũ perhibere, propterea noluit hoc exprimere; At Ioannes Euãgelista id apertè enunciauit de eo: Qui testimonio eius perfecto non credit affirmans, *mendacem facit Deum, quia non credit*, testimonium q́ testificatus est Deus de filio suo. Contentus est S. Baptista de his, qui crediderunt, affirmare: *Qui credidit Christi verbis; Signauit quia Deus verax est.* Fides.n. credentis sigillum est, confirmans Dei veracitatem, vt hoc etiã argumento discipulos ad credendum Christo inducat. Rationem autem, propter quã, qui credit, signauit Deum esse veracem, eam esse d. *Quia qui missus est à Deo, verba Dei loquitur:* ergò qui ei credit, verbis Dei credit. Quomodo nunc qui missus non est, cui in os verba non sunt posita, qui diuina ignorat, de diuinis & tam certè potest loqui, ac si cũ Paolo saltem, in tertio cœlo fuisset, non dico iã cum Christo in supremo? Pudeat ergò illos omnes, qui se sacræ scripturæ Doctores & peritos fatentur, qui aut nec Iota in illa didicerunt, nec ad vllam illius perfectam cognitionem deuenerũt. Sic Cerdones, sutores, & isti nugigeruli deberẽt puniri grauissimè propter tantam suam temeritatem, & impiam malitiam. Loquuntur enim verba Lutheri, aut sua, aut impiorum, non Dei, quia desursum non acceperunt.

Fides est sigillum credentis.

Non enim ad mensuram dat Deus spiritum.] Causam sui dicti reddit, cur dixerit, *Quem misit Deus*, hoc verbo filiũ Dei intelligens, q.d. Dixi misisse Deum filium, *qui de cælo venit, & super omnes est*, Non.n. dat Deus ad mensuram, nec beneficia limitata impertit hominibus, siquidem filium suum, qui super omnes est, dedit eis spiritum, bona spiritualia significare, quorum author est Spiritus S. Certum est ex Mat. 6. *Quanto*, inquit, *magis pater vester dabit spiritum bonum petentibus se*: Qñ ergò bona tribuit spiritualia, & ad vitam & salutẽ æternam pertinentia, dicitur spiritum dare. Ad mensuram autem Deus dat spiritum, qñ gratiam, fidem, & alia dona hominibus infundit, quæ finita sunt: At quando filium suũ dedit, non ad mensuram dedit. Donum.n. hoc infinitum est, de quo dono sequenti capite dicitur, *Si scires donum Dei.* Et sic est connexio. Dictum est.n. de cælo venisse, & missum esse à Deo, nempe Dei filium. Rectè ergò sequitur: *Quia non ad mensuram Deus dat spiritum.* Sed sicut ipse infinitus, & omnem excedens mensuram est, ita & donum eius infinitum est & absq; mensura. Alijs verbis hanc sententiã docuit Paulus. Eph. 2. *Deus, qui diues est in misericordia propter nimiam charitatem suam, qua dilexit nos, conuiuificauit nos Christo.* Vocat diuitẽ in misericordia, qa dedit filium, vt nos viueremus. Hoc idem est ac non dare ad mensuram spiritum.

Cur dictũ, Quẽ misit Deus.

Deus ad mensuram non dat spiritum.

Obserua hoc Ioannis testimonium verbis Christi ad Nicodemum esse conforme, & propterea Euãgelista, post illã Nicodemi historiam facit huius mentionem. Est autẽ iste loquendi modus Metaphoricus. Dicitur.n. ad mensuram dare, qui velut mensurando finitum aliquid impertit, q́ Deus non fecit, qui ex inexhausto suæ diuinitatis thesauro, infinitum nobis donum liberalissimè largitus est. Potest etiam alia dari explicatio. Dixerat generaliter & sine exceptione: Qui accipit testimonium eius, tacitè indicans verbum Christi commune futurum omnibus Iudæis & gentibus, ideò huius causam exponens inquit, *Non enim dat Deus.* Omnibus enim verbum salutis in Christo est propositum, & pro omnibus saluandis missum est.

Ioannis testimonium conforme verbis Christi ad Nicodemum.

Pater diligit filium, & omnia dedit in manu eius.] Clariùs hoc de mensura explicat. *Pater diligit filium.* q.d. In dilecto filio suo posuit omnium hominum salutem. Perpende quantũ donum & quomodo non ad mensurã dat Deus. Nã filium suum dilectissimum dedit nobis in Saluatorẽ & Redemptorem non vnius aut alterius, sed omnium. Attende dictũ esse, *Pater diligit filium.* Tum vt præstantiam & magnitudinẽ doni magis explicet. Dedit.n. pater filium suum, eumq; sibi dilectissimum: tum vt etiam amore datum esse filium significet, iuxta id q́ Dñs Nicodemo dixit: *Sic Deus dilexit mũdum, vt filium suum vnigenitum daret*, Quo etiam doni excellentia augetur. Mensuram ergò omnem excedunt, tum q́ pater filium dederit, tum q́ filium, quem sine mensura diligit, tum etiam q́ ex dilectione erga nos, demum quod ad omnium generalem salutem. Hæc Phrasis: *Dedit omnia pater in manu* Significat omnium redemptionem & salutem, & quæ ad hæc spectant, in filio, non vt in Deo solùm, sed vt in Deo & homine Christo (vt talis enim Redemptor est) posita esse. Sic dicitur. Io. 13. *Sciens quia omnia dedit ei pater in manus.* & Io. 17. *Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, vt omne quod dedisti ei, det eis vitam æternam.* & Mat. 11. *Omnia tradita sunt mihi a patre meo.*

Dei dona mensuram omnem excedunt.

Qui credit in filium habet vitam æternam. Effectum aduentus Christi, quem illis verbis: *Pater dedit ei omnia in manu*, significauerat, his verbis exponit: Et respondent hæc verba illis Christi, *Vt omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam.* Vt tota sententia hæc. *Pater diligit filium & omnia dedit in manu eius. Qui credit in filium, habet vitam æternã*, consonet illi sententiæ Domini, *Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum daret, vt omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam.*

Circa literam attende, Qui credit in filium, habere dicitur vitam æternam: non quod statim ac credit, vitam æternam habeat: Sed est tempus pro tẽpore, habebit sc. vitam æternam suo tempore, qñ à sæculo recesserit. Aliqui recurrunt ad gratiam, quæ est vita æterna inchoata, sed nõ est id necessarium, nisi dicamus habere vitam æternam, qui per gratiam ius habet ad eam possidendam.

Qui incredulus est filio, non videbit vitam.] Non saluat filius nisi credentes in se: Qui ergò non credit, non videbit vitã. Rectè dicitur, *Non videbit*, Ne si dictum esset, *Non videt*, Spes videndi dari censeretur: at *non videbit*, priuat etiam spe futuri. Vnde Chrys. hom. 30. hoc annotans, *Id*, inquit, *verbũ posuit, Non videbit vitam, vt denotaret perpetuitatem* Quamuis aũt intelligi debeat eadem vita æterna, tamen generalior est sermo, *Non videbit vitam*: Quia nec in hoc sæculo vitam spiritualem gratiæ, nec in futuro, æternam videbit. Est autem Hebraismus, *Videre*, & experiri, & consequi, q́ in bonum & malum aliquando accipitur. In bonum sumitur vitam videre pro eo, quod est frui vita æterna. 1. Pet. 3. *Qui vult vitam & dies videre bonos*, i. frui diebus bonis in malum. Ioan. 8. *Mortem non videbit in æternum.* i. mortem æternam non experietur. Cypr. l. 2. contra Iudæos c. 27. legit eodem modo partem vtramq; sic, *Qui credit in filium, habet vitam æternam, qui dicto audiens non est in filium, non habet vitam.* At Græco lectio est, *Non videbit vitam*, quæ legitima est lectio. Forsan id dictum est, vt magis à vita remoueri incredulum, Ioannes significaret: quia non solùm non habebit, sed nec videbit vitam: plus est habere quàm videre: at nec quod minus est, incredulus assequetur.

Christus non saluat nisi credẽtes in se.

Sed ira Dei manet super eum.] Non tantum incredulus vitam non videbit, sed etiam iudicium damnationis subibit.

Etiam

Incredulus damnatione perpetua obnoxius. Etiam hæc verba, *Incredulus Filio non videbit vitam, sed ira Dei manet super eum*, respondent illis Domini, *Qui non credit, iam iudicatus est.* Vt etiam Chrys. hom. 30. annotat. *Propterea non dicitur, Qui non credit, iram Dei incurrere, quasi ante sub ea non sit, sed manet sub ira & damnatione, sub qua prius erat, quia iam iudicatus est. Christus enim adueniens, homines peccato obnoxios, & iræ filios inuenit. Qui crediderunt, à peccato & ira ad vitam æternam liberati sunt: Non credentes verò manent sub peccato & ira Dei veteri, à quibus non liberantur.* Non ergò solùm vitam non videbunt, sed maneot in suo peccato, & itę Dei subiecti, quia damnationis lege tenentur, & in ea permanent: hoc Paulus. Eph. 2. docuit, *Eramus*, inquit, *natura sicut & cæteri, filij iræ. Deus autem, qui diues est in misericordia, propter nimiam charitatem suam, qua dilexit nos, cùm essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos in Christo.* Ecce eram⁹ omnes filij iræ, eramus mortui peccatis. Qui igitur in Christo per viuam fidem non viuificantur, non solùm vita priuantur, ne eam consequantur, sed maneot sub peccato & ira Dei.

Notanda hic duo. Nota hic duo. Primum est, totum hoc Ioannis testimonium esse conforme prædicationi Christi factæ ad Nicodemum, & propterea Euangelistam narrasse, vt apud incredulos Iudæos, qui Ioanni multum deferebant, Christi doctrina tam alta & profunda confirmaretur. Alterum est, discipulos Ioannis à suo Magistro mysteria fidei altissima audisse, nempe Christi diuinitatem & incarnationem, redemptionem, fidei in eum necessitatem, fructum aduentus Christi & fidei in eum, vt his tantis illustrati mysterijs à nimio amore & sequela sui illos auerteret, & ad Christum sequendum & confitendum omninò conuerteret.

Quare, Auditores charissimi, si discipulis Ioannis tanti interest, vt de purificatione quæstionem instituant, quare & vos non estis soliciti, vt qui abluti estis sanguine Christi, aqua Baptismatis, & iam absoluti à peccatis, de illa purificatione non estis soliciti, vt in illa permaneatis? Nec enim ignorare potestis, quantum in illa situm est. Ecce discipuli Ioannis quantum ipsi tribuant, vos autem & per Ioannem & per Ecclesiam ad Christum directi longè minus facitis, sed hæretico aut homini malo, aut vestro ingenio & intellectui, Christo exploso, plus tribuitis cum vestro animæ & salutis detrimento. *Grati simus pro acceptis à Deo.* Quod si aliquid accepistis de cælo, sicut quæ habetis & possideris, & præter illa quædam singularia, certè videndum est, vt memores & grati sitis & bene collocetis? vtrobiq; enim timenda damnatio, omnibus supra dictis malè vsurpatis, sed magis & super omnia si non credidentis, quia ibi ira Dei æterna & ineuitabilis damnatio. Ille desursum venit, ille audiuit omnia, nouit omnia superna, missus est hac de causa vt publicet, & eius & Ecclesiæ suæ per illum verax est testimonium, Pater illum diligit, & dedit ei omnia in manu eius, illius sponsi amici estote, illum audite, & ad vocem eius gaudete, & sic ipsius & vestrum gaudium implebitur, non hic quidem, sed quò ille suos credentes ducit, sc. in æterna beatitudine.

):(

Laus Deo, & B. Mariæ Virgini, & omnibus Sanctis.

FERIA SEXTA POST DOMINICAM TERTIAM PASCHÆ.

Iesus autem clamauit & dixit: Qui credit in me, non credit in me, sed eum qui misit me, Ioan. 12.

SANCTVS Iacobus Apostolus cùm vellet Dei liberalitatem, magnificentiam & maiestatē commendare populo, cum vellet populum ad hoc ipsum dirigere, & Deo populū coniungere, vt intelligerent, quid Deus esset, quid populus esset, & vnde prouenirent illis ea omnia quæ saperent, quæ viderent, quæ intelligerent, dixit c. 1. *Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est, descendens à Patre luminum, apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio.* Quod si autem dona, vt par est, Dei magno honore, promptitudine, & gratiarum actione suscipienda sunt, certè super omnia & præter omnia, fides recta, vera & infallibilis suscipienda est, ita enim definitur, quod sit donum Dei. *Præ omnibus donis Dei, fides orthodoxa suscipienda est.* Ex fide enim omnia quæ Deum, salutem, animam, proximū, & optima quæq; concernunt, ꝓueniūt. Sine fide sunt omnia vana, cassa, mortua, nulla. Itaq; ex donis Dei præcipuis, præcipuū est ipsa Fides, & fundamentū totius Religionis, & anchora, nauis & port⁹ salutis nostræ. Sed deplorandum est, quod eiusmodi donum ita vilipendatur, in quo tota salus hominum consistit. Prædixit autem propheta Is. c. 53. aliquas causas, quas & ipse Christus allegat, *Quia nemo credit auditui nostro, quia brachium Dei*, i. Christus, *nemini reuelatum est, quia excæcauit oculos eorum, & indurauit cor eorum, vt non videant oculis, & non intelligant corde & conuertantur.* Hæc dixit Isaias, quando vidit gloriam eius, & locutus est de eo. Sed vnum maximum est, quod & nostro infœlici sæculo comprobatur, quia timent, vt à synagoga eijciantur. *Dilexerunt*, inquit, *gloriam hominum magis, quàm gloriam Dei.* Hæc est causa nostro tempore potissima, quare multi agnoscentes veritatem Catholicam, nolunt venire aut redire ad Ecclesiam Orthodoxam, Romanam, ideoq; pereunt in peccatis suis. *Quare multi agnoscentes Catholicam veritatem, non tamen redeant ad orthodoxam Ecclesiam.* Sed ne sancta mater Ecclesia Catholica, Apostolica, Romana, Christi sponsi sui monitis & vestigijs insistens, suos filios pateretur abduci, & prius, & nunc, & in sequentibus agit, vt suos in fide & credulitate confirmaret, & alios adduceret. Et hoc maximè, quia Dominica Quasimodogeniti, Baptismus celebratus, iam succedet confirmatio, in confirmatione fides aliquo modo requiritur. Iam passus Christus resurrexit, cælos conscendit, Spiritum Sanctum mittet, fides requiritur. Quæcunq; de gratijs, meritis, operibus, vitis Sanctorum, spe resurrectionis & vitæ æternæ dicentur in posterum, fidem debent habere præuiam: In illa omnia fundantur, sine illa nihil. Et si agricola iam non videret segetem aliquam, diffideret, ita qui fidem habet quæcunq; facit, dicit, laborat, cum magna lætitia facit, quia videt futuram messem, & laborum suorum recompensationem. Ideò sancta mater Ecclesia, priusquam festum ascensionis Christi celebrat, suos hortatur & disponit, quia de eadem re Christus ascendens loquitur. Sed nunc ad

EVANGELIVM.

IEsus autem clamauit & dixit, Qui credit in me, non credit in me, sed in eum qui misit me.*] Ostendit Euangelista occasione incredulorū & trepidantium ea Dominū protulisse, quem nihil latebat. Magnifacit autem fidē, quæ in ipsum erat habenda, vt ex hoc incredulos terreat, grauitate infidelitatis eorum inconsideratā, & trepidos roboret ad confessionē

proposita excellentia fidei. Idcircò clamat liberè, & palam loquens, vel ipso clamore illorum metum & occultam trepidationem arguens, d. *Qui credit in me, non credit in me, sed in eum, qui misit me*, i. Qui mihi credit, ne existimet se homini soli fidem dare; sed simul Deo: non est humana fides, sed diuina illorum, qui in me credunt. Credere.n. mihi, credere etiam Deo est. Perpende ergò eius qui non credit, à sensu contrario, infidelitatem non esse contra hominem solùm, sed etiam contra Deũ. Timeat etiã non tantùm incredulus, sed simul qui occultat & dissimulat fidem. Non enim fidem humanam, sed diuinam celat & occultat. Reus vterq; efficitur contra Deum, tam qui non credit, quàm qui credit & non audet confiteri. Huiusmodi verba sunt cuiusdam exaggerationis. *Qui credit in me, non tantùm credit in me, sed etiam in eum, qui misit me.* Simile est illud Mar. 9. *Qui me suscipit, non suscipit me, sed eum qui misit me*, vt non hominis solius, sed etiam Dei homines considerent, qui suscipiunt & credunt. Quibus verbis se non hominem tantùm, sed simul Dei filium à patre missum testatur; Idcircò qui in eum credit, credit in patrem qui misit eum. Ista exponit Ambr. l. 5. de fide, c. 5. Repellens vanam quorundam obiectionem dicentium, in Christum non esse credendum, quia dixit ipse: *Qui credit in me, non credit in me*. Nec attendebant hoc dictum esse, vt non in solam humanitatem, quæ exteriùs apparebat, sed simul in diuinitatem eius oculos mentis cõuerterent. Qui ergò missum contemnit, mittentem multo magis posthabet & contemnit. Quod si in hoc loco valet, vt maximè valet, quare non in minoribus debet habere locum suum?

Incredulitas erga Christum, non est in hominem solum, sed in Deum quoque.

Missum qui contemnit, contemnit & mittentem.

Et qui videt me, videt eum, qui misit me.] Ne quis existimaret superiorem sententiam, *Qui credit in me, credit in eum qui misit me*, in eo sensu pronunciatam esse, sicut dici solet, Qui credit prophetæ misso à Deo, credit in Deum, non tamen quòd ipse Propheta sit Deus, addit, *Qui me videt, videt eum qui misit me*, id est, Non sum ego, sicut Prophetæ à Deo missi; Est.n. in me ipsamet diuinitas patris huic vnita humanitati, quia ego sum filius eius, eandem cum eo habens deitatem & substantiam, Prophetæ quidem à Deo fuerant missi, sed in eis non erat diuinitas sicut in me. Qui ergò videt me, etiam patrem videre dicitur, quia in me est eius substantia. Sensus est de corporali visione. Non quod Deus oculo corporali videatur immediatè & per se, sed mediante humanitate, cui diuina substantia patris & filij est vnita.

Ego lux in mundum veni, vt omnis qui credit in me, in tenebris nõ maneat.] Cùm dixisset se patrem habere Deum eiusdẽ substantiæ & vnius naturæ, ab eoq; esse missum, reddit causam quare sit missus, & cur cùm sit Dei filius, in mundum venerit. Et attende quàm sapienter & artificiosè finem suis prædicationibus ad populum imponat, vltima primis cõiungens, & totam rationem aduentus exponens. Ego inquit quæ lux eram, in hunc veni mũdum, vt illuminarem omnes, & in me crederent. Erant omnes quidem in tenebris mortis. Ego verò lux eram ęterna sine principio, veni carne assumptà eripere ex his tenebris omnes, qui in me voluerint credere, nec aliâ viâ à tenebris vllus liberabitur, nisi per fidem in me; Necesse.n. est præter credentes, omnes alios manere in tenebris. Perpende verba, *Ego lux veni in mundum*, indicat lucem esse ante aduentum suum, non vt Prophetæ, non vt Ioannes; Non.n. erant hi lux priusquam venirent in mundum, idcircò lux participata omnes fuerunt: At Christus lux vera erat in principio, qui dignatus est venire, vt illuminaret eos, qui sedebant in tenebris & vmbra mortis. Iterum aduerte, *Vt omnis qui credit in me, in tenebris non maneat.* Igitur antequam crederet, etiamsi omnem sapientiã mundi habuisset, in tenebris erat. Rursus, qui non credit, in tenebris manet, non tantum est, sed manet, quia sine fide, tenebræ hæ in æternum manebunt. Nec.n. est alia via, nec ratio eas fugandi, & lumen diuinum recipiendi, nisi fides in Christum, per quam ipsum Dei filium & mundi saluatorem credimus, & mandatis ac verbis ipsius obedimus.

Christus æterna lux absq; principio.

Obseruabis, quòd cùm lux sit illud, per quòd rerum notitia nobis datur intelligi, quia nihil potest sensibiliter videri, nisi lucis beneficio mediante, hinc est quòd omnis notitia, vel omnis virtus, vel res significatiua, potest propriè per lucem denotari. Est igitur lux exterior, & ista est splendor notitiæ, quam habemus per creaturas; Creaturæ.n. suum prędicant creatorem, & ad ipsum cognoscendum lucem veræ notitiæ nobis fundunt. Rom. 1. *A magnitudine creaturæ poterit earum creator videri.* Vnde de creaturis dicitur. Gen. 1. *Fiant luminaria in firmamento cœli, vt luceant super terram.* Lux interior est lux rationis & discretionis, gratiæ & sapientiæ. Iob 38. *Indica mihi si nósti in quá viá habitabat lux.* Lux superior est Deus. 1. Ioan. 1. *Deus lux est, & tenebræ in eo non sunt vllæ.* Lux inferior est homo perfectus, quia Prou. 4. *Iustorum semita quasi lux splendens.* Lux deterior est mundi prosperitas. Iob 38. *Auferetur ab impijs lux sua.* Lux nobilior est vita æterna. Tob 13. *Luce splẽdens splẽdida luce fulgebit.* Inuenitur ergò in scriptura lux gratiæ, lux gloriæ, lux decentiæ, lux opulentiæ, lux sapientiæ, lux hæreditatis, lux bonitatis.

Creatura suum creatorem prædicant.

Sed nunc Deum esse lucem explicabimus. Et primo quidem est lux honoranda, quę est Deus, in quo tenebrę nullę sunt. Lux inter omnes formas corporales principatum obtinet, habet.n. actus in se principales & excellentiores, quòd omnes alias formas antecellit: Sic Deus inter omnes spirituales naturas principatum obtinet, nec est aliquid creatũ, quòd sibi valeat comparari. Et ideò Christus ipse dicit, Ioan. 9. *Quamdiu sum in mundo, lux sum in mundo*, & c. 8. *Ego sum lux mundi*, & sic hodie. Dicitur autem lux ratione nobilis conditionis, quòd ostenditur, cùm dicitur: *Ego* quod est primę personæ speciei primitiuæ, nominatiui casus & singularis numeri. Sicut.n. lux omnia corporalia præcedit in nobilitate, & ideò sicut res nobilissima. Primo omnium fuit creata & facta inter opera creatoris. Gen. 1. *Fiat lux, & facta est lux*, Sic verè Deus nobilitate, excellentia & dignitate cuncta præcellit, Et sicut prima & primitiua, & principalis causa omnium rerum omnia superat & præcedit, Ioan. 12. *Ego lux in mundum veni.* & Apoc. 1. *Ego sum primus & nouissimus.* Lux ratione stabilis durationis, quia dicitur, *sum*. Lux enim habet naturam incorruptibilem, Ex quo.n. semel creata fuit, esse postea nõ cessauit, nec fuit in virtute diminutiua, nec in essentia variata, quinimò etiã tanta est ipsius incorruptibilis conditio, quòd quamuis super feces transeat incessanter, nullam tñ exinde contrahit corruptelam, significans propriè diuinam essentiam, quæ nec tempore variatur, nec in virtute diminuitur, nec illapsione, qua rebus corruptibilibus illabitur, aliqualiter maculatur, sed in propria essentia & natura cõsistit, & incõmutabiliter stabilitur. *Sum*, inquit, *Deus enim lux est, & lucem habitat inaccessibilem.* Sicut dicitur. 1. Tim. 6. Et ideò ipse dicit. Io. 9. *Ego sum lux mundi.* & Io. 1. *Ipse erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem.* Lux ratione mobilis seu agilis diffusionis, cùm dicitur, *lux mundi.* Sicut .n. lux est sui ipsius maximè communicatiua, & ab Oriente & Occidente sui diffusiua, & subito, & occultorum terræ penetratiua, lapidum pretiosorum & metallorum in terra inuisibiliter generatiua, & elementorũ contrariorũ in vno mixto conciliatiua & cõcordatiua, aëris insuper illuminatiua, & tenebrarũ & caliginis fugatiua, & etiã vitæ animaliũ causatiua & cõseruatiua. Sic Deus se per beatissimam incarnationem hominibus communicauit, & ab Oriente in Occidens, i. de cælo ad terram se diffudit, & subitò transportauit, occulta terrę, id est, secreta vteri virginis inuisibiliter penetrauit, & ibidem pretiosum lapidẽ vel metallum, vid. corpus suum admirabiliter fabricauit, & sic diuersa elemẽta, i. diuersos homines in vno mixto, id est, in vna Ecclesia cõcordauit & adunauit, aërem, id est, mundum prędicando & docendo sua benedicta præsentia illuminauit & informauit, & sic tenebras hæresum & errorũ effugauit, & vitã gratiæ & gloriæ animalibus, id est, hominibus procurauit. Sicut.n. dicitur. Ioan. 1. *Vita erat lux hominum, & lux in tenebris lucet.* Fuit Christus lux oriens in Incarnatione: quia sicut dicitur in Ps. *Lux orta est iusto, & rectis corde lætitia.* Fuit lux progrediens in conuersatione, semper.n. de virtute in virtutem procedebat. Prou. 4. Lux procedens splendens procedit & crescit. Lux fuit deficiens in passione & morte. Isa. 5. *Lux obtenebrata est in caligine.* Fuit lux rediens in resurrectione & ascensione. Iob. 17. *Rursum post tenebras spero lucẽ.* Vnum tamen aduertas, quòd quamuis lux quantum in se est, semper sit parata diffundere & ostendere sese, & dimittere, & influere, verum tamen est, quod oportet habere materiam præparatam, & inde est quòd lapis durus per lucem

Deus est lux.

Christus quare Lux dictus.

Lucis natura incorruptibilis.

Deus per Incarnationem hominibus se communicauit.

non viuificatur, quod populus cæcus per lucem non illuminatur, quod lignum aridum per lucem non fœcundatur. Dicit. n. Philosophus. *Actus actiuorum sunt in patiente prædisposito.* Sic lux æterna Deus, quantum in se est, semper paratus est alijs influere, & alios dirigere & iuuare, ptout semper de credulitate & fide differit, sed necesse est, quod ad hoc per gratiã & obedientiam disponamur. Isti. n. qui sunt duri sicut lapis per mentis indurationem, cæci per rationis obfuscationẽ, & aridi per humoris gratiæ priuationem, istius lucis influentiam nec percipiunt, nec eius beneficia recipiunt, quia ad hoc se minimè disponunt. Sap. 17. Ignis quippe nulla vis poterat eis lumen præbere, quod paret in Iudæis induratis, qui lumen, Christum habuerunt, & tñ eum non receperũt, nec viderunt: *Lux. n. in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt.* Io. 1. Sicut. n. dicitur. Io. 3. *Lux venit in mundum, & homines dilexerunt magis tenebras, quàm lucem.* Vnde de isto Iudæorum populo dicitur. Iob 3. *Expectet lucem, & non videat, nec ortum surgentis auroræ.* Et de istis derisoriè dicitur. Isa. 28. *Expecta, & reexpecta modicum ibi, modicũ ibi.* Lux etiam potest dici imitabilis Christus aut beatissima virgo, aut vir iustus & perfectus. Sicut. n. lux est in conditione purissima, in operatione nobilissima, & in apparentia pulcherrima. Sic vir perfectus à Deo lucem accipiens, purus est per sanctitatem innocentiæ, nobilis per agilitatem obedientiæ, pulcher & delectabilis per honorem apparentiæ. De quo potest dici illud Sap. 7. *Candor. n. est lucis æternæ, & speculum sine macula, & imago bonitatis Dei,* *Candor*, quia candidam se demonstrat. *Æterna*, quia semper perseuerat: *Speculum*, quia cuncta manifestat. *Sine macula*, quia nõ sordidat. *Imago*, quia formas repræsentat. *Bonitatis Dei*, quod se communicat. Itaq; vir perfectus debet habere pulchritudinem continentiæ, quod ostenditur d. *Candor lucis.* Candor enim in coloribus signat castitatem in virtutibus. Quia sicut candor est color inter cæteros purissimus, faciliter tñ maculatur, & in isto colore plus quàm in alijs macula indecorat. Sic virtus castitatis plus cæteris est purior, tñ faciliter per luxuriam corrumpitur & macula, id est, defectus in ista virtute indecentior cæteris iudicatur. Plus enim apparet macula luxuriæ, & magis notatur, & citiùs cognoscitur, quàm macula superbiæ vel alterius peccati.

Homines duri, cæci, aridi.

Castitatis virtus à cæterarum o. mniũ purissima.

Et ideò sicut lux est cãdidi & fulgidi coloris, sic vir perfectus per castitatẽ debet esse candidus, & per honestatem fulgidus apparere, vt de eo dicatur illud. Cãt. 5. *Dilectus meus rubicundus & candidus, electus ex millibus:* quia ex millibus vix vnus verè castus inuenitur, & qñ inuenitur, bene potest de eo dici illud Eccl. 43. *Pulchritudinem candoris eius admirabitur oculus.* Item debet habere perseuerantiæ longitudinẽ, quia dicitur *Æterna.* Lux. n. in sua cõditione & natura sine corruptione perpetuò perseuerat: sic vir iustus semper debet in bono perseuerare. Sap. 10. *Didit illis claritatem æternam. Et fuit eis in velamento diei, & in luce stellarum nocte.* Tales nõ sunt hypocritæ, falsi amici, & leues seu inconstantes. Sunt. n. sicut lux cometarum, quæ subitò apparet & videtur stella, subitò autem disparet & videtur nulla. Item debet habere veritatis & eloquentiæ certitudinem, quia *Speculum* d. Sicut. n. natura lucis est, occulta rerum ostendere, & se & quicquid est absconditum declarare: Sic proprietas viri iusti est & se & alia alijs manifestare. Sic vir iustus per virtutẽ veritatis ant se omnibus ostẽdere solet, qualis est sine aliqua alicuius simulationis per hypocrisis falsitate omnib. abscondita & secreta fidei & morum ostendit, & quicquid est periculosum & vtile, docet pro viribus & erudit. Iste. n. sicut dicitur. Io. 1. *Est lux vera quæ illuminat omnem hominem.* Speculum insuper est talis naturæ, quod imaginem quam recipit, statim ostendit, nescit. n. aliquid celare: Quia vir perfectus nihil scit de suis interioribus, alijs per duplicitatẽ, hypocrisin & falsitatem abscondere, sed per simplicitatem & veritatem, quicquid interius in corde latet, solet omnib. declarare. Vnde 1. Cor. 13. *Videmus nunc per speculum.* Isti tñ sunt contra falsos & deceptores, qui non habent naturam speculi, quia quod in corde cogitant & concipiunt, non ostendunt exterius, neq; dicunt. Vnum in conscientia, alterum in apparentia. Isa. 59. *Expectauimus lucem, & ecce tenebræ.* Item dicitur habere innocentiæ sanctitatem, quia sine macula. Sicut enim lux naturam habet ita purissimam, quod nullo sordium contactu potest maculari. Sic vir perfectus debet esse ita sanctus & innocens, quod per contactum, i. societatem & vicinitatem sordium, i. peccatorum, non possit aliqualiter infici vel corrumpi. *Sine macula*, inquit, Ex. 12. *Erit. n. agnus sine macula, masculus, anniculus.* Ista summè pertinent ad Ecclesiasticos, quia isti præcipuè debẽt esse sine macula luxuriæ. Quia sic dicitur. 1. Mach. 4. *Elegit Iudas sacerdotes sine macula.* Tales habent in Ecclesia collocari. Ps. 10. *Domine quis habitabit in tabernaculo tuo?* Sequitur: *Qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiam.* Item possunt dignè Deo famulari, Dan. 1. dicitur, quod pueri de semine regio, in quibus nulla esset macula, sed pulchri & eruditi erant sapientia, debebant introduci in palatio coram rege. Quod est figuratum. Leu. 22. vbi hostiæ sine macula præcipiuntur offerri. Multi autem sunt qui videntur exteriùs mali, qui tñ interius sunt valde boni. De quibus. Leu. 13. *Sciat non esse lepram, sed maculam coloris cãdidi.* Item digni sunt cœlo sublimari, ideò de innocentibus dicitur. Apoc. 14. quòd sine macula sunt ante thronum Dei. Boni enim similes sunt puro balsamo, qui nunquam maculat vestem quam tangit, sed mali sunt vt plumbum & pix. Item vir perfectus debet habere honestatis & apparentiæ gratitudinem, quia dicitur Imago, Sicut. n. lux coloratur sẽn conditiones rerum, per quas transit, vt patet in luce vitrum transeunte, quæ ad colorem vitri solet colorari, & in Iride, vbi radij solares per elementa, & per terram transeuntes induunt colorem rerum, quas pertranseunt, & ipsum in Iride repræsentant, & inde est, quod apparet rubeus color ratione ignis, color cælestis ratione aëris, color cæruleus ratione aquæ seu maris, color viridis ratione terræ, vbi arbores & herbæ virescunt: Talis lux debet esse vir perfectus, Quia verè quicquid potest inuenire coloris perfectionis & virtutis, per quas transit, totum debet induere, & totum in imaginem conuersationis suæ prætendere & habere. Alios. n. in bono debet imitari, & ad eorum dispositionem debet quanto plus poterit colorari, quod ostenditur, cùm dicitur Imago. Illa. n. est repræsentatio figuræ & conditionum illius, cuius est imago. Quia homo per honestatem conuersationis debet in se habere, & repræsentare mores & conditiones illius, qui dicit. Gen. 1. *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram.* Sed repræsentant aliqui bestiarum imagines, vt leonis per superbiam, lupi per auaritiam, porci per luxuriam, asini per acediam, canis per inuidiam, vulpis per malitiam, apri per iracundiam, vrsi per gulam. Sed non sic impij, nõn sic dicitur nãq; 1. Thes. 5. *Omnes enim vos filij lucis estis, & filij diei.* Item debet habere pietatis & amicitiæ plenitudinem, quia dicitur Bonitatis, Bonum enim est sui diffusiuum & communicatiuum; Lux etiam summè est communicabilis in tantum, quod in oriente apparens subitò in omnes partes aëris se diffundit, & omnibus se communicat & ostendit. Vnde etiam d. Aristoteles. Quod tanta est virtus & actualitas lucis, quod vnum punctum lucis sufficeret ad totum aërem illuminandum.

Multi videntur exterius mali, tamen intus boni.

Homines quidam in bestias vt transformati.

Lux etiam est quædam appetẽda, sc. æternæ claritatis & fœlicitatis, quæ sursum est in gloria beatorũ, quæ tãta luce coruscat, quod nihil est occultum quin ibi reuelerur, nihil triste quin ibi iucunderur, nihil debile quin ibi roboretur. Ciuitas. n. paradisi non eget sole & luna ad lucendum, sed lucerna eius est agnus, sicut dicitur. Apoc. 21. Vnde nota quod in paradiso est lux triplici ratione. Ratione causæ lucem influentis, ratione rei lucem assumentis, ratione loci lucem conseruantis. Causa. n. influens est ipse Deus indeficiens & æternus, de quo Is. 60. & sunt verba directa ad Hierusalem supernam, i. paradisum cælestem, d. *Non erit tibi sol ad lucendum per diem, nec splendor lunæ illuminabit te: sed erit tibi Dominus in lucem sempiternam, & Deus tuus in gloriam tuam.* Res autem lucem beatitudinis assumentes sunt ipsi sancti, qui sunt specula mundissima, & ad illuminationem istam aptissima. Ideò Sap. 8. *Sanctis autem suis maxima erit lux.* Et illud: *Lux perpetua lucebit sanctis eius Domine.* Locus autem perficiens est ipsum Empyreum, quod totum est illuminosum ratione splendoris. De isto loco potest dici illud. Exod. 10. *Vbicunq; habitabant filij Israel, lux erat.*

Sancti, specula mundissima.

Est item lux humanæ sagacitatis, quæ est tenebrositas apud Deum, quia sibi per hoc male faciunt. Ier. 4. Vtile autẽ eis esset, quod lucem meridianæ sapientiæ non haberent.

Quia in morte eclipsatur. Iob 18. *Lux impy extinguetur.* Item lux opulentiæ, Quia sicut lux corrumpit oculos paruulorum ꝓpter suã nimiam claritatẽ, sic claritas mundanæ prosperitatis paruulis, i. viris imperfectis est valdè damnabilis, & nociua & multorum criminum inductiua. Ista lux est sicut lux coruscationis, q̃ subitò deficit, aut sicut lux lampadis, circa q̃ papiliones volitant & cõburuntur, aut sicut lux lunæ, in qua aues immundæ volitant & delectantur: quia in ista luce soli peccatores & immũdi se delectant, vbi tñ per multa peccata se destruunt atq; cremant. Ista tñ lux cito perit & destruitur, & subitò dissipatur, Quia multi sunt qui de ꝓsperitate ad aduersitatem subitò transferuntur, & per mortem, vel aliàs de luce ad tenebras deducuntur. Iob 18. *Expellet eum de luce ad tenebras, & de orbe transferet eum.*

Multi ex prosperis in aduersa corruunt.

Et si quis audierit verba mea, & non custodierit, ego non iudico eum; Non.n. veni vt iudicem mundum, sed vt saluificem mundum.] Ecce quanta Dei nostri bonitas, misericordia & gratia, vt quãdiu fuerit in mundo, neminem voluerit iudicare, aut dãnare, sicut nec illam in adulterio deprehensam. Et nunc quidẽ cùm in cęlis est, nõ vult nisi vt homo sanetur, vltimo autem in iudicio acuet diram iram suã contra incredulos & obstinatos. Et est sensus, Veni vt credentes in me, in tenebris nõ manerẽt. Qui verò nõ credunt verbis meis, ego quidem nũc non iudico eos, nec sententiam profero, vt cõdemnem eos, quia hic aduentus meus nõ est ad iudicandũ, nec ad ferendum sententiã contra mundum, sed ad saluandũ. Quibus verbis insinuat eos damnatione dignos, Nam dũ causam assignat, cur nõ credentes non iudicẽtur, quia non venit nunc ad iudicãdum, significat, si venisset vtiq; eos iudicasset & damnasset. Nõ ergò miremini ô Iudæi, nec dicatis in cordibus vestris, impunè non credimus tibi, quid .n. mali habemus, si non credimus? hoc nõ est ꝙ culpa & quidem grauis desit, sed quod nõ venit nunc ad iudicandum. Non dicit, *non iudicabo*, sed *non iudico* de præsenti, dum tamẽ præsens tempus exprimit, tacitè se iudicaturum posteà insinuat. Et hoc quidem est notandum & timendum, Omnia verba scripturæ sunt verba Dei, & quot sunt qui illa contemnunt aut transgrediuntur absq; timore iudicij?

Iudæi impunè non sunt increduli.

Qui spernit me, & non accipit verba mea, habet, qui iudicet eũ.] Ne sine iudicio manere nõ credentes existiment, adiungit, Quamuis ego non iudicem nunc, tñ qui me spernunt, nẽpe verba mea non recipientes, nec mihi fidem dãtes, habẽt qui iudicet, etiam nunc in hoc meo aduentu. Non ergò arbitrantur increduli se iudiciũ euasuros: quamuis ego nunc eos iudicare nõ venerim. Patrem iudicem hunc intelligit, de quo Io. 8. *Ego non quæro gloriam meam, est qui quærat & iudicet.* In memoriam reducit his verbis illud Patris verbũ & iudicium, contra nõ credentes Christo. Deut. 18. *Quicunq; nõ audierit, ego vltor existam.* Attẽde verbũ, *Qui me spernit, & non accipit verba mea.* Hebraismus.n. est. Posterius est prioris declaratio, Ille spernit, qui nõ accipit verba, & qui Christo fidem nõ dederunt, iniuriã & cõtemptu eum affecerunt: sed iudicium Dei omnipotẽtis nõ euaserũt, puniti.n. sunt paulo post temporali & spirituali pœnã in hoc sæculo, qñ in captiuitatem & deuastationem traditi sunt Romanis propter hoc peccatum, & in futuro æterna.

Increduli non effugient iudiciũ quamuis Christus iudicat. se nõ venisse iudicem.

Sermo quem locutus sum, ille iudicabit eum in nouissimo die.] Tacitè insinuat Dñs se venturum ipsum in nouissimo die, & iudicaturũ eos, vt annotat Aug. tract. 24. & est sensus, Præter iudicium præsens, ꝙ non credentes subibunt, habent aliud in nouissimo die. *Sermo*, inquit, *quem loc. sum, in no. die, iud. eos*, i. eos dignos damnatione & condemnatione apertissimè demonstrabit, iuxta illud Io. 15. *Si non venissem, & locutus eis fuissem, peccatum non haberent, nunc autem excusationem non habent.* Videte hæretici quid hoc sit, notate peccatores. Hebraismus est & supplenda particula cõiungens, sc. *Et sermo quem locutus sum.* Solent.n. Hebræi illam aliquando prætermittere. Hanc sententiam exponit Athan. Orat. contra Arrhianos, Quòd ex Deo Deus est verbum.

Iudicium præsens & futurum.

Attende verbum, *Iudicandi*, nõ in eadem significatione sumi, in qua prius. Non.n. sermo fert sententiam nec iudex est, sed ratio & causa iustissima & clarissima eorũ dãnationis. Hoc autem verbo insinuat Dñs aduentum suum secũdum ad iudicandum in nouissimo die. Si.n. sermo iudicabit eos in nouissimo die, id est, dignos manifestabit & erit ratio & causa iustæ damnationis. Erit igitur qui tũc iudicet, & sententiã ferat vt iudex, Hic nõ erit alius, nisi cuius sermo eos iudicabit, vt ipse sit iudex & sermo ipsi⁹ causa sit, iustam contra eos ferẽdi sententiam damnationis, q. d. Qui nõ credit, nec verba mea accipit, ego nõ iudico nũc eum, tñ in nouissimo die iudicabo & eisdem verbis quib. non credidit, iudicabo & damnabo eũ, nõ tñ propter hoc nouissimum iudicium euadet præsens. Nam etiamsi ego non iudicẽ visibiliter vt homo, tñ pater meus iudicabit & dãnabit in hoc etiã sęculo incredulos Iudęos, similiter in futuro.

Verbum Iudicãdi qualiter hic sumptum.

Christo nõ iudicante visibiliter, iudicat pater.

Quia ego ex meipso non sum locutus, sed qui misit me pater, ipse mihi mandatum dedit, quid dicam, & quid loquar.] Causam dat vtriusq; sententiæ. q. d. Sermo meus non est meri hominis, sed Dei. Nam quæ ego loquor, Patris sunt, & quæ mihi mãdauit pater, hæc locutus sũ. Qui igitur est incredul⁹ sermoni meo, verbis Dei cõtradicit, Dei sermonẽ negat. Ideò pater, & ipse sermo ab eis negat⁹ & spretus, ipsos reos & damnatione dignos efficient & iudicabunt tanquam cõtemptores sermonis Dei & verborum patris incredulos.

Attẽde hæc verba Christum proferre tanquã hominem, & propterea dicit se nihil locutũ esse, nisi ꝙ pater ei mandauit. A seipso loquitur, qui propria authoritate loquitur, & nõ alterius: At Christus q̃ loquebatur authoritate patris & diuina loquebatur. Non autem d. Qui misit me Deus, & mandatũ dedit mihi Deus, sed Pater, vt se filium Dei significet, nõ solum hominẽ, quales Prophetæ erant, q à seipsis non loquebantur, sed q̃ Deus, nõ quę pater mandabat eis. Cõmemorat etiam hisce verbis, vt Cyril. l. 9. c. 1. annotauit, quæ Deut. 18. narrantur, vbi dixit Deus, *Loquetur quacunq; mandauero ei, & ponam verba mea in ore eius*: hoc nũc dicit Christ⁹. *Ecce ego à me nõ loquor, sed quæ mihi mandauit pater, sicut promissum est.* Sermo igitur hic iudicabit incredulos & inobediẽtes. Aduerte hoc argumẽto sumpto ex qualitate sermonis, vsum esse Paulũ cõtra Iudæos, vt quàm seuera Dei pœna sunt puniẽdi, exponeret, Heb. 10. d. *Irritam quis faciẽs legem Moysi, sine vlla miseratione duobus vel tribus testibus moritur, quanto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui filium Dei conculcauerit?* Attẽde etiam sermonem, qui dicitur eos damnaturus in nouissimo die, non esse intelligendum solum, sed confirmatum miris operibus, testantibus esse sermonem non meri hominis, sed filij Dei. Dicitur autem, *Quid dicam, & quid loquar?* Quia plus est dicere quàm loqui. Vt igitur Christus pondus sui sermonis exprimeret, dixit Patris esse totum, ꝙ docebat vsq; ad minimã sententiam aut verbũ, ꝙ hic loqui appellat. Dicãt hæretici à quo habeant q̃ essutiũt impiè & hæreticè. Ex scriptura, at ecce illa à Christo, & ille à patre accepit. Quantum ergò peccatis, qui mentimini, & diuinitatem incusatis?

Iudæi seuerè à deo sunt puniendi.

Et scio quia mandatum eius vita æterna est. Quæ ergo loquor sicut dixit mihi pater, sic loquor.] Cõcludit causam damnationis & iudicij. Sermo meus iudicabit eum, quia mandatũ patris est & præceptum. *Et ego scio, Quia mandatũ eius vita æterna est*, id est: In his seruãdis quæ mãdat, & quæ ego de mãdato eius denuncio, posita est vita æterna, vt q crediderit & seruauerit ea, vitã habeat æternã: qui verò non, priuetur, vita æterna, & incurrat mortẽ sempiternã. Mandatum vita æterna dicitur, i. quæ Christo mãdauit prædicare, causa sunt vitæ æternæ: quia credẽtibus & custodiẽtibus illa, vita datur æterna. Et non d. Mãdatum eius vita æterna. Sed, *Ego scio mãdatum eius vitam æternam esse*, vt sentẽtiæ grauitatem augeat, eosq; hoc suo testimonio terreat. *Ego scio*, Simul etiã vt se à patre disiunctam personã significet, ipsi tñ æqualem, vt q humilia dixerat, dum mãdati meminit, sublimia loquatur. *Ego scio*. Simul etiã illos impugnat, qui deceptorem eum appellabãt, Ex his infert, Hæc etiã quæ modo loquitur, esse verba patris. Si.n. generaliter à seipso nõ est locutus, sed qd dicat & quid loquatur, de patris habet mãdato: hæc etiam quæ nunc vltimo dicit nempe se lucẽ esse, & sermonẽ suũ illos in nouissimo die iudicaturum, & cætera quæ affirmauit, sunt etiam de eodẽ patris mãdato. Hoc est, Auditores mei, quod d. Io. 6. *Omnis qui videt filium, & credit in eum, habeat vitam æternam.* Credẽdũ itaq; est, quæ dictat fides nostra ꝓpter multitudinẽ populi credẽtis. *Omnes*.n. dicit. Ista.n. fides nõ est vnius, sed omniũ, quia Christus nõ venit pro vno solo, sed ꝓ omnib. redimẽdis. *Virtus.n. Dei est in salutẽ omni credenti.*

Mandatũ vitæ æternæ per Met. ymiam efficax.

dent. Rom. 1. Naturale autem est sequi multitudinem, siue in bono siue in malo. Cur autem non libentius velimus sequi multitudinem Catholicorum, qui per omnem mundum sunt quam Lutheranorum aut aliorum, qui in angulis quasi latitant? *Omnis qui credit in eum non confundetur.* Ro. 10. Ecce in hac fide Catholica Romana multitudo martyrum, Confessorum, Doctorum, Virginum, Regum, Prophetarum, Viduarum, & populorum, quam multitudinē in nulla secta reperies. Ista etiam fides tenenda est propter certitudinem oculi docentis, seu lucentis, seu veritatis, quia dicit: *Omnis qui videt:* Fides enim nostra, visio quædam dici potest; Quia sicut inter notitias sensuales nihil certius notitia visuali, sic & in notitiâ fidei est in se aliquid magis certum, sicut Apostolus dicebat 2. Tim. 1. *Scio cui credidi, & certus sum, quia potens est depositum meum seruare in illum diem.* Et ideo isti debemus acquiescere, tanquam primæ & summæ, & æternæ veritati. Constat enim quod visio specularis quandoque certior est visuali, & multa videntur in speculo, quæ videri nequeunt in sua propria essentia vel substantia. Si enim speculum in aqua posueris, tunc Eclipsio solis, & lunæ coniunctionem cum ipso, quæ tibi propter altitudinem apparere non poterant, manifestè videbis. Planetæ etiam & quæ præ claritate solis videri non possūt, de die possunt tibi mediante speculo apparere. Speculum certum est fides, & cognitio fidei dicitur visio specularis. 1. Cor. 13. *Videmus nunc per speculum in ænigmate.* In speculo fidei omnia mysteria Incarnationis Christi, & alia videbimus, mediante aqua gratiæ, Rom. 1. *Quæ nota sunt Dei, manifesta sunt in illis.* Sed profectò multa sunt falsa specula & concaua, quæ quidem ostendunt res alias quam sunt, & facies faciunt transuersas: alia ostendunt duas vel plures facies, cùm non sit nisi vna, & sic de reliquis: Sic specula rationis humanæ sunt conuexa, deceptoria & falsa. *Sapientia enim huius mundi stultitia est apud Deum.* Per talia specula, vident omnes hæretici, ideo errant, ideo blasphemant, ideo confunduntur & damnantur. Credendum etiam est in hac fide propter fortitudinem aut firmitatem tituli manentis. Filium inquit. Ipse enim Dei filius est basis & fundamentum fidei Christianæ, qui nō potest deficere aut errare. 2. Par. 20. *Credite in Domino & securi eritis.* Hæc fidei credulitas dat ignorantibus sapientiam. Eccl. 33. *Homo sensatus credit legi Dei.* Ios. 12. *Qui credidit in me non ambulat in tenebris.* Dat prædicantibus eloquentiā. Psal. *Credidi propter quod locutus sum.* 2. Cor. 4. Nos *credimus propter quod & loquimur.* Dat militantibus perseuerantiam. Isa. 17. *Si non credideritis, non permanebitis.* Dat patientibus tolerantiam, quod sufficiēter patuit in martyribus. Dat indigentibus abundantiam. Iob 6. *Qui credit in me, non sitiet.* Dat pereuntibus confidentiam. Act. 19. *Crede & saluus eris.* 1. Cor. 1. *Per stultitiam prædicationis saluos facit credentes.* Credendum est propter magnitudinē præmij; Quia Vitam æternam habet, Ioan. 3. *Qui credit filiū Dei habet vitam æternam.* Magnificum est præmium, propter bonitatem immensam. Psal. *Credo videre bona Domini in terra viuentium.* Pacificum propter magnam tranquillitatem. Heb. 4. *Ingredimur in requiem, qui credimus.* Lætificum propter charitatem intensam, 1. Pet. 1. *Credentes exultabitis lætitia inenarrabili.* Salutificum propter securitatem extensam. Ioan. 11. *Qui credit in me non morietur in æternum.* Credite ergo Auditores mei charissimi, credite dico & rogo, credite & salui eritis.

Speculo in aqua posito, Solis eclipsis, & Luna cum Sole coniunctio, stellaeque planetae, aperte videri posse.

Filius Dei Christus basis fidei est.

Laus Deo, & Beatissimæ MARIÆ *Virgini, & omnibus Sanctis.*

DOMINICA IV. POST PASCHA.

Et nunc vado ad eum qui misit me, & nemo ex vobis interrogat me. Quo vadis? Ioan. 16.

MAGNVM officium, magna dignitas, magni meriti & expectationis est legationis munus, Auditores charissimi, maximè, si quis magnus à magno ad magnos in rebus & causis magnis mittitur, & rebus fœliciter & ad vota peractis reuertitur. Tale exemplū habemus in illis, qui à Sum. Pontif. ad Cæsarem vel ab illo ad eundem aut ad magnos Reges cū potestate diriguntur. Tale officium habuit filius Dei Christus Iesus Saluator noster qui legatus missus à latere summi Patris cū plenitudine potestatis, ad annūciandum mansuetis, ad prædicandum captiuis eductionem, ad destructionem regni Satanæ, regni Dei constructionē, propagationē fidei & saluti animarum & ad facienda ea omnia quæ in mandatis à Patre habuit: Missus fuit ille à Patre cœlesti, ipse filius Dei, in causa gloriæ Dei & animarū salutis, & vt filij Dei fieremus & hæredes regni cœlestis & cohæredes; ideo magni eramus, apud quos ista egit, & hoc continuos 33 annos. Cùm aūt videret id effectum, quod Isa. c. 5. de ipso testificatus est in persona Christi dic. *Quid vltra facere debui vineæ meæ, & non feci?* & testimonium haberet omnis populi, Mar. 7. *Omnia benefecit.* ideo voluit cum satisfactione, honore & omnium acclamatione ad Patrē reuerti, atq; illi rerum suarum gestarum difficultatum, magnitudinem & fructum exponere. Tob. 12. habemus exemplum de Raphaële Archangelo, qui à Deo missus fuit, vt Tobiā curaret, Sarā à dæmonio liberaret & filio Tobiæ vxorē procuraret. Postquam aūt omnia consummauit, optimè, tunc dixit, *Tempus est vt reuertar ad eū qui me misit. Vos aūt benedicite Deum & enarrate omnia mirabilia eius.* Sic Christus *magni consilij Angelus.* Isa. 9. missus fuit à Deo Patre in humanitate, à quo nunquam recesserat secundùm diuinitatem, vt Tobiā, i. gentem Iudæorum illuminaret. Ioan. 9. *In iudiciū ego in hunc mundum veni, vt qui non vident, videant.* & Sarā, i. genus humanum à dæmonio liberaret, de qua liberatione scribitur. Ioan. 8. *Si vos filius liberauit, verè liberi eritis.* & vt Saram, i. Ecclesia Tobiæ, i. Dei filio desponsaretur, quæ desponsatio facta est in die Parasceues. Vnde Dan. 3. *Egredimini filiæ Sion, & videte regem Salomonem in diademate quo coronauit eum mater sua,* i. gens Iudaica in die desponsationis, i. passionis. Vt. n. Eua de costa Adę, sic Ecclesia de Christi latere & vulnere formata est. Et sic tantæ legationis ministerio per omnia & cum omni satisfactione consummato redire voluit ad eum, qui eum misit dic. Ios. 12. *Exiui à Patre & veni in mūdum, iterum relinquo mundum & vado ad Patrem.* Et sicut secūdùm humanam naturam venit in mundum: sic secundùm eandem reliquit mundum: in quātum verò Deus est, semper & vbique est. Hunc aūt suum recessum sicut pius Magister & Pater discipulis suis prænuntiat. Et quia recessus iste est ad regnandum, sicut aduentus fuit ad patiendum, ideo ne de recessu perturbētur promittit eis multa donaria mittere sc. Spiritum S. à quo omnia dona donantur. Ephes. 4. *Ascendens Christus in altum, captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus.* Itaque ne videntes magistrum à se tolli, anxij clamarent. *Pater mi.* 4. Re. 2. *Pater mi, currus Israël & auriga eius.* Qui enim filij erant sponsi, nec poterant lugere, quamdiu cum illis sponsus morabatur, ipso recedēte vtiq; lachrymarent. Vt sūt prouideret de remedio, docet abscessum illis fore summæ vtilitati, dum eo proficiscēte, adueniente Spiritus S. cuius præsentia summa bona conferrentur. Meritò. n. planxissent, si non de alio legato, & tā liberali, tā necessario, tā munifico certificati fuissent. Cuius recessum, consolationes & venturi noui Legati officia, nobis copiosè proponit, vt cum Christo nos paremus mēte ad cœlestia ab hoc mondo discedere, illumq; comitari sicut fidelem legatum, vtque nos Deo Patri in relatione

Legationis obeundae munus honorificum.

Christus à Patre legatus.

Christus secundum humanam naturam vt venit in mundum, sic eundem reliquit.

Christus ad nos legatus, ut excipiendus honorificè.

& nouo Legato, ad quem excipiendum debemus esse paratі, diligenter recommendet, hinc hodie illud

EVANGELIVM.

Et nunc vado ad eum qui misit me: Et nemo ex vobis interrogat me. Quo vadis?] Cū Saluator noster discipulis suis dixisset, q̄ post eius abitū passuri essent, quoad persecutionem & occisionē, & rationem dedisset, cur illis priùs rem tā seriam & grauem non aperuisset, nēpe quia non erat necessarium, q.d. Non.n. futura erant, dum ego vobiscum fui, tēpusq; semper huc vsq; opportunū erat p̄monendi: at quia iam vado, opportunitas ista amplius nō erit, neq; vos mea præsentia tuebitur, quia post recessum meū, longè aliter vobis eueniet, ideo nunc dico. His in q̄ prælibatis, amicè & beneuolè obiurgat discipulos q̄ cùm vadat ad Patrem nemo sit qui interroget, quorsum, quidue facturus abeat? Et quod amicorum & diligentium est, nemo ex illis facit, vt interroget, qua de causa abeam ad Patrem. Quam obiurgationem propterea adhibet Dominus, vt causâ sui discessus expositâ, eos miram in modum consoletur & instruat. Est autem talis verborum connexio. Dictum erat: Ab initio non dixi, quia vobiscum eram. his verbis significans adesse iam tempus sui discessus, q.d. Vobiscum eram hactenus, sed iam non erat vobiscum sensibili præsentia. Addit autem *Nunc*, vt Græca habent, & *Quo vadis* significat causam non terminum. Nec crediderit quis illud *Nunc* in vanum positum, quia iam erat in procinctu, & aliter fieri nō debebat nec poterat, & illi discipuli non debebant aliud cogitare, sed in illo *Nunc* omnia expectare. Et Deus omnia facit in vno *Nunc* quod est præsens solummodo, & significat, cuiuslibet durationis præsentem momentaneam, & indiuisibilem portionem. Habet ergo Deus suum *Nunc* quod est æternitatis, In isto autem *Nunc* æternitatis magnitudinem, quæ non minuitur. Exo.18. *Nunc cognoui quoniam magnus Dominus*. Isa.43. *Et nunc hæc dicit Dominus creans cœlos.* Habet indeterminatam longitudinem, quia viuit & durat in æternum.1.Reg.25. *Nunc ergo Domine mi, viuit Dominus.* Habet fortitudinem inseparabilem. Apoc.12. *Nunc facta est salus, & virtus, & potestas, & imperium, & fortitudo Dei nostri.* Habet clementiam infinitam quæ non irritatur, sed semper adiuuat & confortat. Psal. *Propter miseriam inopum & gemitum pauperum nunc exurgam, dicit Dominus.* Et Tob.3. *Nunc Domine memento mei, & ne vindictam sumas de peccatis meis.* Vnde beatis, quos nunc Deus beatificat in patria, dicitur Ose.8. *Nunc congregabo eos & quiescent.* Habet celsitudinem quæ non deprimitur, dicens illud Isa.32. *Nunc exurgam, dicit Dominus, nunc exaltabo, nunc sublimabor.* Quod tantum cognoscunt, beati dic. *Sit nomen Domini benedictum, ex hoc nunc & vsq; in sæculum, à solis ortu vsq; ad occasum.* Habet amplitudinem & liberationem quæ restringi non potest. Dic. Io.17 *Nunc cognouerunt, quia omnia quæ dedisti mihi, dedi eis.* Habet iustitiam infinitam ad puniendum malos. dic. Mich.5. Animæ peccatrici, *Nunquid vastaberis filia latronis?* Vnde Dominus dixit Pharaoni. Exo.9. *Nunc enim extendens manum percutiam te.* & ibid. *Peccaui etiam nunc, Dominus iustus.* Tob 3 *Nunc Domine iudicia tua magna.* & Ose.8. *Nunc recordabitur Dominus iniquitatum illorum.* In illo *Nunc*, Vadit etiam Christus ab hoc sæculo, apud quem est Nunc & in perpetuum. Sed est aliud *Nunc* nostræ humanitatis seu mortalitatis, & illud est vita præsens, de qua non habemus nisi *Nunc*, quod citò labitur. *Nunc* enim vitæ præsentis valdè modicum perseuerat, Io.12 *Nunc princeps huius mundi eijcietur foras*. Et nunq̄ vidistis vel audistis hominem subitanea morte præoccupatum? ex illo ergo hoc *Nunc* discite & timete. Item *Nunc* quod nube ignorantiæ tegitur. 1.Corin.13. *Nunc cognosco ex parte.* Et ibid. Videmus nunc in ænigmate, tunc autem à facie ad faciem. Item quod morte clauditur: Iob 7. *Ecce nunc in puluere dormio.* Item quod pœnis subijcitur. Cōstat enim quod nunc vitæ præsentis est plenum miserijs & pœnis. Vnde Iob.5. *Nunc venisti, & modò videntes plagam meam timetis.* Et hæc est, ô mundus, ô vita humana, tua fiducia, tua gloria? Nunc es, nunc morieris, nunc dānatis. Est & aliud *Nunc* quod spectat ad viros iustos, & ad morū synceritatē. Quia iusti habent suū *Nunc* sc. tempus & statum perfectionis & virtutis q̄ peragunt in præsenti, & in quo Deo *Nunc*, id est, promptè obediunt. De tali *Nunc* & statu p̄fectionis,

Particula, Nunc, multiplex acceptio.

Nunc præsentis vitæ miserijs plenū.

virtutis & gratiæ potest dici illud 1.Reg.15. *Nunc ergo inueniant pueri tui gratiā in conspectu tuo.* In isto *Nunc*, id est, in hoc statu gratiæ, perfectionis & virtutis, magna videt clara discretio. Io.9. *Hic est filius noster qui cæcus natus est, quomodo autē nunc videt, nos nescimus.* Et ibid. *Quomodo ergo nunc vides?* qui respondit. *Cùm cæcus essem, modò video.* In isto *Nunc* Deū laudat sana locutio. Io.10. *Ecce nunc palam loqueris, & prouerbiū nullum dicis.* Ps. *Nos qui viuimus, benedicimus Domino, ex hoc nūc & vsq; in sæculum.* In isto *nunc* clamat feruens oratio. 1.Mac.4. *Et nunc clamemus in cœlum, & miserebitur nostri Deus noster.* Et 2.Mach.1. *Et nunc hic sumus orantes pro vobis.* In isto nūc est virtus obedientiæ. Tob 14. *Nunc ergo filij audite me.* Io.5. *Venit hora & nunc est, quando mortui audient vocem filij Dei, & qui audierint, viuent.* In isto est abstinentia. Ioël.2. *Nunc ergo dicit Dominus, conuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio.* Luc.6 *Beati qui nunc esuritis, quia saturabimini.* In isto est lamentabilis meditatio. Mat.5. *Beati qui nunc fletis, quia ridebitis.* In isto Sanctos, Dei iuuat prouisio. Act.12. *Nunc scio verè quia misit Dominus Angelum suum, & eripuit me de manu Herodis.* In isto timet Deū sancta subiectio. Gen.22. *Nūc cognoui quod timeas Deum*, dixit Angelus Abrahæ. In isto Deū colit religio. Ios.24. *Nunc ergo auferte Deos alienos de medio vestri.* Iudit.11. *Ego.n. ancilla tua Deum colo etiā nunc apud te.* In isto Deū sperat vera deuotio, 1.Cor.13 *Nunc autē manet fides, spes, charitas, hæc tria, maior autem horum est charitas.* In isto sanctos vocat patris adoptio, 1.Ioan.3. *Charissimi nunc filij Dei sumus.* In isto gustat Deū beata fruitio. Vnde de quolibet beato dicitur quilibet dānato illud Lu.16. *Fili recordare quia recepisti bona in vita tua, Lazarus autē similiter mala*: quasi quanta voluptas fuerit diuitis, tanta fuerit afflictio Lazari: Vnde Mat.10. dicitur q̄ boni recipiunt nunc in hoc tempore domos & temporalia bona, & in futuro sæculo vitam æternā. In isto Deū cernit certa cognitio. Lu.2. *Nunc dimittis seruum tuū Domine.* Et breuiter istud *Nunc* est diuinæ acceptionis. Quia *ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc tempus salutis.* 2.Cor.6. plenitudinis turbationis. *Nunc si oportet contristari in varijs tentationibus.* Et æternæ consolationis. *Ecce nunc dies salutis.* *Nunc* ēt ad malos applicatur. Illi aūt non respiciunt nisi *Nunc*, i. vitam & prosperitatem præsentem. Nunquam.n. respiciunt tēpus præteritum, q̄ perdiderunt, bona opera quæ amiserūt, aut neglexerunt, magna scelera quæ cōmiserunt. Item nunquam respiciunt tempus futurum, ad q̄ venerunt, bonū perenne q̄ amiserunt, pœnam æternam quam meruerunt. Sed q̄d respiciunt? Certè illud *nunc*, i. præsens gaudium, q̄ receperunt, mundi gloriam quam conceperunt, bona æterna quę possiderunt. Ideo habent vnum *Nunc* ignorantiæ quia tāquam cæci & obliuiosi, non videntur perpendere mala q̄ ipsis imminent. Lu.19. *Nunc autem abscondita sunt hæc ab oculis tuis.* Nūc rebellionis 1.Io.2. *Nunc Antichristi facti sunt multi.* Nunc violentiæ, quia alter ab altero rapit qui est potētior 1.Re.2. *Nunc dabis mihi aliàs tollam vi.* Nūc deceptionis. De Dalila legitur deceptoriè dixisse Sāsoni. Iud.16. *Nunc indica mihi quo ligari debeas.* Nunc inconstantiæ, quia gloria malorū nō perseuerat. Vnde de Adā peccante dicitur, Ge.3 *Nunc ergo ne fortè sumat de ligno vitæ & viuat in æternum, eijcite eum de paradiso.* & Io.12. *Nūc princeps huius mundi eijcietur foras.* se. per mortē & æternam damnationem. Istud *Nunc* q̄ est breuissima pars tēporis significat breuissimam vitā nostrā, q̄ de tempore non habet, nisi nunc quo viuimus. Seneca. *Quicquid de tempore transijt, mors iam tenet: quod autem futurum est, vita nondum habet.* B. Aug. *Vita hæc, vita dubia, cæca, ærumnosa. Hanc enim humores fœdant, dolores exterminant, ardores desiccant, aer morbidat, esca inflant, ieiunia macerant, ioci soluūt, tristitia consumūt, solicitudo coarctat, securitas hebetat, diuitiæ inflāt, paupertas deijcit, iuuentus extollit, senectus incuruat, infirmitas frāgit, mœror deprimit. & post hæc omnia mors interimit, quæ vniuersis gaudijs finem imponit, ita vt cùm esse desierint, nec fuisse putentur.* Ex hoc animaduerte, q̄ ad omnia bona, & ad mortem debes esse paratus, vt cū tibi imponat aliquid Deus, aut send aliq̄d horum vocat, possis dicere. *Nunc vado*, siue mora, sine timore, cum gaudio & exultatione. Insuper instante morte hominū, cùm multa sint grauia q̄ reddunt illos anxios & solicitos, dum & separationem animæ à corpore, quam naturaliter horrent, considerant, nollentq; ingemiscentes grauati, expoliari, sed superuestiri 2.Corin.5. *vt absorbeatur*

Petrus diuinitus è carcerē liberatus.

Mali non respiciunt nisi Nunc præsentis prosperitatis.

Seneca dictum de humana vita.

morta-

mortali a vita. Dum incertitudinem causæ suæ, quę concludenda nunc est, animaduertunt, dum repræsentant plura quæ graui timore eos concutiunt, timent quidam & pauent, etiamsi similes Arsenio 70. annis inseruierint Deo, egredi nolunt à corpore, pauidi, ne in die mala, Ps. 48. Iniquitas calcanei sui circundet eos, & inimicus potens præualeat aduersus eos. Itaq; sic vita benè rectèq; instituenda, vt mors expectari, & cum gaudio possit suscipi. Omnes quippe prope mortem constituti consueuerunt similiter dicere, Ecce ego morior. *Vado ergo ad eum.*

Arsenius qui 70. annis inseruierit Deo.

Manifesta est via qua Christus iuit per mundum, & qua ad cœlum iuit. Via qua iuit per mundum fuit magnæ paupertatis via Mat. 8. *Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos, filius autē hominis non habet vbi reclinet caput suū.* Natus est sub dio nec erat ei locus in diuersorio, & ideo in præsepio reclinauit eum mater sanctissima. Lu. 2. Fuit via charitatis, qa seipsum tradidit seruiens in luto & latere miseriarū nostrarum 33. annis, vt nos ab eis liberaret. Io. 3. *Sic Deus dilexit mūdum vt filium suū.* sc. in nostrum seruitium daret & pretium. Fuit via magnæ humilitatis. Mat. 11. *Discite à me quia mitis sū & humilis corde.* Fuit via perfectæ obedientiæ. Phil. 2. *Factus est obediens vsq; ad mortem, mortem autē crucis.* Mat. 26. *Non sicut ego volo, sed sicut tu.* Fuit via summæ & perfectæ patientiæ. Is. 53. *Sicut ouis ad occisionem ductus est.* Mar. 15. *Non respondes quicquam, vide in quantis te accusant.* Via perfectæ victoriæ. Nam vicit Mundum, Diabolum & omnia opera peccati, Iob 16. *Confidite quia ego vici mundum.* Aug. Manu inermi & affixa cruci debellauit aëreas potestates. Per hanc ergo viā Christus iuit, & ideo gloriosus & immortalis resurrexit, & cum magno triumpho cœlos ascendit. Isa 53. *Ecce seruus meus exaltabitur & eleuabitur, & sublimis erit valdè.* Si ergo volumus de terra cœlum conscendere, & cum Christo in gloria exaltari per supradictas vias Christi ambulare necesse est. Isa. 30. *Hæc est via, ambulate in ea.* Ista autem est via valdè difficilis & arcta. Mat. 7. ideo pauci ambulant per eam.

Christi per mundum via, magnæ paupertatis.

Ideo & nos debemus ad eum ire. Primò, ad eius omnipotentiam gratias ei referendo de bonis quæ accepimus ab eo. Eccl. 1. *Ad locum vnde exeunt flumina, reuertuntur vt iterū fluant:* & sic quia flumina omniū bonorum nobis veniunt ab eo, vnde legitur in epist. Iac. 1. *Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est, descendens à Patre luminum.* Ideo debemus reuerti ad eum per gratiarum actionem. Et meritò 1. Cor. 4. *Quid habes, quod non accepisti?* q. d. Nihil. Respice sursum & habe de cœlo beneficium lucis, in aëre respirationem, de terra nutritionem, à dextris angelū protegentē, à sinistris bona tēporalia ad vsum concessa. Colūbę debemus ergo esse redeuntes ad arcā, non coruus. Ge. 8. Secundò, Ad eius sapientiam cogitando nil fore occultū. Nā ipse videt oēs actus nostros. Heb. 4. *Omnia nuda & aperta sūt oculis eius.* Quis. n. vellet malefacere præsente iudice, sic nos omnia facimus impudētissimè præsente iudice. Ps. 93. *Nū qui finxit oculum, non considerat?* *Nam nihil est apertum, quod non reuelabitur, & occultum quod non sciatur.* Mat. 10. Imò ipse cognouit cogitationes etiam hominum, ergo non est peccādum. Tertiò, Ad eius clementiam, mercedem laboris nostri frequenter considerando. Nam ipse dixit. Gen. 15. *Ego merces tua magna nimis.* 1. Cor. 2. & Isa. 64. *Oculus non vidit nec auris audiuit.* vt dicat homo illud. Psal. 83. *Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum.* Quartò, Ad eius iustitiam. Psalm. 98. *Iustus es Domine, & rectum iudicium tuum,* ita quod scribitur, Eccl. 12. *Cuncta quæ fiunt adducet Dominus ad iudicium.* Ideo dic cum Iob. 31. *Quid faciam: cùm surrexerit Dominus ad iudicandum? & cùm quæsierit, quid respondebo ei? Quis enim restitit ei.* Iob. 9. *& pacem habuit?* quasi dicat, nullus.

Eundum nobis ad Christum.

Deus humanarum cogitationum scrutator.

Grauis erat ad hæc difficultas quomodo dictum sit. *Nemo ex vobis interrogat me. Quo vadis?* cū paulò ante Petrus interrogauerit c. 14. *Domine quo vadis?* & cùm ipsemet sæpè dixerit, se ire ad Patrem: Si. n. ipse exposuerat, opus non erat interrogare. Euthym. duas affert responsiones. Vna est, cùm Dñs non respondisset Petri interrogationi, debuerant discipuli iterū instare & interrogare, nec vni interrogationi acquiescere: & hoc est, quod Dñs nunc conqueritur: quamuis videbatur dura expositio. Altera autē est & Cyrilli, vt sit sēsus, *Quo vadis?* quid agis, quid facturus vadis? Romæ tēplū est rotundum, vbi Christus iterum Petro volenti persecutionem & mortem euadere, occurrit, & quærenti Petro: *Domine quo vadis?* Respondit Christus. *Eo Romam iterum ad crucifigendum*, & disparuit, & Petrus remansit Romæ, in cuius rei memoriam illud templum paruum extructum est. Sed interroga hominem mundanum, superbum, crudelē, hæreticum & impium, *Quo vadis?* ille omninò respondebit quia credit, ideo saluabitur, ideo vadit ad Patrem & fallitur: quia non est hæc via peccatoris. Interroga hominem moribundum. *Quo vadis?* Impius & hæreticus etiam audebit dicere se certò iturū ad cœlum. Quamuis sunt aut fuerunt, qui de damnatione sui clamârunt ante aliquot dies mortis: & ille Doctor Paris. erexit se in sarcophago, per cuius exemplum Carthusianus ordo institutus est, & tertia vice conclusit. *Iusto iudicio condemnatus sum.* Sed interroga diuitem epulonem, Herodem & similes impios & clamabunt se ad infernum iuisse. Beati autem iusti & perfecti, & qui pœnitentiam fecerunt confessi, contriti & communicati possunt confidēter dicere, *Vado ad Patrem.* Nam valdè dubium est moribundus, quo illo momento venerit quādo anima exierit, vbi suscipiatur, quas vias decurret.

Hæretici, crudeles, & impij, saluari dos inciti ait se quila crederant.

Sed, quia hæc locutus sum vobis, tristitia impleuit cor vestrum.] q. d. Non solùm me non interrogatis quo vadā, imò potius, qa hęc, nēpè discessum meū audistis, de quo locutus sum mœrore & tristitia estis repleti. *Sed*, habet vim augendi pro imò, seu, quin potius. Illud *Hæc* Cyril. l. 10. c. 38. ad discessum refert, de quo dictum est, *Vado ad eum qui me misit*. quod prius etiā dixerat: hoc. n. magno mœrore corda discipulorum afficiebat, idq; est tristitia implere cor alicuius. Et ad idem refert Aug. tract. 94. & is est sensus legitimus, quasi dictum esset. Ita tristitiæ vos tradidistis audientes meum discessum, vt obliti sitis interrogare, quod dignū erat interrogatione, quorsum & qua de causa abirem. Sed humano modo loquēdo, non est quod interrogetur Saluator noster, quare hinc è mūdo abeat. Tanta. n. mala à principio pauperis diuersorij & Herodis infantum occisoris, vsq; ad suam ipsius passionem & mortem à Iudæis, Pontificibus, legum peritis, & à toto mundo sustinuit, vt profectò habeat millia millium excusationum, & tot rationes quare cōtra nos apud Deum Patrem cōqueratur, & vindictam extremam sollicitaret. Sed ecce omniū obliuiscitur propter nos, & propter nostrā salutem. Quis hominum millesimam partē sustineret, quis vltionē dimitteret, quis non fugeret non dico abiret: at ecce bonitas, lōganimitas, patientia, misericordia Redēptoris nostri, qui nō vult mortem peccatoris, sed magis vt viuat.

Quanta mala Christus fuerit sustinendo à natiuitate sua passim.

Et quia priori & hodierno Euāgelio tristitia toties repetitur, attende, quod quædam tristitia est commendabilis, vt est hominum perfectorum, quia viri iusti in hac vita nunq̄ sunt læti, sed more columbæ semper sunt tristes, meditantes & gemebundi, de qua dicitur Eccl. 7. *Cor sapientis vbi tristitia.* Quædā est detestabilis, & illa est hominum peccatorū, qui ex mundi infortunijs faciliter sunt tristes, & aliqui desperantes, de qua Eccl. 30. *Tristitiā longè repelle à te.* Tertia est hominum damnatorum, qui sunt in perpetua tristitia, de qua pōt dicere quilibet dānatus illud 1. Mach 6. *Ecce pereo tristitia magna in terra aliena.* Aduerte autē quod quatuor sunt quæ faciunt hominem spiritualiter esse tristem sc. qñ considerat offensionem maiestatis diuinæ. Quia sicut homo tristis efficitur, qñ rex super ipsum irascitur: Sic homo tristis & pallidus debet esse, qñ regem cœli se grauiter offendisse cognoscit. Malac. 3. *Ambulauimus tristes coram Domino exercituum.* Secundò, Commissionem internæ prauitatis, qñ videt se fecisse facta vilia & enormia, Baruc. 2. *Non mortui qui sunt in inferno, dabunt honorē & iustificationem Domino, sed anima tristis quæ super magnitudine mali sui incedit curua.* Tertiò, Incursionem aduersitatis mundanæ. Quia homo qui benè cōsideraret, quot miserijs & tribulationibus humana natura subijcitur, nūq̄ gauderet aut lætaretur, sed omni tēpore tristaretur, dicens alijs in miseria positis illud Mar 14. *Tristis est anima mea vsq; ad mortē: sustinete adhuc modicū & vigilate.* Quartò, Inspectionē ęternę dānationis, qa cōsideratio iudicij & inferni facit hominē tristē, sicut [illegible] ratus tristatur qñ cōsiderat, quod necessariò est iudicandus [illegible] adhuc est in periculo, verū sit patibulo adiudicandus [illegible] *Circumuallabo Ariel: & erit tristis & mœrens.* Et licet [illegible] stes sint, nihilominus debēt per spem & læ[illegible]

Homo cōsiderata sua miseria, nunquam lætaretur.

2.Cor.6. *Quasi tristes, semper autem gaudentes.* Bona enim tristitia spem & consolationem comitatur, & finaliter in æternæ salutis gaudium commutatur, iuxta illud Ioan. 16. *Mūdus autem gaudebit, sed tristitia vestra vertetur in gaudium.* Alia est tristitia peccatorum, qui non ponentes in Deo spē suam propter mundi fortunam, vsque ad desperationem aliquando desolantur, Vnde Eccl.30. *Ne dederis in tristitiam cor tuum, sed expelle eam à te.* Sed in præsenti quomodo quis non tristaretur, audiens hæc sibi à Christo dici & videns postea quæ dicta sunt in euentum? Nota etiam quod mūdani facilè conturbantur, si arguantur vsuræ, luxuriæ, crudelitatis & similium, statim volunt hominem occisum, aut odio habent aut persequuntur, ita vt non solùm sit tristitia pro Deo, & secundum Deum, sed ira & furor.

Peccatorū tristitia mala, quæ

Sed ego veritatem dico vobis: Expedit vobis vt ego vadam.] Dñs his verbis tristitiæ illorum studet mederi, vt cognita vtilitate maxima illam deponant aut certè temperent. Præterea quia discipuli tristabantur, timentes absentiam Christi, nocumentum illis non paruum allaturam: Dñs docet non ita se habere, sed potius magnum emolumentum & vtilitatem inde ipsos relaturos. Et reuera fuit expediens multis de causis. Primò, vt carnalē amorem amputaret, Expedit enim vt forma serui auferatur, & amor diuinitatis altiùs mentibus vestris imprimatur. Nam quantum spiritus distat à carne, in tantum spiritualis consolatio à carnali. *Nisi enim carnalis substantia subtrahatur, Paracletus non datur*, ait Bern. Nam affectus carnalis impedit gratiæ plenitudinem. Io.6. *Spiritus est qui viuificat, caro non prodest quicquam.* Secundò, propter fidei augmentationem: quia d. Aug. de S. Trin. *Christus non dat Spiritum S. in quantum homo, sed in quantum Deus.* Modo interim quod erat cum eis, videbatur quasi vnus ex illis, & sic fides non erat firma, & clara, de diuinitate: quia secundùm Aug *fides est de non visis*, vt dixit Saluator. Io.20. *Beati qui non viderunt & crediderunt.* Et Greg. *Fides non habet meritum, vbi humana ratio prabet experimentum.* Ergo expediens erat vt auferretur ab eis humanitas, & clariùs in missione Spiritus S. innotesceret diuinitas. Tertiò, Ad spei eleuationem, Si enim ille non ascendisset, quomodo spem ascensionis ipsi habuissent? Ideo Io.14. *Si abiero & praeparauero vobis locum, iterum veniam & accipiam vos ad meipsum.* Nā in hoc, q̃ Deus humanam naturam sublimauit, credentibus cœlum posse patere monstrauit. Quartò, ad erigendā charitatis affectionem, nam discipuli quamdiu habebant Christum corporaliter præsentem, non cogitabant de cælestibus & spiritualibus; Cùm autem ascendisset, tunc totum animum ad cœlestia transtulerunt. Nam ante ascensionem Petrus dixit, Io.6. *Domine ad quem ibimus? verba vitæ aeternæ habes.* Et Mat 17. *Domine bonum est nos hic esse*, hinc non habuerunt defectum in ipsius præsentia, ideo fuerunt contenti; Voluit igitur illis auferre suam corporalem præsentiam, ad designandum, q̃ hic non est vera sufficientia, sed in æterna beatitudine est copiosa omnium bonorum abūdantia. Psal.16. *Satiabor cùm apparuerit gloria tua.* Ideo voluit sursum scandere vt nostrum spiritum per charitatis affectionē attraheret, de quo Io. 12. *Si exaltatus fuero omnia traham ad meipsum*, ideo d. *Expedit vobis.* Colos.3. *Quæ sursum sunt quærite, vbi Christus in dextera Dei sedens: quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram.* Notandum etiam, q̃ sicut Apostolis expediebat, vt ab eis Christi præsentia subtraheretur, ita multis expedit, vt eis bona præsentia, vt sanitas, diuitiæ, dignitates & studia subtrahantur, quia aliter ad Deum cognoscendum, non accedunt. Sed in bonis credunt totaliter Deum esse, in ipsis finem suum ponentes. Ps. *Beatum dixerunt populum, cui hæc sunt.* Sic Iob denudatus ab omnibus dixit. *Nunc oculus meus videt te, & ago pœnitentiā in fauilla & cinere.* Mat.5. *Beati pauperes spiritu.* Et sic expedit aliquos etiā mori, ne in grauiora peccata collabantur, vel grauiora discrimina experiantur, quod expediens solus Deus nouit.

Christi corporalis ab entia discipulis expediebat.

Nisi Christus ascendisset, Apostoli spē ascensionis non habuissent.

Multis expedit, vt præsentibus bonis priuentur.

Expedit pueris lac dare, solidum cibum viris: Sic Deus mirificè recreat eos quā lac consolationis præsentia sua illos, qui in Christo paruuli sunt. At postquā adoleuerint, cùm exercitatos iam habeant sensus ad discretionē boni & mali, recedere potest sponsus, & sponsa ad tempus eius suauissimis amplexibus priuari. Vnde cùm Isaias vellet docere, quæ exhibiturus esset Messias c.66.dic. *Ad vbera portabimini, & super genua blandientur vobis. Quomodo si cui mater blādiatur, & ego consolabor vos.* & Isa.40. *In brachio suo congregabit agnos, & in sinu suo leuabit, fœtas ipse portabit.* Et hac ratione in Canticis sponsa ardentissimè præsentiam postulabat spōsi Cant.1. Osculum oris petens, iam efflagitans, vt in hortum veniret, iam vt ostenderet faciem, sonaretque vox dulcissima in auribus eius, vtpote cuius vox dulcis esset, & facies decora. *Tenui dilectum, nec iam dimittam.* Postquam autem dilecti præsentia mirabiles profectus est assecuta, quæ amplius eum desiderare debuisset, clamat: *Fuge dilecte mi super montes Bethel*, Cant.2. & 8. *quoniam tempus est amplexandi, & tempus cessandi ab amplexibus.* Eccl.3. *tempus ridendi & tempus flendi.* Discat Christianus, vocationem suam esse, vt ad Deū vadat. Ideo semper apud se cogitet. *Vado ad eum.* Denique d. Christus: *Vado ad eum qui me misit.* Quia non omnes vadunt ad eum: Si ad Deum vadis, quid te oneras rebus terrenis & culpis? Cum his in conspectu Dei apparere non poteris. Expedit etiam vt aliquando non dentur filij, nec diu viuant, quia parentes nimium superbirent aut peccarent: sic de alijs.

Cum terrenis apparere non licebit in conspectu Dei.

Si enim non abiero, Paracletus non veniet ad vos. Si aūt abiero, mittam eum ad vos.] Mea ergo absentia aduentum Spiritus S. vobis concedet: mea præsentia: *Si non abiero*, vos eius aduentu priuabit. Annotanda sunt verba Christi magno artificio posita. Non enim dicit, si non abiero non mittā Spiritum S. sed *Non veniet*. Cùm. n. præsens esset, tunc eius non videbatur verbum conuenire Mittendi, sed Dandi & Veniendi, Præsentibus.n.non mittimus: Ideo dic *Non veni ad vos.* Quamuis in rei veritate etiamsi præsens esset, verè diceretur mittere, quia Spiritus S. ab ipso procedit, & idem Spiritus S. effectum nouū in eis faceret: At loquitur iuxta vulgarem modum, cuius illi capaces erant. Rursus non dicit. Si abiero, Veniet, sed *Mittam*, retinens modum similē loquendi, & simul vt eos certos faceret venturum, q.d. Ne dubitetis venturum. Ego. n. sum qui mittam eum. Doctè & verè Chrysost. ho.77. annotat contra Macedonium, negātem Spiritus S. diuinitatem, locum hunc, quo eius diuinitas insinuatur: Non.n. expediens esset recessus Christi, qui filius Dei est, nec compensaretur aduentu creaturæ: Necesse igitur est Spiritum S. hic promissum Deum esse. Vtitur aūt Dñs nomine Paracleti valdè appositè, quia tristib. & mœstis de suo decessu loquebatur, indicans omni lætitia & consolatione eos replendos adueniente Spiritu S. etiam in sua absentia, eosque omnem tristitiā depositutos.

Nota. Non ex impotētia factū est, vt annotat Aug. tract. 94 Spiritū S. Christo præsente non venisse, eiusque ad patrē recessum expectasse, sed ex diuino consilio & instituto. Nā Christus vt Deus est, Spiritum S. mittit; Vt autem Deus est omnia replet & in terra & in cęlo semper est; Siue ergo absens sit, siue præsens humanitas eius in terra, semper potuit Spiritum S. mittere: At sic Deus disposuit, vt non nisi post ascensionem Christi mitteretur. Fuit aūt pluribus de causis id conuenientissimè & prudentissimè factum. Primò, ex parte Spiritus S. vt eius diuinitas maximè innotesceret. Cū enim manifestanda esset hominibus ex miris signis & operibus internis & externis q̃ effecturus erat, si tunc Christus adesset, soli ipsi talia opera homines tribuissent, non aūt aduenienti Spiritui S. At cum absente eo effecta sunt, Spiritus S. potentia & diuinitas apertiùs est commendata. Secundò, ex parte Christi ipsius: Si.n. præsens tunc esset, missio & aduentus ipsi non tribueretur; sed existimassent multi, solum Deū patrem propter Christum misisse: At dū recedit & post recessum Spiritus S. venit, faciliùs ab eo missum esse credi potuit. Tertiò, ex parte officij. Adueniente .n. Spiritu S. discipuli erant in Magistros & Doctores mundi promouendi, & per orbis regiones & prouincias dispergendi, debuit ergo expectari Christi recessus. Non enim iam sensibiliter & corporaliter Christo adesse oportebat, sed quæ didicerant, euntes in mundum vniuersum manifestaturi erant. Quartò, Ex parte eorundem discipulorum & est doctrina Aug. tract.94. & Greg. lib.8. mor.c.13. Aduentu etiam Spiritus S. erant perfectissimi homines euasuri, maximaque pfectione spirituali implendi, debuerant igitur ab hac sēsibili cōuersatione Christi separari. Erāt.n. maximè addicti huic familiaritati, q̃ quamuis sanctissima

Spiritus S. præsente Christo quare non venerit.

Post ascensionem fuerat mittendus tantum.

Apostoli debuerunt à sensibili Christi conuersatione separari.

esse

esset & vtilissima, tamen iam in spiritu perfectos, oportebat quod sensibile erat, ad spiritum conuertere, & Christo non tam sensibus quam toto spiritus & mentis conatu adhærere. Animaduerte etiam quod isti particulæ siue aduerbia, pronomina, præpositiones, apud S. Ioannem, teste super hoc Euangelio, Cardinale Toleto, non frustra ponantur. Ideo quia illud, *Ad*, bis ponitur & in prioribus & in sequentibus inuenitur, parum illud examinabimus. Est itaque vnum *Ad* quod pertinet ad creatorem, quia Deus habet suam attentionem & respectum suum ad res, & ad prouidentiam earum, siue per misericordiam diligendo, siue per iustitiam respuendo. Vnde Gen. 4. *Respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius: ad Cain verò & munera eius nō respexit.* Aliud est *Ad* quod pertinet ad deceptionem, & quicquid facit ad hominis nocumentum. Vnde diabolus est ille, qui dicit illud Ezech. 38. *Ascendam ad terram, absque muro veniam ad quiescentes habitantesq; securè. Vt diripiat & inuadat prædam.* Et illud Ezech. 21. *Mucro, mucro, euagina te ad occidendum.* Aliud quod pertinet ad hominem, quia ipse non est nisi quædam dependentia ad aliud, Conditio enim sua nullum statum habet, imò tendit ad aliud incessanter. Vnde homini potest dici illud Ezech. 21. *Vade ad dexteram, siue ad sinistram quocunq; faciei tuæ est appetitus.* De primo, *Ad.* Dei ad hominem: Tota enim influentia superiorum ordinatur ad regimen inferiorum, sicut patet, quia signa cœlestia & planetæ respiciunt corpora inferiora & accidentia, & ea diuersimodè ordinant suâ influentiâ beneuolâ, vel maleuolâ: Sic Deus qui est summus & superior, oculos suos præcipuè ad homines & ad eorum regimen dirigit, & eos beneuolentia misericordiæ, & maleuolentiâ iustitiæ ordinat & componit. Vnde de isto *Ad*, vnum de generali cura quam habet Deus de homine potest dicere illud Ioan. 14 *Audistis quia dixi vobis. Vado & venio ad vos.* quasi dicat, tantam curam habeo de vobis, quod ad vos vado, & venio. Respicit itaque primò Deus ad hominem secreto inspirando, quia ipsi est sicut secretus consiliarius, qui per gratiam interiùs inspirat bonos actus & virtuosos habitus, & conceptus, dicens homini illud Exod. 22. *Veniam ad te & benedicam tibi.* Sicut enim radius exit à facie, & transiens vsque ad speculum, erit imago ibi intuentis, sic radius diuinæ gratiæ à Deo transit ad hominem, & in speculo cordis suam sanctam imaginem repræsentat, & eum per sanctam imitationem in suam imaginem transfigurat. Gen. 1. *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram.* Et talis affectus vel aduentus diuinus ad hominem non potest occultè videri, sed solum potest credi & audiri. Iob. 9. *Si venerit ad me, non videbo eum, si abierit, non intelligam eum.* Sicut enim dicitur. Eccl. 9 *Homo nescit, vtrum odio an amore dignus sit.* & ideo homo ignorat, si ad eum venit Dominus, vel recedit. Secundò, Habet respectum informatiuum, quia per Scripturam & Sanctos mittit ad hominē verba sua, vt ipsum instruat & informet, vnde ipse est qui dicit illud Prou. 8. *O viri ad vos clamito, & vox mea ad filios hominum: intelligite paruuli astutiam, & insipientes animaduertite.* Iste respectus ostenditur, cùm dicitur Gen. 12. *Dixit Dominus ad Abraham. Egredere de terra tua.* Tertiò, Habet affectum remuneratiuum, scil. ad largiendum, & iste est, quando Dominus mouetur ad hominem promouendum, & ad eum temporaliter & æternaliter extollendum. Calor enim solaris descendens inferius ad vapores, ipsos assumit, & eos sursum eleuat, & in nubes eos vertit. Sic calor diuinæ charitatis quandoq; respicit ad hominem, & eum temporaliter exaltat, & quandoq; in æternum ditat, Vnde ipse d. Io. 14. *Veniam & accipiam vos ad meipsum.* Quartò, Respectum castigatiuum, quia sicut motus lapidis est deorsum ad terram descendere, & eam percutere: Sic motus diuinæ iustitiæ tendit ad hominē terrenum & peccatorē, vt ipsum corrigat tribulationibus & conuertat, dic. illud, 1. Cor. 4. *In virga veniam ad vos.* Vel si conuerti noluerit, ipsum conterat & confundat. Sicut. n. latro venit ad domū diuitis, vt eū spoliet, & lupus vt gregem laniet: Sic Deus venit ad tales, vt eos temporaliter & æternaliter sauciet, & vt per infortunia temporalia, vel per mortē corporis & animæ eos aggrauet. Vnde Dñs ei dic. illud Apo. 2. *Veniam ad te tanquam fur, & nescies, qua hora veniā.* Et illud ostenditur, cùm dicitur *Vado*, quod est displicentiæ &

Deus oculos ad hominum regimen dirigit.

Quo affectu moueatur Deus ad hominem temporaliter vel æternaliter extollendum.

indignationis, quæ præcedit. Quintò, Respectū charitatiuū. Deus. n. tantam affectionem ad hominem habuit, quod ipse ad eum venit personaliter factus homo, similis vnicorni, qui intrò venit ad virginem. Venit aūt medicus ad ægrotos, redemptor ad venditos, ad mortuos vita, iustus ad peccatores, humilis ad superbos. Sextò, Respectum iudicatiuū, quem erit in iudicio vltimo. Isa. 3. *Stat ad iudicandū Dominus. stat ad iudicandos populos Dominus, ad iudicium veniet.* Sic dic. Christus, *veniam ad vos, mittam ad vos, si non abiero, non veniā ad vos.*

Potest etiam illud *Ad* referri ad hominem. Cōstat enim quod homo mortalis semper tendit ad aliud, nec habet subsistentiam solidam in seipso. Primò igitur *Ad*, significat fluxum naturalem mortalis naturæ, Homo enim aquæ similis est, quæ semper decurrit ad partem decliuem, & à centro ad extremitates continuè labitur: Sic verè homo continuè currit ad mortem, nec cessat fluere & deficere, quousque ad extremitatem peruenerit, & quousque à mortis fluuio fluxus eius terminetur. Vnde de quolibet potest dici illud, Ioan. 20. *Surgens Petrus cucurrit ad monumentum.* de quo lamentando dicebat Ezechias, Isaiæ 38. *Ego dixi. In dimidio dierum meorum, vadam ad portas inferi.* Et nota quod mors est vnum *Ad* necessitatis, Vnde de puero mortuo dicit Dauid, 2. Regum 12. *Ipse non reuertetur ad me, ego autem magis vadam ad eum: Ad* flebilitatis. De Maria dicitur Ioan. 11. quod ipsa vadit ad monumentum, vt ploret. *Ad* Communitatis, Omnes enim tendunt ad istud *Ad* Eccl. 3. *Omnia pergunt ad locum vnum. Ad* securitatis. Quia illi qui sunt mortui, habent certitudinem status sui. Sap. 5. *Ad* iucunditatis, quoad bonos, Apoc. 3. *Esto fidelis vsq; ad mortem, & dabo tibi coronam gloriæ. Ad* aduersitatis, quantū ad malos, quia mors malorum est illis initium tormentorum. Prou. 2. *Inclinata est ad mortem domus eius, & ingressus eius ad inferos penetrabit.* Eccl. 4. *Oritur sol & occidit, & ad locum suum reuertitur.* Sic est de homine. Secundò, *Ad* significat motum virtutis, Sicut enim arbor per varias alterationes pergit ad debitum cōplementum, vtpote quod de natura herbæ ad naturam arboris transit, tandem folia acquirit, & de folijs ad flores & fructus peruenit. Sic verè anima de natura transit ad gratiam, & ad virtutem, de virtute verò transit ad gloriæ fructum, & ad æternam beatitudinem. Et de tali statu dicitur Isa. 2. *Venite ascendamus ad montem Domini.* Mons. n. signat perfectionē, & ille profectus melius potest perfici per adiutorium superni fœderis, quia *Venite*, per dimissionē externi ponderis, quia *Ascendamus*, per attractionē superni numinis, quia *Ad montem*, per directionem æterni sideris, quia *Domini.* Mat. 11. *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos.* Veniamus igitur ad refrigerium ardoris, id est, ad profluuium lachrymarum, quæ ardorē cōcupiscentiæ refrigerant. Isa. 55 *Omnes sitientes venite ad aquas. Ad* desiderium amoris. Ps. *Sitiuit in te anima mea. Ad* purgatorium doloris, Dolor. n. contritionis animam purgat, & ciuitatē procurat. Vnde ista est porta ferrea. Act. 12. *Venerunt ad portam ferream, quæ ducit ad ciuitatem. Ad* exemplar vigoris, quia ad bona exempla aliorum debemus prospicere. Prouer. 6. *Vade ad formicā, ô piger, & considera vias eius, & disce sapientiam. Ad* ministerium sapientiæ. Isa. 49. *Ad omnia quæ mittam te, ibis. & omnia quæ mandauero tibi, loqueris ad eos. Ad* rigatoriū misericordiæ, Tob. 3. *Ad misericordiam venire licebit. Ad* reductorium pœnitentiæ, Oseæ 6. *Venite reuertamur ad Dominum.* & Ioël. 2. *Conuertimini ad me in toto corde meo. Ad* refectorium Eleemosynæ. Ps. *Oculi mei ad fideles terræ, vt sedeant mecum. Ad* sapientiæ magisterium. 2 Reg 10. *Vniuersa terra desiderabat vultum Salomonis, vt audiret sapientiam eius* [?] Sic veniebant ad Christū, & Apostolos Spiritu S. repletos, sic ille cùm veniat ad nos, Nos etiam ad illum veniamus, nec excludamus eum.

Et cùm venerit ille, arguet mundum de peccato, & de iustitia, & de iudicio.] Arguet ille mundum, i. Iudæos & gentes, fidem Christi non habentes, & opinantes se non esse in peccato, nec indigere iustitiæ Christi, sed suam quæ per legē Moysi, aut per opera quæ secundùm legem naturalem fiunt sibi sufficere, existimantes etiam sub potestate diaboli se non detineri, sed liberos esse, hos, inquit, omnes Spiritus sanctus adueniens conuincet, redarguet, & à sua opinione & errore, ita deturbabit, vt quod rationabiliter opponant, aut respondeant, non sint habituri. Conuincet autem

Particula, Ad, acceptiones variæ.

Anima transitus ad gratiā, virtutem, gloriæ fructum, & æternam beatitudinem.

Spiritus S. in mundum infidelium [illegible]

eos

eos omnes esse in peccato, nec aliam esse iustitiam, qua verè iusti esse possint, præter eam, quæ à Christo est, per fidē in ipsum, & quam sua morte nobis obtinuit. Conuincet etiam omnes eos hactenus fuisse sub principatu & potestate diaboli donec per Christum liberati sunt, Diabolo iudicato, damnato, & suo dominio destituto. Hæc omnia fecit Spiritus S. per Apostolos, tum miris diuinæ virtutis operibus, tum verbi efficaciâ corda hominum penetrantis.

In Prælatis potissimum requisita.

Sed ad alteram explicationem propter doctrinam reuertendo, quod *Arguo* idem significet quod corrigo, & reprehendo. Ita omnis Magistratus & maximè Prælatus in id deberet incumbere, ita tamen vt sicut Paulus dicit. 2. Tim. 4. *Argue, obsecra, increpa in omni patientia & doctrina.* Debent itaq; Primò habere quandam seueritatem, argue, increpa: Sed non debent excedere per crudelitatem, nec remitti per tepiditatem. Multi nesciunt tenere medium, Greg. *Sit amor non emolliens, sit rigor nō exasperans, sit zelus non immoderatè sæuiens, sit pietas non plusquam expedit, parcens.* Secundò, Clemētiæ benignitatem, Virga. n. quantò in arbore est altior, tātò naturaliter est gratilior, mollior, flexibilior. Sic homo quantò in arbore huius mundi, vel Ecclesiæ altiorē gradū obtinet, tantò debet esse gratilior, per humilitatem, & flexibilior per benignitatem; quia dicit *Obsecra.* Aliàs faciunt homines obstinatos aut desperatos, & tales figurantur in Roboam 3. Reg. 12 & 13. Qui quia rigorem, populo petēti noluit remittere, necesse habuit regimen amittere. Cōtra istos loquitur omnis populus, & ipsum officiū quod sustinēt. Tertiò, debent habere maturitatē. *Impatientia, inquit* Eccl. 2. *Vsq; ad tempus expectabit patiens, & postea redditio iucunditatis.* Obseruet ergo locum & tempus puniendi. Quartò, Sciētiæ sagacitatē, Ps. 2. *Intelligite & erudimini qui iudicatis terram.* Sed multi non sunt instructi, sed destructi, qui præsunt, quod iudicant. Canum instar oporteret in eos maximè aduertere, qui in caput ipsorum lapide vel telo sæuiūt, qui in caput Deum scilicet maximè sunt blasphemi, ea habeant itaque se Ioannem incestuosis, Matathiam Apostatis, fornicantibus Phineēn, Heliam Idololatris, Petrum mentientibus, blasphemantibus Christum. Huius enim vitę cursus est breuissimus, finis autem horribilis & incertus. Omnes has qualitates in Christo est videre. Habuit Christus seueritatem, Mat. 25. *Domine scio quia durus es.* Benignitatē Ose. 6 *Misericordiā volo, & non sacrificium.* Maturitatem quia patiēter expectat. Sagacitatē quia omnia discutit. Gen. 13. *Descendam & videbo vtrum scelus quod venit ad me, opere cōpleuerūt.*

Particula De signat dependentiam.

Eapende ēt quod illa præpositio *De*, significat recessum à loco, vel dependentiam à re, vel à persona, & ēt à tempore, vel à loco, & processum è materia, vel rei diminutionē. De recessu quidē à loco dicitur. Exo. 32 *Peccauit populus tuus quem eduxisti de AEgypto.* Dependentia à re, Ioan. 3. *Qui de terra est, de terra loquitur.* A persona, Mat. 2. *Ite interrogate diligenter de puero.* A tempore, Eccl. 5. *Nec differas de die in diem.* A loco, *Laudate Dominum de cælis.* A materia, Gen. 1. *Formauit Deus hominem de limo terræ.* & Gen. 6. *Fac tibi arcam de lignis ligatis.* Item diminutionem rei significat, dic. *Accipe de vino, de oleo.* Peccatum, iniustitia, & iudiciū sunt, quæ recedunt à Deo, & diminutionem significant, ideo dicitur de peccato, iustitia & iudicio. Debemus autem vnum defugere, quod est mundus, qui nos inficit. Ps. *Eripe me de luto, vt non infigar, & de profundo aquarum.* Est enim mundus locus crudelitatis, Gen. 4. *Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra.* Indignitatis, Cant. 4. *Veni de Libano soror mea, veni de Libano, coronaberis.* q. d. in Libano, id est, in mundo non potes coronari. Carceris seu seruitutis. Ps. *Educ de custodia animam meam ad confitendum nomini tuo.* Fugiendum etiam peccatum quod suos afficit, quia peccatum est ille fumus putei abyssi, de quo Apoc. 9. *Obscuratus est sol, & aër de fumo putei, & de fumo exierunt locustæ.* Peccatum caligine sua veritatem fuscat.

Peccati numerantur effecta quadam.

puritatem fœdat sua fuligine, quia aër de fumo. Libertatem claudit sua voragine, quia *Putei.* Vbertatem rodit sua rubigine: quia *locustæ*. Et breuiter abominandum est peccatum, quia procedit à diabolo, à malo corde cogitatur, à malo ore profertur, Apoc. 16. *Vidi*, inquit, *de ore Draconis, de ore bestiæ, & de ore pseudopropheta, exire tres spiritus immundos in modum ranarum*, id est, luxuria procedit de bestia cūcta maculante, superbia de ore Prophetæ altum appetentis, auaritia, de ore Draconis flammas emittentis. Mundus autem Draco est. Bestia est corpus Pseudopropheta diabolus. Itē fugiendus est diabolus qui enecat. Ps. *De ore leonis libera me Domine.* Est etiam sicut hostis nocens. Ps. *Eripe me de inimicis meis.* Sicuti serpens pungens fallaciter. Isa. 14 *De radice colubri egredietur regulus, & semen eius absorbens volucrem.* Item fugiendum est consortium iniquorum, quod nihil proficit. Num. 16. *Separamini de medio congregationis huius.* Item fugiendum desiderium terrenorum, quod nunquam sufficit. Ps. *Fiant sicut fœnum terræ, quod priusquam euellatur, exaruit, de quo non implebit manum suam qui metet.* Aduerte etiam quod per *De* intelligitur quædam participatio virtuosa, quæ est acquirenda & prometenda, & ista est, qua de Deo, de cælo, de virtutibus, de scriptura, de gratia, de gloria, recipim⁹ adiutorium & solamen. Igitur de Deo sicut de principali fundamento nostro, nos participando recipimus dulcorē deuotionis. Deut. 32. *Constituit eum supra excelsam terram, vt sugeret mel de petra, oleumq; de saxo durissimo.* Item fulgorem reuelationis, Deut. 4. *De cælo audire te fecit vocem suam.* Fauorem exauditionis, Ps. *Exaudiuit me Dominus de monte sancto suo.* Feruorem miserationis, Ps. *Respice de cælo, & vide, & visita vineam istam.* Et alibi: *Veritas de terra orta est, & iustitia de cælo prospexit.* Vigorem protectionis, Ps. *Angelis suis mandauit de te.* Liquorem refectionis, scil. S. Eucharistiam, Genes. 27. *Surge, sede & comede de venatione.* Ioan. 6. *Ego sum panis viuus qui de cælo descendi.* Ardorem dilectionis, Thren. 1. *De excelso misit ignem ossibus meis.* Splendorem eruditionis. Isa. 2. *De Sion exibit lex, & verbum Domini de Hierusalem.* Humorem consulationis & refrigerationis, Isa. 12. *Haurietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris.* Gen. 27. *Det tibi Dominus de rore cæli, & de pinguedine terræ benedictionem.* Durationem perpetuam in anima & corpore. Gen. 2. *Inspirauit Deus in faciē*, i. imaginē eius, sc. hominis *spiraculum vitæ*, i. animam habentem in seipsa vitam perpetuam. De corpore, 1. Cor. 15. *Sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur.* Honorem exaltationis, Cant. 4. *Veni de Libano.* Psal. *Gloriosa de te dicta sunt.* Est etiam vnum *De* valdè timendum, vt de diuina reprobatione. Exod. 32. *Qui peccauerit in me, delebo eum de libro vitæ.* De iudicij seuera executione. Ps. *De cælo auditum fecisti iudicium, terra tremuit & quieuit.* De damnatione, Deuter. 32. *De vinea Sodomorum, vinea eorum, & de suburbanis Gomorrhæ; vua eorum vua fellis, & botrus amarissimus.* De perdenda cæli beatitudine. Gen. 3. *Ecce Adam, ne fortè mittat manum suam, & sumat etiam de ligno vitæ, & comedat, & viuat in æternum.* De viro iusto etiam intelligitur illud *De.* Habet enim humilitatem. Gen. 1. *Produxit Deus de humo omne lignum.* Paupertatem. Gen. 6. *Fac tibi arcam de lignis leuigatis.* Paupertas enim leuior est omnibus virtutibus, quia non habet pondus terrenorum. Pietatem, 3. Reg. 6. *Fecit in oraculo duos Cherubim, ex lignis oliuarum.* Oliua autem pietatem significat, charitatem. Exod. 25. præcipitur autem quod fiat arca de lignis Sethim, intrius & exterius deaurata, Aurum verò charitatem significat. Et nota quòd vtensilia omnia tabernaculi de auro sunt facta, Exod. 26. ad denotandum quod aurum charitatis est materia omnium bonorum virorum, & etiā omnium virtutum & operum. Quod autem *De* significet diminutionem, patet Tob. 4. *De tua substantia da pauperibus.* non dixit totam. De Spiritu S. autem natus est Christus, Deus de Deo, lumen de lumine, Deus verus de Deo vero, de illo, vt accipiamus omnes gratias & dona nobis ad salutem necessaria, deuotè oremus.

Particula De vsus in participando.

Paupertas commendata, quia pondere terrenorū vacat.

Spiritum quadrupliciter arguere dicitur.

Nota etiam quod quadruplici ratione dicitur Spiritus S. arguere. Primò, ad ostendendum, quod ille maximè se arguit, qui Spiritum S. recipit abundantius. Gregor. super illo verbo Iob. *Nunc oculus meus videt te, idcircò reprehendo me*, ait: *Quanto quis maioris gratiæ lumen recipit, tanto magis se reprehensibilem cognoscit: Sicut puluis apparet in radio solis qui non apparebat in vmbra.* Secundò, ad ostendendum, quod arguere non est alienum à benignitate & amore, cùm Spiritus S. qui est ipsa benignitas & amor, dicatur arguere Isa. 11. *Egredietur virga, id est, correctio & disciplina, de radice Iesse*, id est, de incendio amoris, Iesse namque interpretatur incendium, Apoc. 3. *Ego quos amo, arguo & castigo.* Tertiò, ad ostendendum, quòd mansuetudo Spiritus S. in arguendo penitus est seruāda Gal. 6. *Vos qui spirituales estis, huiusmodi instruite in*

spiritu

aduenien remouet, quia purgat illuminat & corroborat mentem; Ideo in specie ignis qui hæc tria operatur super Apostolos apparuit: Nã ignis purgat rubiginẽ metallorũ, illuminat tenebras, & corroborat lateres. Quod aũt reprehensibilitas impediat argueñtẽ, ostendit Greg. dic. *Superiectas sordes tergere non valet manus quæ lutum tenet*, Mat. 7. *Hypocrita eijce primo trabem de oculo tuo & tunc videbis eijcere festucã de oculo fratris tui*. Rom. 2. *Qui prædicas non furandum, furaris, In quo enim alium iudicas, teipsum condemnas.* De impedimẽto verò ignorantiæ dicitur Mat. 15. *Si cæcus cæco ducatum præbet, ambo in foueam cadunt.* Officium autem sacerdotis est arguere Oseæ 4. *Quia tu repulisti scientiam, repellam te ne sacerdotio fungaris mihi.* De impedimento timoris dicitur, Eccl. 7 *Noli quærere iudex nisi valeas virtute irrumpere iniquitates, ne forte extimescas faciem potentis.* Spiritus sanctus autem veniens super Apostolos purgauit eos ab omni peccato, illuminauit ab omni ignorantia, & corroborauit contra mortem & omnia tormenta, & per consequens fecit idoneos ad mundum, id est, mundanos arguendum.

Mundus triplex accipitur.

Iterum attende quod mundus tripliciter accipitur. Primò, pro vniuersitate rerum creatarum, & sic accipitur. Io. 1. *In mundo erat, & mundus per ipsum factus est.* Iste mundus est semper Dei, & nunquam diaboli. Ideò glossa super Apoc. 11 *Est mundus cuius Deus creator est, & est mundus cuius Deus Redemptor est. & est mundus cuius diabolus princeps & rector est*, De primo dictum est. De secundo Io. 3. *Sic Deus dilexit mundum.* Et sic capitur. Io 6. *Panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita*, id est, vniuersorum fidelium Et Apoc. 11. *Factum est regnum huius mundi Domini nostri, & Christi eius qui regnabit in sæcula sæculorum* De Tertio, Io. 11. *Princeps huius mundi eijcietur foras*. qui dicitur princeps sola ratione seductionis, vexationis & malignæ voluntatis. Nam Eph. 6. *Non est vobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates, & aduersus mundi rectores tenebrarum.* id est, peccatorum tenebrosorum, & ille mundus est diaboli, non creatione, sed imitatione. Iob. 41. *Ipse est rex super vniuersos filios superbiæ.* De hoc mundo dicitur Io. 7. *Non potest mundus odisse vos: me autem odit, quia ego testimonium perhibeo de illo, quia eius opera mala sunt.* De hoc iam dicit Euangelium. Omnia

Omnia peccata sub tribus comprehensa.

autem peccata possunt sub tribus comprehendi: Primo, in mali operis perpetratione, & talia sunt infinita. Psalm. 39. *Circundederunt me mala, quorum non est numerus*, Et Manasses 1. Par. vlt. *Peccaui super numerum arenæ maris.* Ezechiel. 8. *Ingredere & vide.* sc. in conscientia, *abominationes pessimas, & ingressus vidi, & ecce similitudo reptilium & animalium abominatio*, id est, omnium peccatorũ. Quia oculi nostri pleni sunt vanitate, aures detractione, manus sanguine, os maledictione. Secundò, In peccatis omissionis: quæ cum sint infinita, non est mirum, quòd & homines grauiter arguentur & damnabuntur. Luc. 13. de ficulnea. *Ecce anni tres sunt, ex quo venio quærens fructum, & non inuenio, succide ergo illã.* Matt. 7. *Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur.* Aut .n. desistimus bene operari, aut facimus cum omissione & negligentiâ, aut pro mundanâ gloriâ: *Maledictus autem qui facit opus Domini negligenter.* Ieremiæ 48. De 1. Paral. 29. *Firmabo regnum eius vsq; in æternum, si perseuerauerit facere præcepta mea.* De tertio Matthæi sexto: *Attendite ne faciatis iustitiam vestrã coram hominibus, vt videamini ab eis, alioquin mercedem non habebitis.* Tertiò, In consensu & hoc fit in peccatis alienis. Vt

Consensus in peccatis alienis.

est Iussio, Occidas illum. Ebibas hoc totum. Per Consiliũ, vt huic vel alteri malum faciat vel etiam contra Deũ. Cõsensus Rom. 1. *Non solùm qui talia agunt sed etiam qui consentiunt facientibus sunt digni morte.* Et sic 2. Paral. 19. dictum est Iosaphat: *Impio præbes auxilium, & his qui oderunt Deum, amicitia iungeris, idcirco iram quidem Domini merebaris.* Adulatio, quod est blandiri peccatoribus. Prouer. 1. *Si te lactauerint peccatores, ne acquiescas eis.* Recursus, si quis fouet adulterum vel furem in domo sua, vel hæreticos, & damni occasionẽ præbet. Participans, id est, qui partem recipit, Leuit. 22. *Morticinum & captum à bestia non comedent*, à bestia, id est, vsurario vel raptore, quia tenetur ad restitutionem. Inde

Tobia in restituendis alienis integritas.

Tob. 2. cum audisset vocem balantis dixit, *Videte forte furtiuum sit, reddite eum Domino suo, quia non licet nobis aut edere ex furto aliquid, aut contingere.* Nam in talibus impletur illud. Iob. 20. *Diuitias quas deuorauit euomet, & de ventre eius extrahet eas Deus.* Mutus, qui non corripit, cum eius monitio prodesset, Ma. 18. *Si peccauerit in te frater tu⁹, vade & corripe eũ.* Nõ obstant, cum posset resistere. Non manifestans, cum eius manifestatio posset esse correctionis, sed videtur, quod ei placeat iuxta illud Iob. 20. *Cùm dulce fuerit in ore eius malum, abscondit illud sub lingua sua.*

De peccato quidem: Quia non crediderunt in me.] Arguet & conuincet mundum esse in peccato, eo quod in me non crediderunt, seu nõ credunt: id est, demonstrabit oẽs in me non credentes esse in peccato, quod & factũ est. Et hoc per Apostolos. Quia sicut summus Magistratus p suos feciales bannum pclamat & exbannit: sic Spiritus sanctus p Apostolos hæc demonstrat & conuincit. Nam omnes qui fide Christi carent, necesse est in peccato esse. Cùm .n. omnis homo in peccato nascatur & vsum rationis habẽs peccatũ peccato adiũgat, nisi prius à peccatu liberet, nec possit, nisi per fidem Christi à peccato liberari, consequitur, omnem hominem etiam adultum, fidem Christi nõ habentem esse in peccato. Hac redargutione mund⁹ cõuincetur, s. in peccato esse, quia fidem non habet, & sine fide à peccato liberari non potest. Hoc Dñs significauit. Io. 3. dic. *Nam misit Deus filium suum, vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum. Qui credit non iudicatur Qui autem non credit, iam iudicatus est. Quia nõ credit in nomine vnigeniti filij Dei*, id est, qui non

Non credens in filium Dei, iam damnatus est.

credit, iam in se habet damnationis causam, nempè peccatum à quo non liberatur, quia non credit in filiũ Dei, qua solâ medicinâ sanari poterat. Hoc idem Apostoli prædicarunt. Paulus ad Rom. 1. gentes omnes sub peccato ostendit, capite verò secundo etiam Iudæos c. 2. generaliter pronũciat: *Causati sumus Iudæos & Græcos omnes esse sub peccato.* Et iterum: *Gratia Dei per fidem Iesu Christi in omnes & super omnes qui credunt in eum. Omnes .n. peccauerũt & egent gloria Dei.* Et Actor. 4. *Non est aliud nomen datum sub cælo hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri.* Quotquot ergo in Christum non credunt, aut non crediderunt, vel non credent, omnes sub peccato sunt, fuerunt & erunt. Io. 8. *Nisi credideritis quia ego sum in peccato vestro moriemini.* Hoc fuit initium prædicationis Apostolicæ in mundo, arguere eum peccati, eo quod fidem non habuerit, remissionemq; & liberationem pmittere per fidẽ Christi, sine qua peccatũ manet, nec tolli aut deleri aliter potest. Et nota quod licet reliqua peccata sint, tamen Infidelitas ipsa per excellentiam peccatum etiã appellatur, quia sub illa reliqua militant.

Peccatum multis de caussis arguendum.

Obserua hic quod peccatum multis de causis est arguẽdum. Primò, quia nihil vilius. Ieremiæ secundo: *Quam vilis facta es, nimis iterans vias tuas.* ita quod odio habet Deus illos Iudith. 5. *Deus odit iniquitatem illorum*, Sapient. 1. *Deus mortẽ non fecit, sed impij manibus, & verbis accersierunt eam.* Non enim odit Deus naturam quam fecit, nec in homine, nec in diabolo, sed culpam. Eccl 2. *Altissimus odio habet peccatores.* Et illius causa Deus filium suum crucifigi voluit, vt cum eo peccatum crucifigeretur. Et Deus Pater dicit de filio suo, Isa. 53. *Propter scelus populi mei percussi eum*, & quasi vno gladio & Christus, & peccatum transuerberatur. Secundò, Nihil miserabilius. Prouer. *Miseros facit populos peccatum.* Et verè miseros. Quia creauit Deus hominem ad imaginem suam, sed per peccatum superbus habet imaginem leonis, inuidus canis, iracundus vrsi, luxuriosus porci, accidiosus asini, vt impleatur illud. Ps. 48. *Homo cum in honore esset, non intellexit.* Bernardus. *Si iumẽta dicere possent, dicerent Adam quasi vnus ex nobis*, Nam peccatum facit homines similes bestijs. Psal 52. *Abominabiles facti sunt in iniquitatibus suis.* Tertiò,

Peccatum hominis quam diabolo sit acceptum.

Nihil diabolo acceptabilius, est enim super aurum & Topazion. Eccl. 18. *Si præstes animæ tuæ concupiscentias eius, faciet te in gaudium inimicis tuis*, id est, dæmonibus, qui non gaudent de splendore solis, sed de fœditate vitiorum. 1. Pet. 5. *Aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens. Cui resistite fortes in fide.* Eccl. 21. *Quasi à colubri facie fuge peccatum.* Quartò, Nihil infructuosius. Rom. 6. *Quem ergo fructum habuistis, tũc in illis in quibus erubescitis?* quasi dicat, nullum, quod quidem amatores mundi nunc non cognoscunt, sed in pœna tunc cognoscent. Quintò, Quia nihil est dãnabilius. Greg. *Nulla nocebit aduersitas si nulla dominetur iniquitas* Ro. 8. *Scimus, quoniam diligentibus Deum omnia cooperantur in bonũ* quod plus est, nec diabolus, nec persecutor potest nocere

Peccatum tollit omne bonum, & confert omne malum.

iusto, sed fabricat ei coronam æternam. Vt de nocumentum peccati noscitur ex hoc, quod omnia bona aufert, homini & omnia mala infert. Primò, aufert Deum & gratiā gratum facientem. Augustinus. *Gratia & mortale peccatum opponuntur: & nisi vnum radicitus euulsum fuerit, reliquum plantari non potest* Sicut fit de caulibus & vino. Sap. 1. *Non habitabit in corpore subdito peccatis* Secundò, aufert gloriam regni æterni Apo. 21. *Nec intrabit in ea aliquid coinquinatū aut abominationē faciens.* Tertiò, Aufert fraternitatem Ecclesiæ. Eccl. 13. *Quæ communicatio sancto homini ad canem?* Quartò, Bona Ecclesiæ de quibus. Ps. 18. *Particeps ego sum omnium timentium & custodientium mandata tua.* Quintò, Bona propria Ambrosius. *Qui charitatem non habet, omne bonum, quod habet amittit.* Sextò, Aufert homini seipsum, sic est quod homo nōn seruit propriæ saluti sed diabolo. 2. Pet. 2. *A quo quis superatus est, & eius seruus est.* Io. 8 *Omnis qui facit peccatum, seruus est peccati.* Septimò, Damnabilissimum est, quod pro nullo alio, nisi pro peccato meretur æternum supplicium. Rom. 6. *Finis illo ū mors. & æternus remorsus conscientiæ.* Augustinus in lib. Confessionum. *Voluisti Domine, & ita factum est, vt pœna sibi sit omnis animus inordinatus.* Et si vis agnoscere peccati grauitatem, ecce tibi ex literis primis dicam. Peccatum est Prauitas, prauum est cor hominis. Enormitas, quia omne peccatum extra legem Dei & normam est, magis autem, quo enormiora sunt flagitia Contemptus sc. Dei & legis, naturæ & proximi, & propriæ conscientiæ. Contumelia, illis ipsdem illata, Audacia, quod audeant facere illa & in illis viuere, quiescere, dormire & non absistere, cum incertum sit omne momentum. Turpitudo, propter quam Seneca dicit: *Si etiam scirem Deos non visuros, & homines non visuros, nō vellem peccare.* Vesania quia extra omnem sensum sunt, qui ita liberè peccant, & omnia vt supra dictū est perdūt. Maledictio, quæ in vita & in morte sequitur, Ps. *Maledicti qui declinant à mandatis tuis.* Illud autem nem ijsdem literis potest deleri nimirum Pœnitentia. Eleemosyna, Contritione, Confessione, amore, timore sc. Dei, Votis & Meritis.

Peccatum per quæ debeatur.

De iustitia vero: Quia ad Patrem vado & iam non videbitis me] Rectè connectitur cum præcedente redargutione. Postquam mūdus conuictus fuerit peccati, eo quod fidē Christi nō habeat, conuincetur de vera iustitia Christi, id est, neminem iustū esse posse vera iustitia, quæ apud Deum iustum facit, nisi per fidem Christi: hic. n. est, qui morte sua nobis iustitiā comparauit, nosque Patri reconciliauit, deletoque peccato in gratiam restituit, quam iustitiam per fidem viuā communicat credētibus in se. Hæc est vera iustitia, de qua Rom 1. dicitur. *Non erubesco Euangelium Virtus enim Dei est ad salutem omni credenti Iudæo primū & Græco. Iustitia enim Dei reuelatur in eo de fide in fidem.* & Rom. 3. *Iustitia Dei per fidem Iesu Christi in omnes & super omnes qui credunt in eum.* Mūdus aliā sibi iustitiam deceptus vindicabat. Iudæi. n. ex lege iustitiā captare sibi videbantur, de qua Rom. 4. *Si Abraham ex operibus iustificatus est, habet gloriam, sed non apud Deū est.* Neutra est vera iustitia, quia à peccato non liberat, hominem Deo nō reconciliat: Hæc. n à Christo per fidem est, & de hac mundus conuincendus dicit, cōtra iustitias prætensas ab eo: quod ante fuit per Dauid pdictū. Ps. 96. *Reuelauit in conspectu gentium iustitiam suam.* Et sciendum quod valde reprehensibilis est mundus de iustitia, quia eam admittit, quæ tantum Deo placet, & homini tantum prodest. Iustitia adeo placet Deo vt in omni gente qui timet Deum, & facit iustitiam acceptus sit illi, Act. 10. Et adeò est homini vtilis, vt omnia lucretur, quod eā acquirit. Qui iustitiam deserit, miseriā necessario assumit, Iustitiā in pñti egentem releuat, in futuro à morte liberat, Pro. 14. *Iustitia eleuat gentē*, & c. 10. *Nil profuerunt thesauri impietatis, iustitia autē liberabit à morte.* Itē reprehensibilis est ex eo, quia ei detrahit. Etiā iustitiæ Dñi nostri Iesu Christi detraxit. Io. 9. *Non est hic homo à Deo qui Sabbatum non custodit.* Item quia ad iustitiam non respicit, vt eā imitetur, imò potius respicit ad iniustitiam. Summa enim malorum est iuxta verbum sapiētis, quod viuunt ad exemplar, ad peiorem formam, quā inueniunt, se informare volunt. Eccl. 32. *Peccator homo vitabit correctionem & ad voluntatem suam inueniet comparationem.*

Mundus valde reprehensibilis de nō seruata iustitia.

Obserua quod iustitia sumitur aliquando pro generali morū congerie, & pro morali pfectione & bonitate. Et de hac lo-

Iustitiæ acceptio.

quitur in paulo maiora. Debemus autem esse iusti & sancti multiplici ratione. Primò, Quia tales à Dño diliguntur; Omne. n. simile diligit naturaliter suum simile. Et quia iustus Dñs & iustitiam dilexit, æquitatem vidit vultus eius. ideò dicitur in Ps. *Dominus diligit iustos. & vias peccatorum disperdet* Secundò, Quia à Dño proteguntur. Naturaliter. n. omnia animalia diligunt speciē suā & pugnant pro inuicem, & se mutuo defendunt. Et quia iustus est Dñs in omnibus vijs suis, & sanctus in omnib⁹ operib⁹ suis: Ideò iustos eiusdem speciei & conditionis, cū ipso defendit à tentationib⁹ & tribulationibus eos tuetur. Prou. 10. *Iustitia liberabit in morte.* Tertiò, Quia iusti in Domino delectantur, Naturaliter. n. potētia delectatur in apprehēsione sui obiecti, Et ideò iustitia huic anima in apprehēsione Dei, qui est summè iust⁹ debet summoperè delectari. Ps. *Deus enim iustus index & patiens.* Et ideo *lætabitur iustus in Domino & sperabunt in eo omnes recti corde.* Quartò, Quia à Domino remunerabuntur. Quia enim Deus rex iustus & rectus iuxta illud, Zach. 9. *Ecce rex tuus tibi venit iustus.* Ideo iustos successores vult tibi in hæreditatem parandi habere, & solummodò viris iustis præmiū æternæ beatitudinis elargitur iuxta illud. *Iusti epulentur & exultent in conspectu Dei* Et sic vt de quolibet possit dici illud. Psal. *Iustus vt palma florebit, sicut Cedrus Libani multiplicabitur.*

Multiplici ratione sanctitatem esse commo-ne.

Vt autem arbor in perfectam arborem conuertatur, necesse est, Primo, vt alteretur & in honāte rami, vel cum bonis arboribus plātetur, vel inseratur: Sic est de iusto, vt se melioribus conformet, à prauis moribus alteratus, iuxta illud 1. Cor. 15. *Euigilate iusti, & nolite peccare.* Sicut enim in solsequiū se inclinat ad motū solis sic si volum⁹ esse iusti. necesse est, quod nos soli, id est, Christo & lunæ, id est beatissimæ Virgini, vel alijs cœlestib⁹, & bonis personis conformem⁹ cōtinuè, ipsosq; in bonis operibus imitemur. In humilitate qui dē, vt sic quilibet dicat illud. Ps. *Iumentum factus sum apud te. & ego semper tecum.* In stabilitate. Isa 50. *Posui faciem meam vt petram durissimā* In benignitate. Phil. 2. *In similitudinem hominum factus est & habitu inuentus vt homo*: Homo enim est animal mansuetum naturā. In sagacitate. 1. Corinc. 3. *vt sapiens architectus posui fundamentum* Secūdo, Debet radicari profundè. Sic nos in bonis virtutib⁹ debem⁹ radicari, vt palma: aliās facilè euellimur à vento tētationum, vel tribulationum, vel à calore noxio exiccamur. Sap. 5. *Iusti autem in perpetuum viuent* Prouer. 10. *Iustus in æternum non cōmouebitur.* Tertio, Debet vegetari. Sic iustus bonis operib⁹ & flores bonarum affectionum habere. Sicut enim flores sunt materia fructuū, sic bonæ affectiones materia bonorum operum. Psal. *Iustus germinabit sicut lilium, & florebit in æternum ante Dominum*, germinare per bonam auditionem, esse sicut lilium per castam conuersationem, florere p bonam affectionem, esse ante Dominum per iugem contemplationem, & hæc in æternum per cōtinuam perseuerātiā. Quarto, Debet eleuari superiùs de terra. Sic homo nō potest iustus fieri, nisi per cœlestium contemplationem superius mente ascēdat aut exaltetur: Vnde dicitur *sicut Cedr⁹*, vt sic dicat illud Eccl. 24. *Quasi Cedrus exaltata sum in Libano*, Vnde de viro iusto dicitur in Psal. *Iusti epulentur.* Contemplatio enim Dei & bonorum æternorum, nihil aliud est, quam spiritualis quædam epulatio & quædā in præsentia Dei exultatio & refectio. Quinto, Debet fœcundari: sic iustus bonis operibus, debet. n. per bonam operationem multiplicari. Multiplicātur autem quandoque per pietatē & clementiam: Psal. *Iustus autem miseretur & retribuet.* Et iterū, *Dispersit dedit pauperibus, iustitia eius manet in sæculum sæculi.* Quandoque per æquitatem. Sap. 10. *Iustum deduxit Dominus per vias rectas.* Quandoq; per scientiam & sagacitatē Sap. 3. *Fulgebunt iusti, & tanquam scintillæ in arundineto discurrent.* Vltimo quantum ad Deum per æternam gloriam. Psal. *Iusti autem hæreditabunt terram, & inhabitabunt in sæculum sæculi super eam.* Et, *Multiplicabis in anima mea virtutē.* Sed multi sunt qui se iustos fingūt, pauci qui verè iusti sunt. Ps. *Virum iniustum mala capient in interitu.* Iustitia etiā sumitur pro virtute Cardinali: & quamq̄ ad oēs posset pertinere, quia vnicuiq; debent suum reddere, principaliter tamē spectat ad iudices & Prælatos, qui debent iudicare. Sap. primo. *Diligite iustitiam, qui iudicatis terram.* Dauid etiam rex dicebat in Psalm. *Deus iudicium tuum regi da, & iustitiam*

Arbor vt euadat perfecta, quæ sint necessaria.

Conuenit esse in bonis virtutibus radicatum.

Multi se iustos fingunt, pauci verè iusti.

Psal. 72.

mus

tuam filio regis. Iustitia enim est quædam mentis rectitudo, quæ non habet ad vnam partem vel alteram declinare: Eccles. 7. *Hoc tantum inueni, quod fecit Deus hominem rectum*, ergo & rectus debet esse in omnibus suis actionibus. Psalm. *Si vere vtique iustitiam loquimini, recte iudicate filij hominum.* Debet enim talis iudex aut Prælatus in actione clementiam, in cogitatione scientiam, in intentione concordiam habere. Iustitia enim semper debet misericordiâ temperari, quia sicut dic. Chrysostomus super Matth. *Iustitia sine misericordia, non est iustitia, sed crudelitas. Et misericordia sine iustitia, non est misericordia, sed fatuitas.* Prou. 21. *Qui sequitur misericordiam & iustitiam, inueniet vitam.* Debet habere veritatem in informatione. Sicut enim sagittarius non potest rectè iacere sagittam, nisi clarè videat ad terminum, ad quem iacit. Sic nec homo rectè potest aliquid operari, nisi possit certitudine informari Psalm. *Misericordia & veritas præcedent faciem tuam.* Isaiæ 32. *Ecce in iustitia regnabit rex & principes in iudicio præerunt.* Sed hoc infœlici nostro sæculo potest de iniquis nostris iudicibus dici illud. Isai. 59. *Conuersum est retrorsum iudicium, & iustitia longè stetit, quia corruit in plateis æquitas & veritas non potuit ingredi.* Et isti sunt similes diabolo, de quo Ioann. 8. *Ille homicida erat & in veritate non stetit, quia veritas in eo non est.* Veritas ergo necessaria est. *Propter veritatem & mansuetudinem, & iustitiam, deducet te mirabiliter dextera tua.* Debet etiam habere rectitudinem, per quam reguletur, quantum ad se, & ad proximum, & quantum ad Deum, Quia cum rectitudo iustitiæ reddat vnicuique quòd suum est, ipse qui iustus vult esse, debet sibi reddere pœnitentiam, proximo beneficentiam & Deo reuerentiam. Superior etiam debet secundum Deum & iustitiam exhibere promotionem promerentibus, ignorantibus instructionem, delinquentibus correctionem. Sed contrarium citius modo eueniet, sic enim mundus iam comparatus est. Eccles. 4. *Vsque ad mortem certa pro iustitia.* Psalm. *Beati qui faciunt iudicium & iustitiam in omni tempore.* Debet etiam habere intentionem ad pacem, inter homines faciendam. Iac. 3. *Fructus iustitiæ in pace seminatur.* Et omnes orbes cœli pacificè reguntur & mouentur, nec vnus alterum impedit, sic debet fieri inter homines. De pace & iustitia loquitur Isai. 32. *Erit opus iustitiæ, pax & cultus, iustitiæ silentium & securitas in sempiternum, & sedebit populus meus in pulchritudine pacis, in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulenta.*

Iudicia nostri sæculi iudicia praua.

Psal. 44.

De iudicio autem: Quia princeps huius mundi iam iudicatus est.] Mundum de iudicio conuincere, & redarguere non aliud est, quàm mundo ostendere & declarare Christum esse iudicem omnium viuorum & mortuorum, omnesque ab ipso in carne iudicandos. *Oportet enim omnes ante tribunal Christi manifestari, vt referat vnusquisque propria corporis prout gessit, siue bonum siue malum*, vt sicut in redargutione de iustitia ostenditur Redemptor, ita in redargutione de iuditio, demonstretur iudex: quod per Apostolos fecit Spiritus sanctus Act. 10. *Ipse*, inquit, *est, qui constitutus est à Deo iudex viuorum & mortuorum.* Et in Symbolo. *Qui venturus est iudicare viuos & mortuos.* Hæc duo per Prophetas fuerunt prænunciata. Psal. 72. *Deus iudicium tuum Regi da, & iustitiam tuam filio Regis.* Ier. 17. *Suscitabo Dauid germen iustum, & regnabit rex & sapiens erit, & faciet iudicium & iustitiam in terra.* Iustitiam, qua nos Patri reconciliauit, iudicium, quo à se redemptos iudicaturus est. Isai. 9. *Super solium Dauid & Regnum eius sedebit, vt confirmet, & corroboret illud in iudicio & iustitia.* Hoc est iudicium, de quo Ioannis quinto dictum est. *Dedit ei potestatē iudicium facere, quia filius hominis est.* Ratio annectitur. Quia diabolus, qui erat huius mundi princeps, & propter peccatum homines omnes sub suo principatu & potestate detinebat, iam est iudicatus, & damnatus, suoque principatu iure priuatus: homines ergo qui sub eius erant dominio & principatu, ab eo liberati & erepti, in liberatoris Christi potestatem & principatum translati sunt ipsiusq; iudicio subduntur. Christus igitur est Princeps, Dominus & iudex omnium, qui prius erant sub diabolo principe. Lucæ 11. *Cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt ea quæ possidet, si autem fortior illo superueniens vicerit eum, vniuersa arma eius, in quibus confidebat, auferet, & spolia eius distribuet.* Coloss. 1. *Eripuit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum filij dilectionis suæ.* Obserua quod spiritus arguet homines de multiplici iudicio. Primo, de iudicio quod non fecerunt, quia dicitur 1. Corinth. 11. *Quod si nos ipsos diiudicamus, non vtique iudicaremur.* Secundo, de iudicio quod sibi vsurpauerunt, quia scribitur Luc. 6. *Nolite iudicare, & non iudicabimini*, scilicet, de dubijs vel occultis. Nam hoc est committendum diuino iudicio. Ideò Rom. 14. *Tu quis es, qui iudicas alienum seruum, Domino suo stat, aut cadit?* Tertio de iudicio, quod non timuerunt. De quo Heb. 10. *Terribilis est expectatio iudicij.* Re uera terribilis. Primo, quia iudex est inexorabilis Prou. 6. *Zelus & furor viri non parcet in die vindictæ, nec acquiescet cuiusquam precibus nec suscipiet pro redemptione dona plurima.* Secundo, Reus erit inexcusabilis. Iob 31. *Quid faciam cum resurrexerit ad iudicandum?* quasi dicat, nulla erit excusatio. Sed implebitur illud Psalm. 30. *Muta fiant labia dolosa* Tertio, Quia testes erunt irrefragibiles. Psalm. 92. *Testimonia tua credibilia facta sunt.* Quarto, Sententia erit irreuocabilis. Psalm. 98. *In æternum Domine permanet verbum tuum*, qui dicet, *Ite maledicti.*

Spiritus arguet homines de multiplici iudicio.

Sed vt concludamus, obserua quod mundus est arguendus de octo maximis sceleribus. Primo, Quia expellit Magistrum sapientiæ. Ioan. 21. Qui dixerunt Deo. *Recede à nobis scientiam viarum tuarum nolumus.* Mundus docet scientiam suam quæ est terrena, animalis, diabolica. Iac. 3. Nam docet lucra iniusta, deceptiones, controuersias & huiusmodi. Ierem. 6. *Omnis calumnia in medio eius.* Hæc scientia expellit Dei sapientiam quæ est omni virtute plena. Nam docet iustitiam facere, non decipere proximum, verum dicere, finem considerare, cœlum amare, Deum timere & ab omni malo cauere. Iob 28. *Timere Deum, ipsa est sapientia. & recedere à malo, intelligentia.* Item Magister Sapientiæ dic. *Transit mundus & concupiscentia eius.* 1. Ioan 2. *Mundus autem transit.* Item Magister Sapientiæ dic. quòd diuitiæ, delitiæ & honores sunt noxij, Prou. 1. *Vsque quo stulti ea quæ sibi sunt noxia cupient?* Sed mundus dicit, quòd tria supra dicta sunt optima. Psalmista. *Beatum dixerunt populum, cui hæc sunt.* Item Magister Sapientiæ dicit, quod aduersa mundi sunt vtilia, quia erudiunt & compellunt ad Deum accedere. Figuratum est horum aliquid in nube filiorum Israel, quæ ipsis erat lucida & Ægyptijs tenebrosa. Sic est in proposito, quia sapientia est seruis Dei clara, & impijs obumbrata. Secundo, Quia occidit vitam animæ, quæ est amor Dei. 1. Ioan 4 *Qui non diligit, manet in morte.* Sed amor mundanus est venenum amoris illius, & ipsum radicitùs extirpat, qui est amor parentum, amor mundanorum bonorum, amor carnalium delectationum, & amor consanguineorum. Omnes istos amores docet mundus, & tenet & plus diligit parentes quā Deum, plus mundana bona, quam Dei dona, plus carnales delectationes quam virtuales operationes, plus consanguineos quàm sanctos, plus mundum quam cœlum, plus gloriam hominum quam Dei. Ioann. 12. *Dilexerunt gloriam hominum magis quam Dei.* Tertio, Quia exiccat fontem misericordiæ, quia non remittit iniurias, quia non parcit, nunquam vult obliuisci, Sap. 2. *Sit fortitudo nostra lex iustitiæ, circumueniamus iustum.* Quarto, Quia negat magistrum Prouidentiæ, Ipse enim Dei filius prouidentia sua omnia dirigit & gubernat, & omnibus prouidet secundum decentiam singulorum, Matth. 11. *Omnia mihi tradita sunt à Patre meo*: Sed mundus omnia dicit à casu & fortunâ euenire, eo quod bona æquè obueniunt bonis & malis, & similiter mala & & similiter lucra & victoriæ, & cætera talium. In quorum persona dicitur Iob 22. *Circa cardines cæli perambulat, nec nostra considerat.* Eccles. 9. *Vidi sub sole, nec velocium esse cursum, nec fortium bellum, nec sapientium panem, nec Doctorum diuitias, nec artificum gratiam, sed tempus casumque in omnibus.* Quinto, Quia non audit prædicatorem pœnitentiæ, Christus equidem quotidiè per suos prædicatores prædicat, dic. *Pœnitentiam agite: appropinquabit enim regnum cælorum.* Matth. 3. Et *nisi pœnitentiam egeritis, omnes simul peribitis.* Luc. 13. sed mundus dicit: *Lætare iuuenis in adolescentia.* Eccles. 11. Item Sap. 2. *Fruamur bonis à iuuentute celeriter, & non sit pratum, quod non pertranseat luxuria nostra, quoniam hæc est pars nostra.* Sexto, Quia ignorantiæ lumen extinguit. Nam Deus vult nos hoc intelligere, & per scripturam docet, quod omnis homo liber est & potest bene vel malè agere. Eccles. 15. *Deus ab initio constituit hominem, & reliquit eum in manu consilij sui.* Item,

Mundus arguendus de maximis octo sceleribus.

Amor mundanus, venenum amoris Dei.

Mundus cur omnia dicat à casu fortunaque prouenire.

Hominis liberum arbitrium astruitur.

Apposuit tibi ignem & aquam, ad quodcunque volueris, porrige manum tuam. Sed mundus dicit, quod omnia sunt prædestinata, & de necessitate eueniunt, & quod Deus propter peccata nostra in sententia nō mutatur. Nu. 23. *Non est Deus vt homo, vt mentiatur, nec vt filius hominis, vt mutetur.* Vnde qui cunque sunt præsciti, quicquid agent de necessitate condemnabuntur. Contrarium illius dicitur Ierem. 18. *Si pœnitentiam egerit gens illa à malo suo, quod locutus sum aduersus eam, agam & ego pœnitentiam super malo, quod cogitaui, vt facerem ei.* Exemplum de Niniuitis habes Ionæ 3. Septimo, Quia contemnit bona gloriæ. Deus enim promittit magnam gloriam corpori & animæ de futuro, si homo caueat sibi à peccatis. 1. Cor. 2. *Quæ oculus non vidit.* Luc. 22. *Ego dispono vobis sicut disposuit mihi Pater meus regnum, vt edatis,* &c. Sed mundus hæc contemnit dic. Cui bene est hic, etiam bene erit in futuro. Scio quid habeo, sed nescio quid habebo. Psal. *Pro nihilo habuerunt terram desiderabilem.* Thren. 1. *Omnes amici eius,* scilicet, mundi, *spreuerunt eam,* scilic. gloriam cæli. Octauo, Quia non timet pœnas gehennæ, Deus enim minatur peccantibus magnas & intolerabiles pœnas. Isai. 33. *Quis poterit habitare ex vobis cum ardoribus sempiternis?* Psal. *Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum, pars calicis eorum.* De his omnibus mundus non curat, imò quod peius est, omnia deridet. Thren. 3. *Factus sum in derisum omni populo.* Et ideò si mundum rectè consideraueris, inuenies in eo secundum literas. Malitiam, de qua sanctus Iacobus, quod *in malignitate positus est mundus.* Vesaniam, quia omnes errant corde. Nullitatem, quia nihil ibi nisi peccatum, quod est nihil. Dæmonium, quia princeps mundi. Vanitatem, quia *omnia vanitas.* Scillam, quia perditio. *Incidit in Scyllam qui vult vitare Charybdim.*

Aeterni supplicii assertionem mundus deridet.

Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo.] Vna Spiritus sancti vtilitas est, mundi redargutio, altera autem est completa & integra doctrina. Nam propter imbecillitatem vestram non potestis modo portare nec capere: at cum ille venerit, docebit vos omnem veritatem mysteriorum diuinorum, quam scire vos oportet & quam ego habeo vobis dicendam. Expedit igitur multis verbis adueniens hic Spiritus sancti, qui cum non sit futurus, nisi me discedente, consequitur, meum discessum vobis multum vtilem esse & expedientem. Sententia hæc tria summa insinuat. Primum quidem est, discipulos à Christo hactenus multa fuisse edoctos. Nam cum dicitur *Adhuc,* quandam continuationem innuit, quasi tam perdere docere incæperit. Et ita est: Nam multa audierant iam diuina mysteria. Secundum est, multa superesse credenda & docenda, atque nondum completam, & absolutam esse. *Multa,* inquit, *habeo quæ dicam,* quæ nondum dicta sunt. Tertium est causa, propter quam dicta non sunt, nempe ipsorum intellectus tenuitas & imbecillitas. Nondum enim erant robusti, vt tot ac tanta portare possent, sicut discipuli Nouitij, qui non dū omnia quæ Magister habet docenda, eodem tempore capere possunt, sed paulatim sunt eis suggerenda & cum ordine, iuxta illud 1. Cor. 3. *Tanquam paruulis in Christo lac vobis potum dedi, non escam: nondum enim poteratis.* Quartum, Hāc imbecillitatem non fore diuturnam. Nam adueniente Spiritu sancto hæc omnia docendi erant, & efficiendi capacissimi omnium mysteriorum. Propterea dicitur, *Non potestis,* quasi dicat. Adiecit limitationem dicendo *Modo,* quia modo non potestis capere, postea tamen virtute Spiritus sancti robusti & fortes efficiemini, vt omnia portare possitis. Objiciet aliquis, verba superioris capitis his repugnare, *Omnia quæcunque audiui à Patre meo, nota feci vobis,* quomodo igitur nunc dicit, *Adhuc multa habeo vobis dicere?* Huic obiectioni in illorum verborum expositione satisfactum est. Omnia enim tunc dicit patefacta, quæ pro illorum conditione & statu eos audire oportebat: non tamen absolutè omnia, quæ pro Ecclesiæ regimine, & munere Apostolico exercenda erant necessaria. Hæc enim alterius temporis erant quàm illius. Quintum, Ea quæ postea adueniente Spiritu sancto didicerant, etiam à Christo dicta esse. Nam dum dicit, Habeo multa dicere, indicat postea eos posse portare, & tunc se dicturum & docturum. Quæ enim à Spiritu sancto acceperunt, etiam à Christo mirabiliter per Spiritum sanctum docantem eos didicisse fatendum est.

Illud Adhuc multa habeo vobis dicere, exponitur.

Superioris capitis verbaim repugnare his.

Non immeritò aliquis circa eandem sententiam dubitare hic possit. Discipulis promittuntur multa alia dicenda adueniente Spiritu sancto, quia tunc capaces non erant: cum autem eiusdem esset potentiæ Christus & Paracletus, poterat Christus eos fortes & [illegible] portandum & habiles ad percipiendum facere: Si enim Christus [illegible] non potuit, nec Spiritus sanctus id posset efficere, cur [illegible] [illegible] non fecit? Respondetur potuisse hoc [illegible] Christum eos ita perfectos facere, etiam Spiritu [illegible] non adueniente, & priusquam ad Patrem ascenderet, [illegible] suos postea per Spiritum sanctum, tamen magno consilio id non fecisse nisi per aduenientem Spiritum sanctum Paracletum. Primo quidem, quia cum tres personæ eiusdem essentiæ & potentiæ manifestandæ essent in Euangelio, conueniens, vt reseruarentur aliqua opera, per quæ Spiritus sanctus suam diuinitatem manifestaret: quandoquidem Pater in veteri testamento suam diuinitatem demonstrarat, Filius in carne se Deum miris operibus demonstrauerat, reseruata sunt hæc Spiritui sancto, vt hic recedente adueniens & per Apostolos ab ipso mira perfectione imbutos, opera suæ diuinitatis exercens, se etiam Deum cum Patre & Filio mundo declararet. Chrysost. homil. 77. Secundo, factum est id propter instructionem. Futuri enim erant discipuli Magistri & Doctores mundi, oportebat igitur, vt in seipsis experirentur modum docendi & illuminandi alios; non sunt autem omnia mysteria statim nouis fidelibus tradenda, sed paulatim & ordinatè, ideo eodem modo & ipsi illuminantur: quam causam annotat Gregorius Nazanzenus, oratione S. Theologica, & Origenes, homil. quinta, in Iudic. Tertio, Vt in hoc discipuli suam impotentiam agnoscerent, & non propriæ virtuti, sed diuinæ perfectionem quam habuerunt, tribuerent & nos in eis hoc idem disceremus. Multum enim humana imbecillitas manifestatur, quando tamen Magistro præsente, adhuc multa sunt, quæ capere & portare non possunt. Iterum quis objicit. Si Apostoli portare potuerunt reuelationem diuinitatis Christi, cur non possunt & cætera? Respondetur. Si singula per se sumas, poterant: at si omnia simul, minimè, donec vires per Spiritum sanctum menti & affectui eorum addere int. Potest enim homo mille libras ferri portare, si diuidas, modo hanc, modo illam, tamen simul non potest. Et potest intellectus multas difficultates assequi & percipere diuinas, at simul non potest. Discipuli autem multa iam acceperant diuina mysteria, cum quibus alia noua non poterant accipere, nisi auctis viribus per Spiritum sanctum Intellige Modo, id est, non accepta maiori perfectione & simul cum his quæ iam didicistis.

Christus cur ipse non perfectos fecit discipulos, sed Spiritui Sancto quare discipulos perfectos fecit, non fecit, ne apostolorum [illegible]

Si reuelationē Christi potuerunt capere Apostoli, cur non cæteras?

Nota, quod præsentialitatis vnum Modo, in quo viget nuditas & indigentia. Vnde Genes. 31. dicitur, Quod nisi Deus Patris mei Abraham, & timor Isaac affuisset mihi forsan modo nudam me dimisisses. Item in illo viget cæcitas & ignorantia. Ioan. 13. *Quod ego facio, tu nescis modo.* Item debilitas & impotentia. Ioan. 13. dixit Christus Petro. *Quo ego vado, non potes me modo sequi.* Et sic habemus. Alterum est gratiæ præsentis. Et est tempus æquitatis. Matt. 3. *Sine modo sic enim nos decet adimplere omnem iustitiam.* Item veritatis & notitiæ. Ioan. 16 *Modò creditis, ecce venit hora, & iam nunc venit.* Matth. 26. *A modo videbitis filium hominis.* Item Innocentiæ, 1 Petr. 2. *Quasi modo geniti infantes, rationabiles, lac concupiscite sine dolo.* Item securitatis & confidentiæ. Isai. 29 *Non modo confundetur Iacob, nec modo vultus eius erubescet.* Et 1. Mach. 9. *Liberemus animas nostras modo.* Tertium, est gloriæ sequentis. Æterna enim gloria est semper præsens, semper modo, tota simul. Nunquam enim deficit. Isai. 9. *A modo & vsque in sempiternum zelus Domini exercituum faciet hoc.* Clarè respicit, quia ibi est clara visio. Matth. 23. *Non me videbitis amodo, donec dicatis. Benedictus qui venit.* & Ioan. 14. *Amodo videbitis eum, & cognoscetis eum.* Delectat mentem & reficit. Apoc. 14. *Amodo iam dicit spiritus, vt requiescant à laboribus suis.*

Æterna gloria semper præsens & nunquam deficit.

Cum autem venerit ille spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem.] Omnia ea manifestabit, quæ modo habeo dicenda, & quæ quia portare non potestis modo, non dico, & hac ratione eritis instructi & perfecti in omni doctrina mea, quam ego Ecclesiæ meæ manifestare intendo. Hic est, qui omnem veritatem dicet, nempe quæ ad credenda & facienda Ecclesiamq; regendam pertinent. Aduerte con-

stru-

structionem. Cum venerit ille scilicet, Paracletus, additur Spiritus veritatis, tanquam causa sequentis, nempe cum sit Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem & doctrinam completam. Præterea illud verbum *Docebit*, græcè potius significat. *Deducet*, deducet vos in omnem veritatem. Sic est in quadam Collecta de festo Pentecostes, quam canit Ecclesia. *Mentes nostras quæsumus Domine, Paracletus, qui à te procedit, illuminet, & inducat in omnem, sicut tuus promisit filius, veritatem.* Expende igitur, Spiritum sanctum multipliciter discipulos in omnem deduxisse veritatem. Primo, multa quæ à Christo audierant & obliti erant, in memoriam perfectè reducendo, quo spiritu Euangelistæ dicta & facta Christi perfectissimè scripserunt, vt nec verbum excideret. Deinde Christi verba & facta, quorum multa prius non intellexerunt, explicando & declarando. Tum multa alia, quæ Christus nec expressit nec docuit, docendo & illustrando, siue quæ ad dogmata, siue quæ ad mores, siue ad regimen Ecclesiæ pertinebant. Demum veteres scripturas & Prophetias quæ de Christo erant, aperiendo & verum ac legitimum sensum exponendo.

Apostoli omnium veritatem edocti à Spiritu S. multipliciter.

Quo autem modo spiritus doceat veritatem aduerte: Oportet enim hominem cooperari, & quod suum est facere, non enim semper Spiritus sanctus reuelat mysteria, nisi ex parte nostra opus nostrum accedat. Sic Actor. 15. legimus Apostolos magnam fecisse inquisitionem ex scripturis inter se, an lex esset cum Euangelio seruanda: facta autem inquisitione Spiritus sanctus verum manifestauit: hoc est deducere. Nã aliud est portare, aliud ducere. Ducimus enim, qui sua etiam opera venit: hac de causa Concilia congregantur in Ecclesia, studium & diligentia humana in inquirenda veritate adhibetur: Spiritus sanctus autem est, qui illuminat & aperit veritatem. Secundo, insinuatur motus quidam & successio, nam non semel & statim omnia aperit, sed successu temporis. Nec Apostoli in die Pentecostes omnia nouerunt; Posteà enim multa inquisiuerunt, quæ paulatim pro indigentia & temporum & personarum necessitate Spiritus sanctus Ecclesiæ reuelauit. Multa profectò modo sunt Ecclesiæ reuelata, quæ prius non erant distincta & aperta, hæresibus, & erroribus hominum in postulantibus. Tertio, insinuatur assistentia & præsentia Spiritus sancti deducentis. Nam est Dux & Gubernator & continuò adest suæ Ecclesiæ, nec errare sinit. Quarto, insinuatur Ecclesiam nunc esse in via, & quasi militare. Dux enim viæ & militiæ esse solet. Ambulat nunc & militat Ecclesia, quam Spiritus sanctus ducit, viam veram demonstrans, contra aduersarias potestates decertans. Quinto, insinuatur arbitrij libertas. Ducimur enim sponte nec & liberè, non vi, sed efficacia Spiritus sancti. Itaque gratulari & gratias agere debemus, quia venit Spiritus sanctus, quia ille omnem veritatem docuit, quia hæreticos confudit.

Spiritus S. Ecclesiæ suæ, veluti dux & gubernator, semper adest.

Non enim loquetur à semetipso, sed quæcunq; audiet, loquetur.] Dixerat se habere multa dicenda, quorum tunc capaces non erant. Sed Spiritum sanctum hæc omnia docturum & completam, ac integram veritatem & doctrinam eis traditurum. Diceret aliquis, vnde sciemus illum hæc eadem locuturum, & doctrinam tuam completurum, & hæc quæ habes dicendo docturum? Adjicit causam, quia non loquetur à seipso, sed quæcunq; à me audiet loquetur, quasi dicat, quia scientiam & omnia quæ tradet à me habet, nec sine me loquitur, sicut nec sine me est. Et aduerte sicut filius non dicitur facere aliud, quam quod videt patrem facere, quia potentiam habet, cum Patre vnam, & simul cum ipso operatur: ita & Spiritus sanctus audire dicitur, quæ loquitur, & non à se ipso loqui, scientia & sapientia filio tribuuntur quia habet à Filio & Patre & vna cum ipsis est & loquitur.

Posterior pars scilicet, quæcunq; audiet loquetur, priorem declarat. Etenim authorem illius, non loquetur à semetipso. Nam non loqui à semetipso est audire ab altero, quæ loquitur & docet; Audire autẽ ab altero non est aliud quam scientiam ab altero accipere, & vna cum eo loqui, & scire. Attende etiam rationem hanc vim non habere, nisi intelligamus spiritũ audire à filio; Nam probat Dominus, Spiritum sanctum locuturum ea, quæ ipse dicenda habet, & completurum doctrinam ipsius: qui non à semetipso loquetur, sed quæ audit loquetur. Ergo necesse est exponere, spiritum audire à filio, cuius doctrinam completam traditurus est. Et inde sequitur apertè Spiritũ sanctum à filio etiam procedere. Non enim dici potest audire à filio, nisi scientiam ab ipso accipiat. Vide, quomodo nostri temporis hæretici accipiunt ab antiquo damnatis hæreticis suas nugas & blasphemias, aut sibi inter ipsis eas confingunt, non authoritati Ecclesiæ, aut consensui Patrum aut rationi aliquid tribuentes. Et quisq; dicit, se Biblia intelligere posse, ita vt Spiritu sancto, vel alio interprete non indigere videantur, cum inter ipsi inter se grauiter dissentiant & dimicent.

Nostri temporis hæretici deliria sua trahunt ab antiquis hæreticis.

Et quæ ventura sunt, annuntiabit vobis.] Spiritum itaq; Prophetiæ, qua futura cognoscatis, infundet vt nihil temerè, nec præcipitantes agatis. Ad prudentiã enim & actionum humanarũ directionẽ, nosse futura maximè conducit: hoc etiam Spiritus ipse vobis afferet. Appositè autem Dominus hoc argumento animos eorum allicit. Vt enim Chrysost. homil. 77. inquit, *Humanus animus rerum futurarum præcognitionis maximè est auidus*, & discipuli multa hoc desiderio excitati interrogarunt, vt ex historia ipsa Euangelica constat, non tamen vt humanæ auditati satisfacerent, sed quia id Ecclesiæ vtilissimum tunc erat, Dominus spiritum Prophetiæ Apostolis & multis alijs concessit. Attende alia etiam de causa adiunctam esse hanc sententiam, nempe quia dixerat. *Omnis qui interficit vos, arbitrabitur se obsequium præstare Deo.* Significans eos morte afficiẽdos, ne de hoc soliciti nimium essent, desiderantes determinata tempora scire & loca & modum, dicit, *ne de his sitis soliciti quæ ventura prædixi.* Nam Spiritus sanctus adueniens hæc omnia annuntiabit vobis, vt non temere, nec imprudenter in ea incidatis, sed ex diuino consilio. Vide ergo quod Spiritus sanctus non erit vulpecula, nec adulator, sed arguet: ideo videte ne postea confundamini. Præterea docebit omnem veritatẽ, non subtilitates Aristotelis, vel sophismata, aut humanas scientias & inuentiones, sed quæ ad salutem expedient. In quo grauissimè peccant, qui tanto studio Alchimiam, Magiam & vanitates huius mundi quærũt. Ventura ẽt annuntiabit, quantum saluti deseruiunt, nõ sicut arioli, & qui manuum lineamenta inspiciunt, aut Natiuitates suas considerant.

Spiritũ prophetiæ Christus Apostolis & aliis vtiliter concessit.

Ille me clarificabit.] Tertia vtilitas Spiritus sancti hæc est. Præter redargutionem mundi, præter doctrinam, qua vos imbuet, & perficiet, etiam hoc erit, quod ille me clarificabit, id est, me manifestabit, & aduentum meum mundo. Hactenus enim veluti incognitus mundo fui, fabri filium me existimauit: at ille me quis sim aperiet, meã diuinitatem & me esse Dei filium, qui carne assumpta pro mũdi redemptione mortẽ subij, omnibus annuntiabit & manifestabit. Vnde futurũ est vt mundus me postea honoret, colat, veneretur, vt par est. Cirill. lib. 11. c. 1. Hoc aũt expedit etiam vobis: Tanto enim vos illustriores & gloriosiores efficiemini; quãdo quidem gloria Magistri discipulorum est gloria & gloria Domini, gloria seruorum, honor Patris est, honor filiorum. Attende filium potuisse se clarificare ante aduentũ Spiritus sancti, sed noluit, quia moriturus pro nostra salute venerat. Hoc opus aduenienti spiritui reliquit. Glorificat autem Spiritus sanctus filium, nõ vt seruus Dominum; sed tanquã ei consubstantialis, sicut & Pater filiũ, & filius pãtrẽ glorificat, seu clarificat, vt notat Basilius li. de Spiritu sancto cap. 18. dicens, clarificare alterum est maiori & minori commune esse. Nam & nos Deum & Deus nos Deus Deum glorificat, quamuis non sit eadem clarificationis ratio. August. tract. 100. clarificasse dicit Spiritum sanctum, filium & per Apostolorum prædicationem & infundendo etiam lumen & charitatem cordibus fidelium, vt Christum agnoscant & venerentur. Sex itaque modis clarificauit Spiritus sanctus Christum. Primo ostendens eum esse Deum. Deum enim scilicet, Spiritum sanctum nõ potuit dare nisi Deus. Augustinus. *Magna misericordia Dei, donum dat æquale sibi. Nam Spiritus sanctus donum est.* Ostendetat se Christus Dominum ante Spiritus sancti missionem. Dominus maris, & eorum quæ sunt in mari, se ostendit, cum super mare ambulauit, & mare solidam mei præbuit, & staterem in ore piscis inueniendum prædixit. Item Dominum inferni & eorum quæ in inferno sunt, quoniã contriuit portas inferni & Satanam ligauit. Ostẽdit se Dominum

Christus ante Spiritus S. aduentum clarificare se noluit, et potuisset.

Quomodo se Dominum terræ Christus ostenderit.

terræ eorum quæ in terra sunt, infirmos curando, mortuos suscitando, quando eadem manu quâ omnia fecerat, quæ defecerant, reficiebat. Ostenderat etiam se Dominum aeris & eorum quæ sunt in aere, & cæli & eorum quæ sunt in cælo, cum propria virtute ascendit per aëra nube lucida sibi obsequente & receptus est in cælis Angelis ferentibus ei testimonium, quod in cælum ascendisset, ne putaretur in paradisum terrestrem vel alium locum translatus, sicut Elias & Enoch. In missione verò Spiritus sancti ostendit se Deum, dando Spiritum sanctum qui Deus est. Hic modus clarificandi ostenditur cum subditur: Quia de meo accipiet, id est, à me dabitur, qui procedit à me. Secundo, Bonitatis effusæ magnitudine. Bernardus in sermonibus: *Cogitemus fratres super nos, & in nos opera Trinitatis, & ab initio mundi vsque ad finem, quam solicita fuerit illa maiestas, cui administratio pariter & gubernatio sæculorum incumbit, ne nos perderet in æternum. Potenter quidem omnia fecerat, sapienter omnia gubernat, & vtrarumque rerum tam potentia quam sapientia signa manifestissima tenebantur in creatione & conseruatione machinæ mundi. Et bonitas quidem in Deo erat, & bonitas multa nimis, sed latebat in corde patris cumulanda quandoq; super genus filiorum Adam. Sicut mundi creatio nō potuit esse nisi à summo sapiente, sic non potuit esse effusio tantæ bonitatis, quæ in Pentecosten facta est nisi à summo bono.* Tertio, Clarificauit Spiritus S. Christum secundū glossam August. Faciendo viros spirituales qui intelligere possent æqualitatem filij cum Patre. Prius pauci fuere spirituales. De numero virorum spiritualium æqualitatem filij cum patre intelligentium fuit Ioannes ca. 1. *Vidimus gloriam eius.* Vidimus, id est, cognouimus per miracula ab eo facta & per vocem de cœlo lapsam, & per transfigurationem, resurrectionem & ascensionem. Quarto, Tollendo timorem ab eis vt gloriam Christi toti mundo annunciare possent. Prius enim princeps Apostolorum ad vocem ancillæ negauerat Christum. Matt. 26. Quinto. Quia Spiritu sancto dato credentes in Christum fecerunt maiora miracula in nomine Christi quam Christus fecerat. Ioan. 14. *Qui credit in me opera quæ ego facio, & ipse faciet, & maiora horū faciet.* Et subdit: *Quod cum quæ petieritis Patrē in nomine meo, hoc faciam, vt glorificetur Pater in Filio.* Sexto, Quia in paucis per Spiritum sanctum roboratis de mundo triumphauit, in 12. principibus & 72. militibus. Bernardus. *Licet magna & planè diuina fuerunt miracula quæ Dominus Iesus gessit in terris: hoc tamen super omnia eminet, quod in paucis simplicibus totum mundum & sapientiæ eius altitudinem sibi subiugauit, cum supra creaturam rationalem non videatur esse nisi Creator. Non videtur quod potuit esse nisi à Deo, quòd timore mundano & humano ab irascibili sublato adeo fortes effecti sunt.*

Spiritus S. Christum cur clarificauerit,

Quia de meo accipiet, & annuntiabit vobis.] Causam reddit præcedentis sententiæ, quasi dicat. Ille me manifestabit, & clarificabit, quia quæ diuinitatis meæ sunt, accipiet & vobis ac per vos mundo declarabit & nota faciet. Consideranda sunt verba. In primis hoc quod appellat meum diuinitatis est. Idcirco Græcè articulus est. *De illo meo accipiet.* Rursus non dicit. *Illud meum accipiet, sed de illo meo.* Quia hoc verbum *Accipiet*, coniungitur cum sequenti, nempe accipiet, vt declaret, & annuntiet vobis: at Spiritus sanctus nō omnia, quæ diuinitatis sunt annuntiauit: nec enim fieri potest, hominem diuinitatis omnē perfectionem assequi hîc, quando nec beatis id est datum. Idcirco dicitur, *De meo illo accipiet, & annuntiabit.* Deinde non est dictum. *De illo meo annuntiabit vobis*, sed *accipiet & annuntiabit*: quia ita Spiritus sanctus filij diuinitatem annunciat, vt eam in se à filio ipso accipiat; Procedit enim à Filio simul & Patre: & quamuis ab æterno accipiat & habeat diuinitatem, dicitur tamen de futuro. *Accipiet*, vt se tempori accommodet, quando annuntiaturus est. Nam æternitas omne tempus complectitur, præsens, præteritum, & futurum. Et ita vnum tempus exprimitur, vt alterum non excludatur, accipiet & accepit. *Accipiet*, autem in futuro dictum est. Quia annuntiabit de futuro. Præterea non intelligas Spiritum sanctum accipere *De meo*, quasi nō accipiat totam & perfectam diuinitatem. Accipit enim eandem, quam habet filius, sed ratione effectus annuntiandi positum est, *De meo*, vt dictum est, quia non omnia annuntiauit.

Homo diuinitatis omnē perfectionem non assequitur.

Omnia quæcunque habet Pater, mea sunt, propterea dixi, quia de meo accipiet & annuntiabit vobis.] Tacitæ respondet obiectioni, nimirum eum essentia quam Spiritus sanctus accipit, sit Patris. Nam à Patre procedere dictus est, cur Filius suam dicit, *De meo*, inquit, *accipiet*: Respondet, eadem est essentia Patris & mea. Omnia quæ Patris sunt, mea etiā sunt, nec excludo Patrem, quando Meum hoc dico, sed vnam vtriusq; substantiam & essentiam ostendo. Illud autem. *Omnia quæcunque Pater habet, mea sunt*, peruersè intelligebat Sabellius & similes hæretici. Inferebant enim; ergo *Filius est Pater*, at sophisma hoc est, vt rectè docet Didymus lib. 2. de Spiritu sancto. Nā qui dicit. *Omnia quæ Pater habet, mea sunt:* distinctionem supponit, inter se & Patrem, aliter non diceret. *Quæ Pater habet, mea sunt.* Sed, *ego sum Pater.* Cætera ergo omnia præter Patrē esse & Filium, in quibus distinctio est, eadem sunt Patris & Filij. Nam in Euangelio, de Filio prodigo, Lu. 15. dicit Pater ad Filium natu maiorem: *Omnia mea tua sunt*, tamen non inde inferenda est identitas personarum. Nec possessionem aliquam intelligamus in his Domini verbis, quando dicit. *Omnia quæ habet Pater.* Sed naturam & essentiam ipsam. Quod enim est Pater, & est in Patre, totum est Filius, & est in Filio, seruata distinctione Patris & Filij.

Patris & Filii essentia eadem.

Ideoq; charissimi Auditores, si volumus scire, quòd Spiritus sanctus habitet in nobis & operetur nobiscum, clarificemus Christum sicut Apostoli, quia hæc clarificatio vsq; ad finem durabit. Et primo clarificemus eum per veram fidem, quæ per opera demonstretur, *Fides enim sine operibus mortua est*, Iac. 2 Secundo, Vt in nomine eius miracula operemur, quæ tunc facimus quando in igne carnalis concupiscentiæ non comburimur, quando in aquis tribulationū non submergimur, quando dæmonia expellimus, nec ab eis superamur, & quando creaturis dominamur, quæ omnia in virtute Dei possumus operari. Tertio, Vt peccatores diuersis peccatorum idolis seruientes, vt auaros pecuniæ & gulosos ventri, Phil 3. *Quorum Deus venter est*, per prædicatores & exempla bonorum operū, ad Deum salubriter conuertamus. Iac. 5. scire debet, quoniam qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ suæ, saluabit animam eius à morte & operit multitudinem peccatorum, quod ad Dei gloriam spectat. Quarto, Vt in vnitate cordium & voluntatum in vinculo pacis & dilectionis inuicem habitemus. Eph. 4. *Soliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis, sicut vocati estis in vna spe vocationis vestræ, vnus Dominus, vna fides, vnum baptisma.* Actor. 4. *Erat illis cor vnum, & anima vna, in dono Spiritus.* Psalm. *Ecce quam bonum & quam iucundum, habitare fratres in vnum.* Clarificemus itaque Christum, Auditores, quia ille est in quem credere debemus, quem adorare, quem sequi debemus, Ille est qui rediturus est iudicare viuos & mortuos, vt & nos cum illo ad Patrem sine redargutione vadere & ibi in omnem æternitatem gloriari valeamus, Amen.

Peccatores à nobis ad Deum salubriter conuertendi.

(*,*)

Laus DEO, *& Beatissimæ* MARIAE *Virgini, & omnibus sanctis.*

FERIA QVARTA POST DOMINICAM QVARTAM PASCHÆ.

Pater sancte, serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi, vt sint vnum sicut & nos, Ioann. 17.

Christus orat patrē pro suis ut ab illo à malo seruandis.

NOn immeritò, Auditores, Ecclesia sacrosancta hoc Euangelium suis filijs proponit & inculcat, quia in eo magna Christi dilectio erga gen' humanum, magna illius apud patrem commendatio, magna intercessio, magna de illo solicitudo, magna pro illis optatio, magnus exitus, magnum præmium, æternum gaudium. Dicit enim, quod cum esset cum illis, sc. dilectis, eos in nomine suo seruauerit, & quod nemo perierit. Et quod nunc ipse ad patrem veniat, rogatque vt seruet eos à malo, sanctificet eos in veritate, & participes illius fiant, qui credituri sunt per verbum eorum in Christum, vt omnes vnum sint, & quod velit, vt vbi ipse Christus est, & illi mecum sint & videant claritatem suã, quam dedit sibi pater, & vt habeant gaudium suum impletum in semetipsis. Certè tanta ea sunt, quæ nulla mente concipi, nullo sermone possunt exprimi. Ideoque ter per annum & statis diebus hoc Euangelium legitur. Primo, quando Saluator noster ad passionem se accinxit, & ad patrem salutis humanæ negotio iam iam transigendo festinauit, quod est sabbato Dominicæ passionis, hoc est ante Dominicã Palmarum, vbi inchoatur passio. Altera vice hodie, qñ iam Christus in procinctu est eundi ad patrem hoc est, quando Ecclesia iam accedit ad celebrationem ascendentis Christi in cælum, vt in memoriam ea omnia iterum reuocet. Tertia ipsa vigilia ascensionis, ne vnquam Christi dilectio & beneficentia ea hominum fidelium memoria elabatur, sed magis Saluatoris beneficiorum recordentur, & sese iam Christo recommendent, vt tanquam mediator Dei & hominum suorum, suarumq; necessitatum apud Deum patrē dignetur esse memor & patronus. Et quia hoc Euangelium supradicto sabbato etiam est explicatum, quædam verba hodie explicabimus, quæ habet

EVANGELIVM.

Vnitas multifaria. Prima diuinitatis.

PAter sancte, serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi, vt sint vnum sicut & nos.] Vt illam vnitatē rectè intelligamus, obserua quod quædam est vnitas diuinitatis, & ista est illa, qua Deus est vnus, & non duo, quantum ad essentiæ communitatem, vnus quantum ad potentiæ singularitatem, vnus quantum ad principij productiuam vniformitatē. Iste enim numerus vnus est principium numerorum, quinimo sine isto nullus numerus esse potest, & per istius additionē omnes alij numeri multiplicãtur; ideò breuiter iste est numerus à quo alij omnes deriuantur. Ab ipso sunt omnia per dationem in ipso sunt omnia per conseruationē, ad ipsum referuntur omnia per regis gubernationem, in ipso resoluuntur omnia per vltimam conclusionem, Ideò Deut. 6. *Audi Israel, Dominus Deus tuus vnus est.* Quia sicut dicitur, Eph. *Vnus Deus, vna fides, vnum Baptisma*, cum sit vnus Deus illuminans omnia, refouens & gubernans: *Vnus Deus & pater omnium.* Tob. 10. *Omnia in te vno habentes, non debuimus te dimittere.* Vnus ergo Deus est in dignitate, ideò honorandus. Ezech. 37. *Rex vnus est omnibus imperans.* Vnus in raritate, ideò debet conseruari. Qui enim non habet nisi vnum oculum, diligentius ipsum curat & conseruat, ideo dicit vxor Tobiæ de vnico filio suo, *Omnia in te vno habentes*, & 1. Reg. 1. *Sicut mater vnicum filium amat, ita te diligebam.* Eccl. 4. *Vnus est, & secundum non habet.* Vnus in pietate, ideò debet frequentari. Qui enim non habet, nisi vnum beneficium, vel benefactorem, illum diligit & frequentat: sic est de Deo, Ezech. 37. *Pastor erit vnus omnium eorum.* Vnus in charitate, ideò debet adamari, Ephes. 4. *Deus vnus est, & pater omnium.* Vnus in potestate, ideò debet formidari, quia non potest ad alios appellare vel confugere. Eccl. 1. *Vnus est altissimus creator omnium, omnipotens, rex potens & metuendus.* Et bene dicit, *Creator*, quia ista est potestas, quæ vno Deo & nulli alij communicatur. Nam sicut ab vnitate omnes alij numeri accipiunt principium, sic à Deo omnes creaturæ habent initium, Act. 17. *Ex vno omne genus hominum propagatum est.*

Creatoris potestas Deo soli competit.

Alia vnitas summæ simplicitatis.

Est etiam vnitas quædam summæ simplicitatis. Vir enim iustus & innocens vnus dicitur, eo quod non sit duplex, alius in corde, alius in opere. Eccles. 7. *Virum de mille vnum reperi, mulierem ex omnibus non inueni.* q.d. ille qui est vir virilis & perfectus, debet esse simplex, id est, integer & vnus. Mulieres debiles & effœminatæ sunt, vnitate stabilis constantiæ priuatæ. Nã omnia q̃ sunt excellentia in natura vnum sunt; Quia vnũ firmamentũ, vnus sol, vna terra, vnũ mare, ad denotandum, quod qui in moribus magnus & notabilis esse voluerit, necesse vnus erit, & in vnitate firmæ constantiæ permanebit, vt sic de ipso dici possit illud Dan. 10. *Erat vir vnus vestitus lineis.* De qua vnitate exponi potest illud Eccl. 7. *Virum vnum de mille reperi.* Ex quo commendatur talis vnitas Primo, quia dicitur, *Virum*, Vir enim à virtute dicitur, eo quod ad virtuosum pertinet quod sit vnus, non diuisus, non varius. Res enim diuisæ non sunt ita magnæ, nec ita bonæ, sicut vnicæ & coniunctæ. Sed sunt hoc sæculo figurati in animali, Ezech. 1. & 10. quod habebat quatuor facies, vnam desuper, quæ erat aquilæ, aliam anteriùs, quæ erat hominis, aliam à dextris, quæ erat leonis, aliam ad sinistram quæ erat bouis. Quia isti ante in præsentia sunt homines benigne applaudendo, sed quando sunt in dignitate vel officio, inueniuntur aquilę per superbiam volando. In sinistris vero, quando sunt in aduersitate, tunc inueniuntur boues conuersando humiliter & obsequendo, in dextra vero prosperitatis, quando sunt diuites, tunc inueniuntur leones alios deprimendo, & superbè alios contemnendo aut molestando. Dupliciter itaque à Deo reprobatur, Mat. 24. *Erunt duo in lecto vno, vnus assumetur, & alter relinquetur.* Præterea ista vnitas est rara & pretiosa, quia dicitur, *Mille*, Quia [illegible] millibus vix reperitur vir integer bonus & constans. Ps. 13. *Omnes declinauerunt simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum.* Eccl. 6. *Multi sint pacifici tibi, consiliarius sit vnus ex mille.* Eccl. 6. *Melior est vnus timens Deum, quam mille filij impij.* Et Deut. 32. *Vnus persequebatur mille.* Et talis vnus à Deo diligitur, Ipse enim dicit Matth. 25. *Quod vni ex minimis istis fecistis, mihi fecistis.* A Deo acceptatur & eligitur, Mat. 24. *Vnus assumetur, & alter relinquetur.* Cum Deo congregatur, 1. Cor. 6. *Qui adhæret Domino, vnus spiritus est.* A Deo progreditur, Mat. 18. *Qui scandalizauerit vnum de pusillis istis minimis, qui in me credunt, expedit ei, &c.* A Deo acceptatur & honoratur, Mat. 18. *Videte ne contemnatis vnum ex his minimis.* A Deo instruitur, Matth. 22. *Interrogauit eum vnus.* Mar. 13. quasi informando dicit, *Quod vni dico.* A Deo remuneratur & suscipitur, sic dicitur quod mater filiorum Zebedæi volebat, quod vnus de filijs à dextris collocaretur, per dextram beatitudo cœlestis gloriæ intelligitur, Vnde in resurrectione Domini Angelus à dextris sedisse perhibetur. Ista vnitas est fructuosa, quia dicitur, *Reperi.* Res enim faciliter diminuitur & destruitur, aut deperditur, nunquam aut difficulter reperitur. Et ideò talis qui semper vnus est & immutabilis, & ad reperiendum certus & stabilis, tanti haberi debet, quanti nunquam vnus ea duplicibus, aut varijs. De quibus Psal. *Quæsiui eum, & non inuentus est locus eius.* Lege de commendatione vnitatis Boëtium de consolatione, si vis plura & mirabilia. Vnum insuper est eligendum, scilicet Dei celsitudo. Luc. decimo. *Porro vnum est necessarium.* Vnũ est requirendum, scilicet vnica cœli beatitudo. Psalm. *Vnam petij à Domino, hanc requi-*

Per dextram significata beatitudo cælestis gloria.

ram. Et meritò, quia sicut dicitur in Psal. *Dies vna in atrijs tuis super millia.* Vnum tenendum, quod est vitæ sanctitudo: Mat. 10. *Adhuc vnum tibi deest: vade & vende omnia quæ possides.* Vnum habendum est, quod est mentis rectitudo. Coloss. 3. *Vocati estis in vno corpore.*

Tertia vnitas amoris.

Est tertiò vnitas amoris & communitatis, & sic vnitas & vnanimitas vnum sunt. Et illa duplex est. Prima est aggregatiua, quæ est Religiosis & Ecclesiæ. Cant. 6. *Vna est columba mea, amica mea.* Rom. 12. *Sicut in vno corpore multa membra habemus, ita multi vnum corpus sumus in Christo.* Istam vnitatem facit vna fides, quæ vna est, & ideo vnam Ecclesiam constituit. Vna est enim fides, vna spes, & vna charitas, in quibus tribus vnitatibus tota Ecclesia facta est, & ista sunt tria Petri tabernacula. Matth. 17. De istis tribus Christus habet vnum, hoc est, charitas, Petrus pastor Ecclesiæ vnum, hoc est fides, Elias & quilibet iustus, vnum, hoc est spes. Ex istis tribus vnitatibus fundatur vnitas Ecclesiæ, quæ ita est vna & indiuisibilis, vt propriè dicatur Christi tunica inconsutilis. Vnde ista vnitas est illa ciuitas Christi. Isai. 19. *Ciuitas solis, vocabitur vna.* Secunda est composita, vt quando de pluribus elementis fit vnum mixtum, & de granis pluribus fit vnus panis, Sic Gal. 3. *Omnes enim vos vnum estis.* Charitas enim est sicut cementum, quod facit de pluribus lapidibus vnum parietem; quia sicut dicitur de semine pistillij, quod diuersa frusta carnis in ollâ bullientia facit ita coniungi, vt vnum frustum efficiatur: Sic Christus ipse Eph. 2 est pax nostra, qui facit vtraque vnum. Ex hoc vides quod Deus vnus, licet tres personæ, & licet quandoque tres soles videantur, vnus tamen est.

Multorũ nostrum sit vnum cor & vnus animus.

Ex hoc prætereà considera quanta sit illa vnitas, quam Christus commendat, vt vnum simus, Vnum autem, quia Mal. 2. *Pater est vnus omnium nostrum.* Et quia filij eiusdem patris, qui quamdiu sunt paruuli & innocentes, in vno loco solent commorari: sic & nos faciamus. Matth. 23. *Vnus est Magister vester, omnes vos fratres estis.* Magister, propter cordis sapientiam; Pater, propter charitatis amicitiam, Simus etiã vnum propter vnanimitatem, quia dicitur, *Vnum.* Quia animus noster debet esse vnus, vt quicquid vnus vult, etiam debent alij simul velle. Multa enim membra sunt in vno corpore, & tamen non habent nisi vnum cor; Sic & nos multi debemus habere vnum cor & vnum animum. Act. 4. *Multitudinis credentium erat cor vnum & anima vna.* Ezech. 18. *Dabo eis cor vnum & spiritum vnum.* Simus etiam vnum propter populi vniformitatem, quia dicitur, *Omnium nostrum.*. Omnium vero vniuersitatem simul iunctam signat, nostrum verò communitatem designat. Gal. 3. *Omnes enim vos vnum in Christo.* Psalm. *Ecce quàm bonum & quàm iucundum habitare fratres in vnum.* Disce autem quid sit coniungi cum Christo, cum S. Trinitate, & quantum fructum, dignitatem, gloriã & fœlicitatem afferat: & hoc Christus nobis optat & desiderat.

Ego dedi eis sermonem tuum.] Vt iterum videas vnitatem, quam Christus quæsiuit, dilectionem & solicitudinem quam erga nos habuit, quia dedit suis sermonem viuum & viuificantem, quem à Patre habuit, & è cœlo secum tulit. Sed obserua sermonem, quem Deus habet, alium esse naturalem, qui est interius, alium scripturæ, qui est exterius, Regularem alium, qui est posterius, Legalem alium, qui est superius. Sermo quem Deus interius generauit, est filius qui in mente patris ab æterno conceptus est, & tandem voce, id est, humanitate corporaliter vestitus, & vltimo per partum Virginis, sicut per os patris exterius temporaliter prolatus. De hoc dicitur Sap. 18. *Cum medium silentium tenerent omnia, & nox in suo cursu medium iter perageret, omnipotens sermo tuus Domine de regalibus sedibus venit.* Et Deut. 30. *Iuxta est sermo valde in ore tuo.* Sermonem autem scripturæ promulgauit Deus procul. Iste est sermo qui fuit primo cogitatus in inspirationibus Prophetarum, tandem fuit dictatus in libris & voluminibus scripturarum, postea vero fuit diuulgatus in dictis prædicatorum & Doctorum. Et de hoc dicitur Prou. 30. *Omnis sermo Dei ignitus clypeus est omnibus sperantibus in se.* Dicitur sermo Dei, quia continet diuinitatis honorem. Ignitus, quia inflammat charitatem & ardorem illius. Clypeus, quia roborat firmitatis vigorem. Et de hoc dicitur Ioã. 17. *Sermo tuus veritas est.* Quia sicut dicitur in Ps. *Declaratio sermonum tuorum illuminat, & intellectum dat paruulis.* Tertium sermonem Deus postea fulminabit, quem dicet in iudicio reprobis. De hoc etiam Eccl. 8. *Omnia quæcunque voluerit faciet, & sermo illius potestate plenus est.* Ita quod & reprobi tunc dicent illud Ioan. 6. *Durus est hic sermo, & quis potest eum audire?* Quare tum superius dicet beatis, *Venite benedicti.* Quia Prou. 12. dicitur, *Mæror in corde viri humiliabit eum, & sermone bono lætificabitur.* Itaque ipse Christus sermo, tulit alterum sermonem ad suos, vt euadant ad tertium & ad quartum, vt vbi erit sua claritas, perueniant, & hic sint vnum in fide, dilectione & mutua concordia, & ibi in æterna beatitudine. In inferno autem non est amor aut concordia, sed horror, confusio & perpetua discordia. Ecce à quãtis ad quanta nos pertrahere nititur. Sunt homines qui habent bonum sermonem, scil. à Deo illum habent. 1. Cor. 12. *Alij datur per spiritum sermo sapientiæ, alij sermo scientiæ,* & respectu aliorum pauci sunt, qui eum sermonem habent, aut bene collocant. Est & sermo vanus. Eccl. 32. *Vbi non est auditus, non effundas sermonem,* & eorum sunt innumeri, qui auditum non bene vsurpant. Est sermo durus. Prou. 15. *Responsio mollis frangit iram, sermo durus suscitat furorem.* Est sermo duplex. Eccl. 42. *Non duplices sermonem auditum.* Est simplex. Iob 32. *Plenus sum sermonibus, & coarctat me spiritus vteri mei.* Est & stultus Iob 38. *Quis est iste inuoluens sententias sermonibus imperitis?* Sermo falsus. Psal. *Molliti sunt sermones eius super oleum, & ipsi sunt iacula.* Est & iniquus. Psal. *Firmauerunt sibi sermonem nequam.* Sunt & homines, qui ad omnia tacent. Psal. *Non est sermo in lingua eius.* Sed vnicus sermo Christi hos omnes eliminat, aut vult exterminatos, quia non est sermo sicut sermo Dei. Sicut autem bona arbor facit bonum fructũ, bonus succus bonum gustum, bonus fructus bonum succum, bona vitis bonum vinum, sic bonus homo profert bonum verbum, quod maximè prædicatoribus est necessarium, vt sic quilibet possit dicere illud, quod dicit diuina sapientia, Prou. 8. *Audite me, quoniam de rebus magnis locutura sum, aperientur labia mea, vt recta prædicent, veritatem meditabitur guttur meum, labia mea detestabuntur impium. Iusti sunt omnes sermones mei, non est in eis prauum quid aut iniquum.* Dic magnis itaque, & sic Heb. 5. *De quo nobis grandis sermo, & ininterpretabilis ad dicendum. Recta,* vt nec amore, nec timore deuiet. Hester 14. *Da sermonem rectũ & bene sonantem in ore meo:* alias dicet illud Prou. 29. quòd, *homo qui blandis fictisq; sermonibus loquitur amico, expandit rete ante pedes eius. Veritatem,* inquit Ioan 17. *Sermo tuus veritas est. Meditabitur,* dic non casu, aut vt quicquid illi in buccam venit, effutiat, quod & in Concilio Tridentino valde & merito prohibitum est. Prou. 17: *Qui moderatur sermones suos, prudentissimus est. Labia mea.* dic. quia debet contra vitia fulminare. 1. Reg. 24. *Confregit Dauid viros suos in sermonibus. Iusti serm.* dic. Iustus dicitur, quando æqualiter arguit diuites, & pauperes, notos & ignotos. Psal. *Disponet sermones suos in iudicio.* sci. vbi summa debet esse æquitas. *Non est prauum,* quia nihil hæreticum, nihil turpe, nihil dissolutum debet adducere, iuxta illud Eccl. 12. *Conscripsit sermones rectissimos, ac veritate plenos.* Et sic poterit talis concionator dicere illud Sapien. septimo, *In manu Dei sumus nos & sermones nostri.* Eccl. 44. *Consummatio sermonum ipse est,* scil. Deus.

Sermo, cur Dei, cur ignitus, & clypeus.

In Inferno nil nisi horror & confusio.

Vnicus Christi sermo omnes aliorum sermones eliminat.

Effutire quidquid in buccam venit, concil. à Tridentino prohibetur.

Timeo autem, Auditores, ne de vobis dicatur illud, quod scribitur Ezechiel. 33. *Audiunt sermones tuos, & non faciunt eos.* Sed quod peius est, derident, & vt in pluribus contemnunt. Et iterum 2. Par. 36. *Subsannabant nuncios Dei, & paruipendebant sermones eius.* Maximè verò, si illi nuncij Dei & sermones etiam Dei sunt.

Sanctifica eos in veritate. Ego me ipsum sanctifico, vt sint & ipsi sanctificati in veritate.] Sanctifica eos in veritate, in superiori Euangelij explicatione explanatum est, quod sit per Spiritum sanctum, veritatem Euangelicam perfectam infundere, vt fiant Doctores & Magistri doctrinæ Euangelicæ, & hoc per Spiritum sanctum, qui non nuda verba & conceptus doceat, sed gratiam infundat, vt digni Magistri fiant, vt sanctè veritatem accipiant & doceant. *Ego,* præterea dicit, *me ipsum sanctifico, vt etiam ipsi sint sanctificati:* Ego quidem per mortem, ipsi per Spiritum sancti gratiam, per quam consecrabuntur, & præficientur veritati prædicandæ.

A cunctis vitiis purgati sanctificantur.

Possumus itaq; propriè dicere, quòd illi sanctificantur,

qui

qui à cunctis vitijs purgantur, & qui in statum gratiæ constituuntur & virtutibus adornantur, & qui ad ministrandum in sancto officio, vel in sanctificatione, vel in sancto loco, hoc est in Ecclesia vel gradu Ecclesiastico deputantur. Sanctificatio enim accipitur in scriptura, vt communiter pro templo, Ecclesia, vel statu Ecclesiastico. Sicut 1. Mach. 1. de Antiocho dicitur, Quòd intrauit sanctificationē cum superbia, Et sanctificatus accipitur pro illo, qui dignè debet ibi ministrare, Sicut 2 Par. 30. dicitur, quod Leuitæ sanctificati immolauerunt Phase. Debemus igitur sanctificari, & purificari ad hoc, quod sancto Deo in fide sua sancta & Ecclesia possimus rectè famulari, iuxta illud, Exod. 19. *Sacerdotes qui accedunt ad Dominum, sanctificentur, ne percutiam eos.* Nam & gentilium sacerdotes seruant ritum suæ sanctificationis Et Leuit. 20. præcipitur, *Sanctificamini & sancti estote, quia ego sanctus sum, Dominus Deus vester.* Et maximè ante sumptionē sancti illi in sacramēti Eucharistiæ, iuxta illud Num. 11. *Sanctificamini, cras comedetis carnes.* Quid ergò dicendum de ijs, qui à nocturna potatione aut fornicatione, aut à similibus ad diuina vel administranda, vel accipienda accurrunt. Nam Zach. 14. dicitur, *Erit omnis lebes in Ierusalem, & in Iuda sanctificatus Domino exercituum,* quia dicitur Leuit. 22. *Alienigena,* id est peccator, *non comedat.*

Et nota quòd quindecim proprietates sint, per quas cognoscuntur homines sancti, Timent enim Dei maiestatem. Psal. *Timete Dominum omnes sancti eius, quia non est inopia timentibus eum.* Diligunt Dei bonitatem. Psalm. *Diligite Dominum omnes sancti eius.* Orant Dei pietatem. Apoc 8. *Data sunt ei incensa multa,* quæ sunt orationes sanctorum. Et Iudith. 8 *Ora pro nobis, quia mulier sancta es.* Habent fidei claritatem. Eccl. 45. *In fide & lenitate ipsius sanctum fecit illum Dominus.* Sap. 18. *Sanctis autē tuis maxima erat lux.* Tenent supernā congregationem vel communionem. Psal. *Congregate illi sanctos eius.* Cognoscunt scientiarum veritatē. Pro. *Noui scientiā sanctorum.* Et Pro. 9. *Scientia sanctorum, prudentia.* Amāt pacis tranquillitatē. Psal. *Loquetur pacem in plebē suā, & super sanctos suos.* Sentiunt mundi aduersitatem, quia præ cæteris tribulationes & mala mundi sustinent, Heb. 11. *Sancti ludibria & verbera experti.* Et Psal. *Sancti qui sunt in terra eius, mirificauit omnes voluntates meas in eis, multiplicatæ sunt infirmitates eorū.* Sectantur bonam societatem. Psal. *Cum sancto sanctus eris.* Eccl. 37. *Cum homine sancto assiduus esto.* Horrēt omnem iniquitatem. Ps. *Non dabis sanctum tuum videre corruptionem.* Contemnunt mundi prosperitatē. Matt. 27. *Corpora sanctorum, qui dormierant surrexerunt, & venerunt in sanctā ciuitate.* Appetunt cæli fœlicitatem, quia debent mentaliter habitare in paradiso, Eph. 2. *Iam non estis hospites & aduenæ, sed estis ciues sanctorum & domestici Dei.* Iubilant laudis suauitatem. Ps. *Cantate Domino canticum nouum; laus eius in Ecclesia sanctorum.* Dilatant cordis iucunditatem. Ps. *Sancti eius exultatione exultabūt.* Et sic vendicant sibi gloriæ nobilitatem. Dan. 7. *Sancti obtinuerunt regnum* Et Ps *Gloria hæc est omnibus sanctis eius.* Isti sunt quindecim gradus perfectionis, per quos Christus primo ascendit & sancti de mūdo ad patrem, vt sic sancti possint dicere illud Eph. 1. *Elegit nos Deus ante mundi constitutionem in Christo, vt essemus sancti & immaculati.* Et de quolibet sancto illud 4. Reg. 4. *Animaduerto quod vir Dei sanctus est iste, qui frequenter transit per nos. Faciamus ergò ei cænaculum paruum, & ponamus in eo lectulum, mensam & sellam, & candelabrum, vt cum venerit ad nos, maneat ibi* Sancti .n. frequenter transeunt per nos, quia omni anno semel ad minus venimus ad festa eorum, ideoq; debemus eis parare cænaculū conscientiæ & affectionis, & ibi ad honorem ipsorum, habere mensam misericordiæ & compassionis, tenere lectum mollis dulcedinis & deuotionis, ponere candelabrum prudentiæ & discretionis, statuere sellā iustitiæ & iudicialis ordinationis, & sancti nobiscū per gratiā manebunt, sicut & ipse Christus, & suum patrocinium nobis propinabunt. Templum enim Dei debemus omnimodo effici. 1. Cor. 3. *Templum Dei sanctum est, quod estis vos.* Sicut autē omnia quæ ad cultum diuinum pertinent, sacra esse iubētur: Sic & nos debemus habere locum religionis, fidei, & Catholicæ professionis, de quo Exod. 3. & Ios. 5. *Solue calceamentū de pedibus tuis. Locus .n. in quo stas, terra sancta est.* In isto loco habitat Deus; quia sicut dicitur in Psalm. *Deus in loco sancto eius.* Item locum sanctum Orationis, hunc est in conscientia sancta & deuota. de quo Psalm. *Sanctum est templum tuum, mirabile in æquitate* Et ideò dicite Deo, *Adorabo ad templum sanctum tuum, & confitebor nomini tuo* Item oleum sanctum lætitiæ & deuotionis. Exod 30. *Oleum vnctionis sanctum est* Vnde de Dauid dicitur in Psalm. *Inueni Dauid seruum meum, oleo sancto meo vnxi eum.* Item sanctam hostiam humilitatis & subiectionis. Rom. 12. *Exhibete corpora vestra hostiam viuentem sanctam, Deo placentem.* Item sanctos libros discretionis, & sacræ scripturæ. 1. Mach. 12. *Habentes solatio sanctos libros.* Item sanctum candelabrum contemplationis Eccl. 26. *Lucerna splendens super cādelabrum sanctum.* Itē sanctas vestes conuersationis. Exod. 28. *Facies vestē sanctam Aaron fratri tuo.* & Tob. 14. dicitur de Tobia, quòd in bona vita & in sancta conuersatione permansit. Item carnes sanctas Christi refectionis & sacramentalis recreationis. Exod. 29 *Coques carnes in loco sancto.* Insuper sancti esse debemus ad exemplum Christi, quia & ipse sanctus est 1. Reg. 2. *Non est sanctus, vt est Dominus, neq; enim est alius extra te, & non est fortis sicut Deus noster.* Ille habitat in beatissima Maria virgine. Eccl. 24. *In ciuitate sanctificata similiter requieui.* Item in conscientia etiā viri iusti. Psal. *Tu autem in sancto habitas laus Israel.* Item in Ecclesia. Et ista est propria domus Domini, quæ immaculata est & sancta, de qua 2. Mach. 10 *Ierusalē sit sancta & libera cum finibus suis.* Vltimo in patria, vbi est locus sanctus & sanctorum. Psalm. Currus Dei quatuor millibus multiplex millia lætantium, Dominus in eis in Sina, in sancto.

Tobia in vita sanctitate perseuerauit.

Ideoq; Auditores charissimi, oportet quod spiritus noster vnitus sit in seipso per mentis integritatem, quia cordis diuisio signum est mortis. Ose. 10. *Diuisum est cor eorum: nunc interibunt procul dubio.* Quamdiu autē est res, tamdiu est vna in se indiuisa. Omnes enim partes domus simul coniunctæ constituunt domum, non vna sola. Nec manubrium, nec ferrum est cultellus, sed coniuncta: ita nec anima vna est, quæ diuidit affectiones suas ad multa. De anima sancta habetur Cant. 6. *Vna est columba mea, vna est perfecta mea.* Secundo, oportet homo sit vnitus Deo per fidem & charitatem, Fides enim vnit intellectum, charitas autem affectum. 1. Cor. 6. *Qui adhæret Deo, vnus spiritus est cum eo.* & bona acquirit bona habenti, immò ei, qui est summum bonum, se per amorem vnit. *Venerunt mihi omnia bona pariter.* Charitas est sicut glutinum quod coniungit, sicut ignis quòd ferrum in propriā naturam conuertit. Ideo Paulus Eph. 4. *Solliciti seruare vnitatē spiritus in vinculo pacis.* Tertio, Quod habeat vnitatem cum proximo, quod fit per dilectionem paternam. Dignū enim est, vt qui est vnum cum Deo, vnum sit cum omnibus, qui sunt vnum cum ipso; Charitas enim est sicut vinculum, in quo mercator, tanquām in manica, omnia bona sua defert ad hospitium, quæ si rupta fuerit, effunditur tota re. charitas Col. 3. *Super omnia habete charitatē, quod est vinculū perfectionis, & pax Christi exultet in cordibus vestris, in quā & vocati estis in vno corpore* Videte ergo quomodo collegium vnitatis bonum sit. Est enim cadentibus in remediū. *Væ soli, quia si ceciderit, non habet subleuantem se* Est indigentibus in auxilium, quia tota ciuitas petit à rege, citius exauditur, & sæpè malus grossus, qui solus rejiceretur, cum bonis alijs accipitur. Est pugnantibus in præsidium. Eccl. 4. *Si quispiā præualuerit contra vnū, duo resistent ei.* Est patientibus in subsidiū. Leuis est sarcina multis simul portātib⁹, quæ vni esset impossibilis. Rom. 12. *Vnū corpus sumus in Christo, singuli autē alter alterius membra.* Est itinerantibus in ducatum: Est petentibus in suffragiū. Act. 2. *Erant oēs vnanimiter in oratione.* & membrum vnitum corpori nutritur non resectum. Est expectantibus in cautelā, vt de illo habetis, qui prope Iericho in latrones incidit. Et de Dina Gen. 34. Est viuentibus in gaudium. Quid enim est iucundius quam illic esse, vbi vna vox lætantium, & vnus ardor cordium? Amor perfectus est vnus omniū spiritus, vbi quod amatur, non amittitur. Hanc vnitatē impetrauit Dominus Apostolis & cunctis fidelibus. Hoc est quòd hodie dicit, *Non pro his rogo tantum, sed & pro eis, qui credituri sunt per verbū eorū in me, vt omnes vnū sint, sicut tu pater in me, & ego in te, vt & ipsi in nobis vnū sint.* Hoc adhuc nobis optat, & in nobis desiderat, vt intelligatis Auditores, quanta sit ipsius, vt in principio dixi, affectio & solicitudo erga nos, & quantum nostri nostræq; salutis & futuræ fœlicitatis causa fecerit.

Hominem vt oporteat vnitum esse.

Iucundissimū est esse, vbi vox vna lætantium, & vnus ardor cordiū.

Nunc

Nunc ergò tam pij, tam propitij Saluatoris verba & facta non tam leuiter, sed vt par est cum veneratione & gratitudine fructuosè mentibus nostris imprimamus, & quia sine Dei auxilio nihil valemus, nihil possumus, ideò cum Ecclesia sancta hodie clamemus: *Deus qui fidelium mentes vnius efficis voluntatis, da populis tuis id amare quod præcipis, id desiderare quod promittis, vt inter mundanas varietates ibi nostra sint corda, vbi vera fixa sunt gaudia.*

Laus DEO, *& Beatissimæ* MARIAE *Virgini, & omnibus sanctis.*

FERIA SEXTA POST DOMINICAM QVARTAM PASCHÆ.

Offerebant Iesu paruulos, vt tangeret illos, Marci 10.

DVo magna Sacramenta sunt, Auditores, quæ nobis pijssimus Saluator & Redemptor Christus Iesus in sacrosancta Ecclesia Catholica in remedium peccatorum, & in consecutionem gratiæ & gloriæ suæ reliquit Baptismus videlicet & Pœnitentia. Baptismus originale tollit. Pœnitētia actuale. Baptismus à Christo susceptus, institutus & cōfirmatus. Pœnitentia à Christo docta, prædicata, & prædicari iussa, & singulariter instituta. Baptismus est prima, pœnitentia altera naufragij tabula, ita vt Baptismus natos excipiat ad gratiam, pœnitentia lapsos erigat, vtrumque sanè diuinissimum sacramentum ad salutem animarū nostrarum summè necessarium. De quorum vtroq; præclarè certè D. Pacianus Barsilen. Episcopus disserit, dic. *Quare sine baptizamus, sine ad pœnitentiam cogimus, seu veniam petentibus relaxamus, Christo id authore tractamus. Baptismus enim sacramentum est Dominicæ passionis, pœnitentium venia, meritum confitentis. Illud omnes adipisci possent, quia gratiæ Dei donum est, id est, gratuita donatio. Labor verò iste paucorū est, qui post casum resurgunt, qui post vulnera conualescunt, qui lachrymosis vocibus adiuuantur, qui carnis interitu reuiuiscunt.* Hæc ille. Et certè vtrumque sacramentum summè sæpè sæpiusque commendat Ecclesia Christi fidelibus, quia vtriusq; dignitatē, vtilitatem & necessitatē nouit exactissimè. Et hoc quidem Euangelium infra Dominicam quartam post Epiphaniam feria sexta legitur, quando vix prædicationis Ioannis de pœnitentia Euangelium cessat, & Quadragesima ipsum salutare tempus pœnitentiæ incipit, quo tempore magis debent offerri, aut offeruntur Christo nato baptizandi, & Christo pœnitentiā prędicanti, & vitam nouam docenti, pœnitentes & egenes tam misericordiā quam veniā. Inter hæc festa & Baptismi & pœnitentiæ fuimus ab Ecclesia moniti, hac Dominica monuit nos Ecclesia passionis & dolorum Christi, quando dicitur, *Vado ad patrem*, cur non, dum nobiscum est adhuc, illius gratia celeriter vtamur, vt qui Baptismo egent, qui pœnitentia egent, qua quidē omnes egemus & misericordia Dei, quia in multis offendimus omnes, offerantur aut offerant se illi, ne sua sanctissima & amatissima passio, & ipsius gloriosa de hostibus nostris victoria, merita item voluntas & gratia in nobis, per nos planè sint deperdita. Et quia ad cælos ascendit, nos illi coniungamur prius per Baptismum & pœnitentiam, vt fratres ipsius simus & cohæredes. Et quia mittet Spiritum sanctum, non autem nisi credentibus & baptizatis, & non infundet gratiam nisi resipiscentibus & pœnitentibus, seseque illi hoc modo coniungentibus, prout proxima feria fusiùs dictum fuit. Ideò offert nos Ecclesia Christo, nos etiam debemus nos, & nostros sic illi offerre, vt tangat nos & nostros, purget nos ab omni crimine, det nobis suam gratiam & benedictionem, tangat nos, ne hostis audeat nos impetere, vt tangat, & nos in cælum secum rapiat. Dicam autem adhuc aliquid de Baptismo, priùs & posteà de paucis verbis, quæ habet aut tangit

Baptismus & Pœnitentia duo magna sacramenta.

Christi præsentia adhuc vtendum gratia.

EVANGELIVM.

OFferebant Iesu paruulos, vt tangeret illos.*] Si filius Dei baptizatus est, quis pius potest Baptismum contemnere? Baptizatus aūt est, nō vt peccatorum remissionem acciperet, vt ait Cyrillus, Ierosolymitanus Archiepiscopus, non poterat .n. peccare, sed etiamsi peccato nō esset obnoxius, baptizatus est, vt diuinā gratiam & dignitatē exhiberet baptizandis. Quemadmodū enim pueri participes facti sunt corporis & sanguinis, sic & ipse particeps illorum factus, vt præsentiæ illius in corpore facti participes, diuinę quoque illius gratiæ cōmunicēt. Sic baptizatus est Iesus, vt per eius participationē nos deinceps vna cum salute honorē consequamur. Sanctificauit itaq; baptismum Iesus, cum ipse baptizatus est. Si quis aūt non baptizatur, salutem non habet præter solos Martyres, qui (vel sine aqua) regno cælesti potiuntur. Redimens enim terrā Saluator per crucē, & in latere vulneratus sanguinē & aquā emisit, vt alij quidē pacis tempore in aqua baptizarentur: alij verò tempore persecutionis in proprijs sanguinibus baptizarētur. Quod verò & is rectè Baptismus vocetur, vide Saluatoris testimonium, qui dicit Matt. 10. *Potestis bibere calicē quē ego bibā, & baptismo, quo ego baptizor, baptizari?* Præterea Draco erat in aquis, vt Iobait, qui ore capiebat Iordanē. Cum igitur conterenda essent capita Draconis, descendens in aquas, ligauit Fortē, vt facultatē calcādi super serpentes & scorpiones acciperamus. Minimè parua fuit belua, sed horrenda. Nauis piscatoria quæcunq; eorum vnū caudæ illius ferre non potuit. Imminebat ab illo perditio, cōtagione inficiēs occurriētes. Succurrit deinde vita, vt mors quoq; timeret, vt saluati oēs dicamus, 1. Cor. 15. *Vbi est mors tua victoria? vbi inferne, stimulus tuus?* Per Baptismū .n. soluitur mortis stimulus. Descendis quidē in aquā ferens peccata, sed gratiæ inuocatio signans animā, non permittit deinceps ab illo horrendo Dracone submergi. Mortuus in peccatis descēdisti, & ascendis viuificatus in iustitia. Si .n. insitus factus es similitudini mortis Saluatoris, & resurrectione dignus efficieris. Quemadmodū .n. Iesus, mundi totius peccata recipiens mortuus est, vt mortificato peccato resurrat te iustitiæ: sic & tu descēdens in aquā, & quodāmodo consepultus illi, sicut ille in petra, excitatus rursus in nouitate vitæ ambulas. Deinde cùm tibi cōfertur gratia, tunc rursus tibi cōtra aduersas virtutes dat potestatē. Quemadmodū .n. ille post Baptismū & 40. dies tentatus est, non quòd & anteà non posset vincere, sed quòd ordine omnia & successiuè facere volebat: Sic & tu ante Baptismum, aduersarijs reluctari non audebas. Accepta vero gratia, deinceps confidens armis iustitiæ, decertato, & si vis ēt, euangeliza. Iesus Christus Dei filius erat, at tñ non ante Baptismū prædicabat: *Ab eo tepore cœpit Iesus prædicare*, cùm descendit in illum Spiritus sanctus corporaliter in specie columbæ. Non vt tunc primū Iesus videret; Videbat .n. antequàm corporaliter in eum veniret, sed vt Ioannes baptizās illum cerneret, Ioan. 1. Si & tu non simulatā habueris religionē, descēdet in te Spiritus sanctus. Vox tibi paterna desuper intonat. Non, hic est filius meus, sed quòd nunc factus est filius meus. In illo enim est ipsum esse. Quoniam, *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbū.* In illo est esse, quādoquidem Dei filius est. In te verò nunc factum est, quoniā non secundum naturam, sed iuxta alienā authoritatem habes adoptionem. Ille sempiternus est, tu verò ex profectu accipis gratiam. Præpara itaq; vas

Circa baptismum nemo salutis particeps præter quàm martyres.

Christus mundi totius peccatum in se recipiens mortuus est.

animæ

animæ tuæ, vt sis filius Dei, & hæres quidem Dei, cohæres autem Christi.

Quomodo nos reuo-cabimus ad hæredi-tatē Dei.

Præparaueris autem teipsum, vt id consequare, si ex fide accesseris, si veterem hominem volueris deponere. Omnia tunc quæcunq; perpetraueris, condonabuntur, siue fornicatio, siue adulterium, siue quodcunq; aliud eiusmodi gen⁹ peccati fuerit, quod nihilominus Christum crucifigentib. non æquatur. Quod maius esse potest scelus, q̄ crucifigere Christum, & huius tamen ablutio est Baptismus? Nā illi q accedebant ad Dominum, suscitabantur. *Quid faciemus viri fratres?* Magnum enim hoc vulnus. Percussisti nos Petre nostra ruina dic. *Ducem vitæ occidistis.* Act. 1. Quod emplastrũ dabitur tanto vlceri? Quæ salus in hac perditione? *Pœnitentiam*, inquit, *agite, & baptizetur vnusquisque vestrũ in nomine Iesu Christi Domini nostri, in remissionem peccatorum, & accipietis donũ Spiritus sancti.* Ex his etiã magna causa, cur hoc ipsum Euangelium hodie & inter hæc Passionis, Resurrectionis, Ascensionis, & Pentecostes, vel missionis Spiritus sancti proponatur. Vides Dei benignitatem: Qui de salute desperabant, donũ Spiritus sancti accipiunt. Confide Ierusalem, abstulit enim Deus iniquitates tuas, abluit Dñs sordes filiorum eius & filiarum eius. Quod si quis scire desideret, quare per aquam potius, quàm p aliquod aliud elementum gratia detur, sacras scripturas relegens inueniet.

Gratia cur per aquã potius quam per aliud elementum detur.

Magnum .n. quiddam est aqua, & ex quatuor mũdi elemẽtis apparentib. pulcherrimum. Angelorum habitaculũ est cœlum: atqui ex aquis sunt cœli. Terra est hominũ locus, atqui ex aquis etiam terra. Et ante omnem rerum creatarum sex illis diebus distinctionem, spiritus Dñi ferebatur super aquas, principium mũdi, aqua principium Euangelij, Iordanus, liberatio Israëlis à Pharaone per mare facta est, & liberatio mundi à peccatis p lauacrũ est aquæ in verbo Dei. Vbicũq; fœdus aliquod inter Deum & hominem, ibi & aqua. Post diluuiũ, Ge 8. percussum est fœdus cum Noë & cũ Israële ex monte Sina, verum hæc non sine aqua & lana rubea & hyssopo. Helias assumptus est, sed non sine aqua. Prius enim transiuit Iordanem, & deinde in cœlum raptus est. Prius abluitur summus sacerdos factus. Quomodo .n. susciperent pro alijs oraturus, qui nondum per aquã esset purificatus. Symbolum baptismi erat labrum in tabernaculo positũ. Veteris testamenti finis & noui est principiũ Baptism⁹. Ioãnes erat Dux eius, quo nõ est maior inter natos mulierũ, q & finis erat Prophetarum, & idem erat rerũ Euangelicarum principium. Initium enim Euangelij Iesu Christi, & quæ sequuntur, *Erat Ioannes baptizans.* Baptismi typus est lotio pedum Apostolorum, & in Iesu Naue, & illud sacramentum est pforato Christi latere productũ, cuius signaculum fides est. Saltant angeli circa baptizatos & pœnitentes, dic. *Quæ ista quæ ascendit*, Cant. 5. *dealbata, & cõfirmata super patruele suo?* Quæ .n. antea fuerat, serua, anima, nunc patruelem Dominum ipsum ascripsit, qui non simulato proposito acclamat, Cant. 4. *Quàm pulchra es amica mea, quàm pulchra es, dentes tui sicut greges tonsarum.*

Christianorum generatio quomodo fiat in Ecclesia.

Obserua etiam quomodo Christianorum generatio fiat in Ecclesia. Dicit Apostolus, Col. 1. *Transactu potestatibus Christus condemnauit peccatũ in carne, affigens illud cruci, & chirographum mortis absoluens. Inde est, quod non dereliquit Deus animam eius apud inferos, nec dedit sanctum suum videre corruptionem.* Psalm. 15. Inde quod calcatis mortis aculeis die tertia resultauit in carne, reconcilians illam Deo, & restituens æternitati, victo trasoque peccato. Sed si solus ille vicit, quid cæteris contulit? Breuiter audite ex D. Daciano: *Peccatum Adæ in genus omne transierat. Per vnum enim hominem* Rom. 5. *introiuit delictum, & per delictum mors: sic & in omnes homines deuenit. Ergo & iustitia Christi, necesse est, vt in genus transeat, ac sicut ille per peccatum stirpem suam perdidit, ita Christus per iustitiam genus suum omne viuificet. Hoc ibidem vrget Apostolus dicens: Vt sicut per inobedientiam vnius peccatores constituti sunt multi, sic per dicti audientiam vnius iusti constituantur multi: vt sicut regnauit delictum in mortem, similiter & gratia regnet per iustitiam in vitam æternam.*

Iam videbitis, qualiter Christo parente generemur Nouissimis temporibus animam vtiq; cum carne Christus accepit ex Maria, hãc venit saluam facere, hanc apud Inferos non reliquit, hanc spiritui suo coniunxit, & suã fecit. Et hę tum nuptiæ Domini, vni carni coniunctæ, vt secundũ illud magnum sacramentum, fierẽt duo in carne vna. Christus & Ecclesia. Ex his nuptijs Christiana plebs nascitur, veniente desuper spiritu Domini, nostrarumq; animarum substantiæ superfuso, & admixto protinus semente cælesti visceribus matris inolescim⁹, aluoq; ei⁹ confosi viuificamur in Christo. Vnde Apostolus 1. Cor. 15. *Primum Adam in animã viuentem, nouissimus Adam in spiritũ viuificantẽ.* Sic generat Christus in Ecclesia per suos sacerdotes, vt idem Apostolus 1. Cor. 4. *In Christo autem ego vos genui.* Atque ita Christi semen, id est, Dei spiritus nouum hominẽ matris aluo agitatum, & partu fontis exceptum, manibus sacerdotis effundit, fide in pronuba. Neq; enim aut insertus in Ecclesia videbitur, qui nõ credidit, aut genitus à Christo, qui spiritum ipse non recepit. Credendum est igitur nos posse nasci. Sic enim ait Philippo Act. 1. *Si credis, potes.* Recipiendus est Christus vt generet, quia sic Ioan. 1. dic. *Quotquot enim receperunt, dedit eis potestatem filios Dei fieri.* Hæc autem compleri alias nequeunt, nisi lauacri & Chrismatis, & Antistitis sacramento. Lauacro enim peccata purgantur, chrismate sanctus Spiritus superfunditur, vtraque verò ista, manu & ore Antistitis impetramus. Atq; ita totus homo renascitur & innouatur in Christo, vt sicut resurrexit Christus à mortuis, sic & nos in nouitate vitæ ambulemus, id est, vt depositis vitę veteris erroribus, idolorum seruitute, crudelitate, fornicatione, luxuria, cæterisq; vitijs carnis & sanguinis, nouos per spiritum mores sequamur in Christo fidem, pudicitiã, innocentiã, castitatem. At sicut portauim⁹ imaginem terreni hominis, portemus & eius qui de cælo est, 1. Cor. 15 *Quia primus homo de terra, terrenus; secundus à cœlo, cælestis.* Quod agentes iam nõ moriemur amplius. Etiamsi in hoc corpore resoluimur, viuemus in Christo, sicut & ait ipse: *Qui in me crediderit, licet moriatur, viuet.* Vita mundi, & pecudibus & feris, & alitib⁹, vt videtis ipsi, aut nobiscum est communis aut longior. Et illud homini proprium, q per spiritum suum dedit Christus, id est, vita perpetua; sed si iã non peccemus amplius. Quia sicut mors scelere acquirit, virtute vitatur, ita vita sceleribus amittitur, virtute retinetur. Sed dicet aliquis. Peccatũ Adæ meritò transiuit in posteros, quia ex ipso geniti erant. Et nunquid nos à Christo geniti sumus, vt ppter ipsum salui esse possimus? De eodem Baptismo. Anastas. Patriarcha Antioch. *Spiritus Dei ferebatur super aquas.* Per spiritum & aquã ipsum ostendens, per quem et ipsum purgauit, hominem, ab antiquis sordibus, & docuit mysterium regenerationis: quia dixit, *Fiat lux.* Per q verbum & bonã vitã ab eo exegit, q̃ tanquam lux luceat ante faciem eius, ne contingat eum esse pigrũ ad intentos & vehementes sudores virtutis, vt qui non sit habiturus coronas tantorum sudorum, quorum participes futuri sunt, qui laborant. Pulcherrimè Anastasius de quinto die creationis ita differit: *Habes ergo apertã ostensionem, cur quinto ex sex diebus aqua, in quibus superferebatur spiritus, viuas genuerunt animas, nobis præsignificantes regenerationẽ, quæ fit per aquam & spiritum. In aliũ enim in cælos elatus est sol, quia cadit sub intelligentiã (sicut sol sensilis in firmamento desuper demisso in aquas suo radio) statim fecit regenerationem, quæ est per aquã & spiritũ. congruẽter ei, quod dictum est*, Ps. 103. *Emittes spiritũ tuũ & creabuntur.* Per hunc ergò & non per alium aliquem modum ex aquis quidem genitas animas, nempe per Baptismum regeneratas, benedixit Deus dic. *Crescite & multiplicamini, & replete terrã.* Animantibus autẽ & iumentis & feris, q̃ viri sunt, serpentibusq; & venenatis hominibus, qui sunt peregrini & alieni à regeneratione Baptismi, nequaquã eam benedictionẽ impertiuit, sed eos reliquit absq; benedictione. Tunc tanquam medius stans Christus inter terrestria & marina animantia, & ad ea q̃ sunt è terra genita oculos defigens. Et dic. Ioan. 3. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto*, qui fertur super aquam, *non intrabit in regnũ cælorũ*, neq; fiet per columbam, nempe per spiritũ, volucris cæli, neq; rapietur in nubibus obuiã mihi in aera. Expende etiam verba, quæ in Baptismo proferuntur ratione baptizandi: *Abrenuncio tibi satana.* Tibi inquam scelerato & sæuissimo Tyranno, non ampliùs metuo vires tuas, dissoluit enim eas Christus, sanguinis mei & corporis particeps factus, vt suis passionibus & morte mortem opprimeret, vt ne perpetuo essem obnoxius seruituti.

Ex nuptijs Christi & Ecclesiæ, Nata plebs Christiana.

Quamuis moriamur, tamen viuemus in Christo.

Anastasius de quinto creationis die.

Quibus Deus non impertiuerit suam benedictionem.

Baptismi verba cõsideranda.

Renun-

Renuncio illi serpenti callido & vafro, renũcio tibi impostori, qui sub specie amicitiæ omnem agitas iniquitaté. qui maiores nostros ad defectionem induxisti. Renuncio tibi satana, totius improbitatis opifici & administro. *Et omnibus operibus tuis.* Opera satanæ sunt cuiusuis generis peccata, quibus te renunciare necesse est, vt cùm aliquis fugit Tyrannum, arma quoque illius euitare studet. Omne igitur genus peccati, sub hoc operum diaboli nomine comprehenditur. Istud prætereà non ignores, quod quæcunq; dicis (illa præsertim formidabili hora, qua scilicet abrenunciationes fiunt in Baptismo) scripta sunt in libris Dei absconditis, vt si quid deinceps aduersus illa pronũciata patrraueris, tanquam præuaricator iudiceris. Renuncia ergo satanæ operibus, omnibus inquam actionibus & cogitationibus, quæcunq; rectę rationi non conueniunt. *Et omnibus pompis illius.* Pompa diaboli est in Theatris spectacula, in hippodromo cursus equorum, & venationes, & reliqua omnis eiuscemodi vanitas, á qua postulans liberari sanctus ille Dei, dic. *Auerte oculos meos, ne videant vanitatē.* Nõ ergò sis curiosus insequendis spectaculorũ, vbi conspicias mimorũ petulãtias, omni contumelia & pudicitia refertas, & virorum effœminatorũ choreas ne spectes. Neq; verò & illos admireris, qui dummodo ventri suo obsequantur, efferatis bestijs seipsos exponũt: atq; ipsi eo, cũm adeò ventrem cibis curare student, ipsi contra ventris ferarum esca fiunt. Imò vt veriùs dicam pro ventre tanquã pro suo Deo vitam suam in certaminibus singularibus profundere non dubitant. Fuge autē & equorum curricula, quod est prorsus insanũ, & multorũ vitæ perniciosum spectaculũ.

Satanæ renunciandum operibus & cogitationibus.

Ad pompã diaboli pertinẽtia.

Hæc enim omnia ad pompam diaboli pertinent. ꝑut & eorum qui funambuli dicuntur, qui ꝗ; per circulos aut cũ gladijs saltitant, aut se in aquas ex alto loco deijciunt. Tũ verò & illa quę in Idolorum solennitatibus suspendi solent, & carnes & panes, & alia eiuscemodi fœdissimorum dæmonum inuocatione cõtaminata, pompæ diaboli ascribuntur. Quemadmodum.n. panis & vinum Eucharistiæ, ante sacram inuocationē adorandæ Trinitatis, panis erat & vinũ merum: peracta verò inuocatione, panis quidem fit corp⁹ Christi, vinum autem sanguis Christi: sic & cibi eiusmodi pompæ satanæ, suapte quidē natura puri sunt, inuocatione verò dæmonum impuri efficiuntur. *Et omni tuo cultui.* Cultus est diaboli, illæ quæ Idolis fiunt supplicationes, & quæcunq; in honorem Idolorum peraguntur, vt incēdere lucernas ad fontes & fluuios adolere, & quod nonnulli somnijs, & á dæmonibus decepti, faciũt vt corporis etiam affectionum curationē inde sese posse consequi sperent. Auguria etiã diuinationes, omnia, amuleta, inscriptiones in folijs, artes malæ, & quæ super fimum, circa fontes, in nuditate, & circa sal & frumentum, & alia, in vigilia vel nocte Natiuitatis Christi fiunt, vel S. Andreæ, & similia reliqua omnia cultus sunt diaboli. Caue itaq; ista. Nam si post renunciationem diaboli & Christi militiæ professionem, in eadem rursus incideris, Tyrannum senties acerbiorem: qui te olim fortasse quasi familiaris tractabat, & durant seruitutem tuam remittebat, nunc verè vehementer est á te exacerbatus. Itaque Christo á quo desciuisti, priuaberis, & illum quem irritasti experieris. Nonne audisti ex veteri historia de Loth & eius filiabus? Nonne ipse quidem seruatus est vnà cum filiabus, cùm ad montem peruenisset, vxor verò in salis statuã mutata est, vt esset perpetuum monimentum improbæ illius voluntatis & reuersionis?

Vxor Lothi cur in statuã salis mutata.

Caue idcircò tibi ne retro cõuertaris. Et postquam manum miseris ad aratrum, ne deinceps ad miserã huius vitæ occupationem, & studium reuertaris, sed fuge in montem Christum, excisum lapidem sine manibus orbem totũ replentem. Cùm itaq; satanæ renunciaueris, & omne pactũ cum illo resciderís (veteres inquam pactiones cũ inferno) aperitur tibi Paradisus Dei, quem ipse ad orientē plãtauit, vnde ꝓpter mãdati violationem primus parēs noster pulsus est in exilium. Ac superiori quidem tēpore mors præualens deuorabat. In hoc verò sancto regenerationis lauacro abstulit Deus omnē lachrymam ab omni facie, non est enim amplius tibi luctus, qui exuisti veterem hominem, sed potius celebras lætitiam, indutus vestem salutaris Domini nostri Iesu Christi. Et hæc maxima ex parte S. Cyrill⁹ se ibi. *Factus est homo in animam viuentem,* Gen. 2. *quoniam futurum erat, vt renasceremur per aquam & spiritum,* ait Anastasius.

Omnem itaq; orationem connectit ad animas, & dicit post Baptismum, & quæ ex ipso existit gratiã & illuminationem, eos q baptizati sunt effici animantia viuentia. *Vt etiam,* inquit, *corpus cum anima resuscitat.* Sed animalia sola sunt animarum viuentium. De anima.n. solã ab eo tempore post baptismum loquitur, Eã.n. oportet viuere, & corp⁹ enim ea. Corpori enim sunt inimicitiæ aduersus Deum. Reptilia ergò sunt ij qui baptizantur, tanquam ad Dei obsonium electi pisces, q adducuntur ab ijs, qui priùs erant piscatores, nunc autem Apostoli. Sed sint etiam volucres, ij q sursum feruntur, vt fiant obuiã Christo in aëra. Hæc autem erũt, si ab aqua baptismatis educti fuerim⁹, reptilia, sed animarũ viuentium: Sola anima post Baptismũ, suscipiente studiũ ad meliora, & tali cõstituta, qualis exierit ex aqua, & non exeãt reptilia animarum viuentium, ne habeatur vlla cura corporis. Nã si dicatur animal, intelligitur q; simul sint corpus & anima. Ea de causa ab initiò, spirit⁹ ferebatur tanquam anima viuens sup aquam, aquã viuificans & mouens. Proptereà diuina quoq; scriptura hæc duo ponit simul cõgenita, tanq̃ animã & corpus, aliquando quidē dicens, *Apud te,* nempe spiritum, tanquam Deum, *est fons vitæ.* Aliquando aũt, *Flabit spiritus eius, & fluent aquæ.* Dominus quoq; dicit: *Qui credit in me,* nempe totum spiritum si fuerit incrassatus, sicut dic scriptura. *Flumẽ ex ventre eius fluent aquæ viuæ* Io. 7. Similiter etiam dic Samaritanæ. *Aquam ego ei dabo.* Io. 4. qui sum spiritus tanquã Deus, & eos qui me adorant, in spiritu & veritate oportet adorare, *& fiet ei fons vitæ salientis in vitam æternam.* Prima ergò vita, viuentium ex aquis. Ex eis est cognitus primus aduentus spiritus, nã super eas ferebatur. Prima resurrectio ex eis facta est per Ionã. Io. 2. In eis abscõsa est margarita paterni fulgoris. Per Iordane facta est purgatio creaturæ. Ex aquis facta est fructuum germinatio, ex aquis fuit Paradisi irrigatio. Ante omnia aquæ in principio acceperunt lucis illuminationē, & quæ ferrentur super terrã, & eã abluerent, ac tingerent, & propemodum prædicarent omnem humanã naturã, quæ erat baptizãda. Quãobrem tertio die aqua ascendit ex baptismo eiusmodi aquarum, vt quæ in Trinitatem Patris & Filij & Spiritus sancti baptizata sit & crediderit. Quã quidem cum Deus tanq̃ ex aliqua aquarum piscina eduxisset, statim iubet ferre fructus. Conuenienter Baptistæ Ioanni, qui ijs qui baptizabantur, præcipiebat & dicebat, Matt. 3. *Facite fructus dignos pœnitentiæ.* Ipse quoq; dicens, *Germinet terra herbam fœni, & lignũ fructiferũ faciens fructũ.* Existimo autē herbã, peccatores esse, ligna fructifera iustos, Dei voce nobis significante, q; post Baptismum generabuntur quædã esse pecorum & dæmonum, & igni materia ex socordia ac negligentia tanq̃ fœno: non hoc Deo iubente, sed quod futurum erat præsignificante. Nonnulli autē tãquam in nemoribus & hortis fructũ ferentes, velut in triũ arborum ligno, subinclinatam habebunt. Crucem quam complectãtur, quæ germinauit ex tribus lignis bene coloratum ꝓducentes fructum, animæ sanctificationem, Christum inuocantem, q in crucis ex tribus arboribus confectę ligno recubuerat & obdormierat. Forte.n. sicut tertio die herbæ & arbores frugiferæ, sunt typus peccatorũ & iustorum, ita etiã in quinto die proposito, pisces quidem qui in aqua tinguntur, & non suscipiunt aurã, nec spirant spiritũ, qui fertur super aquã, sunt peccatores, qui etiã post baptismũ, in voluntatũ ꝓfundo & fluctib⁹ permanẽt, & peccati virus non deposuerũt, neq; solem iustitiæ aspexerunt, neq; alas columnæ (nempe spiritus) acceperunt, & ideò non possunt euolare in cœlum, sed remanserunt reptilia, & nõ sunt effecti volucres sicut iusti. Quorũ quidem virulẽtorũ & fœditorum piscium rex, est magnus & malignus ille cætus, de quo De⁹ Iobo dixit, Iob 4. *Hic est rex omniũ, qui sunt in aquis.* Ergò hac de causa in generatione quidem animantium ex terra Deus dixit: *Producat terra animam viuentem.* Vna est enim & similis omnibus hominibus è terra genita, & carnalis generatio ex muliere. In aquis autem propter spiritualem ea ipsis, baptismatis diuersam regenerationē dicit: *Producant,* inquit, *aquæ reptilia animarũ viuentium.* Alia

Reptilium nomine qui dicantur.

Resurrectio per Ionã facta.

Piscium in aquis nomine peccatores significati.

enim egredit anima ea piscina, qui synceré ex animo & corde est baptizatus; & alia anima, is qui cum dubitatione accessit ad gratiā. & alia anima, is qui tentando accessit ad sacramentū, vt Simon Magus, de quo dictū est, Act. 8. *Baptizatus est etiā Simon Magus, & ascendit, qualis descēdit*, hoc est, nō illuminatos. Aliter.n. afficitur, in ijs dico qui baptizātur, cor gētilis & barbari, qui est omninò ignarus Christianismi & scripturarum Dei, & alio animo accedit is, qui est institutus & initiatus in cognitione & intelligentia, & tanquam prius illuminatus in Christi sacramento. Vnde rurs° cum baptismate propheticis charismatibus & linguis & signis, & prænotionibus digni habiti sunt, nonnulli ea ijs qui cognitione illuminati accedebant ad baptismum, statim effecti ab alijs diuersi & mutati.

Sal, verbū Dei. Nouā autem habēt baptizati vestem ad ea quę sunt meliora mutationem significans, salis verò qui adhibetur hoc imperium est: Sal est verbum Dei, tollens omne virus, & omnem fœtorem expurgās & putrefactionem, corpora custodiens, cibis benefaciens, & panem cœlestem vniēs. Vnde & Christus ijs exprobrat, qui sal eiusmodi in se non habent & custodiunt. Est quædam admirabilis ratio in natura aquarum, valde apposita & conueniens regenerationi Baptismatis, quę fit sine semine & corruptione. Nam vt dicunt qui norunt artem piscandi, habent quidam pisciū naturā masculinum & fœmineum sexum, natantes & inter se non coeunt, sed sine semine ex aqua & spiritu venti patiūt propriè: & sine dubitatione eo exemplo, significant e spiritualem, & sine semine nostram ex aqua & spiritu generationem, de qua dictum est, Io. 1. *Non ex sanguinibus, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt.* Dicunt autem & Testudinem, & Murænam coire, sed q̄ rarum est, nec est lex naturę sed quoniam vtraq; hæc animalia marina coeuntia in terrā ex aquis egrediuntur, vitam degunt ancipitem, & nō viuunt more natantium animalium: Sic quicunq; nolūt habere patrem Dūm & matrem piscinam, sed fictè & simulatè, vt Simon Magus, accedunt ad Baptismum, ij sibi rursus patrem ascribunt diabolum, antiquum serpentem, & audiunt: *Vos ex patre diabolo estis*, & abnegant aquam piscinæ. Non.n. nascuntur in ea, & accedentes in terram, suscipiūt generationem, q̄ est cōuersatio & vita minimè illuminata. *Spiritus Domini super aquā ferebatur, non super terram.* Nam supra aquam, nō supra terrā ferebatur spiritus. Testudo antē tanq̄ auersantibus & abhorrentibus aquis eius iniquā ex semine & fluxu cōceptionem in hanc terrā amādat, & illic oua pariens ea occultat, in typum eorum, q̄ reuera ea aqua baptismatis enatant per ipsum, intrinsecus autem adhuc celant improbam seminis generationem, & propter humanum forte pudorem eam foras non emittunt. Nemo autem irrideat exempla de Testudine, & piscibus audiēs diuinā scripturā, & vermem serpentē æneū, & Leonē & virgā nominare Christum, qui omnia tā abiecta & uilietabilia quam maxima fecit in sapiente. Et hac ex Anastasio.

Sed & exemplum q̄ ponit Greg. Turonen. l. 1. miraculorum, non inconcongruè huic addere libuit. Sic.n. scribit: Est & illud illustre miraculum de fontibus Hispaniæ, quos Lusitania prouincia profert. Piscina namq; est apud Osen campum antiquitus sculpta, & ex marmore vario in modū crucis, miro composita opere. Sed & ædes magnæ claritatis ac celsitudinis, desuper à Christianis constructa est; Igit cū dies sacer post curriculū anni decedētis aduenerit, quo Dn̄s cum suo proditori mysticam præbuit cœnam, conueniunt in locum illum cum Pontifice ciues, iam odorē sacri præsentientes aromatis. Tūc data oratione, sacerdos ostia templi iubet simul muniri signaculis, aduentum virtutis Dominicæ præstolantes. Die aūt tertiā, q̄ est sabbati, conuenientibus ad baptizandum populis, aduenie ns Episcopus cum ciuib° suis, inspectis signaculis, ostia reserat clausa. Ac (mirum dictu) piscinam q̄ relinquerāt vacuam, *Piscina relicta vacua reperta plena.* reperiunt plenam: sed ita cumulo altiore refertam, vt solet supra modiorum triticum adgregari, videasq; huc illucq; latices fluctuare, nec partem in diuersam defluere. Tunc cū exorcismo sanctificatum, consperlum desuper chrismate omnis populus pro deuotione haurit, & vas plenum domi pro saluatione reportat, agros vineasq; aspersione saluberrima tutaturus. Et cum exinde multitudo amphorarū sine collecto numero hauriatur, nunquam tamen vel cumulum minuit, licet vbi infans primus intinctus fuerit, mox aqua reducitur, & baptizatis omnibus, lymphis in se reuersis, vt initio produntur nescio, ita & fine clauduntur ignari. Hæc ille, & hæc de Baptismo. Sicut autem hic concurritur ad fontem & ad Baptismum, ita omninò etiam ad Christum currendum est. & illi nos offerendi.

Est autem oblatio multiplex. Est quædam gratiosa, quā quis seipsum Deo suoq; seruitio mancipat. Iudic. 5. *Qui propria voluntate obtulistis vos discrimini, benedicite Domino.* Quædam pretiosa, quam Deo in altari offerimus. Heb. 9. *semetipsum obtulit immaculatum Deo.* Mal. 1. *In omni loco offertur in nomine meo oblatio munda.* Quędam virtuosa, qua quis Dn̄o offert bona sua opera, tanquam quædam sacrificia matutina. 1. Par. 29. *In simplicitate cordis mei lætus obtuli uniuersa hæc.* Quædam fructuosa, qua nos pauperibus Eleemosynam offerimus & proximis adiutorium, Act. 24. *Eleemosynas facturus in gentem, & oblationes & vota.* Quoquo modo iam potentis, ô Auditores, ea his sacrificate & offerte Deo. Sicut autem illi antiqui offerebant corporalia sacrificia, sic nos offeramus spiritualia. Ps. 50. *Sacrificium Deo spiritus contribulatus. cor contritum & humiliatū* Requirebatur autem in illis antiquis *In sacrificijs antiquis quæ requirebantur.* sacrificijs rei mundicia, salis præsentia, mellis absentia, fermenti carentia, voluntatis prompta obedientia. Ita.n. de primo habetur. Ge. 8. Quod Noë obtulit de animalibus & volucribus mundis holocaustum Deo. De secundo, Leui. 2. *In omni oblatione tua offeres sal.* De tertio. Item Leuit. 2. *Omnis oblatio quæ offertur Domino, absque fermento fiet, nec quicquam mellis aut fermenti ponetur in sacrificio.* De quarto, Exo. 34. *Omnis multitudo filiorum Israël obtulit mente promptissima atq; deuota primitias Domino* Sic in spirituali oblatione, id est, in bonorum operum executione, debet esse conscientiæ mūditia, sal sapientiæ, & promptæ voluntatis affectio, sine mellis falsitate & fermenti malitia. Et sic Deus acceptabit sacrificium iustitiæ, oblationes & holocausta, tunc imponemus super altare suum vitulos. Sic Dauid offerre videbatur, cum dicebat, Ps. 65. *Holocausta medullata offeram tibi, cum incenso arietum, offeram tibi boues cum hircis.* Ex his verbis intellige quæso oblationum modos & circūstantias. Primo dicit, *Holocausta*, id est, dilectionis ardorem. Antiqui° enim in omni oblatione necessaria erat ignis: quia quicquid Deo offerebatur, igne necessariò cremebatur, & ideò præcipitur Leuit. 6. *Ignis in altari meo semper ardebit.* Ideoque in omnibus necessarius est ignis charitatis, iuxta doctrinā Apostuli. *Omnia opera vestra in charitate fiant.* Et sic erant holocausta illa sacrificia, quæ tota Deo offerebantur, & cu° *Holocausta cuiusmodi sacrificia.* nulla pars nec sacerdoti, nec offerenti retinebatur: ita nihil nobis vel nostræ industriæ debet ex nostris holocaustis retineri Hoc est quod præcipitur Ge. 22. *Tolle filium tuum quē diligis Isaac, & offeres mihi eum in holocaustum super vnum montium.* Filius enim noster quem generam°, signat bona opera quæ facimus, & illa offeramus, sicut 1. Mach. 4. *Obtulerūt holocausta cum lætitia.* Secundò, *Medullata*, id est, deuotionis liquore. Antiquitus enim in omni sacrificio offerebantur certa libamina, quæ fiebant de liquoribus, sc. de oleo & de vino, addita medulla tritici, sc. simila valde munda; sicut dicitur Exod. 29. & Leuit. 2. Sic spiritualiter nos debemus offerre liquorem deuotionis & gratiæ, quæ contineat similam purissimę intentionis, vinum spiritualis lætitię, spei & gratiarum actionis, & oleum totius pietatis & cōpassionis. quod quidem ostenditur, cùm dicitur medullata, quia medulla quæ est mollis & tenera, pinguis & suauis deuotionem designat, de qua dicitur Nu. 18. *Omnem medullam olei & vini, & frumenti, & quicquid offerent primitiarum Domino, dedi tibi.* Tertiò, Cum incenso, id est feruore orationis. Incēsum enim antiquitus, & adhuc thus incensum Deo solent offerri, quo sursum in fumum odoriferum solet ad Deum eleuari. In quo quidem solet virtus orationis notari, quæ sursum ad Dominum solet ascendere, & sicut bona procuratrix, quousq; bonum impetrauerit non cessare. Vnde Ps. 140. *Dirigatur Domine oratio mea, sicut incensum in cōspectu tuo.* Num. 18. *Incensum odoris suauissimi offerte Domino per tempora* *Magi cur infanti Christo aurum, thus, & myrrham obtulerint.* *sua.* In signum huius obtulerunt Magi Domino aurum, th° & myrrham. Per thus signatur oratio. Leu. 2. *Offeres primitias tuas Domino, fundens super eas oleum, & thus imponet, quia oblatio Domini est.* Et Tob. 12. *Cùm orares cum lachrymis, ego obtuli*

orationem tuam Domino. Quarto, Offeramus Deo rigorem correctionis, quia dicitur *Arietem.* Per arietem qui solet percutere, qui vermis quem in capite gestat, se aliqualiter solet commouere: intelligitur virtus correctionis, quę excitata à speciali venne, id est, à rectitudine iustitiæ, & à conscientiæ morsu, solet corpus proprium percutere & corrigere, & etiam protervos subditos castigare. Istum ergo offeremus Deo, qui nos & subditos mediante iustitia percutimus, corrigimus & domamus. Quinto, Offeramus Domino laborē bonæ operationis, quia dicitur, *Bouer.* Bos est animal valde laboriosum, & ad omnia laboris opera virtuosum, significans laborem bonorum operum, quē quidem Deo debemus offerre, & pro ipso laborem & pœnitentiam sustinere. Leu. 3 *Si de bobus voluerit offerre marem seu fœminā, immaculatū offeret Domino.* Ezech. 43. *Offeres vitulum de armento immaculatum.* Sexto, Offeram^9 squalorem carnis macerationis, quia cōuersatio nostra debet esse humilis, aspera, squalida, quia dicitur *Hircu.* Hircus .n. habet vellus valde hispidum, & q est interius valde macer, interius verò pinguis, intelligitur humilis conuersatio, q debet esse exterius per humilitatem habitus hispida, & birtuta, & squalida per pœnitentiam. Iudith 4. Holocausta offerebāt Domino ṗcincti cilicijs. Vnde de mortificatione carnis dicit illud, 1. Pet. 3 *Vt nos offerret Deo mortificatos quidem carne, viuificatos aūt spiritu.* Intus tñ in conscientia debet esse gratijs impinguata. Et de tali hirco dicitur Leu 16. *Postquā emundauerit sanctuarium, tunc offeret hircū viuentē.* Offerebant præterea antiqui spirituales hostias, acceptabiles Deo, vt dicitur 1. Pet. 2. quales erāt agni, arietes, boues, vituli, hirci, columbæ, turtures, sal, vinum, oleum & incensum: Sic debemus Deo offerre agnus simplicitatis & innocētiæ. 1. Re. 7. obtulit Samuel agnum lactentem. Figura, Num. 28 vbi dicitur, q in iugi sacrificio debebant offerri Domino duo agni, vnus sc. mane, & alius vespere ad denotandum, q duplex innocentia, sc. voluntatis & operis seu cordis & manus Deo debet offerri, & hęc in mane iuuentutis, & vespere senectutis. Vnde ibidē dicitur. *Die sabbato offeretis duos agnos.* Offeramus arietes iustitiæ seu seueritatis, vt supra. Offeramus boues pœnitentię cum manere [illegible]. Offeramus vitulos iucunditatis & lætitiæ, Vitulus .n. qui saltat & ludit ṗ lætitia, spiritualē iucunditatē designat, q in omni bono opere debet interuenire, iuxta illud. 1 Mach 4. *Obtulerunt holocaustū in lætitia.* Vnde de filijs Israel dicitur, q ipsi in dedicatione domus Dei obtulerunt vitulos centū, Centenarius aūt numerus pfectionem significat. Offeram^9 hircos austeritatis Num. 28. Hircus quoq; offeretur ṗ peccatis Domino. Offeramus columbas fœcunditatis & opulentiæ. Sicut .n. illa quasi omni mense pullificat Sic & nos debemus esse fœcundi in bonis operibus ṗducendis. Par turturum aut duos pullos columbarum mos erat offerre. Leu. 24. *Pullū columbæ offeret.* Offeramus turtures charitatis. Vt .n. illi semper bini incedunt, & compares suos tm̄ diligunt, q ijs mortuis, cum alijs nō se miscent. Sic & nos Deū & proximum intimè diligamus, & pro dilatione patriæ, & pro off. nr̄. Dei gemamus, Leu. 15 Octaua die offeret pro se duos turtures, Offeram^9 sal discretionis, sine qua nullū sacrificium boni operis aliquid valet Leu. 2. *Quicquid obtuleris sacrificij sale condies, & in omni oblatione tua offeras sal.* Offeramus vinū deuotionis, sicut illud inebriat, facit quādoq; cantare, quandoq; plangere, sic nos pāgamus laudes, & spirituales lachrymas emittamus, Exo. 35. *Mente deuota obtulerunt donaria.* Num. 11. *Vinum offeret in odorem suauitatis.* Offeramus oleum compassionis & clementię. Oleum lenit vulnera, significans pietatem, Leuit. 7. *Offerent panes absq; fermento conspersos oleo* Exod. 30. *Hoc oleum vnctionis sanctum erit.* Offeramus thus orationis: Sicut .n. in igne feruet & sursum ascendit, sic & nostra oratio debet esse accensa, & ad cælos ascendere. *Sacerdotes incensum & panes offerunt Deo suo, & ideo sancti erunt*, canit Ecclesia. Num. 28. *Offeretis incensum holocaustum Domino.* Non autem sulphur offeramus per malam vitam. Ier. 6. *Vt quid mihi offertur thus de saba, calamum suaue olentem, holocaustomata vestra non sunt accepta, victimæ vestræ non placuerunt mihi.* Offeramus sanguinem eminentiæ, sc. sanguinem Christi in sacramento altaris. Deu. 12. *Offeres oblationē tuam, carnē & sanguinem.* Offeramus hominem pfectionis & excellentiæ. Quia sicut antiquitùs ministri altaris offerebant tui Dño ad ministrandum sibi, sic & nos nostrum interiorem hominem, sc. mentem & rationem debemus Deo offerre, ad seruiendum sibi humiliter, exemplo Christi. Heb. 9. *Semetipsum obtulit immaculatum Deo.* Aut viros idoneos & perfectos ad officium Ecclesiasticum, non sicut illi, Mat. 9. qui obtulerunt Christo paralyticum aut dæmoniacum.

Antiquorū spirituales hostiæ

Par turturum, aut duos colūbarum offerendi mos.

Interior homo noster, (sc. mentis & ratio) offerendus Deo.

In autem spiritualibus sacrificijs locus obseruari debet, vt sit sc. secretus, non publicus, vt hypocritæ faciunt. Deut. 12. *Caue ne offeras holocaustum tuū in omni loco.* Tempus sit cōpletum, & nunq̄ cesses ab oblatione boni operis. Num. 28. *Holocaustum iuge est, quod obtulistis in monte Sinai* 2. Par. 24. Modus etiam, id est. conditiones & circumstantiæ opportunę. Et sic in omni oblatione boni operis debet esse mēs spōtanea, nō coacta 1. Esd. 2. *Spōte obtulerūt in domo domini ad extruendā eā.* Ps. *Voluntariè sacrificabo tibi.* Res idonea. Nu 28. *Immaculata offeretis omnia.* Modus congrua & munda. Leuit. 21. *Qui habuerit maculas non offerat panes.* Et ibidem, *Qui habuerit maculam nō accedat offerre hostiam.* Vis continua, id est, vt iugiter offerat. Vox melliflua, id est, iubilationis & laudis diuinæ. 2. Par 29. *Accedite & offerte victimas & laudes.* Et ibidē: *Detulit vniuersa multitudo hostias & laudes* 1. Paralip. 29 Lætatus est populus Quia toto corde offerebant ea. Et ibidē. *Populum tuum vidi cum ingenti gaudio tibi offerre donaria.*

Sic Auditores, Deo offeramus, non sicut mundus oēs male habentes, ignaros & fatuos, sed simplices, humiles, vt & hodie paruulos Christo obtulerūt. Paruulus in scriptura quandoq; signat virum iustum, humilem & pfectum, qui in oculis suis est paruulus, & qui p præsumptionē non cogitat de se magna, vt sic quilibet dicat illud, 3 Reg. 3. *Ego sū puer & paruulus* Et isti sunt magis permanentes in bono opere. Seruantur enim à parentibus diligenter, ne lædantur. Adhibetur illis tutor, ne patrimonium eorum dissipetur. Paruuli etiam in imo sedent, nec alta ascendunt: sic paruuli & humiles nihil præsumentes, sed Deo se committentes ab ipso diligentius conseruantur, patrimonium virtutum ipsorum ab ipso Deo melius custoditur, propter q minus à tentationibus læduntur, & in statu gratiæ perseuerāt. Ps. *Custodiens paruulos Dominus humiliatus sum, & liberauit me.* Secūdò, paruuli sunt in culpa innocentiores. Puer, quasi purus actu. Sicut aūt paruuli à suis nutricibus solent diligenter mundari, & sine macula & malitia esse solent: Sic viri pfecti à nutrice sua, sc. Deo solent in munditiā innocentię custodiri, & ab omni malitiā emundari. 1. Cor. 14 *Nolite pueri effici sensibus, sed malitia paruuli estote.* Vir autem innocens potest multis modis dici puer. Primò, quia pueri sunt pulchri & speciosi: Sic isti per mundam & honestam conuersationem, & sunt illi de semine regio, in quib^9 nulla erat macula, Dan. 1. Vnde Iudic. 13. dicitur de Samsone, *Erat puer Nazarenus*, id est, floridus ab infantia. Secundo, sunt benigni & amicabiles per dilectionem; Pueri enim ratione sanguinis purioris & feruentioris facile & feruenter diligit, & ratione paucitatis choleræ, parū aut nihil odit, nec ṗfundè irascitur contra quempiam: Sic quia sancti abundāt in sanguine gratiæ, vel in memoriā sanguinis Christi valde sunt spiritualiter amorosi, qui & inimicos diligunt & amicos, notos & ignotos. Lu. 11. *Pueri mei mecum sunt in cubiculo.* Tertio, sunt læti per spem & consolationem: naturaliter enim rident, ludunt, cantant, q vtiq; facit sanguinis puritas, qui facit hominem lætum: Sic viri iusti læti sunt per spē & cōsolationem, & per gratiarū actionem. 2. Re. 2 *Surgant pueri, & ludant corā nobis.* Ideò Ps. *Laudate pueri Dominū*, & Mat. 21. *Pueri Hebræorum clamabant, Osanna.* Quarto, sunt flebiles & lugentes per dolorem & compunctionem; Pueri enim facillimè lachrymatur, q facit humorū abundantia in pueri cerebro: Sic iusti, qui in humore gratiæ & deuotionis abūdant, solent per compunctionem & compassionem faciliter lachrymari. Ruth. 2. *Bibo aquas de quibus pueri biberūt.* Puer etiam plorando nascitur, & vocem lachrymabilem emittendo, vt ille qui dicebat Ier. 1. *A a a Domine Deus nescio loqui, quia puer ego sum.* Quinto, clarè vident per fidē & discretionē. Puer enim longè lympidius videt quàm senex: & sic tales iusti, bene vident illa quæ pertinent ad salutem, Sap. 8. *Puer erā ingeniosus.* Et 2. Reg. 13. *Eleuauit puer speculator oculos* Sexto, sunt mobiles & curiosi per bonā & diligentē operationē. Pueri enim nō quiescunt in vno loco, sed sunt cōtinuè

Paruulus in scriptura quis.

Pueri quare sanguine & feruentius diligant

nuè

nuè in motu; ita iusti in motu bonorum operum non quiescunt, sed semper sunt in aliquo bono actu. Neem. 5. *Omnes pueri mei congregati ad opus erant*. Septimò, sunt humiles & obsequentes. De sui .n. natura puer subesse debet maiorib. 1. Reg. 2. *Samuel autem puer ministrabat accinctus ephod*. Octauò, modico contenti, non ambitiosi ad rerum temporaliũ abundãtiam, quia puer de temporalibus curat parum: sic nec isti, Gen. 41. *Erat ibi puer Hebræus*, id est, transitus: sancti enim hic non figunt pedes suos, sed transeunt per temporalia. Nonò, reuerentes & timorosi per diuinæ maiestatis honorationem, quia timent Dñm, & q̃ timenda sunt, Iud. 8. *Timebat, quia puer erat adhuc*. Decimò, liberales & gratiosi, quia nihil sibi per auaritiam reseruant, nec considerant valorem rerum, sed indigentiam personarum. Io. 6. *Est puer vnus hic, qui habet quinq; panes hordeaceos*. Et Gen. 37. dicit'. *Ioseph pascebat gregem patris sui adhuc puer*. Vndecimò, crescunt per bonum profectum, & per virtutum continuationem, vsq; dum ad complementum vitæ æternæ perueniant, Lu. 1. *Puer autem crescebat & confortabatur Spiritu S*. Duodecimò, innocentes non malitiosi, quia malitias nesciunt cogitare, nec iniurias recordari, nec opprobria vindicare. 1. Cor. 14. *Nolite pueri effici sensibus*. Tales amat Deus, Oseæ 11. *Puer Israël, & dilexi eum*. Castigat præterea, quia Prou. 23. *Noli subtrahere à puero disciplinam, tu virga percuties eum, & animam illius de inferno liberabis*. Inuitat ad hæreditatem cœlestem, Lu. 18. *Sinite paruulos venire ad me, talium enim est regnum cælorum*. Similiter illustrat per discretionẽ: Animalia parua sunt magis sagacia, vt formicæ, apes, aranei, ita Ps. *Domum intellectũ dat paruulis*. Et Christus patri gratias agit, quod spiritualis sapientia paruulis reuelatur. Matt. 11. Luc. 10. *Confiteor tibi pater Domine cæli*. Ps. *Testimonium Domini fidele sapientiam præstans paruulis*. Inuitat vt dixi benigniter. Sol enim faciliùs trahit ad se paruos & leues vapores: Sic Christus libenter attrahit ad statum gratiæ & gloriæ homines humiles & deuotos, Mat. 18. *Statuit Christus paruulum in medio*. Liberat illos salubriter. Ex. 2. *Cernens filia Pharaonis paruulum in flumine vagientem, liberauit eum*. Amos 7. *Quis suscitabit Iacob, quia paruul⁹ est?* Informat sagaciter, Is. 33. *Vbi legis verba ponderans, vbi Doctor paruulorum*: Remoneratur fœliciter, Mat. 19. *Sinite paruulos venire ad me*. Sunt etiam paruuli, sed mali, & seipsos maculantes per luxuriam, Ioël. 3. *posuerunt puerum in prostibulo*, & de luxuriosis filijs Heli. 1. Reg. 2. quod erat peccatũ puerorum grande coram Deo. Sunt ignorantes, nec sibi, nec alijs vtiles. Eccl. 10. *Væ terra, cuius rex puer est*. 3. Reg. 3. *Ego sum puer paruulus & ignarus*. Sunt impotentes ad sustinendum labores, sicut & pigri. Is. 40. *Deficient pueri & laborabũt*. Mat. 8. *Domine puer meus iacet domi paralyticus*. Cadunt sæpe, nisi per nutricem manu teneantur. Sic peccatores, Thren. 5. *Pueri in ligno corruerunt*. Tenent se circa terram: Sic auari. De filio Ieroboam dicitur in terra sepulto. 3. Reg. 14. *Mortuus est puer, & sepelierunt eum*. Clamant & rixantur. Is. 3. *Tumultuabitur puer contra senem, & ignobilis contra nobilem*. Non ergò sic simus pueri Auditores, sed quales Christo offerũtur & commendantur.

Puer est naturâ maioribus subiectus.

Animalia parua sagaciora, vt apes, aranei, formica.

Vt tangeret illos.] Decem sunt genera tactus, Auditores, q̃ sunt obseruanda. Primò. est tactus dilectionis, quia nihil ꝓptiùs tangit, q̃ amor; Vnde Assuerus in signum amoris & clementiæ, dixit Ester 5. c. *Accede ad me, & tange sceptrum*. Secundò, Infectionis, Leu. 22. *Qui tetigerit quodlibet immundum, immundus erit*. Tertiò, Deuotionis, qñ anima mẽtaliter vult Deum tangere, & se ei per deuotionis obsequium applicare, sicut de infirma muliere, Mat. 9. cupiente fimbriam vestimenti tangere, dic. *Si tetigero fimbriam vestimenti eius, salua ero*. Quartò, Probationis, sicut voluit Isaac tangere Iacob. Gen. 27. *Accede ad me, vt tangam te, & probem si tu sis filius meus Esau*. Quintò, Præsumptionis, sicut Oza tangens arcã testamenti, de quo 1. Par. 13. *Iratus Dominus percussit Ozam, eò quod tetigerit arcam*. Sextò, Correptionis, vt qui ꝓpter suos excessus corriguntur. Iob 19. *Miseremini mei, miseremini mei saltem vos amici mei, quia manus Domini tetigit me*. Septimò, Inspirationis. Deus.n. tangit hominem spiritualiter suã gratiã infundendo, & ad pœnitentiam ipsum conuertendo. 1. Reg. 10. Cùm Saul abijt pars exercitus, quorum tetigerat corda Deus. Octauò, Prædicationis. Prædicator enim tangit hominem, & excitat durè eum arguendo, suauiter monendo, consolando, docendo. Et de hoc pt intelligi illud 3. Reg. 19. *Angelus Domini tetigit Eliam, dic. Surge, & comede grandis tibi restat via*. Nonò, Imitationis: Sicut cera recipit impressionem sigilli, sic à mala vel bona societate etiã bonitas vel malitia recipitur aut imbibitur. Eccl. 13. *Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea*. De bona societate, 3. Reg. 13. vbi ad ossa Elisæi puer reuixit, quæ tetigit. Decimò, Tribulationis, Ps. *Nolite tangere Christos meos, & in Prophetis meis nolite malignari*. Inter hos autem tactus primus est, qui ad Deũ & pueros spectat, & nonus qui est imitationis: quia dicit *Talium est regnum cælorum*, & de primo, *Sinite* ad me, quia tales diligit, informat, vt dictum est paulò superius. His ita præmissis, possumus dicere, quod tactus sit quadruplex. Primus est correctiuus, per quem corrigimur à Deo per tribulationem, vel à superiore, vt equus insolescens calcaribus, & hic tactus multa bona facit. Lu. 5. leprosus tangit', & statim emũdatur, Luc. 7. tacto loculo in quo iuuenis iacebat, Sic tactus correptionis nos à lepra luxuriæ emũdat, à morte obstinationis & malitiæ nos suscitat, & à cæcitate ignorantiæ nos illuminat. Sed tactus radiorum corporum cælestium terram disponit ad producendum fructus. Sunt autem qui dispositionem ex tactu diuino non accipiunt, similes luto, quę magis induratur quam mollitur. Secũdus est perfectiuus, ꝑ quem perficimur, & est societas bonorum, Luc. 6. *Omnis turba quærebat Christum tangere, quia virtus de illo exibat, & sanabat omnes*. Tertius est infectiuus vt est mala societas vel amor temporalium. Num. 19. *Quicquid tetigerit immundus, immundum faciet*, & Leu. 5. *Anima quæ aliquid immundum tetigerit, rea erit*. *Bonum ergo est*, teste Apostolo, 1. Cor. 7. *Mulierem non tangere*, & à talibus actibus abstinere: quamuis Oseæ 4. dicatur, *Maledictum furtum, adulterium inundauerunt super terram, & sanguis sanguinem tetigit*. Quartus est afflictiuus qui est æternæ damnationis. Sap. 3. *Iustorum animæ in manu Dei sunt, & non tanget illos tormentum mortis*. Vt ergo tangamur à Christo, vel per tribulationes, vel benedictiones, & non à morte perpetua offeramus nos & nostros Iesu Christo saluatori nostro.

Tactus genera decem.

Elisæi tactu ossibus reuixit puer.

Quomodo tãgamur à Christo.

Talium .n. est regnum cælorum.] Homo iustus talis dicitur, quasi demonstratiuè loquendo, vt sit exemplum & regula aliorũ. Vnde de quolibet viro iusto potest dici illud. Can. 5. *Dilectus meus cãdidus & rubicundus, electus ex millibus, caput eius aurum*. Sequitur, *Talis est dilectus meus, & iste est amicus meus*. Imò etiã ipse Christus fuit talis. He. 7. *Talem decebat, vt nobis esset Põtifex, sanctus, innocens, impollutus, & excelsior cælis factus*. Et Paulus fuit talis. Vnde ipse dicit Act. 26. *Cupio oẽs qui me audiunt, tales fieri, qualis ego sum*. Et habet in se virtutem excellentiam. Iudith. 11. *Non est talis mulier sup terram in sensu verborum & pulchritudine*. Et ꝓmium æternum, quia *Talium est regnum cælorum*. Notat honoris excellentiam. 2. Par. 9. *Nõ fuit tale solium in vniuersis regnis*. Dulcem saporem. *Nõ est factum tale Phase à diebus iudicũ*. Suauem odorem. 2. Par. 9. *Non sunt visa talia aromata allata, sicut dedit regina Saba Salomoni*. Notat & miserias huius sæculi, He. 12. *Recogitate eum qui talẽ sustinuit aduersum se à peccatoribus cõtradictionem*. Et peccatoris malitiam. Vnde ironicè dicitur, Mal. 2. *Oĩs qui facit malum, bonus est in conspectu Dei, & tales ei placent*. Isti sunt tales, & opera eorum talia, Ro. 1. *Qui talia agunt digni sunt morte*. Sicut & Gal. 5. Et de malis operibus dicitur, Ierem. 5. *Stupor & mirabilia facta sunt in terra, Prophetæ ꝓphetabant mendacium, sacerdotes plaudebant manibus, & populus meus dilexit talia*. Sim⁹ ergo tales, quibus regnum cælorum promittitur.

Ironica Malachiæ locutio.

Et benedicebat eos.] Benedictio Dei est infusio gratiæ, beneficiorum collatio, & pręmiorum æternorum promissio. Sicut .n. ros cælestis herbas facit germinare & virere, sic diuina gratia & beatitudo facit animam germinare ꝑ gratiã in præsenti, & fructificare per gloriam in futuro. Psal. 48. *Anima eius in vita benedicetur*, Genes. 1. *Benedixit eis Deus dic. Crescite & multiplicamini*. Et breuiter de Dei benedictione exponere possumus illud, Gene. 49. *Omnipotens benedicet tibi benedictionibus vberum & vuluæ*. & Psal. *Viduam eius benedicens benedicam, pauperes eius saturabuntur panibus*.

Benedictio Dei quid.

Sed in authoritate allegata, ex Ge. 49. tres benedictiones colliguntur. Prima est benedictio, q̃ signat gratiã interiorem. Ille .n. est apud Deum amplius benedictus, qui plura dona, virtutes & gratias habet. Isa. 44. *Effundã spiritum meum*

super semen tuum, & benedictionem meam super stirpem tuam, & germinabunt inter herbas quasi salices iuxta præterfluentes aquas. Salix sine aquis non proficit, sibi ex aquis molliciem acquirit, ita quod efficitur arbor tenera, plicabilis & mollis: Sic homo iuxta fluēta gratiæ & diuinæ benedictionis, crescit virtutib⁹ & meritis, & sine istis non proficit quoad Deū, Is. 50. *Computrescent pisces sine aqua, & morientur in siti.* Quod si autem ista aqua affuerit, tunc homo in virtutibus sumit incrementum, & fit mollis & tener per clementiam & benignitatem, fit plicabilis per obedientiam promptam. De tali incremento dicitur Ps. *Benedixit eis & multiplicati sunt nimis.* Ista est benedictio cœli, id est, gratia cœlestis & spiritualis. vnde Gen. 27. *In rore cœli & pinguedine terræ erit benedictio tua.* Talem benedictionem videbatur habere Iob, de quo 1. c. *Operi manuum eius benedixisti, & possessio eius creuit in terra* Eccl. 39 *Benedictio Dei quasi fluuius inundabit.* Peccatores autem nullam consequuntur benedictionem, Iob 1. *Ignis*, sc. auaritiæ, luxuriæ, *& consumpsit ipsos deserti.* Secūda est opulentia exterior. Nam tunc Deus dicebatur hominem antiquitus benedicere, quando faciebat ipsum in diuitijs abundare, Deut. 28. *Venient super te vniuersæ benedictiones istæ. Benedictus eris in ciuitate, benedictus in agro, benedictus fructus ventris tui, benedicta horrea tua, & benedictus fructus terræ tuæ.* Et in multis locis veteris testamenti sub benedictionis nomine tēporalis prosperitas designatur, 1. Re. 2. *Suscipe benedictionem quam attulit tibi.* Et ista est benedictio abyssi iacentis deorsum; Sicut enim abyssus, id est, mare inferius, piscib⁹ quos nutrit, dat benedictionem, vitam & recreationem, quod tamen animalibus dat quandoque interitū & submersionem: Sic verè mūdi prosperitas piscibus, id est, bonis & deuotis quiq; ipsa mundi prosperitate bene sciunt vti, est causa benedictionis & salutis, q̄ cū animalibus, id est, peccatoribus ipsā male vtentibus, est causa maledictionis & mortis. Nam in eadem aqua lignum buxi submergitur, & ad profundum descendit, vt lignum abietis supernatat: Sic in aqua & abysso mundanæ prosperitatis buxus, quia lignum ponderosum & durum, id est, mūdi peccatores duri & obstinati, & ad terrena per auaritiam inclinati, ideoq; graues, per damnationem submerguntur, vbi abies quia leuis arbor, id est, viri boni & iusti supernatant & enadunt per saluationem. Vnde talib⁹ peccatoribus benedictio mutatur in maledictionem Mal. 2. *Maledicam benedictionibus vestris.* Isti sunt Ægyptij, qui in mari rubro mundanæ prosperitatis pereunt, vbi Israëlitæ, id est, sine iusto damno transeunt. Ideò de malis dicitur Ex. 15. *Abyssi operuerunt eos, descenderunt in profundum quasi lapis.* De bonis verò Ezechiel. 31. *Aquæ nutrierunt illum, abyssus exaltauit eum.* Tertia fit per affluentiam vberiorem vel superiorem, quæ designatur per benedictionem vberum vel vuluæ. Per vbera designantur vbertas æternæ gloriæ, à qua hic, id est, dulcedo voluptatis æternæ exprimitur. Et ista est benedictio vltima, quam seruat paterfamilias Deus primogenitis suis, id est, bonis hominibus, Ier. 31. *Ephraim primogenitus meus semper consueuit dare vbera meliora*, id est, dulcedinem benedictionis æternæ & cœlestis gloriæ plenitudinem. De hac benedictione. Mat. 25. *Venite benedicti.* Sed sæpe Iacob supplādat Esau, ad quē iure spectaret benedictio, & Ecclesiastici sæpe min⁹ saluantur q̄ laici, Gen. 27. *Venit germanus tuus fraudulenter, & accepit benedictionem tuam.* Ps. *Hic accipiet benedictionem à Domino, & misericordiam à Deo salutari suo.* De benedictione vberum, Cāt. 1. *Meliora sunt vbera tua vino fragrantia vnguētis optimis.* Christus etiam dicit cuilibet viro iusto, ibidem *Dilectus meus inter vbera mea commorabitur.* Sūt autem tria genera hominū, quibus datur ista benedictio à Deo. Ps. *Benedixit domui Israel*, id est, videnti Deum, *Benedixit domui Aaron*, id est, mōti fortitudinis aut perseuerantiæ, *benedixit omnibus qui timent Dominum*, id est, obedientibus. De primis quidem certum est, quo quis spiritualior, tanto maiorem benedictionem gratiæ & gloriæ infusionem recipit, quod figuratur Gen. 32. vbi quando Iacob fuit factus Israël, & quando nomen eius fuit mutatum, dicitur ibi, quod angelus benedixit eum in eodem loco. Ps. *Benedictionem dabit legislator: ibunt de virtute in virtutem, videbitur Deus deorum in Sion.* De secundis: sicut lux copiosius diffunditur ad montes, quam ad valles, sic diuina benedictio & gratia magis diffunditur ad homines fortes, constantes, & virtutib. eminentes, Eccl. 45 *Excelsum fecit Aaron fratrē suū* Eccl. 36. *Secundum benedictionē Aaron de populo tuo.* De tertijs, Sicut valles plus recipiunt de pluuia q̄ alta terra, sic humiles de gratia & benedictione, Eccl. 1. *Timenti Deum benè erit in extremis, & in die defunctionis suæ benedicetur.* Huius ergo benedictionis causa debemus nos & nostros offerre Christo Saluatori nostro, & nunc illi benedicere, id est, laudes & gratias persoluere. Dan. 3. *Benedicite omnia opera Domini Domino. Benedicat terra Dominum, laudet & superexaltet eum in sæcula.* Tob. 3. *Omni tempore benedic Deum, & pete ab eo, vt vias tuas dirigat.* Sunt qui in aduersis Deum blasphemant, Apoc. 16. *Datum est soli affligere homines æstu magno & igne, & blasphemauerunt Deum.* Sed & in aduersis & prosperis Deum benedicamus, magnificemus & collaudemus, dic. Apoc. 7. *Benedictio & claritas, & sapientia, & gratiarum actio, honor & virtus, & fortitudo Deo nostro in sæcula sæculorum.*

Benedictio cœli, est gratia cœlestis.

Buxi lignum aquis submergitur, abietis supernatat.

Trib⁹ hominū generibus à Deo benedicitur.

Laudandus Deus & magnificandus tā in aduersis q̄ in prosperis.

Est & benedictio, qua homo homini benedicit, quæ est imprecatio quædam, vt est de Isaac benedicente Iacob & Esau, Gen. 27. & de Iacob, Gen. 38. & 39. De Moyse Deut. 32 & Eccl. 3 *Benedictio patris firmat domus filiorum.* Sed intellige bonorum, alias benedictio non valet. Sunt item benedictiones rerum, quæ habentur in ritibus Ecclesiasticis, de quibus quisque pro sua occasione & libitu potest dicere.

Magnum est sane propositum, Auditores charissimi, hoc Baptisma, captiuitatis liberatio, peccatorū remissio, mors peccati, animæ regeneratio, vestimētum candidum, signaculum sanctum & indelebile, currus ad cœlum, delitiæ Paradisi, regni cœlestis conciliatio, charismaq; adoptionis filiorum. Cæterùm Draco circa viam transeuntes obseruat, caue, ne te veneno infidelitatis inficiat. Videt tot saluatos, & quærit quem deuoret. Ad Patrem spirituum ingrediens, dicit S. Cyril. sed per illum Draconem transis, quomodo igitur illum præteribis? Indue pedes tuos apparatu Euangelij pacis, vt etiamsi te momorderit, nihil noceat. Fidem habeas inhabitantem & firmam spem, calceum fortem, vt prætereas hostē, & ad Dominum intres. Cor tuum præpara ad susceptionem disciplinæ, & sanctorum mysteriorum communicationem. Frequenter ora, vt Deus te dignum efficiat, neque interdiu neque noctu sis otiosus, & cū somnus ab oculis recesserit, tunc mēns vacet orationi. Si quam turpem cogitationem in mētem tuam venire animaduertens, suscipe iudicij salutarem commemorationem, intende animum ad discendum, vt rerum turpium obliuiscatur. Si videris aliquem dicentem tibi, ingredere aquam vt submergaris, adhuc ciuitas balneam non habet. Agnosce Draconem marinum hæc tibi obijcere: non loquentis attendas verbis, sed operantis. Custodi animam tuam, vt sis irreprehensibilis, vt in spe perseuerans hæres æternæ vitæ fias. Nos quidem tanquam homines & admonemus, & docemus, ne vestrum ædificium ex fœno, stipula, & palea cōficiatis, ne cùm opus arserit, detrimentum patiamini, sed vt sit opus vestrum aurum, argentum & lapides pretiosi. Meum est dicere, tuum verò agere, Dei autem perficere. Intendamus mentem, dirigamus animam, præparemus cor. De anima enim nobis certamen est, æternasque res speramus. Potens est autem Deus, qui nouit corda vestra, & scit qui sit verus, qui verò simulator: germanum quidem suum seruare, hypocritam verò fidelem efficere. Potest enim Deus facere fidelem, si modo illi cor præbuerit, & factum cōtra nos chirographum delere. Obliuionem autem vobis tribuet rerum priorum, atq; Ecclesiæ vos inferet, & induens vos armis iustitiæ sibi deliget, cœlestibusq; rebus ac noui testamenti replebit, & Spiritus sancti signaculum indelebile dabit in sempiternum in Christo Iesu Domino nostro, cui gloria in sæcula sæculorum, Amen.

Turpes cogitandi momentum venientes vt resistendum.

Deus cordium scrutator.

Laus DEO, *& Beatissimæ* MARIAE *Virgini, & omnibus Sanctis.*

DOMINICA QVINTA POST PASCHA.

Amen amen dico vobis, si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis, Ioan. 16.

Cur hæc Dominica Rogationū dicta.

MVltis maximisq; de causis Auditores, sancta mater nostra Ecclesia, hanc Dominicam Rogationum Dominicā nominauit, instituit, processionibus & letanijs, abstinentia & festiuitate aliqua solennem voluit & fecit, prout & eam etiam vocem iucunditatis nominauit. Rogationum vtique, vtilitas imò & necessitas, vt vix mente possit concipi, quid dicam verbis exprimi. Si. n. authorē respiciamus, si monitorem, si adiutorē, si remuneratorē, si eum, ad quem orationem dirigimus, consideramus, certè ipse Deus est. Habemus in hac celebri concione, q̄ Christ⁹ in cœna habuit, & S. Ioan. à 13. ad 17. cap. describit, orationis commendationem, q̄ñ illis futuras persecutiones prædixit, verba ipsius. *Amen amen, si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis:* quæ maior potest esse nobis miseris spes & consolatio, in hac misera lachrymarum valle? Vsq; modo non petistis quicquam, ô ignorantia vestra, aut tepiditas. Imò tanta est ipsius clementia, vt etiam sine nostra petitione nos creauerit & redemerit, aliàs. n. & satis parum de nobis sumus solliciti, aut frigidè satis oramus, & vox iucunditatis est, qua Christus petere monet, & accipere promittit. Orationi Dn̄s omnia tribuit, omnia pollicetur, omnia incorporat. Per orationem aqua sanctificatᷓ, & nos baptizamur & regeneramur, p orationem Chrisma sanctificatur, & nos milites Christi inungimur & firmus. Per orationem panis & vinum in verum corpus & sanguinem Iesu Christi transubstantiatur, & nos pascimur & Christo vnimur. Per orationem confitentes & pœnitentes à peccatis absoluimur. Per orationem veri sacerdotes in Ecclesia S. Catholica ordinantur, eorumq; manus ad sanctè tractādum mysteria & sacramenta diuinissima, & ad benedicendum inunguntur, dicente Episcopo Consecrentur & sanctificentur manus istæ per istam vnctionem & nostram benedictionem, vt quæcunq; benedixerint, benedicantur. Per orationem vir & mulier in sacramento matrimonij cōiunguntur & benedicuntur, per orationem infirmi & morientes contra diaboli tentationes muniuntur & armantur.

Oratio nis amp[l]issima commendatio.

Oratio est cella vinaria, vbi mens inebriatur, oratio magnus thesaurus est animæ. magnus portus, diuitiæ indeprædabiles, magna contra hostes arma, orationis mercatura sola facit homines diuites, oratio vires præbet contra potentissimum hostem, aperit cœlum & carcerē, reddit Deū placabilem, & in quocunq; pectore sibi domiciliū elegerit, id virtute implet, qua destitutus est sicut ciuitas absq; muro, captu facilis. Oratio est neruis similis, quibus anima cōpingitur, oratio est animarum firma custodia & tutissimum præsidium, & sicut sol corporis, sic ipsa est lumen animæ. oratio est animæ ægrotantis pharmacū, qua deficiēte impossibile est animam cum virtute degere, illa nos separat à brutis, & sociat angelis, illa est. per quam nobis virtus, sanitas, abundantia, pax, sanctificatio, victoria, gratia, gloria, & in summa omnia bona pariter cum illa conferūtur.

Tēpus hoc orationi conuenitissimum.

Sed quod nullum tempus cōuenit orationi, licet continuò debemus orare, quam hoc, quo tot multos bellici & morbi nobis expectandi, quo timenda est terræ siccitas, cœli inclementia, quo omnia incipiunt florere & fructus facere, vt ea cum pace, sanitate. & satietate possimus vsurpare? Prædixi etiam hæc verba Christus in die cœnæ breui post ab Apostolis ad Patrem recessurus, ideò in præsenti ducet Apostolus petitionem formare ad Patrem, quod etiam huic tempori conuenit, quia secundum repræsentationem Ecclesiæ aduocatus, & frater noster Christus in breui ascensurus est cælum, vbi facta nostra examinātur & iudicātur, & vnde nobis omnia bona proueniunt, Iac. 1. *Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est, &c.* ideoq; Christus in præmissis verbis in persona Apostolorū nos hortatur, & docet formare nostras petitiones, quia ipse est eas patri fideliter porrecturus, & effectui mandaturus, quæ omnia sunt iucunditatis, prout hoc latius proponit nobis hodie

EVANGELIVM.

Principes qui fuerūt liberales & munifici.

A*Men amen, si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis.*] De Alexādro magno legimus eum à nemine vnquam benignitate superatum. Ptolomeus Lagi filius cū voluptate amicos locupletasse dicitur, inquiēs: Melius est ditare quàm ditescere, vnde & Benefic⁹ appellatus cū potiretur. Scipio African⁹ nūquam è foro domū redibat, nisi pri⁹ beneficio in aliquem collato. Titus Vespasianus die qua nihil se cuiq; præstitisse diceret: *Amici perdidimus diem.* Alexāder Seuerus etiam amicos benemeritos inuitabat, d. *Quid est quod nihil petitis? an me vultis fieri tibi debitorē? Pete, ne sic quo priuatus, de me queraris* Se quis est hominum cum Deo comparatio, aut virtus cum alterius largitate cōiunctio? Tanta largitas Dei primo est, q̄ iubet omnia petita largiri, vt non dubitemus petere, d. *Amen amen*, i. verè, verè.

Dei largitas.

Illud Amē in cælo auditum.

Hæc dictio à Ioāne in Apoc. c. 1. & 3. est in cælo audita: & q̄ Iesus Christus de cælo venit, in omnibus iuramentis vsus est idiomate suo, quam translatores non audebant propter sui reuerē tiam in latinum transmutare, & est quasi iuramentum Christi. Dicit. n. Apostolus ad Heb. 6. *Omnes homines per maiorem sui iurant.* Christus autē non habuit maiorē se secundum diuinitatem, quia æqualis Patri, ideò iurauit per seipsum, de quo Gen. 22. *Per meipsum iuraui, d. Dominus.* Nam d. Ioan. 14. c. *Ego sum via, veritas & vita.* Ideò *Amen*, i. veritatē ego dico vobis, quia ego sum increata veritas, & mentiri nō possum, Num. 26. *Non est Deus quasi homo vt mentiatur.* Ideò certam fiduciam habere debemus ad Deum propter veritatem promittentis, propter charitatem volentis, & pp̄ter possibilitatem omnipotentis. In quo grauiter peccant, qui temerè, qui falsò, qui miris modis nomen Domini in vanū assumunt, iurant, aut alios ad id prouocāt: Est. n. hominis dicere, *Est* aut *Non.* Nam si homo aliàs verax est, facile illi etiam sine iuramento creditur, vbi mendaci & deceptori etiam iuranti fides non adhibetur: quod d. Christo pater. q̄ de seipso loquebatur. *Si veritatem vobis dico quare non creditis mihi?*

Homini veraci creditur vel iurato.

Secundo, quia docet vnam rem, in qua, & per quā omnia bona nobis donantur, sc. nomē Iesu Christi, vt faciliter impetremus. Ps. *In nomine Dei nostri inuocabimus.* Act. 4. *Non est aliud nomen sub cælo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri.* Propter quod dicitur Is. 26. *Domine nomen tuum, & memoriale tuum in desiderio animæ* Sciēdum autem Christum & esse eum quem petimus, q̄ñ orationes nostras ad ipsum dirigimus, d. *Domine Iesu respice in nos, & adiuua nos, & parce peccatis nostris.* Et esse etiam eum, propter quem petimus, q̄ñ nempe orationem ad patrem dirigimus, & rationem impetrandi Christum facimus, d. *Domine adiuua nos propter filium tuum Christum Iesum* Vtroq; modo oramus, & orat Ecclesia. Sed hoc modo posteriori dicitur in nomine Christi petere. Loquimur aūt de Christo, vt homo est & mediator, ac redēptor noster. Sic. n. in nomine eius petimus, vt aūt est Deus, is est quem petimus vna cū patre & Spiritu S. hoc est q̄ Ecclesia frequentissimè facit. Memor. n. huius mandati Dominici, expositis his quæ à Deo petit & orat, adiūgit *per Dominum nostrum Iesum Christum*, h. e. in nomine eius petere.

Illud, Per Domin. nos. Ies. Christ. &c. ad impetrandū à patre efficacissimum.

Est autem efficacissimus titulus impetrandi à patre, pp̄ter duo maximè. Alterū est summa dilectio, qua pater Christū prosequitur. Solet. n. & apud nos multū valere amicorum dilectio, & q̄ propter ipsos etiā absentes & mortuos rogamur, prōpriè facimus. Quod si dilectio Abrahæ, Isaac, Iacob, Dauid etiā mortuorum potens erat ratio impetrandi, multo magis efficaz erit apud Deū eximia dilectio, qua suū vnicum filium diligit. Alterum est, iustitia ipsius Christi & meritum. Morte enim & passione sua nostram obtinuit redemptionem, & pro omnium culpis abundantissimè satisfecit, & omniū quæ à patre impetrāda & petēda erant exsoluit pretium. Qui igitur Deum orat, & non virtute p̄pria nititur, nec iustitiam propriā impetrādi causam & titulum

Deo proponit, sed virtutem, meritum, satisfactione Christi vnigeniti filij sui, iste in nomine Christi, & quidē efficaciter petit. Et hoc est φ Dñs suis mandat, nouum iam statū à veteri distinctum insinuans. Illi.n. antiqui ꝑpter Abrahā, Isaac & Iacob orabant Deum, & impetrare sperabant, quæ petebant, & erat illorum oratio Deo grata: at status noster sublimior, qñ propter vnigenitum filium Dei mediatorem nostrū in cœlis regnantem petimus, quanta igitur nostra oratio gratior erit, q̄ per illum fit, qui tanto melior omnibus illis effectus est, quanto differentius numen, præ illis hæreditauit. Heb. 1. Grauis tñ hic difficultas oritur, φ experimur frequenter multos petere in nomine Christi, & nō exaudiri, non solum ꝑ alijs, sed nec pro se. In cuius rei declarationem annotanda est primo loco doctrina. S. Aug. tract. 73. in Io. ex qua nonnullæ in hac parte dubitationes soluuntur. Ea autem est. Aliquando Deum exaudire petitiones nostras, dū negat & renuit facere, φ petimus, quod tunc fit, qñ petimus ea, q̄ putam⁹ vtilia nobis futura, & reuera non sunt, sed potius noxia: tunc concedere petita est potius punire, & nostræ intentioni & desiderio repugnare: nam desideram⁹, φ vtile non est. Dum igitur negat, nostræ vtilitati consulit, & reuera exaudit, no quidem voces, sed animum & intentionem, quod præcipuum est. Exemplum habemus 3. Reg. 2. Accessit Bethsabee ad Salomonē, petens Abisag Sunamitidem vxorem dari Adoniæ, arbitrās ea ratione regnum Salomonis magis confirmari: at sapiens Salomon id potius in perniciem regni sui cognoscens, negauit dic. *Da ei regnum.* q. d. Mater tu hoc petis, vt in me regnum confirmetur, at si fiat φ petis, potius est petere regnum ꝑ illo, hoc autem tu maxime auersans. Matrem igitur exaudiuit Salomon etiam negando petitum. Ita nobiscū facit Deus, & tunc exaudisse nos censendus est. Cæterum quia ignoramus, & quid oremus nescimus, non intelligimus sæpè has Dei exauditiones. Ex hac doctrina facile soluere possumus illud 2. Cor. 12. Paulus ter Dñm rogans audiuit, *Sufficit tibi gratia mea: nā virtus in infirmitate perficitur.* Quibus verbis significat Paulus, se exauditum esse, etiamsi non impetrauerit, quod petebat. Et sensus respōsionis hic est. O Paule tu petis stimulum carnis tibi auferri ꝑpter gloriam meam, vt magis nomen meū manifestes, scito hoc potius fieri isto stimulo & infirmitate tuā durante. Nā virtus & potentia mea plus declarat, quanto per instrumenta infirmiora maiora efficit. Contra verò illud Nu. 11. petijt populus carnes, quas De⁹ cōcessit, sed nō fuit eis id vtile, in ò magis perniciosum, quia adhuc erant carnes in ore ipsorū, & ira Dei ascendit sup eos; Non ergò exauditi, sed puniti dicendi sunt. Annotanda secundo loco est doctrina ipsius Apostoli S. Iacobi c. 4. *Petitis & non accipitis, eo quod male petatis.* nota, nō dicit. *Mala*, sed quod generalius est, *Male*: Nā bona etiam aliqñ malè petuntur. Deus igitur promisit dare bona bene petentib⁹: quo loco Oecumeni⁹ scitè annotat, sæpe non exauditi petentes, nec tñ Deum propterea deficere à sua ꝑmissione, sed nos potius in culpa esse, eo φ nō, vt par est petamus. Exemplum ponit in homine, qui intra breue tempus grammaticam ad se vētitantes docere paciscitur, si qui porrò negligenter studio incumbant, nec grāmatici euadant, conquerantur φ non didicerint, ꝑmisso tempore grammaticen, querela est iniusta ipsi.n in causa sunt φ non didicerint: nam opera eorū erat necessaria: Ita fit in promissione & petitione, non accipiemus, quia non rectè petimus. At dices, Dñs petentib. ꝑmisit. Sed scias id nō absolutè, sed certis conditionib⁹ promissum, quas alijs in locis Dñs & Apostoli expresserunt. Mos est aūt scripturæ, vt etiamsi multa ad vnum effectum sint necessaria, nō omnia semper in vno loco accumulet, sed in distinctis locis varijs occasionib⁹ doceat, vt studiū adhibeamus in verbo Dei, & sparsa sedulò colligamus. Hac ratione salus ꝑmittitur timenti Deum, in alio loco credenti, in alio speranti, in alio diligenti, non φ singula seiuncta sufficiāt, sed simul sunt congreganda, Et hoc fefellit hæreticos nostros. sola fide iustificari arbitrantes, quia fidei iustificatio tribuitur, nec attendunt miseri timori, spei, pœnitentiæ, & alijs virtutibus idem promitti, vt apertè constat ex scriptura, non tamē propterea singulas has per se iustificare dicimus. Petitioni igitur, vt bona sit & exaudiri mereatur, adqua sunt coniungenda, sine quibus non exauditur.

Deum aliquādo petitiones nostras exaudire negādo tamē ea quæ petimus.

Stimulo carnis in Paulo durante, Christi gloria magis est manifestata.

Non obtinemus à Deo, non rectè petentes.

Est igitur tertio loco annotandū ad bonam petitionem, & vt exaudiatur à Deo, op⁹ esse primo, vt diuina impleam⁹ præcepta, & voluntatem eius faciamus, φ Io. 15. explicuit Dñs, *Si feceritis quæ præcipio vobis, & verba mea in vobis manserint, quodcunq; volueritis petetis, & fiet vobis.* Æquū.n. est, vt si vult homo Deum facere φ petit, efficiat & ipse φ Deus iubet & petit. Ideò Is. 1. dicit, *Non exaudiā, quia manus vestræ plenæ sunt sanguine.* Et Tertul. in Apol. c. 30. dicit nos in oratione manus extendere, quia per manuū extensionem, innocentiam significamus. Hæc aūt doctrina sic intelligenda est, non φ peccator non exaudiatur qñ petit, nec etiam φ non bene petat, non.n. ita est: Nā in peccato existentes bene petūt & exaudiuntur tñ, si à peccandi voluntatē auertās. & voluntatem Dei ac p̄cepta implere statuāt. Qui.n in peccato est, nec vult ab eo se auertere, iste est, cui diuina ꝑmissio nō fit, etiāsi petat, quia voluntatem Dei non facit, nec eius p̄cepta seruare intendit. Secundū opus est, vt perseuerātēr oremus. Non.n. quia semel petentes non exaudimus, ꝑpterea Deus in ꝑmissione defecit, iterum atq; iterū accedere oportet & frequenter orare. Hoc ipse Dñs Luc. 18. docuit, & exemplo manifestauit viduæ illius, q̄ per multum temp⁹ à iudice illo petebat, vt eam ab aduersario vindicaret, quæ tandem perseuerās obtinuit, & Luc. 11. de illo q petijt tres panes ab amico sibi cōmodari. His duobus locis vtit Basil. reg. 261. & in l. de constit. monast. c. 2. vtitur hoc posteriori loco ad ꝑbandum peccatorē etiam exaudiri, si pseuerauerit, & ponderat illud verbū, *Si nō quia amicus est, ꝑpter importunitatem dabit.* Quod intelligendum est de eo, qui auertit animam à peccato. In eudem loco citatu B. Basil. hæc verba *Si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis.* docet aliquos non exaudiri petentes pro alijs, propter malitiā eorū pro quibus petūt, vt Ier. 15. non exauditus est ꝑpter malitiam populi, & Samuel 1. Reg. 16. propter malitiam Saul. Et hæc sententia confirmatur ex ipsomet Ioanne, 1. Io. 5. Hanc .n. ꝑmissionem explicans. *Hæc est*, inquit, *fiducia, quā habemus ad Deum quia quodcunq; petierimus secundum voluntatē eius, audit nos.* Et, *Qui scit fratrem suum peccare, peccatū non ad mortem, petat, & dabitur ei vita peccanti non ad mortem* Ex promissione igitur ista Ioannes securos nos facit, exauditum iri si petamus ꝑ fratribus. φ argumento manifesto est, generalē esse & tam ꝑ se q̄ pro alijs petenti factam. Adde in scriptura iniungi, vt non solum ꝑ nobis, sed etiam ꝑ alijs oremus. Igitur exauditio etiam ꝑ se & pro alijs promissa est. Tertiū opus est, vt in petitione accedamus cum quadā fiducia non solum credentes Deum posse facere q̄ petimus, sed sperantes si ex nostra parte nō defuerit, φ necessarium est, facturum Deum q̄ petimus, non nobis, sed ipsi fidentes. Iac. 1. *Postulet in fide*, Necessaria etiam est reuerentia & humilitas sicut in publicano & Pharisæo, Luc. 18. apparet. Sed de his paulo post distinctiùs,

Vt exaudiantur preces nostræ, quis huius est opus.

Vt impetremus, ratio seruanda.

Scriptura orare docet non pro nobis tantum, sed pro alijs quoq;.

Expendunt D. Aug. & Basil. hic pronomē. *Quid. Si quid petieritis.* Res temporales in se non ordinatæ in honestū & spiritualem finem non dicuntur. *Quid*, quia modicæ & exigui valoris sunt. Magna & eximia sunt ab infinito & omnipotenti Deo petenda. Et in his diu sumus immorati.

Tertio largitas diuina demonstratur, quia inuitat & instigat ad petendum, vt non verecundemur. *Petite*, φ quidē homines non dicunt hominibus modò, sed abite. Deus reuertet: vt nihil habeo, & similia. Inuitat Christus Ma. 11. *Venite ad me omnes qui laboratis*, Io. 7. *Stabat Iesus & clamabat, si quis sitit veniat ad me & bibat.* Apoc. 3. *Ego sto ad ostium & pulso, si quis aperuerit mihi, intrabo ad illū*, sc. portans mecum omnia bona, R. 8. *Quomodo nō etiā cū illo omnia nobis donauit?* Quarto, Quia optima bona ꝑmittit, sc. gaudiū plenū, vt libēter petamus *Et accipietis, vt gaudium vestrum sit plenū.* 2. Pet. 1. Per quem maxima & pretiosa ꝑmissa vobis donauit. Homines mundi dāt pauperibus solum peiora vt panem, obulū, vestes laceras: & omnia putrefacta vel corrupta. Sic Cain obtulit Deo quæcunq; peiora, & Abel meliora, & ideò *Respexit Deus ad Abel & ad munera eius; ad Cain autem & ad munera eius non respexit*, Gen. 4. Quia talia dona parui facit De⁹. Sed Deus dat optima: Quia vt dic. Bern. *Animam ad imaginē suā creauit, angelos ad nostrum seruitium deputauit, gratiam & virtutes, ad merēdum vitam æternam, nobis donauit filium suum ad nos*

Vilia dona non acceptātur, Deo, sed optima.

liberan-

liberandum & redimendum nobis transmisit, cælum & gloriam suã nobis præparauit, corpora nostra putrefacta gloriosa resuscitabit. Propter quod admiratur Dauid Ps. 8. dicens, *Quod est homo quod memor es eius? Gloria & honore coronasti eũ. Erubescat itaq; humana pigritia*, vt cum S. Aug. loquar *plus vult ille dare, quã nos accipere, plus vult misereri, quam nos à miseria liberari.* Debemus ergo orando petere & orare.

Certè Auditores, hæc dies boni nuntij est, in qua dicitur, *Petite & accipietis.* O si diceretur mortuis hoc verbum. Quale gaudium haberent? Sed illis non dicitur. Vnde ille diues vltra mille annos petijt guttã aquæ & fratribus suis quinq; denuntiationem suæ pœnæ & adhuc non obtinuit. Et ideo nõ effugiemus iudicium Dei, si tantã salutem neglexerimus Heb. 2. Quę negligentia magis aggrauatur, si consideremus quod sumus in multis miserijs & periculis constituti. Apoc. 5. *Nescis quod tu es miser & miserabilis, & pauper & cæcus & nudus.* Ideoq; nunc pro varijs nostris necessitatibus nõ solum oportet petere, sed & clamare, 1. Mach. 4. *Et nũc clamemus in cælum, & miserebitur nostri Deus noster.* Sunt autẽ tria quę dant occasionem homini vt clamet, ignis, aqua, & hostes. Ecce ignis carnalis concupiscentiæ semper nos comburit, Ro. 7. *Video aliam legem in membris meis.* Iob. 31. *Ignis est vsq; ad consummationẽ deuorans.* Aquæ tribulationũ vndiq; nos circundant, Ps. *Saluum me fac Domine, quoniam intrauerunt aquæ.* Et sequitur, *Laboraui clamans, raucæ factæ sunt fauces meæ.* Hostis infernalis quotidiè nos insequitur 1. Pet. 5. *Aduersarius vester diabolus tanquã leo rugiens, &c.* Clamemus ergo fortissimè, Is. 58. *Clama ne cesses*, quia non cessant, qui te infestant, cum verò cessauerint, sile, Bern. super Ps. *Qui habitat* dic. *Orare est Deũ quærere, ideo nõ recte oras, si præter Deũ aliquid quæris, aut illud propter Deũ non quæris, quoniã in ipso sunt omnia, ibi sũt remedia vulnerum, ibi subsidia necessitatum, ibi recuperatio defectuum, ibi copia profectuũ.* Nam si temporalia tempore necessitatis postulamus, si Deus in causa est, non illa vtiq; principaliter, sed hunc potius, propter quem illa postulamus. Cui hoc congruit, quod D. Bern. super Cœnam ait, *Nimis est auarus, cui non sufficit Deus. Nam qui Dominum possidet, nullo eget.*

Tria dant homini occasionem clamandi.

Obiecta iterum quod quinq; petenda sint in nomine Iesu. Primo, peccatorum remissio, Iudith 8. *Pœnitentiam & indulgentiam eius fusis lachrymis postulemus.* Nã peccata sunt, impedimenta omnis boni, & causæ omnis mali. Act. 10. *Huic omnes Prophetæ testimonium perhibẽt, remissionem peccatorum accipere per nomen eius.* Hoc cognoscens Dauid Ps. 24. dixit, *Propter nomen tuum Domine propitiaberis peccato meo.* Secũdo, Vitæ nostræ ordinatio ad salutẽ, sc. vt Dñs dirigat vitam nostram, ad salutem, Tob. 4. *Omni tempore benedic Deum, & pete ab eo, vt vias tuas dirigat, & omnia consilia tua in ipso permaneant.* Et dicit notanter, *omni tẽpore*, sc. in principio, medio, & fine. Nã dicitur Eccl. 9. *Nescit homo finem suũ*, sc. in quo statu vltimò inueniatur. Hæc n. sunt tria difficilia de quibus dicit Salomõ Prou. 30. *Tria sunt difficilia, & quartum penitus ignoro* sc. *viam viri in adolescentia sua, viam nauis in mari, & viam aquilæ in cælo volantis.* Primum pertinet ad incipientes. Secũdũ ad proficientes. Tertium ad perfectos. Tertiò, Gratiæ deuotis de quo Eccl. 10. *Petite vobis pluuiam à Domino*, id est, gratiam. Nã sine hac pluuia arescit omnis fructus boni operis in anima. Io. 1. *Gratia & veritas per Iesum Christum facta est.* Quartò, Sapientiæ illuminatio Iacob. 1. *Si quis vestrum indiget sapientia, postulet à Deo.* Nam dicitur Eccl. 1. *Omnis sapientia à Domino Deo est.* & sic Salomon petit 3. Reg. 3. *Da seruo tuo cor docile.* Et Sap. 9. *Da mihi Domine, sedium tuarum assistricem sapientiam: mitte illam de cælis sanctis tuis, vt mecum sit, & mecum laboret, vt sciam quid acceptum sit apud te omni tempore*: aliàs dicitur Sap. 7. *Neminem diligit*, sc. Deus, *nisi qui cum sapiẽtia habitat.* Sed illam debemus petere in nomine Iesu, quia ipse est sapientia Patris, de quo Col. 2. *In quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi.* Quintò, diuini vultus visio, in qua consistit æterna beatitudo & vita hominum. Vnde Io. 17. *Hæc est vita æterna, vt cognoscant te solum Deum verum, & quem misisti Iesum Christum.* Ideo petiuit Moyses. Exo. 33. *Si inueni gratiam in conspectu tuo ostende mihi faciem tuam.* Cant. 1. *Ecce tu pulcher es, dilecte mi, & decorus.* Reuera decorus Apoc. 1. *Facies eius sicut sol lucet in virtute sua*, sc. per exuberantiam claritatis. Nam dicitur de nobis *Fulgebunt iusti, sicut sol in regno Patris eorum.* Mat. 13. Quid igitur de Dño iustorum dicendum erit? Ideò

Tria difficilia quæ.

Ps. 79. etc. *Ostende nobis faciem tuam, & salui erimus.* Itaq; *si petieritis*, i. si Spiritum habẽtes filiorum Dei, & peccata detestantes ad precandum Deum mundi accesseritis, ea impetrabitis quæ postulabitis. Iterum *si petieritis.* Petere autẽ est desiderare, & desiderare. & desiderium non est actus oris, sed animi & voluntatis. Deinde *si quid* vti dictũ est, id est, quod æternæ vitæ conueniat. Quartò. *In nomine meo*, id est, propter merita Christi Ps. 53. *Deus in nomine tuo saluũ me fac.* Et Da. 9. *Non in iustificationib. nostris prosternimus preces nostras ante faciem tuã, sed in miserationibus tuis multis. Exaudi Domine, placare Domine, attende, & fac ne moreris propter temetipsũ Deus.* Adhuc me loquẽte in oratione. *Ecce vir Gabriel, &c.* Stultũ autẽ valde illũ adire vt petas, qui vel nõ habet, quod porrigat, vel indiget ipse his quæ possidet. Itaq; vanus & mundus, & quæ cũ eo sunt, vanus & ipse diabolus vna caro, vana omnia. Pater ergo orãdus est, vt in nomine filij, qui cũ diues sit in misericordia, diuites potest efficere. *Egenus ergo factus est, vt eius inopia nos diuites essemus.* 2. Cor. 8. multo magis ditãdi eius bonis ineffabilibus. Sicut n. olim Iudas Machabæus 1. Mach. 3. 4. cũ à Deo auxiliũ per orationem flagitaret, innumeras easq; vix possibiles victorias consecutus est, quas de hostibus reportauit, cũ autẽ à Romanis auxiliũ quærens, illis nimiũ fideret, victus est, ita & Christianus homo, cum mediatorem habens Iesum patrẽ interpellauerit, ea consequetur quæ postulat, & nõ aliter. Itaq; sensus est huius argumenti consolationis & documenti vtilissimi: Non me semp præsentem habebitis, quãuis dixi, *Iterũ videbo vos*, sum n. ad Patrẽ iturus: Propterea tñ vobis aliquid defuturum timeatis, certissimam .n. te mafirmo ac vos securissimos facio, quicquid Patrẽ petieritis mei ratione & propter me, vos ab eo impetraturos.

Petere ac desiderare sunt actus animi, non oris.

Iudas Machabæus orationis auxilio fretus, innumeras adeptus est gloriosè victorias.

Vsq; modo non petistis quicquã, Petite & accipietis.] Cyril. l. 11. c. 8. & l. 9. c. 44. hunc orandi modum olim legis tẽpore incognitum fuisse affirmat. In cuius rei declarationẽ aduerte à mundi principio nihil à Deo ad salutẽ pertinens impetratũ esse, quod non fuerit virtute ipsius Christi & propter iustitiã eius olim futuram concessum. Virtus .n. passionis eius, etiã antequã pateretur, operabatur in oẽs priores apud Deũ, hoc tñ non erat petere in nomine Christi, sed dare & cõcedere in nomine in virtute eius. Permultis .n. Deus beneficia concessit olim per Christum, qui non habebant notitiã Christi & quamuis multi fidẽ habuerint, nõ tñ oẽs distinctã assecuti erãt. Imo fides ipsa donũ Dei est, propter Christũ dat omnibus, quibus data est, anteq̃ crederent. Duabus ergo de causis Iudæis nõ fuit hic modus petendi concessus. Primo, quia fidẽ Trinitatis distinctã nõ habebãt: hęc .n. fides Christianorũ propria est, vt dic. Basil. l. 2. cõtra Eunom. & Cyril. l. 9. in Ioan. c. 30. Non ergo poterãt petere, quia nõ habebãt notitiã Patris, & Filij, & Spiritus S. Secunda, Quia erãt in statu seruorũ & nondũ perfectã adoptionẽ filiorũ receperant. Gal. 4. *Quãdiu hæres paruulus est, nihil differt à seruo.* Ro. 8. *Nõ accepistis Spiritũ seruitutis iterũ in timore.* Non ergo petere poterant à Patre, sicut nos docuit Dñs. Mat. 6. *Pater noster qui es in cælis.* Iterum aduerte fieri potuisse, vt etiam antequam Christus aduenerit, aliqui in nomine eius petierint Patrẽ, sc. qui distinctã fidẽ Trinitatis, & venturi Christi & incarnationis & mortis ipsius habẽtes, Deũ orabant propter illũ qui venturus erat, & moriturus pro salute hominũ. Talẽ .n. fidem habuisse Prophetas & Patriarchas certũ est, & docẽt Cyril. l. 1. cõtra Iulianũ & Aug. de fide ad Petrũ c. 1. Imo probabile est aliquos sic petijsse, & forsã iste est sensus illius Ps. 131. *Propter Dauid seruũ tuũ non auertas faciẽ Christi tui*, i. propter Messiam Christũ, cuius ego typus sum, auxiliare Salomoni & custodi vnctũ tuũ & filium meum, & Ps. 50. *Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam* hęc misericordia Messias & Christus futurus, de quo Ps. 88. dicitur. *Misericordiam meam non auferam ab eo*, id est, non priuabo semen tuũ venturo Christo de carne tua. Similẽ etiã petitionẽ alios Patriarchas & Prophetas fecisse probabile est. Vt .n. virtute Christi impetrabãt etiã anteq̃ carnẽ sumpsit, potuerũt etiã in virtute & nomine eius petere, nec obstat, quia statum filiorũ nondum erant assecuti. Nam verè filij erant, quamuis paruuli & in statu seruitutis propter legem: hoc tamen verum est, non fuisse hunc petendi modum communẽ, vt nũc est in Ecclesia, postquam completa est redemptio. Nos etiam petimus in nomine eius, non vt illi; Nam petimus tanq̃ fi-

Modus hic petendi non concessus Iudæis.

Eiusmodi fides erat Prophetarum & Patriarcharum.

Hic petendi modus olim non in Ecclesia communis vt nunc est.

lij Patrem, & in nomine eius qui iā regnat in cœlis, & interpellat actu ꝓ nobis, idcircò addimus semper, *Qui tecum viuit & regnat*, &c. Qua ratione nemo tunc orare potuit, quia nondum Verbum factum erat caro.

Promissionis sequit efficacia &, *Accipietis*. Nam prẽter illa duo dilectionem scil. patris erga filium & ipsius Christi iustitiam & meritum, sunt etiam alia duo sc. prẽceptum eius, iussi.n. ab eo petimus Patrem. Quantum aũt hoc valeat, significat Ecclesia q̃ orans præmittit die. *Præceptis salutaribus moniti, & diuina institutione formati, audemus dicere*. Est etiam ꝓmissio facta nobis à Christo impetrandi à Patre: hæc omnia multum mouent Deum ad exaudiendum nos.

Eapende aũt, ꝙ petitio quædam est vana, & frustratoria qualis est peccatorũ in peccatis pseuerantium, vt supra dictũ est. Io. 9. *Peccatores Deus non exaudit*. Secunda est mala & nociua, qualis est hominũ infirmorũ, q à Deo petũt bona temporalia, q̃ tñ magis officiunt q̃ proficiũt. Et ista quãdoq; dantur in vindictam hominis, sicut facit medicus, qui infirmo de quo desperat, petenti vinũ & carnes, solet ea illi dare, figurantur aũt in filijs Israël, de quib⁹ dicitur in Ps. *Quòd petierunt, est eis animabus suis*. Et alibi. *Petierũt & venit coturnix*. Tertia est sancta & necessaria, qualis est hominũ pfectorum, q digni sunt petere, & petũt rẽ dignã, in qua tria sunt. Quis, quid, à quo. Quis, sc. amicus Dei. Quid, rẽ salutarem. A quo, non à Magis, idolis, hæreticis, Sap. 13. *Pro sanitate infirmũ deprecatur, ꝓ vita mortuũ rogat, & in adiutoriũ inutilẽ inuocat, & ꝓ itinere petit ab illo qui ambulare non potest*.

Sed à Deo petenda sunt omnia. Ideò Is. 7. *Pete tibi signũ à Domino Deo tuo*. Et q̃uis suprà posui, q̃ petenda sunt à Deo, tñ hic breuiter quædam, & primo, venia & redẽptio Tob. 3. *Peto Domine vt absoluas me de vinculo huius improperij*: secũdo, Gratia. Zach. 10. *Petite pluuiam à Domino, & ipse faciet*. tertio, Via: 1. Esd. 8. *Prædicaui ieiunium vt peteremus viam rectam à Domino*. quarto Vita, Ps. 20. *Vitã petijt & tribuisti ei*. quintũ, Gaudiũ, vt hodie. sexto, Spiritus sanctus Luc. 11. *Deus dabit Spiritum bonũ petentibus se*. septimo, Cœli pmiũ. Ester 5. *Quid petis Hester regina, q̃ est petitio tua? etiamsi dimidiũ regni mei petieris, dabo tibi*. Videte aũt q̃ liberalis sit Dñs, qui dicat. *Amodo non petistis quicquã*. quia omnia paratus est dare. Sed ô q̃nta est vestra pigritia in orando Deũ, vt potiùs pereatis vel desperetis, q̃ orando ad Deũ confugiatis! ô quanta duritia & ingratitudo vestra, ꝙ ad vos clament orphani, viduæ, captiui, pauperes, requirentes iudiciũ & iustitiam, requirentes vestram pietatem, officia & operam, allegãtes suam innocentiam, extremam miseriam & omnia! sed nõ auditis, petita negatis, sine consolatione, expeditione dimittitis, imò nec dimittitis, sed torquetis adhuc magis, & augitis medullam, & in contrarium quæque perperam agitis.

Interim tñ notandũ est, ꝙ decẽ conditiones debeat habere perfecta oratio. Primo debet fieri cũ fiducia impetrãdi. Iacob. 1. *Postulet aũt in fide nihil hæsitans* Marc. 9. *Si potes credere, omnia possibilia sunt credenti*. Mat. 8. *Vade & sicut credidisti, fiat tibi*. Secundo cũ reuerentia. Eccl. 32. *Pro reuerentia accedit tibi bona gratia* Sic faciebat Chananæa. Mat. 15. Sic reuerẽter petebat ille tertius quinquagenarius Eliã, vt non despiceret animam suã, & ideo non fuit combustus, sicut alij duo 4. Reg. 1. Sunt autem multi sicut milites Pilati, q genu flectebant & pcutiebant Christum, quia in peccatis suis iterum Christũ crucifigunt. Heb. 6. *Rursum crucifigentes sibimetipsis filiũ Dei & ostentui habẽtes*. Tertio debet esse decẽs, vt petat decẽtia à Deo, qualia nõ petijt mater Zebedæorũ Ma. 20. *Nescitis quid petatis*. Quarto, debet esse humilis & deuota Eccl. 35. *Oratio humiliantis se nubes penetrat*, & talis non erat Pharisæi, sed publicani. Quinto, debet esse salutaris oratĩ, alias non exaudietur. Luc. 11. *Si vos cum sitis mali, nostis bona data dare filijs vestris, quanto magis Pater cœlestis dabit Spiritum bonum petentibus se?* Paulum Christus non exaudiuit. Nõ.n. petitur in nomine Saluatoris, quicquid contra salutẽ petitur, dic August. Sextò, debet esse digna, vt recipiens sit dignus accipere tanq̃ amicus Dei. Quia vt dic. Greg. *Cũ is qui displicet ad interpellandum mittitur, irati iudicis animus ad deteriora prouocatur*. Exemplum de Moyse, cui oranti ꝓ peccato populi, Dñs dixit. *Et ex hoc suscipiam preces tuas, te.n. noui ex nomine*, id est, ex speciali amicitia. Hæc autem dignitas in duobus attenditur scilicet, vt orans dimittat peccata, & obediat Deo, Pro. 28. *Qui declinat aurem suam, ne audiat legẽ, oratio eius erit execrabilis* Septimo, sit ordinata vt petantur cœlestia & spiritualia, deinde terrena, in quantum conducunt. Mat. 7. *Quærite primum regnum Dei & iustitiã eius*. Multi sunt q temporalia solum petunt, vt illa fœmina Io. 4. *Da mihi Domine hanc aquam, vt non sitiam, neque veniã huc haurire*. Sic Christus docuit ordinatẽ, *Pater noster*, orare, in quo primo omnium petitur sanctitas & regnum Dei Mat. 6. *Sanctificetur nomen tuum, adueniat regnum tuum*. Et talis hodie cõmendatur, si quid. Octauo, Breuis. Mat. 6. *Cum oratis, nolite multum loqui, sicut Ethnici faciunt, putant n. quod in multiloquio suo exaudiantur*. Sic aũt dicetis, *Pater noster*. Nono, cum attẽtione cordis, non labiorum labore. Is. 29. *Populus hic me labijs honorat, cor autem illorum longe est à me*. Io. 4 *Veri adoratores adorabunt Patrem in spiritu* Dixit Dñs Moysi, Exo. 14. *Quid clamas ad me*: cũ tñ Moyses sileret. Multi dicunt vt choralistæ, & quib⁹ cõpetit esse p diẽ & noctẽ in Ecclesia. *Deus in adiutorium meũ intende*, &, *Gloria patri*, & nihil attendunt. Decimo, continuẽ, & cum perseuerantia Lu. 18. *Oportet semper orare & non deficere*: *Sẽper orat, qui semper benefacit*, dic Aug. Lu. 11. *Si perseuerauerit pulsans, dabit ei quotquot habebit necessarios*.

Absit ob oratione multiloquium

Sed & multa orationem impediunt. Primum qñ non fit tempora congruo, sicut pauperi quandoq; denegat eleemosyna, quia non fit tẽpore debito. Tẽpus beneplacitum Deo est tempus gratiæ, hoc est præsens. Ose. 10. *Tẽpus requirendi Dominũ, cum venerit, qui docebit vos iustitiam, tẽpore placito exaudiui te*. Secundum, suggestio dæmonum. Eccl. 10. *Muscæ morientes*, id est, immundæ cogitationes *perdunt suauitatẽ vnguenti*, id est, deuotionem orationis. & has oportet statim amouere à corde. Tertium, obstaculũ peccati. Is. 1. *Cũ multiplicaueritis per orationem, non exaudiam manus n. vestræ plenæ sunt sanguine*, id est, operibus malis. Gladio euaginato pacẽ à Deo quærit, qui cum proposito peccandi, Deũ sibi recõciliare intendit. Thren. 3 *Nos iniquẽ egimus, ad iracundiã prouocauimus, ideirco inexorabilis es*. Quartum, cordis rancor vel odium. *Cum stabitis ad orãdum, dimittite*, sc. ꝙ habetis aduersus aliquem Quintum, Inuidia erga ꝓximum Prou. 21 *Qui obdurat aurem suam ad clamorem pauperum, [clam]abit, & ipse non exaudietur* Sextũ, orantis dubietas. Iac. 1. *Postulet autẽ in fide*.

Iterum aduerte, ꝙ octo sint qui in cœlesti consistorio digni sunt exaudiri. Primi sunt pauperes & indigentes Ps. 68. *Exaudiuit Dominus pauperes*. Diuitibus autem negatur in cœlo audientia, quia habent in terra Eccl. 13. *Diues locutus est, & omnes tacuerunt*. Nec diues epulo fuit exauditus, Luc. 16 in gutta aquæ Sed pauperi hic denegatur audientia, sicut ibi dicitur, *Pauper locutus est & dicunt. Quis est hic*; & ideò datur ibi audientia in cẽlo. Ps. 33. *Pauper clamauit & Dominus exaudiuit eũ* Secundi, mites. Eccl. 28. *Relinque proximo nocenti tibi & tunc peccanti peccata soluentur. Homo homini seruat irã. & à Deo quærit medelã? & in similẽ sibi non habet misericordiã & de peccatis suis deprecabitur?* Tertij, flentes. Isa. 18. *Audiui orationẽ tuã, & vidi lachrymã tuã*. Lachryma vox est in aure Dei. Psal. 36. *Auribus percipe lachrymas meas*. Cogitur mater dare filio ꝙ petit, qñ videt eum plorare. Aug. *Lachryma Deum cogit, oratio vngit*. Eccl. 26. *Nonne lachrymæ ad maxillã descendunt, & exclamatio earũ super deducentẽ eas*. Quartò, Misericordes. Isa. 58. *Frange esurienti panẽ, &c. Tunc inuocabis, & Dominus exaudiet, clamabis & dicet, adsum, quia misericors sum, sicut tu*. Eccl. 4. *Declina pauperi aurẽ tuã sine tristitia, & redde debitũ*. Quinti, mũdi corde, Io. 3. *Si cor nostrũ non reprehenderit nos, fiduciam habem⁹ ad Deum. Quoniã quicquid petierimus, accipiemus ab eo*. Iob. 8. *Si diluculo surrexeris ad Dominũ* Sexti, obedientes, Io. 4. *Scimus, quoniã peccatores Deus nõ exaudit. Si quis cultor Dei est, & voluntatẽ eius facit, hũc exaudit*. Ier. 7. *Sicut nõ audierunt, sic clamabũt, & ego non exaudiã*. Septimi, diligẽtes, Eccl. 3. *Qui diligit Deũ, exorabit pro peccatis suis, & cõtinebit se ab illis, & in oratione dierũ exaudietur*. Octaui, desiderãtes, Ps. 9. *Desideriũ pauperũ exaudiuit Dominus, præparationes cordis eorũ audiuit auris tua*. i. cor ꝓparatum ad seruiendum tibi. Eccl. 17. *Ante orationẽ præpara animã tuã*. Et aduertite diligenter, ꝙ oratio sit similis nũtio qui ad Deum mittitur. Aug super verba Psal. *Intret in conspectu tuo Domine*. Ps. 87. dic. *Mira virtus orationis, quæ illuc intrat ad Deum, quo caro peruenire nequit*. & Eccl. 35. *Oratio humiliantis se nubes penetrabit, & donec propinquet non consolabitur, & non descendet, donec prospexerit altissimus*: Ergo per medium

In cœlesti consistorio digni sunt vt exaudiantur.

Misericordes exaudiuntur à Deo.

Oratio similis nuntio.

pro-

prorumpit & accedit eum, ad quem mittitur q; est fidelis nuntij, sicut Eleazar dispensator domus Abrahæ qui comedere noluit, donec locutus esset sermones suos. Ge. 24. Requiritur præterea agilitas in nuncio: Sed sunt multi, qui vix per vnam septimanam semel Ecclesiam visitent, Missam audiant, aut *Pater noster* dicant, sed statim desistãt, & quod petunt vel volunt, impossibile ducant. Sicut etiam omnis ascensus propter molem grauis, sic oratio propter originale & actuale peccatum, leuigatur autem assuetudine, vt qui cithara semper ludit. Sed quando fides sunt lacetæ, minus laditur & segnius. Aliquando in via spoliatur aut occiditur nuncius, sic oratio per cogitationes occiditur aut pijs lachrymis & suspirijs spoliatur, vnde minus bene recipitur in consistorio cœlesti talis nuncius & difficilius expeditur, & non apparet à magnis, vel pro magnis nullis. Et qui talem mittit, etiam negotium suum negliget, nisi maioris honoris & gratiæ virum mittat. Solennitas etiam requiritur quæ est apparatus & ornatus; Talis est intentio & attentio desideriorum, & quam ardua sunt quæ tractantur: Nulla vero negotia sunt comparabilia negotijs veniarum, gratiarum, gloriarum. Negotium verò pacis reformandæ inter Deum & nos, pro quibus orat, quãtum sit quis ignorat? Quid de negotio salutis, de illo in quo animis accusationibus ad mortem orantis agitur, qualem oportet esse, qui accusatoribus respondeat? Accusator autem est & ipse diabolus. Apoc. 12. Habetur iste nuntius à Deo, qui toti generi humano tam misericorditer, & tam notabiliter prouidit de aduocato, scilicet, vnigenito, prouidebit & de hoc nuntio, nisi ignauia nostra, & incuria hoc impedierit. Nuntius omnes debet solicitare, sic per litanias omnes post S. Trinitatem solicitantur & inuocantur Sancti. Sunt ibi qui miseris maximè sunt parati subuenire, & qui omnes occasiones adiuuandi quærunt. Nec impediunt, nec contradicunt negotium proprium vel alienæ salutis agere, vt apud nos fieri assolet, nec vllus est, cuius intercessio repellatur. Adde, qui maiores ibi, maiori confidentia exorari possunt & debent, tum quia humiliores, tũ quia pietate in omnes propensiores. Sed dicite quid sentiretis de nuntio, qui in negotio arduo missus, nunc in Britannia, nunc in Italia, iterum in Hispania sua prosequitur: Sic quid de illo diceretis, qui diuagatur in oratione & velut palea variarum cogitationum flatibus dispergitur? Est nuncius qui in via moritur antequam ad locum destinatum perueniat. Sic oratio sæpe occiditur priusquam ad cœleste Consistorium perueniat, dum incipit quis cogitare suas fraudes, peccata præmissa, in quibus delectatur, aut futura quæ meditatur, & similia. Obsecrandus ergo est Deus, vt dirigat, istum nuncium, & custodiat sanum. Aliquando etiam quæ intrauit in conspectum oratio extinguitur, sicque exploditur nuntius. Orandum ergo. *Dirigatur oratio mea.* Aliquando est excommunicatus nuntius vel alias inhabilis & non admittitur. Prouerbiorum 28 *Qui declinat aures suas ne audiat legem, oratio eius erit exsecrabilis.* Vnde talis nec admittitur, nec à cœli ciuibus recipitur in Psalm. *Maledicti qui declinant in mandatis eius.* Vltimo aduerte, si debet placari Deus, debet & proximus tibi esse placatus. Eccl. 18 *Homo homini seruat iram* Matth. 16. *Serue nequam.* Huc deseruiunt clamor, eiulatus, rugitus, planctus, gemitus, suspiria, singultus, tunsiones, dolores, & similia. Hic taceant Astrologi, qua hora sit orandum, quia omnis hora, omne punctum Domino Deo debetur. O Domine Deus, *in adiutorium nostrum intende, Domine ad adiuuandum nos festina.*

Oratio propter originale & actuale peccatum ascensu grauis, assuetudine fit leuis.

Post S. Trinitatem, vel quisq; Sancti omnes inuocantur.

Psal. 118.

Vt gaudium vestrum sit plenum.] Hæc verba perfectionem petitionis huiusmodi exponunt, vt non noua solum, & efficax, sed & perfecta sit petitio. Sensus enim est. Petite in nomine meo, & sic abundanter accipietis, vt gaudium vestrum plenum sit, & integrum, & in nullo deficiens. Hoc gaudiũ est de quo dixerat. *Gaudium vestrũ nemo tollet à vobis.* Attende igitur gaudiũ de Christi resurrectione, fuisse gaudium magnum, sed non completum, nec perfectum Apostolis, quia de resurrectione, quæ solius Christi erat, gaudebant. Quando autem & ipsis bona maxima ex hac resurrectione prouenerunt, tunc gaudium est completum, quia non de bono tantum Christi, sed etiam de suo gaudebant. Quando enim alicuius amici boni consequitur, solemus de eius bono gaudere. Porrò qñ etiã nobis inde fructus prouenit, gaudium est integrum. Sic dic. Dñs, hactenus gaudium promisi vobis de mea resurrectione, at si petieritis in nomine meo, adeo vberem fructum copiosumq; percipietis, vt gaudium hoc impleatur & integrum sit de me & de vobis.

Orationi qua vim addant.

Aduerte autem, triplex esse gaudium. Primum est vanũ, q; est mundi in diuitijs, delitijs, & superbijs, Illud nõ replet cor hominis, Non diuitiæ. Eccl. 5. *Auarus non implebitur pecunia.* Eccl. 14. *Insatiabilis est oculus cupidi.* Imò illæ magis irritãt q̃ satiant. Is. 29. *Sicut somniat esuriens & bibit, & postquã fuerit expergefactus, lassus adhuc sitit.* Sic & gaudium mundi in superbia. Sap. 10 *Quid nobis profuit superbia?* Iob. 21. *Tenent tympanũ & citharam, & gaudent ad sonitũ organi, ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad infernum descendunt.* Secundum est semiplenum, quod est gaudium spiritualis gratiæ. Luc 10. *Gaudete quoniam nomina vestra scripta sunt in cælis.* Et hoc gaudiũ consistit in spe saluationis. Ro. 12. *Spe gaudentes* Rom. 5. *Spes non confundit.* Ro. 15. *Deus spei repleat vos omni gaudio* Non tñ illud gaudium est plenum, quia adhuc differtur Pro. 13 *Spes quæ differtur, affligit animam.* Item consistit hoc gaudium in fidei cognitione Phil. 4. *Gaudete in Domino semper, iterum dico gaudete.* sc. in fide Christi Io 22. *Beati qui non viderunt, & crediderunt.* Ibidem, *Gauisi sunt discipuli viso Domino.* Sic & nos 1. Cor. 13. *Videmus nunc per speculum in ænigmate* per speculum sc. fidei, sed nondum plenè, quia non aperta facie. Item cõsistit in virtutis & charitatis operatione. Pro. 21. *Gaudium est iusto facere iudicium, & iustitiam,* hoc est, quod facit iustitiam, vel patitur pro iustitia. Iac. 1. *Omne gaudium existimate fratres, cũ in tentationes varias incideritis.* Tertium est plenum, sc. in æterna gloria, Et dicitur plenum Primò, quia replet totum appetitum omnium electorum, quia Deus est summum & æternum bonum, includens omne bonum & nihil relinquit extra q; potest desiderari Ps. 15. *Adimplebis me lætitia cum vultu tuo.* Et Ps 102. *Benedic anima mea Domino, qui replet in bonis desiderium tuum* Secundo, quia hoc gaudium cõsistit in visione pleni & perfecti boni, quod est Deus. Vnde Ecclesia, *Deus à quo bona cuncta procedunt,* &c. Tertiò, Quia est sine permixtione mali. Apo. 21. *Absterget Deus omnem lachrymam ab oculis Sanctorum.* Quartò, quia qui semel intrabit nunquam amittet, sed in æternum possidebit. *Et gaudiũ vestrum nemo tollet à vobis.* Ioan. 16 Vide omnia gaudia quæ in mundo esse possunt, vt nuptiæ, coronatiõ, omnis exaltatio, omnia conuiuia, omnes conuersationes, spectacula & actiones, & similia sunt aliqua adumbrata gaudia, nõ vera, non plena, non perfecta, sed tolluntur & nihil sunt.

Gaudium triplex.

Gaudium in æterna gloria cur plenum dicatur.

Hæc in prouerbijs locutus sum vobis. Venit hora, cum iam non in prouerbijs loquar vobis, sed palam de Patre meo annunciabo vobis.] Adhuc consolatur eos de suo recessu, promittens apertam locutionẽ & sermonem q.d. Scio me hæc locutũ vobis sub obscurè, & nõ distinctè, sed velut sub vmbris & ænigmatibus: Venit tñ & prope est iam tempus, qñ palam sine vmbris & ænigmatibus, loquar de patre meo, nẽpe mysteria omnia missionis & aduentus mei. Hoc autem fecit Dñs post resurrectionem suam, per illos 40. dies erudiens discipulos, perfectius autem in aduentu Spiritus S. Attende hæc verba adiunxisse Dñm, quia adhuc discipuli non assequebantur perfectè sensum illius sententiæ. *Modicum, & non videbitis me.* nec q̃ in declarationem erant adducta. Ideò Dñs promittit omnium horum & aliorum mysteriorum perfectam & distinctam intelligentiam. Prouerbium appellat, obscurum & adumbratum sermonẽ, vt vult Cyril. l. 11. c. 8.

Nota q; illa obscuritas pt quadrupliciter considerari. Primò cõparando vetus testamentũ ad nouũ, quia in veteri testamento omnia Christi opere fuere pfigurata in quadã nube & caligine, vt patet in agno & hædo, Ex. 12. in & duobus hircis, quorũ vnus debebat occidi, & alius emitti in desertũ Leu. 16. & similiter in vacca rufa. Nu. 19. In serpente æneo. Nu. 21. 1. Cor. 10. *Omnia in figura contingebant illis* Heb. 10. *Vmbrã. n. habens lex, non imaginẽ rerum.* Et ad hoc significandum per totum tempus in quo fuerũt filij Israël in deserto, nunq̃ defuit eis columna per diem Ex. 13. Et qñ templum fuit dedicatum, impletũ est nebula 3. Re. 8. similiter omnia dicta de Christo in veteri testamẽto erant velata, & quasi prouerbia, vt dic. Basili⁹, id est, obscura verba. Nob is

Obscuritas considerata quadrupliciter.

autem

autem sunt verba luce clarius manifesta, ad quod significandum in morte Christi velum templi scissum est in duo à summo vsque deorsum. Io. 14. *Ego palam locutus sum mundo, & in occulto locutus sum nihil.* Et hoc est quod hodie dicit, *Venit hora.* Secundò potest considerari comparando hominem in statu peccati, ad hominem in statu gratiæ & spiritualis resurrectionis. Homini.n. existenti in peccatis omnia dicta & facta Christi sunt prouerbia, id est, obscura Eph. 4. *Tenebris obscuratum habentes intellectum, alienati à via Dei.* 2. Pete. 1. *Cui hæc præsto non sunt, cæcus est, & manu tentans.* Quæ omnia homini existenti in gratia sunt clara & manifesta. Eph. 5. *Fuistis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino.* Spiritus S. enim reuelat mysteria Dei 1. Cor. 2. *Spiritus autem scrutatur omnia etiam profunda Dei.* 1. Io. 5. *Dedit nobis sensum, vt cognoscamus Deum verum.* Radius solis transiens per domum, facit minimos pilos videri. Sic est de Spiritu S. existente in anima. Hoc est quod dicitur, *Venit hora post resurrectionem & Spiritus S. missionem, quando in prouerbijs loquar vobis, sed palam de patre meo annunciabo vobis.* Lu. 24. *Tunc aperuit illis sensum & intellectum scripturarum.* Spiritus S. etiam docuit eos veniens. Io. 14. *Ille docebit vos omnia.* Per statum.n. Apostolorum in Christi passione, figuratur status peccatoris, quia in passione omnes peccauerunt, per statum autem eorum post resurrectionem significatur status iusti qui resurrexit à morte peccati. Eph. 5. *Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus.* Tertiò, Considerando populum Dei ad omnes alios populos, quod omnes sunt cæcati, & omnis scriptura est eis prouerbium & ænigma. Mat. 4. *Vobis datum est nosse mysterium regni Dei, cæteris autem in parabolis, vt videntes non videant, & audientes non intelligant.* Is. 6. *Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua, & oculos eius claude, ne forte oculis suis videat, & auribus suis audiat.* Io. 9. *In iudicium ego in hunc mundum veni, vt qui non vident videant, & qui vident cæci fiant.* Et quod in istis peius est, quia nec credunt nec intelligunt, se non intelligere & errare. Omnes n. dicunt se intelligere, & habere veram fidem, & nos condemnant, quæ est pessima conditio, quia sic stando & credendo nunquam possunt saluari. Io. 9. *Si cæci essetis, peccatum non haberetis, nunc autem quia dicitis, Videmus, peccatum vestrum manet.* Populo autem Dei omnis scriptura est aperta, & non prouerbium. Heb. 4. *Omnia autem aperta & nuda sunt oculis eius.* Vnctio.n. docet de omnib. 1. Io. 2. Act. 20 *Non subterfugi quo minus annunciarem vobis esse consilium Dei.* Quartò, comparando statum Ecclesiæ militantis ad statum Ecclesiæ triumphantis, quia in præsenti sunt nobis omnia obscura & prouerbia, nec aliquid perfectè possumus cognoscere. 1. Cor. 13. *Videmus autem nunc per speculum in ænigmate.* Eccl. 7. *Dixi, sapiens efficiar & ipsa longius recessit à me.* In vita autem beata clarè omnia videbimus. 1. Cor. 13. *Nunc cognosco ex parte, tunc autem cognoscam, sicut & cognitus sum.* Quia sicut Deus cognoscit se per suam essentiam, sic & nos in eadem essentia cognoscemus Deum, per omnia Ps. *In lumine tuo videbimus lumen.* Et isto quarto modo aliter exponit S. Aug. dic. *Possem & ego hanc horam futurum sæculum intelligere, in quo videbimus eum sicuti est,* quod dic. Apostolus à facie ad faciem. Quod ergo dicit *hæc in prouerbijs locutus sum vobis,* dicit Apostolus, *in ænigmate per speculum.* Quod autem dicit, *Venit hora cum iam non in prouerbijs &c.* dicit Apostolus, *à facie ad faciem.*

Nota illud verbum, *Palam.* Quia quædam sunt palam dicenda. Et ista sunt bonæ scientiæ & doctrinæ, vt ab omnib. addiscantur, sicut Christus Io. 7. *Ecce palam loquitur, & nihil ei dicunt.* Et sic hodie. Et sic quilibet bonus deberet facere, non occultare talentum quod à Deo habet. Eccl. 39 *Ipse palam facit disciplinam doctrinæ suæ.* Sicut etiam Christus de seipso dic. Io. 18. *Ego palam locutus sum mundo, & in occulto locutus sum nihil.* Contra faciunt hæretici in latibulis suis prædicantes. *Omnis.n. qui male agit, odit lucem.* Io. 3. Vt sic de istis intelligatur illud. Eccl. 38 *In Ecclesiam non transilient, super sellam iudicis non sedebunt, testamentum iudicij non intelligent, neque palam facient disciplinam & iudicium.* Videte autem, vos, vos inquam quib. munus publicum docendi & consulendi competit, vt de vobis etiam hoc dici possit. *Ecce nunc palam loqueris.* Secundò, Sunt quædam palam agenda, & ista sunt opera bona, clara, virtute & laude plena. Deut. 13. *Palam fiat vtrum diligatis Dominum.* Sæpe autem euenit, quod & quæ mala occultè facta, per seipsa manifestentur. Mar. 4. *Nec factum est occultum, quod non in palam veniet,* Ita quod sæpissime per admirationem dici illud possit. Ex. 2. *Et quomodo palam factum est verbum istud?* Tertiò, Quædam sunt palam quærenda, vt mandata Dei & diuina scriptura. Quæ quidem quærere & inuestigare non est verecundum, sed magis honorabile, & honestum, ideò palam faciendum. Eccl. 51. *Quæsiui sapientiam palam.* Quartò, Quædam sunt palam tacenda vt omnia vitia, & quæ tendunt in scandalum vel destructionem. Sed & vtile aliquando, imò & necessarium est, vt homo se abscondat à conspectu aliorum, Io. 11. *Christus autem iam non palam ambulabat,* Io. 7. *Nemo palam sequebatur.*

Obserua etiam, quod cum in terris hactenus multa & magna nobis annunciauerit, adhuc tamen non desistat Christus in futurum annunciare Dei gloriam, & salutem nostram. Quod & per Prophetam fieri voluit, Is. 58. *Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam, annuncia populo meo scelera eorum, & domui Iacob peccata eorum.* Sicut autem videmus quod corpora cœlestia nunquam cessant à motu & cursu, vt sic per ea obscura illuminentur, præcipuè à sole & luna, viuentia vegetentur, & tota rerum machina in suo ordine conseruetur, sic & prædicatores & viri sancti non cessant circumire per bonorum operum sedulitatem, & per iniuncti sibi officij agilitatem, vt Paulus fecit & Apostoli, & primi Ecclesiæ fundatores, qui continuè quamdiu vixerunt, laborauerunt, circuierunt, prædicauerunt, ita quod suis doctrinis, influentijs & exemplis mundum illuminauerunt, vegetarunt & spiritualiter nutrierunt. Et sicut formicæ grana in æstate ad cauernas congerunt; sic prædicatores animas ad cauernam paradisi debent pertrahere, vt inde possint tanta merita acquirere, quod in hyeme, id est, in statu post mortem vitam gloriæ valeant reponere 1 Reg 7. *Ne cesses pro nobis clamare ad Dominum* ad Deum per orationem, ad proximum per prædicationem, ad nosmetipsos per confessionem. Sed quot sunt qui propter onus, honorem, & alia facile ipsi à prædicatione desistunt? Ps. 113 *Mare vidit & fugit, Iordanis conuersus est retrorsum.* de quo etiam Iosue 4. Nam tales qui deberent esse mare per amaritudinem & contritionem, qui deberent esse Iordanis, qui interpretatur riuus iudicij, id est, seipsos iudicantes per discretionem, & alios irrigantes per compassionem & prædicationem, aut sistunt hodie, aut conuertunt se retrorsum. Sicut etiam tuba sollicitat in prælijs, lætificat in conuiuijs, tristificat in supplicijs, conuocat in diuinis officijs. Sic tuba prædicationis excitat auditores ad prælium contra tentationes, inuitat ad paradisi consolationes, deterret per comminationes, lenificat per promissiones, conuocat ad Dei officia, condemnat, id est, condemnandos iudicat s. peccatores ad inferni supplicia. Tuba præterea est stricta à parte tenentia, & lata à parte aliorum, & insuper vacua, aliàs nunquam sonaret. Sic qui tubam prædicationis portat, debet primo in se esse strictior faciendo, posteà largior alios docendo, nec debet esse plenus mundanæ prosperitatis, sed vacuus per voluntariam paupertatem. Sed multorum vox iam non est tubæ, sed fistulæ similia, quia non tonant, sed adulantur, nec *eleuauerunt flumina vocem suam.* Annunciandа n. sunt populo scelera, mors, extremum iudicium, infernus, vt sic talis possit dicere illud. Mich. 3. *Repletus sum fortitudine Spiritus Dei & virtute, vt annunciem Iacob scelus suum, & Israel peccatum suum.* Nonnulli ideò non audent hæc dicere, vt verificetur illud verbum Amos 5. *Oderunt in porta corripientem, loquentem perfectè abominati sunt,* vt hodie nimis commune est. Ideo Gal. 4. *Inimicus factus sum vera dicens vobis.* Sunt & alij qui volunt nisi blanda audire. Is. 30. *Loquimini nobis placentia.* Ideo talib. fit quod 2. Par. 18 dicitur *Ecce omnes vno ore regi bona annunciant.* Agite autem vt potius de vobis dicatur illud P. 72. *Vt annunciem omnes prædicationes tuas in porta filiæ Sion.* Annunciemus ergo necessitatem nostram in oratione. *Deus vitam meam annunciaui tibi, posuisti lachrymas nostras in conspectu tuo.* Presbytero iniquitatem nostram in confessione. Ps. 37. *Quoniam iniquitatem meam annunciabo.* Proximo Dei sublimitatem, & propriæ salutis vtilitatem in prædicatione. Is. 52. *Quam pulchri super montes pedes annunciantis, & prædicantis pacem, annunciantis bonum, prædicantis salutem,* Laudem Dei Ps. 50. *Domine labia mea aperies, & os meum annunciabit laudem tuam.* Opera Dei Ps. 63. *Annunciauerunt opera Dei.* Iudicium & iustitiam suam. Ps. 70. *os meum annunciabit iustitiam tuam, tota die salutare tuum.* Ie. 51 *Annunciate in Sion vltionem Domini Dei vestri.* Gloriam æternam. Io. 1. *Annunciamus vobis æternam vitam.* & ibid. *Annunciamus vobis, quoniam Deus lux est.*

In illo die in nomine meo petetis, & non dico vobis, quia ego rogabo Patrem. Ipse enim Pater amat vos.] Ne dubitantes dicerent. Quamuis in nomine tuo petentes à Patre consequamur petita, licet & mysteria omnia Patris palam nobis loquaris, tamen adhuc de tuo decessu dolemus, cum tu intercedere

& to-

Hominibus peccatis existenti omnia Christi sunt obscura.

Hæretici nec credunt nec intelligunt errare se.

Illud, Palam, notandum.

Aliquando vtile ac necessarium est hominem conspectu subducere.

Concionatorum hodie frigiditas & inconstantia.

Psal. 92. Quæ populo sint à concionatorib. annuncianda.

Psal. 55.

& roget pro nobis Patrem poteritis. Dñs ergo à corde discipulorum hunc præsentiæ sensibilis affectum omni ex parte remouere studens, adijcit eos ita à Patre amari, vt si petierint in nomine eius, nō indigeant ipsius precib⁹, nec vt ipse pro eis roget Patrē, quasi dicat. Post meum discessum petatis in nomine meo Patrē, & non dico vobis me rogaturum, id est, non dico vos indigere precib. meis. Ipse.n. vos adeò amat, vt etsi non rogē, quicquid petieritis, sitis obtēturi. Nō dicit se non rogaturū, sed eos non indigere, vt ipse roget Patrē, si non in nomine ipsius petant. Amor.n. patern⁹ sufficientissimus est ad concedenda omnia petita. His verbis eos omnino ad diuinitatis affectum & considerationem transferret. Illud autem verbum. *Non dico vobis, quia rogabo Patrem*, alludit ad illud Ioann. 14. *Ego rogabo Patrem, & alium Paracletum dabit vobis.* Proptereà nunc dicit, *Non dico vobis.* quod tunc dixi, *Rogabo Patrem.* Nam non indigebitis meis precibus, vt impetretis, quæ in nomine meo petieritis, præ amoris paterni erga vos magnitudine.

Christo nō rogante, propter amorem ipsius Patris ipse nihilominus monstratur.

Nota, Vt in hoc sæculo orabat Patrem pro nobis, vt homo, ita & nunc in cœlis, donec redemptionis effectus omni ex parte compleatur. Ro. 8. *Qui & interpellat pro nobis.* Attende etiam quod nec oratio in terris erat necessaria, nam meritum sufficientissimum redemptionis nostræ fuit eius passio, sed vt charitatem erga nos abundantissimam, & reuerentiam, & honorem, erga Patrem & nobis exemplū ex omni parte exhiberet, orare voluit & vult.

Iterum obserua hæc lōge diuersa esse: Orationē Christi, & meritum, ac virtutem eius satisfactionis. Virtus enim & meritum sunt necessaria & fuerunt, sine quib. nemo à Patre exauditus, aut dilectus esset: non quidem necessitate absoluta, sed ea diuino decreto: At oratio necessaria non est, nec fuit: hanc diuersitatem docuit Dñs dic. *Non dico me rogaturum, sed si petieritis in nomine meo*, quasi dicat. Oratio mea necessaria non est, at nomē meum est necessarium; nā sine eo nō faciet Pater, quod petieritis, nec vos amabit, cū hæc omnia sint propter me. sed hæc verba iam sunt exposita.

Merito autem quis quæret, cur Dñs vult ab hominibus rogari, cum sciat omnia quibus egemus, nec egeat informatione, cum nos amet, q̀ non oēs faciunt [illegible] rogantur, cū ipsius sit, quia Pater est, & posse, quia omnipotens? Basilius hanc dubitationem proponit de const. monast. c. 2. & respondet. Primo, quidem multa & magna Deum etiā non rogatum concedere tam temporalia, quam spiritualia bona, vt idē an liat & experientia ipsa confirmat. Quis. n. nostrum petijt à Deo animam, corpus & multa alia naturalia? quis petijt vt Christianus fieret? Sane nemo & tñ obtinuit, & infinita similia. Quæ [illegible] De⁹ nō rogatus, multo plura sunt, quæ rogatus concedit. Secundo, aliqñ Deus rogatus concedit plus q̃ homo petit. Sic dic. Ier. c. 38. q̀ probat exemplo Ezechiæ, qui tantūmodo petijt à Deo vitam, at Dñs quindecim annos adiecit & victoriā, præbuit contra inimicos, q̀ ille non rogauerat. Tertio, multa vult Deus rogari à nobis non ex ignorantia, sed ex amore magno, quo nos prosequitur. Non est. n. petitio facta Deo similis ei q̃ fit hominibus: quia q̃ Deo fit, magnū est Dei ipsius beneficium. Est. n. Christo Deo facta, actus supremæ virtutis inter morales sc. Religionis, q̃ tanti sit, mantatu & magnarum virtutū actib. est comitata. Fides imprimis exercetur. Nā q̃ petit, credit id fieri posse ab eo a quo petit. Similiter spes. Nemo. n. petit, nisi sperans id factum iri q̀ petit. Item dilectio. Diligitur. n. qui benefacturus creditur, & in quo speratur. Præterea humilitas, Qui. n. petit, se alterius ope indigere fatetur. Tande patientia in expectando. Magnū ergo est bonū oratio q̃ Deo fit & hoc non ex nobis, sed ex Deo, vt ait Amat. Est. n. Deus qui nos facit petere, vnde fit, vt nemo petat à Deo sine fructu, cū aliter hominibus accidat, qui sine fructu, imo aliqñ cum proprio detrimento petunt: At petitio Deo facta fructus est magnus, & qui petit a Deo, dū petit accipit: ipsū namq; petere est accipere. Ex hoc sequitur illa conclusio, q̀ plura beneficia habeamus a Deo nō petētes, q̀ tripliciter manifestatur. Nā aliqñ aliqua non expediunt, ideo à Deo nō conferuntur, dū aut petunt habemus fructū petitionis ipsius, Paul. 2. Cor. 12. quo ad stimulum carnis nō fuit exauditus, beneficiū tñ aut petitionis meritū obtinuit, quo priuatus esset, si nō petijsset à Deo. Rursus aliqñ petimus q̃ expediunt, sed tēporalia sunt & parua: at dū petunt, magnū accipimus nēpe q̀ petimus & adhuc petitionis bonū. q̀ maius est. Vltimo aliqñ magna petimus & accipimus & tūc duplicatū est beneficiū nēpe q̀ petimus & ipsa petitio. Ea amore diuino est. vt peti velit. Quarta est S. Hieron. in illud Ier. 29. *Orabitis me, & ego exaudiā vos*, vbi cur Deus orari velit, hāc causā affert sc. vt cū merito donet. Nā Deus dignos nos facit suo dono, ipsā bonā & debitā petitione; Est autē egregiū & optabile cū dignitate obtinere, q̀ homo petit & quærit, Quinta est Chrys. ho. 30. in Ge. vbi hoc idē tractans Deū ita voluisse asserit, vt occasionē daret nobis affectum inflāmādi erga ipsū, nosq; tenaciùs cū ipso vniēdi; ponitq; patrū exēplum q̃ expectāt peti à filijs, vt amor petitione ipsa magis accendatur. Sexta est D. Bas. de cōst. mon. l. 2. nēpe vt sic homo cognoscat donū Dei & propitiā indigētiā pluris faciat rē datā, nec eā facile amittat; Quod. n. petētes obtinemus, diligenti⁹ cōseruamus. Vltima est Chrys. ho. 23. in Mat. vt De⁹ p orationē nos sibi faciat familiares Oratio. n. secundū Greg. Nysse. est colloquiū quoddā & cōuersatio cū Deo, ex qua intellectus illustrat. Ps. 33. *Accedite ad eum & illuminamini.* Affect⁹ inflāmatur Lu. 24. *Cor nostrū ardēs erat.* Gaudiū spirituale anima cōcipit. Cāt. 1. *Introduxit me Rex in cellā suā* Potēniç roborātur ad virtutū opera. Cāt. 1. *Curremus in odorē vnguentorum* Homo cōponit vitā suā vt dignè cū accedat. Quare cū tā sit bonū nostra petitio, meritò magis parat⁹ deberet esse homo ad petendū, etiā nō impetret, q̃ ad impetrandū nō petēdo: adeò eximiū bonū est petitio, si rectè fiat. Animaduerte q̀ hic dicat. *In die illo.* & iterum, *Venit hora.* Per diē alias intelligit stat⁹ gratiæ in pſēti, & gloriæ in futuro. Et sicut videmus q̀ aues nobiles diligūt diē, ignobiles verò noctē: sic verè nobiles atq; boni in claritate Dei, & gratiæ & gloriæ delectāt, & in ipsa opera sua spiritualia operant. Io. 9. *Me oportet operari donec dies est:* Sed mali de hoc die nil curāt, nisi de nocte pſentis prosperitatis Psal. *Posuisti tenebras, & facta est nox, in ipsa pertransibūt oēs bestiæ syluæ.* De talib. ergò diē gratiæ diligētib & ad diē gloriæ festinantib⁹, pt intelligi illud 1. Thess. 5. *Omnes. n. filij lucis estis, & filij diei* Et sicut dies habet in se splendorē cognitionis, lucis feruorē & decorē: Sic stat⁹ gratiæ, & gloria habet splendorem cognitionis, quia dicitur *Lux* habet feruorem dilectionis, quia *Filij*, habet decorem perfectionis. *Dici* inquit. Lux solis de die splendet non de nocte. Sic lux veræ sapientiæ, cognitionis & veritatis in die gratiæ & gloriæ inuenitur, non in nocte turbulentiæ peccatoris. De ista luce Io. 11. *Qui ambulat in die non offendit. quia lucem huius mundi videt.* De illa etiā die dicitur Ro. 13. *Nox præcessit, dies autem appropinquauit, induamur ergo arma lucis.* Talis dies veræ cognitionis nō est in hoc mūdo. Ista dies habet dilectionis feruorē, quia dicitur. *Filij*, & est nomen amoris, quia filius naturaliter amat patrē suum, & naturaliter iterum a patre amatur. Sicut enim videmus q̀ dies propter solis præsentiam calidior est quā nox, sic status gratiæ & gloriæ propter solis iustitiæ præsentiam, charitatem & feruorem continet Filij. n. qui sunt in statu gratiç debēt se diligere sicut filij eiusdē patris. Illi verò q̃ sunt in statu gloriæ se diligant, vt filij & hæredes eiusdē hæreditatis. *Filij*, inquit. Dicitur enim illud Gen. 42. *Omnes filij vni⁹ viri sumus.* Sed qui sunt in nocte peccati, sunt congelati ideo concluduntur. Habet etiam ista dies perfectionis decorem, quia *Diei*. Homini enim nihil pulchri⁹ & delectabilius est quam dies. Ideò propter speciem & decorē diei aues die adueniēte solent incipere modulari, infirmi solēt recreari & deuiantes iucundari. Sed volumus diē vitç præsentis respicere, illa in eodem non consistit, sed de mane ad meridiē, crescit, & de meridie ad vesperam decrescit. Sic de vita humana vel de sua prosperitate. Iob 10. *Paucitas dierum meorum finietur.* Ps. *Defecerunt sicut fumus dies mei* Luc. 17. *Si cognouisses & tu in hac die.* De hoc prosperitatis die dicitur Ierem. 17. *Diem hominis non desideraui.*

Deus dignos efficit merito suo per orationem legitimā.

Status gratiæ quid habeat.

Sūt in tali statu multi dies. Prima est, Vitæ qua sumus languidi. Vita. n. præsens similis est diei quæ ab ortu solis vsq; ad occasū non stat in eodē statu, nec cessat variari, quousq; noctis termin⁹ interueniat: Sic nec vita nostra. Vnde illa est sicut horologium q̀ semper vsq; ad certum punctum discurrit, subito cadit, & campanellas tangit, & eas circūcirca dō sonū facere cogit. Sic cāpanellæ tactæ, id est, amici mo-

In hoc tempore dies.

Sciēt Deus nostras necessitates, cur velit rogari.

Magnum bonum Oratio Deo facta.

tientis,

rienens per compassionem tacti sonum planctumq; faciût. Iob. 7. *Dies mei velocius transierunt, quã à texente tela succiduntur.* Vita in vtero nectitur, in mundo texitur, in fine rumpitur. Is. 38 *Præcisa est velut à texente vita mea, dum adhuc ordirer, succidit me.* Ps. *Defecerunt in vanitate dies eorum, & anni eorum cum festinatione.* Et sũt isti dies, dies laboris, doloris, timoris. II. Est & dies fortunę, sed mutabilis, quem turbo sequitur. Mich. 3 *Obtenebrabitur super eos dies.* III. Est dies mortis, sed tristis, quia sicut ros nocturnus in die consumitur, sic humidum radicale in morte penitus desiccatur. Et talis dies est subitò veniẽs, Ioël. 2. *Prope est dies tenebrarũ & caliginis.* Dies non citò transiens, durabit. n. vsq; ad diem iudicij, qñ oẽs eclu-gẽt & inimica mors destruetur. Tunc. n. mortui ascendent de terra, quia magnus dies Iizrẽl; Dies iniustos puniens. In regionibus calidis magis nocet dies ꝓpter solis calorem, ꝗ nox, sicut & in æstate: Sic mors magis nocebit malis ꝗ vita, quia ardor dãnationis æternæ tunc temporis vret eos Isa. 27. *In illa die visitabit Dominus in gladio suo duro & grandi super Leuiathan.* Dies iustis proficiens. Eccl. 7. *Melior est dies mortis die natiuitatis.* Melior sc. iustis qui vadunt ad gloriam. Dies in corpus sæuiens, qñ omnia corporis deuorãtur in morte. Deut. 32. *Iuxta est dies perditionis & adesse festinant tẽpora,* Sequitur: *Inebriabo sagittas meas sãguine & gladius meus deuorabit carnes.* In illis diebus, & ante illos dies recogitate mortales, quid futurum sit, ne à tenebris magnis ad æternas veniatis. Dies aũt gratiæ est mundi visitatiua, quando Christus natus est, quæ fuit dies lætitiæ. *Gloria in excelsis Deo.* Dies claræ sciẽtię, depulsis errorum tenebris, Psal. *Dies illuminabitur sicut tenebræ eius, ita & lumen eius.* Dies fiduciæ, in qua vniorum infirmitates sanatæ sunt, & virtutes & securitas successerũt. Ier. 23. *In diebus illis saluabitur Iuda, & Israel habitabit confidenter.* Dies misericordiæ, in qua dona, virtutes & gratiæ effluxerunt. Ioël 2. *In illa die stillabunt montes dulcedinem, & colles fluẽt lac & mel.* Dies iustitiæ, in qua pax & cõcordia reluxerunt. Ps. *Orietur in diebus eius iustitia, & abundantia pacis.* Et hæc est dies gratiæ, qua mundum visitauit. Secunda est in qua mũdum illustrauit, & ista est fides nostra quæ illuminauit & hæreses sustulit. Eccl. 50. *Sicut luna in diebus suis lucet.* Ista est claræ contemplationis & sciẽtiæ, de qua supra. Iste est dies virtutum, quæ simul aggregatæ annum perfectionis componunt. Virtutes sunt dies pleni gratiæ. Ps. *Dies pleni inuenientur in eis.* Dies longi, perseuerantię longanimitate. Ps. *Vitã petijt à te, & tribuisti ei longitud. dier. in senect. sua.* Dies bonitatis culpæ prauitate. Ps. *Quis est homo qui vult vitam, diligit dies videre bonos? prohibe linguam tuam à malo, &c.* Iob 36. *Complebunt dies suos in bono, & annos suos in gloria.* Dies læti spiritualis iucunditate. Ps. *Psalmos nostros cantabimus cunctis diebus vitæ nostræ in domo Domini,* Dies quieti sine malignitate. Isa. 39. *Fiat pax & veritas in diebus meis.* Dies sanctificati pleni omni sanctitate, & Spiritus S. charitate Act. 1. *Vos autem implebimini Spiritu S. non post multos hos dies.* Dies fructiferi, cum bonorum omnium vbertate. Prou. 9. *Per me multiplicabuntur dies tui.* Et breuiter, virtutes sunt illi dies spirituales, de quibus Dauid 1. Par. 29. quod *mortuus est in senectute bona, plenus dierũ & diuitijs.* Et tales debemus appetere, dicentes illud Thren. 5. *Innoua dies nostros, sicut à principio.* Hodie tamen, proh dolor, possumus plangere cum Iob. 17. dic. *Spiritus meus attenuabitur, dies mei abbreuiabuntur, & solum mihi superest sepulchrum.* Quarta, dies gratiæ, qua sæculũ reformauit, & ista est dies pœnitẽtiæ, in qua nox peccati recedit, & lux gratiæ accedit. 2. Cor. 6. *Ecce nunc tẽpus acceptabile, ecce nunc dies salutis.* Et Ro. 13. *Nox præcessit, dies aũt ap.* Isti dies pœnitentiæ expellunt vanitatis omnem errorem, generant internorum splendorẽ, dissipant vitiorum horrorẽ, excutiunt tarditatis soporem, excitant probitatis laborem, reparant deperditum vigorẽ, ꝓparant venustatis decorem, & sapientiam quæ omnia ex illis verbis. *Nox præcessit,* colligitur. In die nox finitur, i. obscuritas præcedentium errorum, splendor lucis, qñ dies appropinquauit, & viæ rectæ demum apparent. Sic in statu pœnitentiæ multæ viæ salutis apparent Sap. 10. *Iustũ deduxit Dominus per vias rectas.* Fuit illis in velamento diei. Nebula discutitur. Is. 2 *In illa die idola conterentur.* Sequitur. *In illa die proijciet homo idola,* i. peccata de die excutiuntur, & minus dormitur: Sic status pœnitentiæ non est, vt per pigritiam dormiamus, sed in bonis operibus vigilemus, 1. Thes. 5. *Oẽs vos filij lucis estis, & filij diei.* Et sequitur. *Nos autem qui diei sumus, sobrij.* Vtilitatis labor imprimitur. *Induamur arma,* dic. Arma induuntur ad sustinendum labores. Ps. *Operamini donec dies est* Iob. 14. *Cunctis diebus quibus nunc milito, expecto.* Arma autem pœnitentiæ sunt ciliciũ & ieiunium. Saccus & cinis erat regis Niniuæ. Ion. 3. Vnde Is. 22. dicitur, quod *In die illa, vocauit Dominus ad fletũ, & planctum, & caluitium, & cingulum sacci.* Renouatur vigoris strenuitas, quia *Lucis.* Sicut. n. lux diei renouat vires corporũ, p noctis frigus & tenebras depressorum, quod maximè apparet in infirmis, qui leuius habẽt adueniente die. Sic die pœnitentiæ adueniẽte & luce gratiæ influente, vigor animæ reparat & infirmitas peccati minuitur, & animę debilitas releuatur, sic anima ad statum pristinum per peccatum perditum restauratur. Quod etiã notat in verbo, *Lucis.* Virtus enim lucis arbores siccatas omni anno renouat, & omniũ rerum vigores sustẽtat. Quintò, Est dies gloriæ, ꝗ læta ducitur. Dies naturaliter est lætior ꝗ nox. Solis enim præsentia lætificat omnem carnẽ. Sic est de illo. Is. 60. *Surge illuminare Hierusalẽ.* Sequitur, *Nõ erit tibi amplius sol ad lucendum. Sed erit tibi Dominus in lucem sempiternam, & Deus tuus in gloriam tuam.* Sexta, Est dies culpæ, ꝗ nocte pęnæ ęternę clauditur, hæc mali ambulant, & dicitur dies, propter instabilem conditionem, ꝓpter laborem & afflictionem, ꝓpter facilẽ obnubilationem, ꝓpter noctis conclusionem. Et ille dies est, laboris & miseriæ. Eccl. 40. *Occupatio magna creata est omnib. hominib. & iugum graue super filios Adam à die exitus de ventre matris eorum, vsq; in diem sepulturæ.* Dies fœtoris & luxuriæ. Ezech. 16. vbi loquens Dñs illi peccatrici ciuitati in similitudinẽ meretricis sic dic. *In die ortus tui non est præcisus vmbilicus tuus, & aqua non es lota in salutem, nec sale salita, nec inuoluta pannis,* ꝗ potissimè possunt referri ad peccatum originale. Dies furoris & superbiæ Iob. 15. *Cũctis diebus suis impius superbit.* Dies cruoris & sæuitiæ. Is. 22 *Dies conculcationis & interfectionis est.* Dies palloris & fallacię & potissimè quantum ad hypocritas, qui aliud de die prętendũt, aliud de nocte. Septima dies est iudicij, qua mal' sternitur. Et ista est dies clara qua cuncta videbuntur. Ro. 2. *In die iræ & reuelationis iusti iudicij Dei qui reddet vnicuiq; iuxta opera sua,* Et 1. Cor. 3. *Vnius cuiusq; opus manifestum erit. Dies enim Domini declarabit.* Dies æquissimæ seueritatis, qua mali iudicabuntur, Iudith. 16. *Væ gentibus insurgentibus super genus meum. Dominus enim omnipotens vindicabit in eis, in die iudicij visitabit illos.* Dies latissimæ capacitatis ad omnia continendum, ibi enim congregabuntur omnes homines q ab Adam vsq; ad finem mundi fuerunt. Ioël. 3 *Quia ecce in diebus illis, & in tẽpore illo congregabo omnes gentes, & deducam illas in vallem Iosaphat, & disceptabo cũ eis.* Dies excellentissimæ potestatis ad deprimẽdum cuncta sublimia. Ps. *Confregit Dominus in die iræ suæ reges. Cõquassabit capita in terra multorũ.* Dies amarissimæ seueritatis ad cuncta fortia tribulandũ. Soph. 1. *Dies Domini amara, tribulabitur ibi fortis.* Octaua est dies inferni, dies indignationis, separationis, tribulationis, desperationis, perditionis, percussionis, cõbustionis, obliuionis. Is. 66. *Ignis eorũ nõ extinguetur & vermis eorũ non morietur.* In illo nõ annuntiabitur vobis Dei voluntas, & vestra salus, sed delictorum vestrorum pœnã in æternũ experiemini Sed quid dicitur hic. *In illo die, in nomine meo petetis,* nihil ad vos, O damnati nihil efficietis exclamãtes cũ diuite epulone, ideo nũc diem salutis & gratiæ comprehendite, vt possitis viuere diem gloriæ. Præcedit aũt in Euangelio. *Venit hora,* tũ dicetis saluati, *venit hora nostra,* & dãnati, *venit hora nostra,* at mei Auditores, hæc est hora vestra. Sicut aũt ann' p mẽses, menses p dies, dies p horas, horæ per puncta & minuta distinguuntur, ita reducẽdo ad mores, horæ significant diuersa puncta fidei, mentis, mundi, peccati, paradisi, inferni. Sunt itaq; bonæ horæ, sũt & malæ. Primo ergo inueniuntur horæ fidei & articulorũ, & istæ horæ sunt diei non noctis sc. 12. articuli fidei quia sc. dies artificialis qui nihil aliud est quam solis latio sup terrã, id est, notitia veræ fidei quæ solis iustitiæ continet veros motus suiq; status articulos & puncta. De istis dicitur. Io. 11. *Nõne 12. sunt horæ?* Onager. n. in æquinoctio horas suo rugitu denotat duodecies de die, & duodecies de nocte, clamãs Sic Apostoli & Prophetæ de die ac nocte, id est, ꝓsperitatis & aduersitatis tẽpore 12. articulos fidei docuerunt. Istæ sunt quæ docent claram veritatem. Io. 12. *Venit hora vt clarifi-*

Mortis dies tristis repentina ac durans.

Dies gratiæ, qua Deus mũdum visitauit.

Horum pœnitentiæ dierum effecta.

Lucis natura arbores quotannis renouat.

Iudicij dies quomodo clara.

Horæ sunt bonæ & malæ.

clarificetur filius hominis. & ista præcipuè post mortem & resurrectionem Christi rutilauit. Ideo ante istud tempus dictum fuit illud Ioan.2. *Quid mihi & tibi est mulier? nondum enim venit hora.*

Christus autem habuit quatuor principales horas. Vnam horam qua carnem assumpsit, qua Christus venit vocare peccatores ad pœnitentiam. Vnde de Deo patre dicitur, Luc.14. quod *fecit cœnam magnam, & vocauit multos, & misit seruum suum hora cœnæ, &c.* Secundam mortis quoad vitam corpoream. Iob.33. *Consumpta est caro eius à supplicijs.* Mat.26. *Ecce appropinquabit hora, & filius hominis tradetur,* & Ioan.19. *hora sexta emisit spiritum.* Tertiam horam resurrectionis & propriæ glorificationis Ioan.17. *Pater venit hora, clarifica filium tuum.* Quartam iudicij & vltimæ resurrectionis, Ioan.5. *Venit hora, & nunc est, quando mortui audient vocem filij Dei.*

Gratia dies habet suas horas. Secundò sunt horæ gratiæ & Sacramentorum. Dies enim gratiæ habet suas horas. Prima est meditantium seu vigilantium à peccato. Mat.26. *Non potuistis vna hora vigilare mecum?* Tertia est pœnitentium, quæ habet cordis contritionem, oris confessionem, operis satisfactionem, de hac hora dicitur, Mat.20. quod inuenit otiosos, quos misit in vineam. Sexta est eorum, qui libenter sex opera misericordiæ exercent, & ista est qua febris auaritiæ curatur, de qua Ioan.4. *hora sexta reliquit eum febris.* Et hora quasi sexta venit mulier Samaritana ad hauriendum aquam, vbi inuenit Iesum circa puteū: Virtus misericordiæ Iesum in suis pauperibus fatigatum recreat, iuxta illud Isa.38. *Reficite lassum, ecce hoc meum refrigerium est.* Virtus misericordiæ etiam puteum & aquam beneficiorum communicat, & mulierem, idest, pauperes refrigerat, & confortat. Nona hora est contemplantium, Deum orando & cœlestia cogitando, qua hora Actor.3. Petrus & Ioannes ascendebant in templum. Ista est angelorum hora, qui nouem Ordinibus continentur, & ideo horam nonam, id est, virtutem contemplationis sectantur. Vnde Act.10. dicitur, quod hora nona angelus apparuit Petro, & Apoc.9. dicitur quod Angeli parati erant in horam & diem & mensem & annum.

De hora & statu gratiæ. Et breuiter de hora & statu gratiæ, Ista est qua culpa remittitur Iob 1c. *Peccaui, & ad horam pepercisti mihi.* Hac salus immittitur. Mat.7. *Sanatus est puer in illa hora.* Hac feruor orationis emittitur, Luc.1. *Omnis multitudo populi erat orans foris hora incensi.* Hac hostis excutitur, Iudit.c.13. Holofernē occisura dicebat: *Confirma me Deus in hac hora.* Hoc opus peragitur, Eccl.39. *Omne opus in sua hora subministrabitur.* Hac studio insistitur, Dan.5. *In eadem hora apparuerunt digiti scribentis in pariete.* Hac hora quis congruè loquitur, scilicet prædicando & docendo, Matth.10. *Dabitur vobis in illa hora quid loquamini.* Hac Mariæ iungitur per charitatis & deuotionis connubium. Vnde de illa dicitur, Ioan.19. *quod ex illa hora accepit eam discipulus in suam.* Hac laus Dei promitur, Luc.2. de Anna prophetissa, quod hæc *ipsa hora superueniēs confitebatur Domino & loquebatur de Iesu.* Hac exultatio in Spiritu S. gignitur, Luc.10. *Ipsa hora exultauit Iesus in Spiritu S.* Tertiò, sunt horæ gloriæ & cœli bonorum, & ista est beata illa, in qua prædestinati recipiuntur ad vitam, & miseri post labores ad gloriam, sicut laborantes post signum à dispensatore domus datum. Vnde Christus videtur cuilibet animæ vel personæ sanctæ dicere illud, Ruth.2. *Quādo hora vescendi fuerit, veni huc & comede panem.*

Christi vox alloquentis hominem sanctum. Malæ autem sunt (sicut & quales Astrologi solent exprimere) malorum infœlices, quarum vna est caliginosa, scilicet peccatorum, quam concomitantur tenebræ ignorantiæ, vel peccati, de qua Lu.23. *Tenebræ factæ sunt ab hora sexta vsq; ad horam nonam.* & illud Eccl.11. *Malitia horæ obliuionem facit.* Altera est periculosa, quæ est mundanæ prosperitatis. Exod.9. *En pluam hac ipsa hora cras grandinem multam nimis.* Tertia tempestuosa, quæ est mortis, futuri iudicij, & inferni, quæ scilicet, occulta, ignota, subitoque proueniens & incerta est, sicut fur. Luc.12.

Magnum quid est, amor erga Deum. Postremò animaduerte, quia dicit Christus, *Pater amat vos.* Ratio est, *quia me amastis & credidistis.* Magnum enim est, si quis Deum diligat, nam ipsum diligentes, ab ipso tenerè diliguntur, Prou.8. *Ego me diligentes diligo.* Per seipsum securè proteguntur. *Psal. 144* Psal. *Custodit Deus omnes diligentes se.* Cum omnibus pacificè viuuntur. Psal. *Pax multa diligentibus legem tuam.* *Psalm.118* A Deo benignè respiciuntur, Eccl.34. *Oculi Domini in diligentes se.* Mandata fideliter exequuntur. Ioan.14. *Si diligitis me, mandata mea seruate.* Peccata veraciter detestantur Psal. *Qui diligitis Dominum, odite malum.* *Psalm.96* Ipsis cooperantur in bonum omnia Rom.8. scilicet, diligentibus Deum. Delicta eis remittuntur. Luc.8. *Remittuntur ei peccata multa, quia dilexit multum.* In Deo gaudent & gloriantur. Psalm. *Gloriabuntur in te omnes, qui diligunt nomen tuum.* *Psalm.5.* Per gratiam illuminantur. Eccl.2. *Qui timetis Dominum, odite malum, & diligite Dominum, & illuminabuntur corda vestra.* A Deo exaudiuntur. Psal. *Dilexi, quoniam exaudiet Dominus.* *Psalm.114* Gloriam consequuntur. Iac.1. *Beatus vir qui suffert tentationem, quia cum probatus fuerit, accipiet cor, &c.*

Quia vos me amastis, & credidistis: quia à Deo exiui.] Amat vos Pater, sed propter me, quia me amastis & credidistis me esse filium Dei qui carne assumpta in mundum veni à Patre procedens. Amauit autem Pater discipulos, quando eos ad Christum venire fecit; Nemo enim potest venire ad Christum, nisi à Patre tractus, neque verò huius amoris est causa ex parte hominum. Nā quia eos amauit Deus, propterea ipsi amarunt Christum, & crediderunt, eum à Deo exiuisse. Pater amat etiam amore consequenti, multa alia beneficia eis conferens, quos suo amore trahit ad Christum. Opera enim sua diligit, & de hac dilectione consequente dicitur. *Amat vos Pater,* & promptus est ad cōferendum vobis multa bona & elargiendum petita. *Quia vos me amastis & credidistis,* quod etiam ex ipsius amore antecedenti habetis. Aduerte duos actus esse dilectionis. *Dilectionis actus duo.* Vnus est, bonum velle alteri & facere, hoc enim verè amare est: alter est, sibi complacere in bono facto. Amamus enim amicum non solū ei bonum optando, sed etiam in bono ipso complacendo: Ita Deus amat benefaciendo, nam velle Dei, facere est; & in bono facto & collato complacendo. De amore complacendi sermo est in præsenti: Ipse enim, quia dilexit benefaciendo, crediderunt & dilexerunt discipuli; at quia crediderunt & dilexerunt, sibi complacet in eis. Ipse ergo Deus dat bonum in quo complacet sibi, & hoc ei gratum est. Sequitur ex hac sententia contra hæreticos nostri temporis, iustitiam in nobis esse inhærentem & propriam, quamuis à Deo per Christum procedentem. *Amat* igitur, inquit, *vos Pater, quia dilexistis & credidistis.* Diligere & credere in nobis sunt, & actus sunt nostrarum potentiarum, quos nobis diuina gratia effecit. In nobis ergo est, quod Deus amat, quod ei gratum est, quāuis id ipse in nobis faciat & propter Christū donet. Aliud enim est quod datur, alius est qui dat, & aliud Christi meritum, propter quod dat æternus Pater.

Exiui à Patre, & veni in mūdum, iterum relinquo mundum, & vado ad Patrem.] Optimè cōcludit & nouum argumentum facit pro suo discessu. Verè, inquit, *à patre exiui,* per generationem æternam, *& veni in mundum,* homo factus & humilians meipsum vsq; ad mortem. Æquum igitur est, vt perfectis, quæ humilitatem meam concernebant, mundum relinquam & ad Patrem reuertar ascendens in cœlos. Illud *iterum* non refertur ad terminum, quasi semel mundum reliquerit, & nunc iterum sit relinquendus, sed ad viam; vt sit sensus; Hanc viam semel feci, descendens de cœlis ad terras, æquum est, vt eandem iterum conficiam reuertens ad cœlos. *Illud, Iterum, relatum ad viam.* Sic enim solemus dicere. Modò veni Romam Neapoli, iterum Roma Neapolim reuertor. Attende rursus, non esse similem ascensum descensui, nec reditum aduentui. Nam venit sine carne, eam tamen assumens, at non reuertitur carne relicta, sed eam glorificatam ad cœlos transtulit. Ille exitus de natiuitate intelligitur.

Dicunt ei discipuli eius Ecce nunc palam loqueris & prouerbium nullum dicis. Nunc scimus, quia scis omnia, & non opus est tibi, vt quis te interroget. In hoc credimus, quia à Deo existi. Nosse omnia & mentium dubitationes, ac voluntates occultas scire, Dei est Et hoc solum nobis satis est, vt credamus te exisse à Deo, non quod ante non crediderint, sed quod hoc ad credendum sufficeret, etiamsi ante non credidissent. Cyril. l. 11. c. 11 exponit. *In hoc credimus,* id est, *in hoc fidem nostram confirmamus, & comprobamus te à Deo exisse.*

Nunc ergo Auditores, corda, sensus, cogitationes vestras disponite, & quia tanti momenti, commodi, dignitatis, efficaciæ, & necessitatis est Oratio, ad eam omni tempore & nunc quoque vos conuertite. Si vultis Deum cogere, per orationem cogetis. Exod. 32. *Dimitte me vt irascatur furor meus contra eos.* dicit Moysi oranti pro populo. Isa. 64. *Non est qui inuocet nomen tuum: qui consurgat & teneat te,* scilicet, per orationem. Si vultis aperire cœlum, per orationem aperietis, Luc. 3. Iesu baptizato & orante apertum est cœlum. Sic erat de Stephano Act. 7. Ps. 87. *Intret oratio mea in conspectu tuo.* Si vultis imperare soli & lunæ, per orationem imperabitis. Sicut Iosuæ c. 10. Si vultis ligare elementa, per orationem ligabitis vt Elias, quod tres annos, & menses sex non plueri 3. Reg. 7. & Iac. 5. Et tres pueri nõ fuerunt læsi. Dan. 3. Si vultis fugare dæmones, per orationem fugabitis Luc. 10. *Hoc genus dæmoniorum non ejicitur, nisi in ieiunio & oratione.* Et ad orationem Saræ filiæ Raguëlis angelus Raphaël religauit dæmonium in superiora deserti, Tob. 3. Si vultis morbos expellere per orationem expelletis, Marc. 16. *Super ægros manus imponent, & benè habebunt.* Eccl. 38. *Fili in infirmitate ne despicias te, sed ora Deum, & ipse curabit te.* Iac. 5. *Infirmatur quis,* &c. Si vultis resuscitare mortuos. O quis vestrum nollet suos ad vitam reducere, per orationem suscitabitis, Elias sic puerum suscitauit 3. Reg. 17. Petrus Thabitam. Si vultis vincere scripturam, vincetis per orationem. Ezechiæ prophetauit Isaias dic. *Dispone domui tuæ,* & adiecti fuerunt illi quindecim anni. Isa. 38. Cùm sit facilius cœlum & terram transire, quam verbum suum. Luc. 21. Si vultis naturam mutare. Zacharias de muliere sterili accepit filium. Luc. 1. & de Abraham Gen. 21. Si vultis impetrare veniam, impetrabitis per orationem. Sic Nathan ait Dauidi. *Transtulit Deus peccatum tuum.* 2. Reg. 12. Et de publicano Luc. 18. Et S. Gregorius Traiano redemptionem obtinuit, cùm nulla sit in inferno. Si vultis acquirere gratiam & Spiritum S. per orationem acquiretis. Sic Apostoli obtinuerunt. Act. 2. Et Monica mater suo filio Augustino, & Stephanus Paulo Si vultis collatam vobis gloriã, per orationem conferetur: *Petite & accipietis, vt gaudium vestrum sit plenum.* Gaudia mũdi multa sunt, plenum nullum. De illa possumus dicere illud Sap. 12. *Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa.* Per illam ergo & cum illa ad thronum misericordiæ Dei curramus, & quicquid in nomine Iesu Christi rectè petemus, indubitanter accipiemus.

Orationis mirabiles effectus.

Traianus Imperator per S. Gregorium redemptionẽ obtinuit.

(***)

Laus DEO, *& Beatissimæ* MARIÆ *Virgini, & omnibus Sanctis.*

FERIA SECVNDA ROGATIONVM.

Quis vestrum habebit amicum, & ibit ad illum, & dicet illi, Amice commoda mihi tres panes, Luc. 11.

DIES Rogationum hi tres dies vocantur Auditores, qui autẽ rogat debet esse humilis, deuotus, sobrius, sollicitus, confidens, ideò abiecta omni vanitate ad ieiunium & orationem nos oportet accingere & istos dies & quæ in illis fiunt rectiùs considerare & transigere Rogationum institutio non est noua in Ecclesia, sed antiqua valdè. Litaniæ enim minores sunt maioribus longè antiquiores, vtpotè quæ à B. Mamerto Episcopo Viennen. tempore Zenonis Imperatoris ante mille annos adinuentæ sunt, hac occasione, quod temporibus scilicet huius Pontificis apud Viennam contigerunt incendia crebra, terræ motus assidui, nocturni sonitus, populosis hominum conuentibus feræ syluestres se ingerebant in tantum, vt pauidi cerui per angusta portarũ vsq; ad fori loca penetrarent, ædes publica quæ præclarissima erat flammis terribilibus cœpit conflagrare. Perstitit inuictus Antistes festiuis altaribus, & fidei calore succensus, flumine lachrymarum ignem compescuit, & tunc cõcepit animo quicquid hodie Psalmis ac precibus mundus inclamat. Rogationes maiores à D. Gregorio Papa sunt institutæ, cùm in tota Italia ingens grassaretur pestis, quæ vrbes deuastabat, maximè autem Romam, quæ ortũ habuit ex eo, quod inundationibus maximis & vehementia imbrium segetes suffocatæ sunt, vnde terribilis venit fames, quam secuta est crudelis pestis anno 590. talis qualis in orbe visa nunquam fuerat, quæ incepit tempore Pelagij secundi, & in exordio summi Pontificatus Gregorij Maximi continuata est. Qui sanctissimus Pater ieiunijs, eleëmosynis & orationibus communibus diuinam cœpit clementiam interpellare. Conuocauit semel Romanum populũ 29. Augusti, ingentiq; dolore tactus sanctissimus Præsul clamauit. Iam videntibus cunctis impleta sunt, quæ quondam prophetauerat Iere. c. 4. *Ascendit leo de cubili suo, & prædo gentium se leuauit, egressus est de loco suo, vt ponat terram tuam in solitudinem, ciuitates tuæ vastabuntur, remanentes absq; habitatore. Super hoc accingite vos cilicijs, plangite & vlulate, quia non est auersa ira furoris Domini à nobis. Erit in illa die, dicit Dominus, peribit cor Regis, & cor Principum, & obstupescent sacerdotes, & prophetæ consternabuntur, & dixi, Heu, heu, heu Domine Deus, ergone decepisti populum illum & Ierusalem, dicens, Pax erit vobis. Et ecce peruenit gladius vsq; ad animam?* Tantaq; erat pestis vehementia, vt intra breue temporis spatium, in quo ista prædicauit summus Pontifex, octoginta obierint, videntibus cunctis in Ecclesia S. Sabinæ, vbi populus aderat. Hac occasione Litaniæ cœperunt, & orationibus his publicis vsa est Ecclesia ad placandum Deum, quæ vt ait Concil. Aurelianen. voluit vt his diebus ieiunaremus, vel saltem cibis quadragesimalibus vterentur fideles. Quo tempore, ne quis deberet vti veste nisi nigra, in signum pœnitentiæ. In quibus diebus debent omnes, tam viri quam mulieres, serui & ancillæ à seruilibus operibus vacare, quo magis plebs vniuersa conueniat, vt multâ curâ Deum placet iratum contra varia & multa hominum crimina. Ad id enim orationes communes (si vt decet fiunt) multum conducunt, dum tantorum preces diuinam interpellant misericordiam, de quibus congregationibus Ioël. 1. Soph. 2. Ion. 3. Iudith 3. Parum nos de processionibus agemus, post veniemos ad

Tres dies appellati Rogationum.

Rogationes maiores institutæ à D. Gregorio Pontifice.

Ieremiæ vaticinium tempore sæuissimæ pestis allegatum à B. Gregorio.

EVAN-

EVANGELIVM.

Processionum duplex differentia.

PRocessiones sunt duplices. Primæ ad rememorandum Christi & Apostolorum processionem, & tales sunt Purificationis & Palmarum. Secundæ ad impetrandam à malis liberationem, & sunt magis mœroris vt sunt dies Rogationum & S. Marci, & cùm hæc fiunt, multæ sunt efficaciæ. Primò, in ea est congregatio totius populi quæ repulsam non patitur. Si enim secundùm Iacobum facimus, d. *Orate pro inuicem vt saluemini, quia multum valet deprecatio iusti assidua*, quantò magis totius populi, imò totius Ecclesiæ? hinc Mat. 18. *Si duo ex vobis consenserint super terram de omni re, quam petierint, fiet illis à patre meo* Et ibid. *Vbi duo vel tres in nomine meo cögregati fuerint.* Hoc sensit Apostol⁹, 2. Cor. 1. *Quoniam adhuc eripiet nos de tribulatione, adiuuantibus & vobis in oratione pro nobis, vt ex multarum personis faciem eius, quæ in nobis est donationis, gratiæ agantur Deo pro nobis.* Secundò est act⁹ fidei & profundæ humilitatis, Fides autem oranti est necessaria Iac. 1. *Postulet autem in fide.* Mat. 21. *Omnia quæcunque petieritis in oratione credentes, accipietis* Et pariter humilitas. *Respexit in orationē humilium. Respexit humilitatem ancillæ suæ.* Est autem processio protestatio, & signum exaltationis Dei & humiliationis populi. Nam populus, Deo processionem faciens, præsertim cum precibus & missis processionalib⁹, protestatur in hoc Deum fore primum & vniuersale gubernationis principium, excellentissimum, potentissimũ, & sapientissimum, ad omnes miserias subleuandũ, & cuncta bona tribuendum. Recognoscit etiam in hoc suam miseriam & indigentiam atq; subiectionem. Hæ causæ processionum sunt. Hæc enim intendisse filios Israël, procedentes obuiam Christo venienti Ierusalē in die Palmarũ, verba quæ protulerunt, declarabunt, clamabant siquidē. *Benedictus qui venit.* Iosaphat quoq; rex Iuda cùm cognouisset maximam multitudinem filiorum Moab & Ammonitarum ac habitatorum montis Seir, contra se venire, cui resistere non poterat, processionem instituit ad rogandum Deum, & ieiunium indixit. Congregatoq; Iuda & de vrbibus suis venientibus ad deprecandum Deum stans in medio eorum Iosaphat ait: *Domine Deus patrum nostrorum, tu es Deus in cælo, & dominaris cunctis regnis gentium.* Sequitur. *In nobis quidem non est tanta fortitudo*, &c. 2. Par. 20. Sic quoq; cum hominibus processionem facimus superiores eos cognoscimus, quia inferioribus nõ fiunt, vel honoramus eos aut eorum iram mitigare studemus, vt cùm principem vel regem suscipimus, aut nos inimicis subiugam⁹, sicut de Holoferne scribitur Iudith 3. Tertiò, Quia huiusmodi processiones dum ita vt oportet celebrantur, ꝓpter cantica, missas & orationes, denique propter multiplices cæremonias multum sunt excitatiuæ piarum mentium ad deuotionē, qua præparatur animus ad ardenter petendum, ad certò certiùs impetrandum, ad abundantissimè accipiendum. Et ob hoc tam in veteri, quam in nouo testamento leguntur institutæ, Ioël. 2. dicitur: *Canite tuba, sanctificate ieiunium, vocate cœtum, congregate populum. Sanctificate Ecclesiam, coadunate senes, congregate paruulos, & sugentes vbera matris.* Et sequitur. *Dicent: Parce Domine, parce populo tuo, & ne des hæreditatem tuam in perditionem.* Et præmittitur: *Quis scit si conuertatur, & ignoscat Deus, & relinquat post se benedictionem?*

Iosaphat rex Iuda ab ingenti septus hostium multitudine, supplicationes instituit.

Et in nouo testamento sunt illæ quæ pro liberatione à peste, fame, gladio & huiusmodi fiunt, quales & hodiernæ quæ propter sex causas principaliter celebrantur. Prima vt dixi in principio præcedentis Dominicæ, quia iam vineæ florent, terra profert fructum, ne vermes, ne tonitru, aut grando, ne venefici, ne aliud quid illis noceat, ne fames nos affligat, aut occidat, vt Dominus Deus supremus Magister commeatus prouisor nostri misereatur, vt hæc omnia nascentia, nobis sint ad sanitatem, ideo clamamus hodiè. *Vt fructus terræ dare & conseruare digneris, Vt aëris temperiē bonam nobis indulgere digneris A fulgure & tempestate libera nos Domine. A clade, peste & fame. Ab insidijs diaboli libera nos Domine.* Et hoc semper ad inuocationem Sanctorum, & per merita passionis suæ. Et in oratione Dominica. *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.* Secunda, Quia hoc tempore hostis bella parat & terretur Christianitas, ideo clamare debemus. *Da pacem Domine, contere Domine fortitudinem inimicorum Ecclesiæ tuæ, & disperge illos in virtute tua, vt cognoscãt, quia non est alius qui pugnet pro nobis, nisi tu Deus noster.* Sic rogamus. *Vt inimicos S. Ecclesiæ humiliare digneris. Vt Regibus & Principibus Christianis pacem & verã concordiam largiri digneris. Vt cuncto populo Christiano pacem & vnitatem largiri digneris: Vt dies nostros in tua pace disponere digneris.* Necessitates bellorum & deceptiones hostium, vel saltem excussiones & contributiones grauissimas contra Turcam iam experti estis, ideò tantâ necessitate commoti, ardentiùs debetis clamare ꝙ si non potestis præliari, saltem precibus & manibus in cœlũ extensis, toto corde rogare. Hoc ergo tempus est, quo solent Reges ad bella procedere. 2. Reg. 11. *Dum Iosue pugnat, vos cum Moyse*, Exo. 17. *manus ad cœlum, & pedes ad Deum extollite.* Tertia, Quia iam florentissimum tempus est, quo ad folia, gramina, herbas, cantus auium, solis splendorem & omnium creaturarum pulchritudinem; Ne autem illis abutamur, sicut illi dicebant. Sap. 2. *Coronemus nos rosis.* aut cadamus cum Dauide, qui hoc tempore 2. Reg. 10. incidit in adulterium, aut vt illi senes duo Susannam tentârunt, Dã. 13. tentemur, & sicut Adam & Eua in Paradiso, vt hic nostrum paradisum quæramus, ideo rogandus est Deus, vt per hæc visibilia, quæ tanta, tam odorifera & pulchra & delectabilia sunt, ad inuisibilia capiamur, quod orat Ecclesia in litanijs. *Vt mentes nostras ad cælestia desideria erigere digneris. Vt obsequium seruitutis nostræ rationabile facere digneris.* Quarta, Quia dies festus Ascensionis appropinquat, ex quo nobis Spiritus S. & magna dona sunt promissa. Ioan. 16. *Nisi abiero, paracletus non veniet.* Et Apostolus Eph. 4. citat Psal. 67. *Ascendens Deus in altum, captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus.* Sic Elias promisit Elisæo, vt peteret quod vellet, priusquam igneo curru tolleretur 4. Reg. 2. qui fuit figura ascendentis Christi, qui dixit Ioan. 16 *Amen amen dico vobis, si quid petieritis patrem in nomine meo*, &c. & Ioan. 14. *Omnia quæcunq; petieritis patrem in nomine meo, faciam vobis.* Ideoq; rectè Ecclesia instituit supplicationes, vt populus tanta tam ꝓmissionum fieret particeps. Ideo Ecclesia. *Vt ad promissam gloriam tuæ præmium nos perducere digneris, vt remissionem omniũ peccatorum nostrorum nobis donare digneris. Vt gratiam Spiritus S. cordibus nostris clementer infundere digneris. Vt omnes congregationes fidelium in sancta Religione conseruare digneris.* Quinta, Quia antiqua institutio ideo manu tenenda. De his tribus diebus ante 900. annos scripsit Cæsarius hom. 33. *Tribus diebus istis quos regulariter in toto mundo celebrat Ecclesia, nullus se à sancto conuentu subducat.* Auitus Episcopus Viennensis in Gallia post S. Mamertum, dicit has Rogationes ꝙ Processiones non tantum in Gallijs, sed in toto orbe celebratas fuisse; vt habetis in Bibliotheca Sancta Tom. 7. Vt ergo Dominus ab Ecclesia omnem repellat nequitiam, vt gentes paganorum humiliet, vt errantes & incredulos ad agnitionem sui nominis reuocare dignetur, Et ab omni Spiritu seductionis nos liberare dignetur, communis supplicatione rogandus est Dominus. Sexta, Quia hæresiarcha Lutherus, non potuit timorem hunc reprobare, in tractatu de hac processione anno 1531. Wittenbergæ per Michaëlem Gorherum impresso, & alibi, quamuis posteri sui dissentiant. Nobis sufficiat totius Catholicæ Ecclesiæ vniuersale testimonium & authoritas. Ideo canit Ecclesia: *Vt Ecclesiam tuam purificare, custodire, adiuuare, & regere digneris. Vt Domnum Apostolicum cunctumq; gradum Ecclesiasticum in S. Religione conseruare digneris.* Nullus autem conuentur magis cum clamore, iocis & fabulis hodie minusq; ritè & deuotè (quod dolendum est) celebratur. Agenda itaque est hęc processio, vt nobis efficax sit ad impetrandum necessaria mentis & corporis, aliàs culpa nostra est, si non impetramus semper Iac. 4. *Petitis, & non accipietis, eo quod malè petatis.* Quis dicet satis indeuotionem in Clero, in Laicis cauillationes, discursus, paucitatem comitantium, comessationes & abusus, de quibus pudet dicere? Sunt autem duæ causæ deordinationis & inefficaciæ processionum nostrarum. Prima, Quia imparato animo nos processioni immiscemus, & orationi sordentes in peccatis insistimus, cõtra illud Eccl. 18. *Ante orationem præpara animam tuam, & noli esse quasi homo qui tentat Deum.* Ideo necesse est, vt ab his operibus emundemur nos, per quæ iram Dei metuimus, alioquin si auertimus aures nostras, ne audiamus legem Dei, oratio erit execrabilis. Pro. 28. Vnde peccatis pollu-

Rogationes ob sex causas potissimum celebrantur.

Ne pulchritudine verni temporis abutamur, rogitationes perpetrandum.

Hos Rogationũ dies in orbe toto celebratos fuisse.

Inordinata processionis apud nos, quæ causa.

processioni insistentes plus offendunt, quàm placãt Dñm. Secunda, Ignorantia nostra, quia opera exteriora & cæremonias specie tenus videmus, & multò carnaliores Iudæis ad ea q̃ latent mysteria penitus non aduertimus. Aug. de fide & lege dic. *Vniuersale quicquid exterim corporaliter & sensibiliter in sacris agit, figura & repræsentatio quædam est spiritualium, per quæ simplices & indocti, velut per quædam sensibilia instruantur, ad spiritualia cognoscenda.* Quæ quia non attendimus, plus ad risum quam ad deuotionem excitamur.

Consideranda in processionibus.

Inter alia itaq; consideremꝰ in processionibꝰ nostris tria. Primũ quia p̃fertur crux, & vexillũ, & sequuntur capsulæ reliquiarũ, vel à quouis sacerdote portantur. Deinde sequitur Clerus, post Clerum populus. Primũ viri, deinde mulieres. Procedũt aũt bini & bini; excepto populo, ordinatè, atq; cãtantibus orationib. vel meditationib. vacantes, animã; suã corã Deo effundũt, suas miserias exponendo & auxilium Dei suppliciter postulando. Præcedũt crux & vexilla, & cũ his reliquiæ duplici de causa. Primò ad terrendũ dæmones & fugandum, quoniam hoc signo victi sunt, ideò valdè terrentur. Nam d. Chrysost. *Vbicunq; dæmones signũ Dominicũ viderint, fugiunt, timentes baculũ, quo plagã receperint.* Correspondet figura Tau. Ex. 12. & Ezec. 9. Vnde canit Ecclesia. *Ecce crucẽ Domini, fugite partes aduersæ, vicit leo de tribu Iuda.* Verum quia nõ solũ leo ille Christus vicit, sed & in virtute eius sancti oẽs crucẽ suã post Christũ ferẽtes, diabolũ vicerunt, sequuntur crucẽ & vexillũ, signum triumphale, reliquiæ Sanctorũ. Secũdò, vt in cruce Dñi, Christum intelligamus, qui in terrã veniens nos verbo & exẽplo p̃cessit, seipsum nobis in viã in facto, veritatẽ in verbo, vitã in crucis mysterio offerens. Itaq; sicut processio crucẽ sequitur ordinatè, donec sedeat in Ecclesiã, sic nos mores & vitã Christi sequẽtes & præ oculis habẽtes, ipsum iugiter sequamur, donec videamus Deũ deorũ in Sion, de virtute in virtutẽ ambulemꝰ post triũphale signũ, donec victores vitiorũ finaliter coronemur. Ad hoc cõferũt Sãctorũ suffragia & exẽplar. Quod verò ordinatè sequitur. Clerus præter hoc q̃ confusionem tollit, significat nobis perfectionem pastorũ sup gregẽ, & cõtẽplatiuorum super actiuos. Et pulchrè hoc fuit p̃figuratum in excubijs arcæ. Nu. 3. vbi circũcirca Sacerdotes & Leuitæ arcã gyrabãt, nec quisquã laicorũ quouis modo accedere ausus fuit. Separantur à viris mulieres, ne q̃ spiritu incipiuntur, carne cõsumãtur. Gal. 3 Impertinens nimium est cõmixtio, vt cum diuinis debemꝰ intendere, viris mulieres misceantur, & præsente obiecto nequam ab intentione Spiritus ad turpitudines animus abstrahatur. Procedũt aũt bini & bini ob cõmendationẽ charitatis fraternæ ac sodalis vitæ & detestationẽ singularitatis. Propter hoc ẽt misit discipulos suos binos & binos ante faciẽ suã. Luc. 10. Qui aũt dictum ordinẽ non seruãt, sed segregãt semetipsos hi sunt animales, spiritũ nõ habẽtes, nec soliciti sunt seruare vnitatem Spiritus in vinculo pacis. Hæc Bernar. Hi reuera non petunt patrem in nomine Christi, quia ordinationẽ Christi & Ecclesiæ spõsæ suæ paruipendunt, & dehonestant, & sic ideo non exandiuntur, seq; ad Christum non pertinere ostendunt. Quia *quæ à Deo sunt, ordinata sunt.* Ro. 3. sed ad diabolum principem horroris & cõfusionis cuius opera exequuntur. Ecce processionem in Euangelio præteritæ Dñicæ. *Exiui à patre & veni in mundũ: iterum relinquo mundũ & vado ad patrem.* Ita vos faciatis Auditores mundum, mundum relinquite, siue p̃cessiones faciatis, siue nõ, & ad Deum mente, cogitatione & voluntate vadite, & dum estis in processione, vel etiã in progressu vitæ, cogitate q̃ aliqñ mundus necessario est relinquendus. Ite ergo vos voluntariè, vt securè ad Deũ possitis vadere & non ad dãnationem. Dixerunt ibi discipuli, *Nunc scimus, quia tu scis omnia.* O Auditores, si cogitaremꝰ, q̃ Deus sciret omnia, non ita essent impura nostra omnia opera, dicta & cogitata, nec ita impudentes in processionibus nos ostenderemus, sine reuerẽtia, deuotione, meditatione & oratione. Et quia nõ eget ille, egemus autẽ nos, ideo nostrã miseriam contẽplantes illum solum respicere debemꝰ, qui nec oratione nostra, nec cultu, nec seruitio, nec vlla re eget, de quo possimus illi obijcere, quasi ẽt ille nobis aliquid teneretur, sed quicquid damus illi, damꝰ illi de suo, & ille dedit nobis esse, qui nihil eramus, & potest tollere quando vult, ideo maior ratio in diuino cultu deberet adhiberi. Si autem vultis eum interrogare de aliquo, si rectè interrogaueritis respondebit vobis, non coactus, sed benignus, & propitius, & consulet, & omnia faciet. Si non interrogaueritis vestra culpa est, quia non vultis ipsiꝰ consilium, & in vestra ignorantia peribitis. Bonum autem est, imò sanctum & necessarium, in omnibus actionibus Dei voluntatem humiliter exquirere, & eam sequi. Et si credimus cum Apostolis, quod à Deo exierit, crediderunt etiam quod ad Deum redierit, hoc si credimus certè cum Deum colemus, honorabimus, venerabimur, adorabimꝰ, audiemus, imitabimur, tam in omnibus processionibus & vitæ actionibus, quàm in ijs quæ spectant ad salutem & beatitudinem nostram. Et sic amabimur à patre & à Christo, & cum eo erimus vbi ipse est in gloria patris sui.

Crux & vexillum in Rogationibus cur præcedant.

Clerus cur præcedat laicos in Rogationibus.

Clericorũ bini & bini cur in Processionibus præcedant.

Mundana cogitationes tam intra, quã extra Processiones relinquenda.

Christus vult à nobis interrogatus benignè respondebit.

Quis vestrum habebit amicum, & ibit ad illum.] Sub parabola hortatur ad instantiam & feruorem orationis, cùm iam docuisset orationis formã, & hoc facit quodã proposito simili eius, qui ad ostium amici pulsat, & ob importunitatẽ quicquid vult impetrat, quo nimirum ostẽdit, q̃ is qui indefessè & cum magna instantia postulat, sine dubio suæ Petitionis videbit effectum. Et hic est scopus parabolæ, ne defatigemus nos in applicatione aliorum verborum, cur in cubili pueri, cur tres panes. Non est aũt melior amicus, nisi Deus: & si hoc amicus inter nos facit, quanto magis Deus qui dicit, Petite & in oratione persistite, & desideria vestra in cõmodum & vtilitatẽ vestrã Deus conuertet & adimplebit. Singulariter autem & sub conditione inquit, *Quis vestrum habebit amicũ?* vt ostendat quã pauci sint amici, quamq; rara sit huius sæculi amicitia. Non. n. dixit, *Amicos,* sed *Amicum.* Nec dixit, *si vos habetis,* sed, *si vestrum.* Nam vix verus amicus potest inueniri. Si enim diuites amici sui sũt, quare pauperes? & si illi quid possunt, cur captiuus est? Nouerat huius mundi amicitias Iob exactissimè c. 6. d. *Fratres mei præterierunt me, sicut torrens qui raptim transit in conuallibus.* Quemadmodum enim torrẽs hyemali tempore, impetu magno fertur, maxima pluuiarum abundantia cum aqua necessaria non est, in æstate verò cùm viatores sitibũdi concurrunt, exiccatur, & ita miseri falluntur, sicut & agri in hyeme madent: sic fictus amicus tempore prosperitatis multa promittit; at verò si calamitas aut paupertas fores suas pulsauerit, statim arescit & fugit. Si tu verò in aliqua afflictione ad eum confugeris, ipse potius deciperis, quam aliquid ea re consequaris. Quemadmodum. n. Solis radijs illustratum vmbra sequitur, Si verò sol latuerit nubibus coopertus, statim vmbra fugit & penitus euanescit; sic fictus amicus amicum comitatur, dum opum abundãtia aut gratię principum splendore illustratur, si verò in calamitates inciderit, statim spernitur & solus relinquitur. Vnde Salomon Prou. 17. *Omni tempore diligit, qui amicus. & frater in angustijs comprobatur.* Eccl. 12. *Non cognoscetur in bonis amicus, & non abscondetur in malis inimicus,* & c. 6. *Amicus mẽsæ non permanebit in tempore tribulationis.* Christus aũt qui se dat in cibum & potũ, & talis mensæ amicus est, in omni tribulatione permanet, ideò ab alijs mundanis differt. Et notãter dicit, *Media nocte,* sc. tempore necessitatis. Mediæ. n. noctis tẽpore homo à suis laboribus quiescens, non libenter patitur interruptionem somni, quisquis ẽt illum vocaret: sed Christus præstò est, quocunq; tempore ipsum inuocauerimus, dũmodo pulsatione petitionis nõ cessauerimus.

Amicitia hodie sinceri.

Media nocte, *notanter dictum.*

Et dicit illi, Amice commoda mihi tres panes, quoniam amicus meus venit de via ad me, & non habeo quod ponam ante illum. Et ille de intus respondens dicat. Noli mihi molestus esse, iam ostium clausum est, & pueri mei mecum sunt in cubili, non possum surgere & dare tibi.] Per hæc ponit omnem necessitatem quam ei offerimus, manifestantes ei nostrum defectum. Et respõsione illa vult Dominus ostendere, quod sæpè solet Dominus non respondere orantibus, quasi dissimulans, & non audiens orationes eorum, vt crescat eorum affectus & ardor, vt maiora & ampliora accipiant. Omnia potest Deus, sed homo non semper est dispositus.

Et si ille perseuerauerit pulsare, dico vobis: & si non dabit ille surgens, eò quod amicus eius sit, propter improbitatem tamẽ eius surget, & dabit illi quotquot habet necessarios.] Duo hic docẽtur, consurgere ad Deum & perseuerare in petitione. Primũ itaq;

Orandus Deus, & in oratione perseuerandum.

hic docemur, quòd in omnib. nostris necessitatibus tam spiritualib. quàm temporalibus, ad illum magnum amicum nostrũ cõfugiamus, qui Deus est, & tanquã tutissimam anchorã sumamus orationẽ, quæ est præsentissimum remedium, vt ab omnib. periculis euadamur, & vt ab omni necessitate liberemur. Nam sic fecit Abrahã, cùm non haberet hæredem aut successorẽ, Deum orauit, Ge. 15. & cõsecutus fuit finem orationis suæ. Isaac quoq; orans pro sterilitate vxoris suæ, Ge. 25. exauditus est. Iacob timens fratrẽ suum Esau, Ex. 32. cùm reuerteretur è Mesopotamia Syriæ, oratione ad Deũ facta dixit: *Deus patris mei Abrahã & Deus patris mei Isaac, Domine qui dixisti mihi reuertere in terrã tuã,* &c. Fecitq; Deus placabilẽ Esau. Sic filij Israël in Ægypto clamauerũt ad Dñm, & exaudiuit eos, dixitq; Moysi: *Vidi afflictionẽ populi mei in Ægypto, clamorẽq; eius audiui.* Moyses quoq; in quocunq; negotio & difficultate ad orationẽ accedebat. Sic Iosue, Gedeõ, Iephte, Sãson, Samuël, & Dauid 3. R. 8. 4. R. 19. in persecutionibus, & quãcunq; aliquod prælium erat aggressurus Dñm cõsuluit, & psalmos cõposuit. Sic Salomon cùm tẽplũ ædificasset, 2. Par. 20. Et Ezechias cùm obsessa esset Ierusalem ab exercitu Assyriorum, confugit ad orationẽ, & Angelus Dñi percussit impios. Et cum infirmitate laborans mortiq; propinquus, ad orationem se conuertisset, addidit illi Deus 15 annos vitæ. Sic fecit Tob. c. 3. cùm cæcitate laboraret. Manasses rex Iuda, licet impijssimus, verum quia conuersus ad Dñm orauit deuotus, liberatus est & in regnum restitutus. Sic Iudit. c. 9. clamauit ad Dñm. Hester ẽt regina in afflictione populi sui c. 14. Daniël in lacu leonum. Dan. 14. Et tres pueri Dan. 3. Præclara illa facinora, quæ Iudas Machabæus perfecit, non alio quàm ipsa oratione fuit assecutus, 1. Mach. 9. Quoniam manus cum inimicis erant conferendæ, tunc orabat, atq; ita sæpiùs paruo exercitu virtute orationis ingentes acies superauit, & magna spolia reportauit de inimicis triumphans, semel autẽ cùm ab oratione desisteret, deuictus fuit, & crudelibus inimicorum manibus interijt. In nouo testamento, Cananæa in oratione persistẽte eius filia pristinæ valetudini fuit restituta, Mat. 15. Idem impetrauit Centurio, Mat. 8. Regulus Io. 4. Cæci. Luc. 18. & leprosi Luc. 17. Omnes illi deniq; qui miseri erant, & peccatores, quiq; fide Deum orarũt, desideria sua cõpleuerũt. Et latro in cruce. Luc. 23. per orationem portas aperuit paradisi. Quid dicã de Christi oratione in ligno pendentis, *quæ*, vt inquit Paulus Heb. 5. *à peccatis nos liberauit?* Deniq; oratio Ecclesiæ facta pro Petro Apost. à carcere Herod. illũ eripuit. Act. 12. Sic Susanna liberata fuit Dan. 13. Vnde Dominus ait. Deu. 4. *Cum quæsieris Dominũ Deũ tuũ inuenies eum si tamẽ toto corde quæsieris & tota tribulatione animæ tuæ?* Quẽadmodum ignis in bombarda vehementi impetu glandẽ longè proijcit, sic afflictio feruentem orationem excitat, quæ vsq; ad cœlos attingit. Et hac de caussa multoties Deus tribulationes & labores immittit, vt eius memoria mentibus nostris magis inhæreat, & ad ipsũ confugiamus in omni afflictione. Quæramus ergò Dominum in tristitia, calamitatibus & angustijs, non in gaudijs, delitijs & voluptatibus vt fecit ille filius prodigus, Luc. 15. *Media nocte,* dicit Christus in parabola, & Isa. c. 26. *Anima mea desiderauit te in nocte,* q. d. In afflictione te vehementer desidero, in angustijs, & tribulationibus, tuis amoris ictibus irretitus magis & magis incendor. Quando aliqui obsessi sunt in arce, nullum melius remedium habent, quàm ad regem mittere nuntium, vt rex præstet auxilium & soluatur obsidio: Sic nos à multis circumdamur inimicis, dæmone, carne, mundo, & nullum alium fortẽ murum habemus, nisi carnẽ nostram imbecillem, quæ caro velut paries est, non calce & lapidibus, sed ex vilissima materia confectus. Si ita sumus imbecilles & inimici nostri ita fortes, quid erit remedij, cum ad nihil simus potẽtes, & omnis nostra sufficientia à Deo proueniat? 2. Cor. 3. Nullũ certè nisi statim pietatẽ nuntium mittere, Orationẽ sc. iuxta illud Dauidis. Ps. 140. *Dirigatur oratio mea in cõspectu tuo.* Ille nuntius debet esse celer, ne inimici expugnẽt arcẽ, & vanũ sit auxilium, & ipsi sint interfecti. Ita faciẽdum est de oratione, ne põdere peccatorum detineatur. Ps. 37. *Quoniã iniquitates meæ supergressæ sunt caput meũ, & sicut onus graue grauatæ sunt super me.* Christum iterum crucifigis peccatis tuis, & quod Isa. 1. d. *Cũ multiplicaueritis orationẽ non exaudiam, manus enim vestræ sanguine plenæ sunt,* & quomodo in cõspectu Patris altissimi beneficium petiturus accedes? *Lauamini ergo mundi estote,* Is. 1. *auferte malũ cogitationũ vestrarũ ab oculis meis.* Secundum est in nuntio, vt sciat regi suã necessitatẽ pandere, & vt importunitate & solicitudine persistat orãdo, quousq; desiderium petitionis adimpleatur. De his in præcedente Dñica. Vide ergo quid perseuerãtia orationis facit. Petit ille tres panes mutuo, hic gratis affert quia amicus. Præterea tres petierat, & de omni illo prouidit quod erat necessarium, & sic Deus quod benignus & liberalis est largitor, plus petito & vsq; ad cumulum impartitur. Sic Cananæa persistens non tantum obtinuit filiæ sanitatem, sed & ipsa à Christo laudem, & fidei encomium. Iudith non tantum liberationem, sed & victoriam, & omnia spolia. Sic de Hester. 14. & de alijs.

Hebræorũ principes in angustijs ad orationem confugiebant.

Iudas Machabæus orationis virtute magnos exercitus gloriosè debellauit.

A multis inimicis obsessi, orationem nostram ad cœlestẽ Regem legabimus, pro auxilio.

Oratio perseuerãs efficax est.

Et ego dico vobis, Petite, & dabitur vobis. Quærite & inuenietis, pulsate & aperietur vobis.] In primis verò obseruandum est Christum dixisse, *Ego dico vobis.* Hæc verba magnam habent authoritatem & emphasin. Audiuimus illam cœlestem vocem dicentem, *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipsum audite.* Audiamus itaq; eum dicentem. *Ego dico vobis.* Ego qui in salutem vestram de cœlo descẽdi. Ego qui Saluator & Redemptor vester sum, dico vobis. Petite, Quærite, Pulsate. Dabitur, inuenietis, aperietur. Quapropter, si corda vestra non mouet parabola præmissa, moueat præceptum meum & promissio. Possunt autem ista distingui, vt petere respiciat actum oris, Quærere actum cordis, & Pulsare actum operis, Vnde Isa. *Qui reminiscimini Domini, ne taceatis, & detis silentium ei donec stabiliat.* Quærite ẽt corde Ier. 29. *Quærite me & inuenietis, cùm quæsieritis me in toto corde vestro.* Sapiens etiam c. 2. dixit: *Quærite in simplicitate cordis illum, quoniã inuenietur ab his.* Pulsate in opere, Qui enim pulsat, manu tangit & excitat. Quapropter Dauid Psal. 76. *In die tribulationis meæ exquisiui Deũ, manibus meis nocte contra eũ, & non sum deceptus.* Nihil vult Deus in nobis esse otiosum, sed ne dicatur de nobis illud, Mat. 15. *Populus hic labijs me honorat, cor autẽ eorum longè est à me.* De vtroq; autem dic. Salomon 3. Re. 8. templo iã ædificato: *Si quis cognouerit plagam cordis sui, & extenderit manus suas in domo hac, tu exaudies in cœlo.*

Hic aliqua obseruanda sunt. Primum, tot verba Christum in hac re consumpsisse, Petite, Quærite, Pulsate, vt facilè pateat nos in grauissima & extrema necessitate versari, quos tam anxiè Christus docet petere; Alioqui, si exigua esset nostra necessitas, non tantis verbis ad petendum stimularet. Nam si nudi sumus, si infirmi, si hostibus circumdamur, si alijs periculis subijcimur, ipsa natura nos petere docebit, pulsare & quærere. Quid necesse est illud præcipere? Hic video quam magna sit nostra cæcitas, quos tantis calamitatibus oppressos, nec natura docet, nec necessitas stimulat, nec Christi præceptum ad petendum inuitat. Quantus torpor noster. Facilè potest quis desperare de infirmo, si cibum semper fastidiat, & de milite inermi, si hostes fortissimos non timeat. Secundum, quod ei rei, quam petere iubet, nullum nomẽ imponat, Dei quippè auxilium, eius gratia, æterna illa beatitudo verbis explicari non potest, *Nec oculus vidit,* 1. Cor. 2. Tertium, Liberalitas & munificentia, vt præcipiat petere, quæ nimis optat dare. Et hoc non contentus docet, quomodo petendum sit, beneficia cumulat, qui poscendi modum & normam erudit: cupit largiri, qui postulari desiderat. Ille suadet, qui præstat, ille hortatur, qui donat, & occasiones dandi exquirit, qui liberalis semper largus & munificus largitor esse consueuit. Quartum, Cùm dicit, vt nos ab eo petamus, seipsum ostẽdit & designat auxilium aut refugium, vt in nostris necessitatibus ad ipsum recurramus, vtpotè *qui Deus est, refugium nostrum & virtus.* Ps. 45. *Adiutor in tribulationibus, quæ inuenerũt nos nimis.* Cùm nostrã Deus induerit naturam, omnia fecit se, quæ necessaria erant vt hominum necessitatibus subueniret. Si omnia factus est Paulus omnibus, 1. Cor. 9. quãtò magis Christus? Quid obsecro tibi opus est, quod Christus non habeat, vt tuæ necessitati consulat? Quod si dixeris, opus est mihi vita, Ipse pretio, inquit Ioa. 14. *Ego sum vita.* Si veritate, *Ego sum veritas.* Si via, *Ego via.* Si verò corporis & animæ oculis careris quæ lumina sunt pretiosissima, quæ nullo auro argentoue possunt comparari, ipse est adeò lux splẽdens, vt dicatur inaccessibilis. At si intellectu priuatus

In hoc loco verborum congeries ad quid.

Paulus omnia factus omnibus, at Christus magis.

fueris (q miserabilius est) offeret sese statim, dic. *Intellectum tibi dabo*. Ps. 118. Si ministerio panis & vini indigueris, ipse tibi aderit p̄iens dic. Io. 6. *Ego sum panis vitæ*. Io. 14. *Ego sum vitis vera*. Quintum, Magnum beneficium q Deus nos inuitet vt ab eo petamus, Nā statim tenetur ad solutionem & cōplementum petitionis, & ex voluntario facit obligatoriū & ex libero necessarium. Nam quemadmodum ab eius æterna voluntate prouenit, quod ipse nobis promittat dare, ea q̄ nō attingunt, nec merentur opera nostra: ita iustitia ipsius diuina postulat, vt q semel p̄misit adimpleat. Videbis n. Paulum quodā loco dicentem. Ro. 8. *Non sunt cōdigna passiōes huius sæculi*. Altero verò loco insurgit d. 2. Tim. 4. *Reposita est mihi corona iustitiæ*. Non ob aliud, nisi quia hęc duo extrema verbum Dei tangit, q dicens promittit, & adimplens facit. Liber ipse est, quia id vult, necessarium verò quia promittit, atq; ita omne suum regnum in discrimen exponit ad sui verbi obseruationem d. *Cœlū & terra trāsibūt*. Lu. 21. Nec iterum mirum, si Christus iubeat vt petamus, siquidem ipse nos à nobis petijt, nos ipse petiuit, & vt illi à petiremus pulsauit. Ipse est qui dixit Apoc. *Ego sto ad ostiū & pulso. Si quis*, &c. & Cant. 5. d. Sponsa se audire spōsi vocem. *Vox*, inquit, *dilecti mei pulsantis, aperi mihi soror mea, amica mea, colūba mea, immaculata mea, quia caput meū plenū est rore*, sc. qa per totā noctem perseuerauerat pulsans, & ideo ros noctis caput eius irrigauerat. Pulsauit igitur Christus, quæsiuit ēt nos, reliquit nonaginta nouem oues in deserto Luc. 15. & vnam, quæ perierat, cum suo multo sudore quęsiuit. Quin & Christus est cuius personam gessit Ioseph. Gen. 37. cùm erraret in agro & quęsitus quid faceret, *Fratres*, inquit, *meos quæro, indica mihi vbi pascant*. Pulsauit ergo & quæsiuit. Et qa Christus de se dicit Ps. 39. *Mendicus sum ego & pauper*: planè non aliud mendicādo petebat nisi animam nostram. Imò cùm sitiens potum peteret. Io. 19. in cruce, non aliud verè petebat, q̄ salutem animarum. Credat igitur quiuis Christianus, quod animas nostras Christus mendicans quærit, q ēt ad animas nostras perseuerat pulsans. Quod ergo ille non in suum, sed in nostrum facere commodum tanto iam tempore consueuit, Id nos in nostrum meritissimè iubet facere. Quod si necessitatem forsan nō penetras, attentissimè expende. Vita Christiana cœlestis est & diuina, nō animalis, non terrena. Ex Dei munere, non ex viribus nostris, gratia est, non ex nobis, ne quis glorietur. Ro. 9. *Gratia datur, non argento, aut vlla cōmutatione*. Si igitur Deus solus est qui gratiam dat & gloriam (non. n. ex operibus gratia datur, sed ex vocante) igitur si vis hanc vitam, eam ab eo, quę dare potest pete, eam quære, ad eius fores pulsa; Tanta. n. petendi necessitas est, quanta viuendi. Iam si semper Christus petere, quærere, pulsare iubet, ita vt nunq̄ vita nostra à petendo, quærendo & pulsando vacet, manifestè fit nostrum remedium nō esse in procinctu positum vel ad manum. Si. n. facilè inueniretur & daretur, non continuò petere iuberemur. Igitur *altus puteus est*, Io. 4. vnde sunt hauriendæ aquæ salutares. Per medios hostes. 1. Par. 11. irrumpēdum est, vt aquā bibamus ex cisterna Bethlehem: Et ô miseros nos, puteus altus est, neq; in quo hauriamus habem⁹. Habemus os ad bibendum sed neq; fistulam, neq; chordā habemus ad extrahendum. Ipsa siquidem efficax oratio, quà petimus & haurimus à Deo est. Nam quid orem⁹, nescimus, quia spiritus interpellat pro nobis. Ro. 8. Igitur petendum est vt sciamus, gratiam donum Dei esse non ex operibus nostris. Quærēdum est, vt sciamus hoc donum dari laborātibus. Pulsandum, vt sciamus eum dono frui, qui cùm petat & quærat non lassatur, sed ad fores Sapientiæ pulsans perseuerat. At verò primo loco ponitur *Petite*, Secundò, *Quærite*, vt sciamus q licet gratiam possidere diuini sit muneris, & nostri laboris, prius tñ & potius est Dei muneris, quàm nostri laboris. At dices. Si in Christo facti sumus diuites, 2. Corin. 2. cur tantoperę pauperes nos esse docet, vt nobis nunquam non petendum sit? Si Christus interpellat pro nobis in cœlo, Ro. 8. quorsum nos oportet petere in terra? Sed audi hanc esse diuinam prouidentiam. Ita parauit nobis suas opes, ac si nullum laborem nostrum requirat, ita verò nostrum laborem requirit, ac si nobis ille nihil parasset, *Tauri quidem & altilia occisa sunt*, Mat. 22. *& omnia parata*. Si comedere vis pete, quęre, pulsa. Igitur agnosce te pauperem, agnosce paratas tibi diuitias, sed ēt agnosce eas nō dari. Rursum petimus aliqñ à longè, quęrimus in vijs, pulsamus cùm domui iuncti sumus, quasi admoneret nos Dñs vt petamus in iuuentute, quæramus in virilitate, pulsemus in senecta, Vt nulla pars nostri, nulla ætas deberet in hoc negotio cessare. Et hæc est causa, cur omnis ætatis homines ad p̄cessiones illas cōuocētur. Re-uera grande negotium est, quærendum illud primum, quia regnum est, q qui habet reliqua se habere cognoscat. Interim aduerte Dei longanimitatem, qui ita expetitus, quęsitus & pulsatus, non fastidit, nō lassatur, non repellit. Imò ad maiorem frequentiam exhortatur, exemplo etiam adducto de improbis viduæ precibus, Luc. 18. quæ ab iniquo iudice extorsit iustitiam. Et hæc est alia causa, cur tantus populus ad processiones colligatur. Orationi igitur instate, nec enim Dominus grauatur (vt nunc Domini huius terræ difficiles sunt in audiendo, discutiendo & expediendo) eius miserationes sunt super omnia opa eius. Attende enim quod per orbem ad Deum effundantur preces & gemitus, & intelliges capacissimam Dei longanimitatem, qui tot gentium postulata non exhorreat. D. Gregorius sic exponit, *Petimus fide, quærimus spe, pulsamus charitate. Primum petere debes, vt habeas: postea quærere, vt inuenias: inuenta obseruare, vt introeas*. Sed communiter ista explicantur, vt sint orationis conditiones, piè, perseueranter & pro nobis.

Omnis enim qui petit accipit, & qui quærit inuenit, & pulsanti aperietur.] Ecce quanta Christi benignitas & clementia, q tot modis nos ad petendum exhortatur, fiduciam nobis p̄bens, q adimplebuntur petitiones nostræ. Et ne pararent⁹ solis discipulis dictum, vniuersalem adiungit promissionem iustos & peccatores ambientem. De illo sc. genere intelliges, de quo Luc. 13. Nam infra Christus dicit Luc. 13. *Contendite intrare per angustam portam: multi. n. quærent intrare, & non poterunt*. Et hoc quotidie videre est apud homines in mundo. Ideo Christus hic non absolutè dixit, Omnis q petit accipit, sed, *qui quærit, qui pulsat*, & in petitione nō defatigatur, nec deficit, vt mulier quærens drachmam Lu. 15.

Obserua hic quod sex verba ponantur in quibus tota quasi scripturæ non tantum Euangelij vis posita est. *Petere, accipere, quærere, inuenire, pulsare, aperire*, quæ singula plusquā concionem requirerent, Ea tñ qua possum breuitate, percurram, Et primò quidem difficile est multis petere, quib⁹ non est durum aut inuerecundum accipere. Ponit autem Christus aliquem laborem antea, quod est petere, priusquam det accipienda. De *Petere* iam ante dictum est. *Accipere*. Et est vnum virtuosum, quod est gratiam acquirere, & ea quæ sunt animæ salubria Iudith. 14. *Accipiat vnusquisq; arma sua*, id est, gratias & virtutes & est passiuum. Psal. *Misit de summo & accepit me*. Io. 14. *Veniam & accipiam vos ad meipsum*. Sicut. n. accipiter suam prædam circumspicit, sic nos gratiā & virtutes, quæ sunt animæ nutrimenta, perfectiones & oblectamenta Exo. 25. nominantur illa quę fuerūt à Moyse accepta & à populo ad tabernaculum fœderis construendum. dic. *Ista sunt quæ accipere debetis, Aurum, & argentum & æs, hyacinthum, purpuram, coccum bis tinctum & byssum*. Per aurum quod præ cæteris metallis plus splendet, Sapientię fulgor intelligitur, & etiam est medicinale: sic per sapientiam desperati confortantur. Superflua, id est, diuitiæ absterguntur. Syncope, quæ est timor cordis, id est, remorsus conscientiæ mitigatur, lepra, id est, peccatum luxurię prę-seruatur, & ideo Apoc. 3. *Suadeo tibi emere aurum ignitū probatum*. Per argentum, dulcedo eloquentiæ intelligitur, qa dulcissimè sonat, colorem habet candidum, balsamum optimè cōseruat & Iaspidis virtutem iuuat. Sic dulciter debemus proferre verba nostra secundùm personæ & negotij qualitatem, balsamus diuinæ gratiæ melius conseruatur & Iaspis diuinæ scientiæ plus proficit. Prou. 10. *Argentum electum lingua iusti*. Ps. *Eloquia Domini, eloquia casta, argentum igne examinatū, probatum, terra purgatum septuplū*. Multi autē possunt dicere, Act. 3. *Aurum & argētum non est mihi*, qui docere vel præesse debent. Sed accipiunt corruptiones in argento. Per æs pœnitentia designatur, si combustum fuerit, habet virtutem dissoluendi, consumendi, vulnera purgādi, oculos abstergendi, & carnes superfluas corrodendi, & non permittendi eas crescere: Sic pœnitentis, si verè igne

diuini

Cur iubet Christus, vt petamus, quæramus, & pulsemus.

Christiana vita cœlestis, nō terrena.

In Christo facti diuites, cur nihilominus ita petere debeamus.

Longanimitas Dei precum totius orbis capacissima.

Sex verborum explicatio. Petere.

Accipere.

Argentū, eloquentiæ dulcedo.

dium amoris fuerit adusta, dissoluit per cõtritionẽ, purgat p confessionẽ, cõsumit per satisfactionẽ, oculos mẽtis abstergit per discretionẽ, carnes voluptaris destruit per carnis macerationẽ, sanitatẽ spiritualẽ inducit per virtutis restaurationẽ. Lu. 13. *Nisi pœnitentiã egeritis, simul omnes peribitis.* Per hyacinthũ intelligitur cœlestis cõuersatio quæ in nobis esse debet. Ex. 25. Præcipitur q̃ ipsi pelles hyacinthinas accipiãt ad operiendum tabernaculum, ita nostra cõuersatio debet esse hyacinthina, id est cœlestis. Phil. 3. De malis vero potest illud dici. Thr. 5. *Pellis nostra sicut clibanus exusta est*, propter pessimã illorum conuersationẽ. Per coccũ, ardor amicitiæ notatur, est. n. color igneus ibi & ardens. Coccus bis tinct⁹ propter binã Dei & proximi charitatẽ. Vnde cuilibet viro charitatiuo potest dici illud. Ex. 27. *Secretũ & coccũ proposuerunt in mercatu tuo*, i. in conscientia tua. Multi autẽ habẽt illum colorẽ tantum apparenter. Per byssum, q̃a color albissimus castitas intelligitur, Ideo de casta psona dicitur. Pr. 31 *Byssus & purpura indumẽtũ eius*. Passiue iterũ accipitur homo, sicut pecunia ab homine ex arca, sicut metallũ ab aurifabro pannus à scissore, vt eo vratur p voto ad bonum vel ad malum Ro. 9. dicitur q̃ Deus ad modum figuli facit de eadem massa vas in honorẽ, & vas in cõtumeliã vt eã beatificet & coronet. Ideo. Io. 14 *Veniã & accipiã vos ad meipsum.* Radius solis veniẽs ad terrã, vapores puros ibi accipit, vt ipsos sursum eleuet, Sic facit Christus iustis. Ex. 20. *Veniã ad te & benedicã tibi.* Expectem⁹ ergo Dei vocationẽ de Dauid, Ps. 77. v. 71. *De post fœtãtes accepit eũ.* Secundo accipitur vt dãnetur, accipere. n. est acriter capere. Sic venator canib. capit ferã, & detracta pelle torret & deuorat. Sic Dñs in nemore hui⁹ vitæ mittit post ferum hominem infirmitates & mortem in iudicio detrahit illi possessionem temporalem & tradit eum ignibus. Tertiu, Vt beatificetur, quia d. *Ad meipsũ.* Sap. 5. *Accipient iusti regnum decoris, & diadema speciei de manu Domini.* Siue ergo accipiatis siue accipiamini, illud *Accipere* hodie considerate penitius, in hac processione. Cõsulite itaq; vobis, vt accipiatis aurum Sapientiæ. 1. Mach. 4. *Acceperunt aurum multum* Puerum innocẽtiæ. Mat. 2. *Accipere puerum & matrem.* Mater innocẽtiæ est iustitia, q̃ debet habitare in Ægypto in obscuritate pœnitẽtiæ. Argẽtum eloquentiæ. 1. Mach. 11. *Accepit aurũ & argentũ.* Vnguentum misericordiæ, vti Magdalena. Io. 12. illa opera sunt fragrãtia. Talẽtum, i. e. pondus iustitiæ. Mat. 25. Accedens, qui quinq; talẽta acceperat, d. *Ecce alia quinq;*, &c. Gladium orationis. Is. 21. *Surgite principes accipite gladiũ.* Spolium bonę cõuersationis. 1. Mach. 5. *Antiochus cepit Ierusalẽ & accepit spolia eius.* Brauium æternæ retributionis. 1 Cor. 9. *Oẽs quidem currunt, sed vnus accipit brauiũ.* Consilium sanæ discretionis. Eccl. 6. *Accipe cõsiliũ intellectus.* Panẽ spiritualis refectionis. Mat. 26. *Accepit panẽ, benedixit.* Ignẽ charitatis feruẽtis, de Neemia legitur. 2. Mach. 1. Quod iussit sacerdotes accipere ignẽ & abscõdere. Vxorẽ, i. copulã bonæ amicitiæ & cõfœderationis. Tob. 1. *Accepit Annã vxorẽ suã.* Tob. 8. *Nõ luxuriæ causa accepi vxorẽ meã.* Virginẽ puritatis & innocẽtiæ & mundanę affectionis. Tob. 6. *Accipies virginẽ cum timore Dei.* Ester. 1. *Accipiat mundũ muliebrẽ.* Doctrinã Pr. 11. *Doce iustũ & properabit accipere.* Disciplinam. Pro. 8. *Accipite disciplinã & non peccabitis.* Mariã. i. pœnitentiã amarã. Mat. 1. *Noli timere accipere Mariam.* Clypeum, i. audaciam & defensionem. Eccl. 37. *Contra hostem accipiet scutum.* Linteum, i. mundificantẽ confessionem. Io. 13. *Cũ accepisset linteũ præcinxit se, & lauit pedes discipulorũ.* Spiritum S. i. gratiã & perfectionem. Act. 1. *Accipietis virtutem Spiritus S. superuenientis in vos* Ex his accipite & armate vos & expugnabitis cęlum, & Deum habebitis obligatum vobis.

Sic conuersatio nostra cœlestis.

Ad, Accipere, est sublevandũ penitius.

Quærite & inuenietis. Inuenitur Deus, Iustus & iustus. Est itaq; inuentio qua Deus inuenitur, sc. gratia seu virtus. Sed ad istã inuentionẽ Dei & virtutis, per gratiam in præsenti, per gloriam in futuro, tria requiruntur. Primo, *Quærite*, & sic excitatur corporis grauitas. Cordis cõtritio & meditatio quęrit Deum & inuenit, sicut canis venatic⁹ ferã. Quęrite eum per viã puritatis in cõceptu, p viã humilitatis in partu, p viã pœnarum & dolorum in mortis egressu, p viã renouationis in Resurrectione, per viã contemplationis in ascensione. Quærite eum in loco nobili, i. in vtero virginis, vbi post cõceptionem potuit inueniri sicut vnus lapis pretiosus sub altero. Cant. 3 *Inueni quem diligit anima mea.* Quærite in loco humili, in præsepio. Luc. 2. In loco flebili, in spineto crucis, vbi canes Iudæi ipsum inuenerunt, ceperunt, lacerauerunt, occiderunt. Cãt. 5. *Inuenerũt me custodes, q̃ custodiunt ciuitatẽ, percusserunt me, vulnerarũt me, tulerũt palliũ meũ custodes murorũ.* Sic Iudæi Christi vestimẽtum abstulerunt. In loco vtili p viã renouationis vbi resurrexit. Et sic pt de Christo dici, qui est Sapiẽtia increata. Sap. 6. Inuenitur ab his qui q̃runt illum, sc. à iustis qui credunt & sperãt illum sua resurrectione docuisse, vt per proprij corporis resurrectionẽ illum possint inuenire. Vel in tẽplo. Lu. 2. In loco amicabili, per viã contẽplationis, vbi ascendit. Ier. 29. *Quæretis me & inuenietis.* Inuenietis in hac vita per contẽplationem. Post hanc verò vitã ascendẽtes ad me in cœlestẽ regionem. Sed multi quęrunt illum in lectulo p noctẽ. Cant. 3. & nõ inueniunt. Inuenitur etiã per vocis eloquentẽ prædicationẽ, ideò dicitur, *Petite & accipietis.* Inuenitur p orationẽ si amissus est, sicut canes ad venatoris sonum. Petunt multi paradisum & nõ inueniunt, quia opa nolunt facere. Aliqui petunt vinum, q̃ nocet, vt febricitantes. Inuenitur Deus p manus exequentẽ operationem, ideo dicitur. *Pulsate & aperietur*, vt hic de trib. panibus petitis ab amico. Cãt. 5. *Vox dilecti mei pulsantis. Et pessulum ostij mei aperui dilecto meo.* Est inuentio qua inuenitur iustus, & significat virtutẽ perseuerantiæ, quia si res in illo loco nõ permansisset, non fuisset inuenta: & semper solet homo gaudere inueniẽs rem aliquã, sic Deus inueniẽs peccatorẽ se conuertentẽ Lu. 15 *Cõgratulamini mihi, q̃a ouẽ perditã inueni.* Et qui inuenit thesaurum. Mat. 13. Sicut etiã lumen semper debet inueniri in lãpade ad illuminandum, aqua in fonte ad refrigerandum, panis in arca ad reficiẽdum: Sic in Prælato vel in homine pfecto semper debet inueniri lumẽ, aqua, & panis scientiæ. Agite nunc & videte q̃ Ier. 5. dicitur, *Circuite vias Ierusalem, aspicite, & considerate, & quærite in plateis eius, an inueniatis virũ facientem iudicium, & quærentẽ fidem.* q. d. non. Luc. 17. *Non est inuentus qui rediret & daret gloriam Deo, nisi hic alienigena:* quia sæculares sępe sunt meliores Ecclesiasticis. Sed quia impij vbiq; inueniuntur, proh dolor, ideo in ipsorum inuẽtione nõ immorabor. Si autẽ boni erim⁹ mercatores, inueniem⁹ margaritas, gratias & virtutes. Mat. 13. Pro. 3. *Misericordia & veritas non te deserent, Et inuenies gratiam & disciplinam bonam coram Deo & hominibus.* Gen. 6. *Noe inuenit gratiam coram Deo.* Et ita laborare debemus de gratijs & virtutib. inueniẽdis, sicut medici in herbis medicinalibus colligendis. Sed quia istã inuentionẽ nõ possumus habere à nobis, nisi à Deo. Ideo Bar 2 *Exaudi Domine preces nostras, & da nobis inuenire gratiã.* Luc. 1. *Inuenisti gratiã apud Deũ*, quã sc. quæsiuit sua oratione, & assiduitate. 1. Re. 1 *Magnã inueniat ancilla tua gratiã* Debemus autẽ laborare ad inueniẽdum effectus gratiæ, qui sunt à nobis inueniẽdi, vtpote fiduciã, quæ mentẽ erigat. 1. Par. 17. *Tu n. Domine Deus meus reuelasti auriculam serui tui, idcirco inuenit seruus tuus fiduciam, vt oret coram te.* Prudentiã quæ vitã dirigat. Pro. 19 *Custos prudentiæ inueniet bona.* Iustitiam q̃ mores corrigat. Pro. 21. *Qui sequitur misericordiam, inueniet vitã & iustitiã.* Scientiã quę vera colligat. Pro. 2. *Intelliges timorẽ Domini, & scientiã Dei inuenies.* Amicitiam q̃ fratres diligat. Eccl. 6. *Amicus fidelis, protectio fortis, qui inuenit illũ inuenit thesaurum bonũ.* Sapiẽtiam quæ bonum eligat. Pro. 3. *Beatus homo q̃ inuenit sapientiã.* Et 18. *In labijs sapiẽtis inuenitur sapientia.* Est alia inuentio qua inuenitur salus & gloria, paradisi & retributio æterna. Eccl. 12 *Benefac iusto, & inuenies retributionem magnam si non ab ipso saltem à Deo.* Iustum. n. est q̃ eum iusti qui in hoc mundo nõ faciunt aliud, nisi Deum quærere & paradisum venari, quandoq; debeant eum inuenire. Thr. 2. *En hæc est dies quã expectamus, inuenimus & vidimus.* Anima autẽ in Paradiso inuenit quietẽ à laboribus. Mat. 11. *Venite ad me omnes qui laboratis.* Apoc. *Amodo requiescent à laboribus suis.* Eccl. 51. *Modicum laboraui, & inueni mihi multam requiem.* Salutẽ à languoribus. Ibi est enim vita sine morte, sanitas sine morbo. Prouerb 8. *Qui me inuenerit, inueniet vitam, & hauriet salutem à Domino.* Tegmen à frigoribus, quia ibi est domicilium firmum & tutum. Psalm. 83. *Etenim passer inuenit sibi domum, & turtur nidum, vbi reponat pullos suos. Beati qui habitant in domo tua Domine.* Solamen à mœroribus. Oseæ 12. *In Bethel inuenit eum.* scilicet, consolationis locum ab omni mœrore. Bethel significat habitaculum Dei,

Ad inueniendum Deum & virtutis, tria requiruntur.

Deus vt sit inueniendus.

Ad inueniendum effectus gratiæ laborandum.

Bethel, habitaculum Dei.

vbi nō erit luctus, nec clamor, nec dolor. Apoc. 21. Velamē ab ardoribus, quia ibi est refrigerium contra mundi tribulationes. Ier. 6. *Interrogate quæ sit via bona, & ambulate in ea, & inuenietis refrigerium pro animabus vestris.* Honorē cum maioribus se cum Deo & Sanctis. Vnde Deus videtur dicere de quolibet beato illud, q rex Israël legitur dixisse de Dauid. 1 Reg. 16. *Stet*, inquit, *Dauid coram me, inuenit.n.gratiam in oculis meis* Dulcedinem in saporibus, quia ibi sunt deliciæ sempiternæ. Pro. 25. *Mel inuenisti, comede.* 1. Par. 4. *Inuenerunt pascua vberrima* Splendorem in pectoribus, ibi est vera visio & scientia omnium. Ps. *Dies pleni inuenientur in eis.* Dies pleni claram visionem significant. Vigorem in corporibus, id est, impassibilitatem, immortalitatem. Eccl. 27. *Proteget eum sempiternum, in die agnitionis inuenies firmamentum.* Vita autē peccatorum nihil aliud est, nisi quærere vitia, & per hæc infernum. Sap. 19. *Ipsi autem nouam mortem inuenient.* Et Eccl. 27. *In ira flamma deuorετur qui saluatur, & q pessimant plebem tuam, inuenient perditionem.*

Quintū verbū est *Pulsare.* Pulsat Deus monitionibus, q̄ sunt prædicatores sui vt prædicatores, scriptura, pauperes petētes Eleēmosynas, signa, morbi & tumulti. Pulsat Deus malleo tribulationū. Deus pulsat animā ad aperiendū sibi cor, & affectum per charitatem dulciter inuitat, & abundantiam roris, deuotionis, & gratiæ sibi offert, si voluerit & præsentat. Ideo Lu. 2. vult vt vigilēt serui sui, quatenus cū venerit, cōfestim illi aperiant. Secūdo, Pulsat humana oratio. Sōnolētus est.n. Deus, pulsari vult, quasi euigiletē somno, non tñ statim pulsanti aperit; Vult.n. prius indigentiam & diligētiam experiri. Ideo de Petro pulsante ad ostium. Act. 12. d. q sibi non fuit statim ostium apertum, sed postquam pulsando perseuerauit. Ista omnia deseruiunt nostræ processioni, in qua sicut & semper cauere debemus, ne ad pulsum diaboli aperiamus, & Dei obliuiscamur.

In supplicationum processionibus à Diabolo pulsu caueτdum.

Iam sextū verbū est *Aperire*, in quo debem⁹ cōsiderare primo, q Deus dicitur aperire, sicut quandoq; Rex aperit thesaurū suū, vt suis militib. stipendia largiatur. 1. Mach. 3. *Aperuit Rex ærarium suum, dedit stipendia militibus suis, & mandauit eis, vt essent parati ad omnia.* Sic verè Deus thesaurū misericordiæ continuè tenet, vt diuersa dona meritorū, virtutū & gratiarū suis militibus atq; fidelib⁹ contribuat, & ministret, cuius causa & tantæ processiones fiunt, & omnes sunt milites Christi. Itaq; aperiendum est cor nostrum quod est ærarium Dei. Concha marina seipsam ad rorem aperit, & aquam amaram in se claudit, & ideo margaritam in se gignit: sic debemus aperire cordis nostri affectionē per charitatem & dilectionem ad ardorem, id est, Deum, & eius gratiam & deuotionem vt lapidem pretiosum, id est, Deū, clausi ad amaram mundanæ prosperitatis possessionem possimus concipere, per suæ beneuolentiæ acquisitionem. Psal. *Aperite portas principes vestras, & introibit rex gloriæ.* Cant. 5. *Aperi mihi soror mea. sponsa.* Secundo, debet manus aperiri ad opera misericordiæ. quia dedit stipendia militibus. Ps. *Aperiente te manum, omnia replebuntur vbertate.* Tertio, auris quia d. *Mandauit.* Deus aperit secreta sua homini reuelando & mandata sua inculcando, corrigendo eum & remunerando. Sic homo debet illa diligenter auscultare, & aures cordis applicare. Luc. 24. *Nōne cor nostrum ardens erat?* Quarto, Oculi quia debent esse parati ad omnia. Itaq; aperiamor per promptam, subiectam, certam attentionem, dulcē compassionem, & veram affectionem. Quinto, Os debet aperiri ad orationem, confessionem, gratiarum actionem, proximorum informationem, & consolationem. Et sic aperitur cælum ad receptionem, quæ omnia in his processionibus petimus & expectamus.

Os aperiendum nobis ad quæ.

Quis autem ex vobis patrem petit panem, nunquid lapidem dabit illi? aut si petierit ouum, nunquid porriget illi scorpionem? Si ergo vos cum sitis mali, nostis bona dare filiis vestris, quāto magis Pater vester de cælo dabit bonum spiritum petentibus se?] Eō vsq; peruenit Christi benignitas & humanitas, vt multis exemplis vna atq; altera posita similitudine nobis animum & vires addat, vt spiritum petamus. Nam cum nulla sit collatio inter Deum & hominem, sine modo, sine vllâ mensurâ, ipse plus nos diligit, quam parentes suos filiolus. Quis obsecro nomē imponet largitati patris diuinæ, qui petentibus Spiritum S. donat? Hic namq; de illo spiritu loquitur de quo Psalmista: *Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam* Nonne satis esset pro nobis proprium tradidisse filium, eundemq; nobis dedisse (*filius enim datus est nobis*) sed etiam Spiritum S. dedit, quasi Spiritus S. esset non res aliqua vilis, vel homo, sed aliquid magnum & nobile: Datur spiritus non in hostem aut iudicem, sed vt simul omnia bona cum illo nobis adueniant? Datur deniq; sine argento & auro nulla facta commutatione.

Spiritus S. quatenus confera tur.

Quid Domine, vis nos nil aliud petere à patre tuo, quàm panē, pisces & oua? Nū vitā Carthusiensiū, Christianos tuos habere cupis? Si carnē comedere à tēpore Noë hominibus licuit, cur nō mentionē de carnib. intulisti? Et quidē respōdere quis posset, q Christus erat reparator innocētiæ, in qua homines sine carniū esu etiā peregissent beatā. Ita & Christ⁹ fortassis optasset suos à cura carnium fore alienos, siquidē carnes nō nisi magno ære cōparantur & parantur. In cuius testimoniū post resurrectionē pisces assos cū fauo mellis Dñs manducat. Imo & ante resurrectionem suos sectatores, nō nisi cum pane & pisciculis pauit. Non hæc intelligas q malum sit carnes comedere. Absit, sed q liberius erat & facilius sine carnibus vitam transigere. Sed verò q d est, q panem, piscem & ouum dixit? Res sanè difficilis Interim hoc accipe. Per panem vitæ necessaria intelliguntur. Panis siquidem ad viuendum est necessarius. Per pisces vitæ delitiæ intelliguntur, Ambrosio teste, qui abundantiam piscium dicit hominum illecebram atq; delitias. Per oua vero non solum opes præsentes significantur, sed maxime futuræ. Ouum siquidem expectatio pulli est. Vt igitur intelligant omnes à Deo non solum esse expectanda necessaria (quæ sunt panis) sed etiam vitæ delitias (id est piscis) qn̄ id expedit, & non solum à Deo expectanda esse præsentia, sed futura in ouo præsignata, ideo Dñs panem, pisces & ouum in medium adduxit. Porro, quia Deus dat præsentia & futura temporalia, quantum conuenit hominum saluti, ideo non dixit Christus, quod pater dabit panes, pisces, & oua, sed panem tantum, piscem & ouum.

Per panem vitæ intelligo necessaria.

Sed nūc ad literam. Igitur plana litera est saties, vt Christus per panē, piscē & ouū, Spiritū S. intelligat, vt Lucas testatus est. Ideo.n. vnicū panē piscē vnicū, & vnicū ouū dixit, Quia vnicus est Spiritus S. Et inde etiam rationē habes, cur his diebus fiat abstinētia exclusis carnibus, & ouorum datur licētia. Præterea q sic abstinentibus datur Spiritus S. non voluptuosis. Sed dices, quomodo Spiritus S. est panis, piscis, & ouum? & quidem dictu facile esset, quod Spiritus est panis, scil. necessarium nobis alimentum, est & piscis, quia omne delectamentum habet. Est & ouum, quia in eo est omnis spes vitæ & virtutis. Verum altior sensus subluceat, etiamsi penetrare nō detur, admonebo tamen q occurrit. Panis oritur ex grano, quod primum cadens in terram moritur, tñ crescit in germen pulcherrimum, deinde calore torrente adustum, grana in culmine gerit, quæ molita & aqua subacta & fermentata panem conficiunt; Igitur Christus est granum frumenti, quod in terram nostrā demissum est, velut emortuum, quia exinaniuit. Io. 12. Creuit hoc granum per annos 30. post quos heroicorum meritorum grana in fine vitæ, velut in culmine attulit, hæc merita in sacra sua passione velut molita sunt, manserunt tñ in horreo S. mulieris Ecclesiæ, quæ accipiens hæc sacra merita aquis Baptismi, vel pœnitentiæ cōmiscet, & Spiritum S. velut fermentum addit, vnde sacramentum efficitur. En tibi panis, & ideo dictum est, q Ecclesia abscondit fermētum in farinæ satis tribus, cum in Synagoga non vteretur fermento, sed azymis. Exod. 12. Quia sacramenta Ecclesia spiritum habent, panisq; sunt fermentatus, & ideo ad vescendum idoneus: at vetera Sacramenta hoc spiritu carebāt. Piscis verò Spiritus S. d. vel quia gaudet habitatione aquis multis, q sunt populi multi, vel quia nescio quid habet Spiritus S. cū aquis; Siquidē in exordio mundi nascētis spiritus ferebatur super aquas, & qn̄ Christus baptizatur ad aquas astat Spiritus S. in specie columbæ. Et plane piscis, animal simplex, gregarium, fœcundum, latens, & q vix scias quare alatur, quæ omnia Spiritui S. cōueniunt. Porro ouū mortuum non est, viuit verò, Habet.n. vitā & animā latētē, quā suo tempore proferet in lucē. Ita Spiritus S. facit nos mortuos quidē propter spiritum inhabitantem in nobis,

Spiritus S. quomodo panis, piscis & ouum

Ecclesia quomodo fermentū abscondit in farinæ satis tribus.

Sed is ipse spiritus qui viuificauit Christum mortuum, viuificabit etiam mortalia corpora nostra.

Contrarijs rationib. spiritus hominis carẽs Spiritu S. & habẽs spiritũ dæmonis (quẽ peccatũ mortale spiritui humano cõiungit) dicetur lapis, serpẽs & scorpius. Lapis, q̃a durus, in quẽ cadẽs semẽ nõ germinat, vt pote q̃ humore careat. De quo lapide d. Baptista. *Potens est Deus ex his lapidib. suscitare filios Abrahæ.* Mat. 13. Serpens est q̃ super pectus suũ. Gen. 3. gradiẽs terram comedit, cũctis diebus, Terrena. n. sapit, ad altiora & cælestia nõ attollitur. Scorpius est qui caudã suã venenũ effundit, Id verò est q̃ verè timendum est; Quod. n. dum viuimus à peccato lædamur, noxiũ est: at q̃ in fine vitæ iniquitas calcanei nostri nos circũdet & in infernum p̃jciat, tota infœlicitas est. Panẽ petant ij, q̃ nũc à peccatis exeunt. Dñs. n. puellæ defunctæ iubet dareq̃ mãducet, panẽ sc. Mar. 5. Piscẽ petãt, q̃ iam cũ Christo resurrexerũt & vitã virtutũ viuunt, sicut Christ⁹ piscea assos post resurrectionẽ mãducauit. Ouũ petat q̃ p̃ximus est morti, sicut ouũ edi nõ potest nisi putamine fracto; Ita rogemus, vt cum putamẽ corporis nostri frãgetur, animã nostrã De⁹ manducet. Duo p̃terea dicẽda occurrũt. Alterũ quomodo verum sit, q̃ nos mali simus. Alterum q̃ omni petẽti Deus det multo magis, q̃ patres carnis nostræ. Et in hoc puncto dubitatio est. Dicit. n. Dñs, *Omnis qui petit accipit, & q̃ q̃rit inuenit.* At Lu. 13. habetur: *Cõtendite intrare p̃ angustã portã.* multi. n. dico vobis, q̃rent intrare, & nõ poterunt. Vbi ter dolẽda nimis annotatur, q̃ quærent multi intrare, & nõ modo nõ intrabunt, sed nec intrare poterunt. Imo vt hoc loco dicitur, *Pauci inueniunt eã.* Si igitur multi q̃rent & pauci inuenient, non est verum, q̃ omnis qui quærit, inuenit. Et miser Saul indulgentiam nun est assecutus, quã etiã cum lachrymis petijt. Ad hoc respõsio plana est, sicut plena bona sunt quæ diuina sunt, ita & eam orationem, petitionem, aut inquisitionem Deus, vt plenam & eo nomine dignã arbitratur, quæ à diuino spiritu proficiscitur. Igitur oratio quæ ab humano spiritu nascitur, nõ censetur à Deo in albo orationis plenæ; Quare, si hæc suo desiderio frustret, nihil De⁹ mentitur: At impossibile est eã orationẽ sine fraudari suo, quam Spiritus S. accẽdit. Secundo, Res nõ p̃pter se quæritur, sed propter gaudium & vsum quẽ ex eis habituri sum⁹, non. n. quæro panem propter panẽ, sed propter esum & saporẽ, Quod si vel panis sine esu, vel esus sine pane daretur, mallem esum & voluptatem panis sine pane quam panem sine sua voluptate: Ita igitur qui, vt debet, petit, certissimè sciat, q̃ vel percipiet, q̃ petit, vel voluptatem quam ex eius vsu erat consecuturus. Paulus. n. scit abundare, scit etiam penuriam pati, Phil. 4. i. scit in penuria ita gaudere, ac si abundaret. Tertio, ex ipso textu, *Omnis qui petit accipit*, nõ statim ac petit, sed si quærat, si pulset, id est, si non lassetur petens, quærens, pulsans. Nec. n. mulier illa drachmã. Luc. 15. inuenit nisi euersa domo. Euerte & tu domum tuã totam & inuenies. Vide etiam Deus per 33. annos vitæ suæ, suo multo labore te quæsiuit, si te adhuc nõ inuenit, quid mirũ si tu eum quæras, nec inuenias? Tu te negas Deo & vis Deũ se tibi concedere? Quarto, Non dicit textus. Omnis q̃ petit, q̃ petit accipit. Sed, *Pater dabit bona petentibus se.* Si igitur non accipis q̃ petis, non erat bonum quod petebas, aut aliud dabit bonum, quod verè sit petenti bonum. Quinto, Si petis panem, piscem, aut ouum, dabit Pater, forsan non panem, aut piscem, sed Spiritum S. qui melior est pane, pisce, ouo. Animaduerte hic, quia panis pro omni eo quod delectat & reficit mentem, sumitur, esse octo genera panum quibus fideles enutriũtur, vt per gratias & virtutes fœliciter augmententur. Comedamus ergo panem doloris per cordis contritionem & pœnitentiam. Ps. *Surgite post quam sederitis, qui manducatis panem doloris.* Item panem laboris per diligentiam. Eccl. 33. *Cibaria & virga & onus asino, panis & disciplina & opus seruo.* Item panem sudoris per pœnarum tolerantiam. Gen. 3. *In sudore vultus tui vesceris pane tuo.* Panem mœroris per lachrymarum redundantiam. Ps. *Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte.* Panem timoris per diuinam reuerentiam. Ezech. 8. *Panem tuum in conturbatione comede.* Panem saporis per gratiarum influentiam. Eccl. 29. *Initium vitæ hominis aqua, panis, & vestimentum.* Panem dulcoris per scientiarum sapientiam. Eccl. 15. *Cibauit illum Dominum pane vitæ & intellectus.* Panem vigoris, sc. sacramentum Eucharistiæ. Psal. *Panis cor hominis confirmat.* Istos panes & his diebus & omnibus alijs debemus sumere ad nostram sustentationem. Non comedere luxuriosorum panem, vel panem carnalitatis de quo Eccl. 23. *Homini fornicario omnis panis dulcis.* id est, omnis delectatio carnis. Panis cupiditatis est auarorum. Isa. 65 *Serpenti puluis panis eius.* Panis mendicitatis & panis verbosorum. Prou. 20. *Suauis est homini panis mendacij.* Panis aduersitatis est panis egenorum. Isa. 30. *Dabit tibi Dominus panem arctum & aquam breuem.* Panis prosperitatis est panis diuitum & superborum, de quo Iob 28. *Terra de qua oriebatur panis, in loco suo igni subuersa est.* Eccl. 10. *In risu faciunt panem.* Iste est panis propter cuius comestionem maledicit propheta 3. Reg 13. *Quia*, inquit, *comedisti panem in loco isto, non inferetur cadauer tuum in sepulchrum patrum tuorum.* Et sequitur, quod propheta ille à leone fuit occisus in signum. Quod verè illi qui pane prosperitatis vltra debitum fruuntur, sepultura paradisi priuantur & à leone, diabolo perpetuo punientur. Panis verò calamitatis est panis damnatorum. 3. Reg. 22 *Ponite virum istum in carcerem, & sustentate eum pane tribulationis & aqua angustiæ.*

Spiritus hominis, habens spiritum dæmonis, est serpens & scorpius.

Saul indulgentiã obtinuit, multis etiam lachrymis flagitant.

Panis, pro omni refi(ci)ente mentem.

A luxuriosorum panibus ab(s)tinendum.

Anima etiã habet suos spirituales panes, quo mẽtaliter reficiatur, paterfamilias. n. Deus nobis seruis suis panes spirituales ministrat, quib. animã recreat & cõfirmat. Vnde ipse Pro. 9. dixit: *Venite & comedite panem meum, & bibite vinũ, q̃ miscui vobis.* Et de istis dicitur. Mat. 14. *Non habemus hic nisi quinq; panes.* Quia Dñs in hac via administrat suis fidelibus quinq; panes, id est, quinq; genera refectionum spiritualium. Et primo Deus [illegible] fideles suos pane sacramẽtali, qui dicitur Angelorum. Ps. *Panem Angelorum manducauit homo.* Sic. n. paterfamilias solet de domo sua panem mittere ad campos suis agricolis & seruis, quamdiu sunt in labore, qñ verò de cãpo redierint, solet eos pane suo & cibarijs in domo propria recreare. Sic Deus Pater in agro huius mundi laborantib. nobis de domo sua paradisi panem cœlestem misit, sc. filium suum benedictum, vt nos agricolas Ecclesiæ militanti isto pane in sacramẽto Eucharistiæ nutriret, & tandem eodem pane in domo Ecclesiæ triumphantis per beatam fruitionem reficeret, Sap. 16 *Panem de cœlo præstitisti eis Domine, omne delectamentum suauitatis in se habentem.* Iste. n. panis in grano fuit de granario paradisi apportatus, in ore Gabrielis, sicut in quodam molendino fuit tritus aliqualiter masticatus, & quasi in farinæ mollitiem immutatus, in vtero Virginis, sicut in arca pistoria fuit cum aqua nostræ fluxibilis humanitatis mixtus & mirabiliter impastatus, in mundo vero in cruce sicut in quodam clibano fuit ignibus tribulationum decoctus & inflammatus. Is. 44. *Succendit & coxit panes, & de reliquo fabricatus est Deum.* Isa. 48. *Excoxi te in camino paupertatis.* In resurrectione fuit de isto furno extractus. In ascensione fuit iterum in arca Paradisi repositus. Exinde verò quotidie in sacerdotali consecratione sumitur, & ad manducandum hominibus communicatur, & ad vitam gratiæ & gloriæ conferendam mirabiliter operatur. Et ideo ipsemet panis loquitur. Io. 6. *Ego sum panis viuus, qui de cœlo descendi.* Dignitas illius, quia de cœlo, per comestionem non minuitur, similis candelæ, quæ ita sufficit mille videntibus sicut vni, & similis mannæ. Isa. 51. *Non deficiet panis eius.* Per fractionem non conteritur, & vnus existens in pluribus locis conficitur, nec ab immundis inficitur, & multa alia habet de quibus suo loco. Potestas ipsius quia panis viuus, & viua longe sunt meliora mortuis, habet in se vitam naturalem & dat vitam alijs spiritualem & æternam, sed debet sumi cum gemitu contritionis, Thre. 1. *Populus eius gemens & quærens panem.* Cum compunctionis fremitu. Psalm. *Surgite postquam sederitis, qui manducatis panem doloris.* Eccles. 11. *Mitte panem tuum super transeuntes aquas*, id est, super effundentes compunctionis lachrymas. Cum confessionis sonitu, vt expellantur omnia peccata. Gen. 3. *In sudore vultus tui.* Cum timoris & mortis consideratione. Ezech. 12. *Panem tuum in conturbatione comede.* Psal. 37 *Cinerem*, id est, mortis memoriam, *tanquam panem manducabam.* Cum strepitu laboris & bonæ operationis. Pro. 20. *Operare terram tuam, & saturare panibus.* Iste panis est nutritiuus. Sapient. 16. *Angelorum esca nutriuisti populum tuum.* Est panis refectiuus. Prou. 9. *Panis absconditus suauior.* Et

Anima spirituales panes.

Panis cœlestis ex positio allegorica.

Per confessiones expellenda peccata.

tuitcu-

sustentatiuus. Ps. *Panis cor hominis confirmet.* Sicut ille panis subcinericius. 3. Reg. 19. Est repletiuus. Pro. 20. & 28. *Qui operatur terram suam, saturatur panibus.* Pro. 31. *Panem otiosa non comedit.* Iste d. *Ego sum*, sed alij corrumpuntur. Et ideo in his processionibus semper Missæ, in illo loco quo fiunt processiones, habentur, vt intelligatis quo pane tunc debeatis vti ad gratiam & gloriam obtinendam. Secundo, Nutrit bonos pane spirituali, qui est panis deuotorum seu perfectorum. Et isto modo per panes intelliguntur virtutes, quæ sunt panes & nutrimenta animæ Christianæ. Et secundum istũ modum in scriptura inueniuntur duodecim panes, tres panes, quinque panes, & septem panes. Duodecim panes sunt, duodecim articuli fidei, qui in mensa propositionis, id est, in mensa sacræ scripturæ continuò consistebant. Leu. 24. *Accipies similam & coques ex ea duodecim panes.* Tres panes sunt, tres virtutes Theologicæ, sc. Spes, Fides, Charitas. Vel fides beatæ Trinitatis, de tribus panibus agitur hodie, amicus Christus est, hospes animus. Quinque panes sunt, scientia & notitia quinq; librorum legis, vel discreta custodia quinq; sensuum, quibus Dñs satiat turbam suam. Io. 6. *Est puer vnus hic.* Septem verò panes signant septem dona Spiritus S. vel septem virtutes morales, septem orationis Dominicæ petitiones, septẽ Sacramenta, septem æternæ gloriæ dotes. Mat. 15. *Iesus accipiens septem panes dedit discipulis.* Tertio, Pane scientiæ qui est panis discretorum. scientia n. sacræ scripturæ dicitur panis, quia grana, id est, semina huius panis in agro paradisi creuerunt, ipsum tandem prophetæ & Apostoli triuerunt atq; coxerunt, sed posteà ipsum Doctores parauerunt & exposuerunt, & sic prædicatores ipsũ comedendum adhibuerunt. Ex. 16. *Ecce pluam vobis panes de cælo.* Quarto, Pane materiali, qui est viatorum, quia Deus dat omnibus creaturis suis bonis atq; malis panem suum quotidianum, id est, sustentationem corporalem. Istum panem committit diuitibus, vt erogent pauperib. Prou. 22. *Qui pronus est ad misericordiam, benedicetur, de panibus n. suis dedit pauperibus.* Quamuis multi sunt qui libentius illum subtrahant quam communicent, Iob 22. *Aquam lasso non dedisti, & esurienti subtraxisti panem.* Et ideo possumus dicere hodie illud. Num. 21. *Deest panis, & non sunt aquæ.* Quia sicut d. Thr. 4. *Paruuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis.* Non sic Auditores, sed Is. 58 monemini. *Frange esurienti panem tuum, & egenos vagosq; induc in domum tuam.* Quinto, Pane sempiterno, quo Deus nutrit beatos in patria figuratus. 2. Reg. 9. vbi de Miphiboseth dicitur, *Tu comedes panem in mensa mea semper.* Et de isto dicitur. Luc. 14. *Beatus qui manducabit panem in regno Dei.* Qui petit hos panes à saluatore nostro, tam altas quam in his processionibus, certe panem, non lapidem dabit, quia bonus, quia misericors, quia super omnes miserationes. Longe diuersa est ratio panis & lapidis, si rectè consideratis & confertis. Non hic de lapidibus pretiosis nobis sermo est, sed de lapidibus vulgaribus & vilibus, ex qualibus diabolus volebat per Christum panem fieri, sicut nec de serpente qui figura Christi fuit, sed de eo qui venenosus est, & homini perditionem infert.

In locis, quo Processiones fiũt, habentur Missa.

Panes in scriptura duodecim quomodo.

Diuitum panis erogandus in pauperes.

Et nunc ergo clamemus Auditores, ad Dominũ Deum nostrum: *Exaudi, exaudi, exaudi Domine preces nostras. Miserere, miserere, miserere populi tui, quem redemisti Christe sanguine tuo, ne in æternum irascaris nobis. Sancta Trinitas miserere nostri, Sancta Maria mater Dei, ora pro nobis. Omnes Sancti & electi Dei intercedite pro nobis peccatoribus. Propitius esto, parce nobis Domine, Propitius esto, exaudi nos Domine, propitius esto, libera nos Domine. Agnus Dei qui tollis peccata mundi, parce nobis Domine, Agnus Dei qui tollis peccata mundi miserere nobis. Agnus Dei qui tollis peccata mundi, Dona nobis pacem*, Amen.

Litania sacr.

):(

Laus Deo, & B. Mariæ Virgini, & omnibus Sanctis.

IN VIGILIA ASCENSIONIS DOMINI.

Subleuatis Iesus in cælum oculis, Ioan. 17.

CONSVEVERANT Romani, Auditores gentibus subiectis, rebus fœliciter in prælio gestis, maximè vero non ita multo effuso sanguine, rationibus explicatis extra vrbem à Senatu triumphum petere, qui tandem victori discussis illis rationibus & approbatis fuit concessus & instauratus. Christus Iesus vnicus Saluator & Redemptor noster exantlatis planè hostibus mundo, morte, Satana, proprio duntaxat fuso sanguine, liberatis captiuis, pace & libertate reddita, optimo iure à Patre adhuc in mundo positus, triumphalem in cælos ingressum postulat. Hoc videntur insinuare verba Christi in hodierno Euangelio, cum d. *Pater venit hora, clarifica filium tuum, vt filius tuus clarificet te.* Ponit rationes. *Ego te clarificaui super terram, opus consummaui, quod dedisti mihi vt facerem. Manifestaui nomen tuum hominibus. Quos dedisti mihi, custodiui & nemo ex eis periit, nisi filius perditionis. Et hæc loquor in mundo, vt habeant gaudium meum impletum in semetipsis. Pater quos dedisti mihi, volo vt vbi ego sum, & illi sint mecum, vt videant claritatem meam quam dedisti mihi.* Et quia pluries fuit humiliatus, ideo etiam pluries petit se clarificari, ideoq; ter in anno hoc Euangelium legitur. Humiliatus fuit suspensus in cruce, clarificatus sole obscurato. Humiliatus in terra passus, clarificatus post mortem. Humiliatus descendendo ad inferos, clarificatus dando gloriam sanctis patribus, & plures ex eis resuscitando. Humiliatus patiendo sub Romanis, clarificatus Centurione & alijs confitentibus eum filium Dei. Humiliatus coram Iudæis, qui ex omni Iudæa venerant ad festum, clarificatus coram eis dum reuertebantur percutientes pectora sua. Humiliatus crucifixus in medio latronum, clarificatus à latrone dicẽte. *Memento mei Domine dum veneris in regnum tuum.* Humiliat⁹ sustinendo flagella, sputa & alia & clarificatus cum resurrexit impassibilis & gloriosus. Humiliatus in discipulis fugientibus, clarificatus in eis videntibus & gauisis. Humiliat⁹ ab Angelo eum confortante, populo persequente & clamante. *Crucifige*, clarificatus super omnes Angelos, quñ videntibus omnibus populis & gratulantibus Angelis super omnes eorum choros ascendit, de quo crastina solennitas & memoria agitur. Humiliatus ab omnibus gentibus, quæ sub cælo erant, quæ aduenerant in Ierusalem, clarificatus in eis, qui ab omnibus adoratur. Humiliatus ab hominibus iudicatus, clarificatus erit in die iudicij, cum omnes iudicabit, Nam & Angeli dicebant: *Sic veniet quemadmodum vidistis eum ascendentem in cælum.* Et quia hoc Euangelium iam bis sufficienter est explicatum & hodiè rectè in vigilia Ascensionis legitur, ad præparanda corda nostra, & sursum erigenda, hoc solum verbum, *Ascendere*, explicabo.

Christi triumphus cur Romanorum triumphis comparatur.

Hoc Euangelium cur ter in anno legatur.

Christus quando clarificatus supra omnes Angelos.

Subleuatis Iesus in cælum oculis.] Quia Christus venit è cælo & Deus est, & ipse in cælum suos habuit oculos & omnia & nos secum in cælum rapere & rapi vult. Sic n. homo vultũ habet erectum, vt in cælum suos defigat, corporis & mentis oculos, & illuc tandem aliquando venire contendat. Ascendit Christus, ascẽdamus & nos. sed est ascẽsus vnus virtuosus, alter vitiosus. Virtuosus est ille, quo homo relinquit saltem quantum ad affectum inferiora bona mundi & ad superiora affectanda & cõtẽplanda se cõuertit, ille etiam quo homo de infirmitate vitiorum ad eminentiam vitæ & morum eleuatur, & quo homo de statu & valle præsentis miseriæ ad cæli gloriam extollitur. Et de ascensu Christi vel B. Virginis, vel animæ saluandæ potest dici illud. Gen. 49. *Ascendisti cubile patris tui.* vbi ostenditur, quod sancti ascendunt in cælum propter tria bona maxima quæ sunt ibi. Est enim securitas ibi quæ non perturbatur, *Ascendisti*, quod est præteriti temporis q. d. Iam es in tuto, iam transmisisti. Item tranquillitas pacis amans. *Cubile.* Hæreditas

In cælo cuiusmodi bona.

anta-

ducabilis quia Patris tui; Est itaq; ibi securitas, quæ nun perturbatur, est tranquillitas quæ pace lætatur, Hæreditas qua iustus dotatur. Auis qn̄ in supremis partibus aëris ascēdit, videtur esse in tuto, quia ab inferioribus periculis est exempta: Sic anima ex quo locum illum altissimū ascenderit, à periculis omnibus erit tutissima. Sicut.n.ad supremum interstitium aëris non ascendunt vapores, ideo secūdum Philosophos nullæ sunt ibi impressiones, vnde non generantur ibi nec ventus nec tonitru, nec pluuia, nec grādo: Sic verè ad illud supremum interstitium paradisi non ascendunt vapores, id est, mundi peccatores, vel diabolicæ tentationes, ideoq; nullæ sunt ibi tribulationes. Ibi.n.nec ventus elationis, nec tonitru comminationis, nec fulgur & grando, rapinæ & exactiones. Ideo dicitur q̄ ibi sit securitas, Ascendisti, quod est præteriti temporis. 1. Mach.5. *Ascenderunt in montem Sion cum lætitia*. Et de Christo dicitur. Ps.64. *Ascendisti in altum*. Videmus q̄ fructus, qui sunt sursum in summitate arborum, sunt magis in tuto, quam illi qui sunt inferius: sic homo qui in hac vita positus in cælo moratur. Ascendens ergo ad montem Dñi qui est paradisus, quia loc⁹ sublimitatis, securitatis, vbertatis & claritatis. Habet in situ sublimitatem, in statu securitatem, in cognitione claritatem, in fruitione vbertatem. Ideoq; 1. Re. 24. *Ascendunt ad loca tutiora deserti*. Talis securitas in mundo non est. Quia sicut animalia innocentia in nemoribus sēper sunt in periculo, quod ab animalibus rapacibus & crudelibus deuorantur: sic verè in hoc mundo semper sumus in periculo, ne à dæmonibus deuoremur, aut à mundi Tyrannis multis modis perturbemur. Ascendamus ergo ad tutiora loca deserti, id est, ad securitatem, & huc per desiderium & affectionem, & per æternæ gloriæ consecutionem. Secundo est ibi tranquillitas quæ pace lætatur, qn̄ dicitur *Cubile*. Est enim paradisus, locus pacis, quietis, trāquillitatis, & voluptatis. Nam post labores & æstus diurnos, homo solet ad cubile suum recurrere, & ibidem ascēdere, quiescere & dormire, sic est paradisus, quia & Christus & sancti post labores huius vitæ adueniente vespera mortis ad istud cubile ascenderunt, & ibi pacificè & delectabiliter quieuerunt. Ideo de Christo potest dici istud 3. Esd.3. *Darius rex ascendit in cubiculum suum & dormiuit*. Mundus autem cubile tale est, de quo Is.34. *Erit*, inquit, *cubile Draconum, & pascua struthionum*, occurrent dæmonia, onocentaurus, & pilosus clamabit alter ad alterum, ibi cubauit lamia, ibi habuit foueam ericius, ibi congregati sunt, *milui, alter ad alteram*. Dracones inflammati auaritia, quia spirant ignem, struthiones desidiosi, quia volare nō possunt, Onocentaurus animal crudele & ceruicosum, vt Tyranni, Lamia monstrum luxuriosum, quia habet pedes equi, Ericius armatus spinis, id est, diuitijs pungentibus cor humanum, Miluus, qui pullos rapit, Ecce vbiq; in mundo timendum: Sed in cælo, vt dicitur in Ps. *Exultabunt sancti in gloria, lætabūtur in cubilibus suis*. Tertio, est ibi hæreditas amplificata, qa est cubile, & habitaculum patris nostri, & ideo iure hæreditatio nobis debetur, Ideo dicebat Christus, *Ascendo ad Patrem meum, & ad patrem vestrum*. Io.16. *In domo Patris mei mansiones multæ sunt*. Ideo conemur illuc cum Christo ascēdere.

Paradisus cuiusmodi locus.

Ascensus etiam signat contemptum temporalium & inferiorum, & de quolibet sic ascendente potest dici illud Gen. 2. *Fons ascendebat de terra, irrigans vniuersam superficiem terræ*. Temporalia igitur sunt contemnenda, vt habeas veritatis splendorem & cognitionem, quia dicitur, *Fons*. Fōs est naturæ peruiæ & specularis, in quo videtur quicquid ibi est, quia non habet fæculentiam aut crassos humores, Imago etiam ibi impressa statim apparet, nisi forte fons fuerit turbatus: Sic qn̄ homo non est admixtus fæcibus temporalium per desiderium & amorem, & per auaritiam, tūc est clarus, & verus, non fictus, nō obscurus, non velatus, non hypocrita, imo quicquid in eo est interius in corde, apparet exterius in apparentia. Prou. 27. *Sicut, resplendent vultus prospicientium in aquis, sic manifesta sunt corda hominum prudentibus*. q.d. Tu non debes cor tuum reuelare insipientibus, qui nesciunt celare celanda, nec dicere dicenda, sed honestis, bonis & prudentibus te debes verum, planum & manifestum exhibere. Nota ergo hic falsos amicos. Eccl.12. *In labijs suis indulcat inimicus & in corde suo insidiatur, vt subuertat te in foueam*. De bonis aūt possumus dicere illud, Zac. 13. *Erit fons patens domui Dauid*, in ablutionē peccatoris & mēstruatæ. De Christo etiā d. Eccl.1. *Fons sapientiæ verbū Domini in excelsis*, Fons.n.in mente scaturiendo per conductus potest descendere ad vallem, & iterum ad eandem altitudinē peruenire: Sic verè Christus qui est in monte paradisi ab æterno scaturiuit, & per conductus humanitatis & vteri virginalis ad vallem huius mundi declinauit, iterum in ipso conductu humanitatis nostræ voluit ad eandem altitudinem, sc.ad cæli palatium redire, ideo dicitur in excelsis, Num.4 *Excelsam quidem habitaculum tuum*. Secundo debent sperni temporalia, ꝓ acquirendo pietatis dulcore & compassione, quia dicitur, *Irrigans*. Nubes.n.nunquam rigat terram, quamdiu aquam suam secum portat, imo oportet, q̄ eam prius dimittat: Sic verè homo nunquam potest rigare per pietatem, eleēmosynam & largitatem, terram, i. pauperes quamdiu aquam suam, id est, bona temporalia retinet, diligit, & conseruat, imo verò si ipse vult habere virtutem irriguæ pietatis & largitatis oportet necessario q̄ pluuiam suam, id est, mundi bona deijciat per contemptum, distribuat per manum, & dimittat propter Christum, quia dicitur *Irrigans*, q.d. Tu debes alios pijs beneficijs irrigare. Sed aduerte q̄ quidam irrigant alios sicut nubes, quidam sicut fluuius, quidam sicut puteus, quidam sicut fumus; Sicut nubes sunt boni & iusti, Quia sicut nubes irrigat terram subiacentem æqualiter, & non percipitur tantum pluuia in vno loco, sed in tota patria: Sic verè boni & iusti Eleēmosynarij pluuiam suam, id est, eleēmosynas suas spargunt æqualiter & non faciunt acceptionem personarum, sed breuiter omnibus indigentibus, & non solum in vno loco, domo, familiâ vel personâ, sed in patriâ debet influentia suæ misericordiæ deriuari. Et ideo dicit, q̄ irrigabat vniuersam superficiem terræ, id est, totam patriam, iuxta illud Pro.5. *Deriuentur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas diuide*. Quidam sunt sicut fluuius, qui non irrigat nisi partes sibi coniunctas: Sic sunt multi, qui nullam pietatem faciunt, nisi personis sibi coniunctis & familiaribus, & qui apud eos suis obsequijs huiusmodi bona promerētur, q̄ quidem est soluere debitum non elargiri. Ier.6. *Pasces vnusquisq; eos qui sub manu sua sunt*. Quidam sunt sicut puteus, qui non nisi seipsum irrigat, quia eius aqua non exit ad aliena loca, imo oportet, q̄ cum difficultate inde hauriatur, aqua etiam eius, quando sæpe nō mouetur per haustum facile cōtrahit corruptionem: Tales sunt auari, q nō nisi seipsos, vxorem, filios & familiam irrigant, aquam .n. bonorum suorum temporalium non diuidunt, nec cōmunicant cuicunq; per aliquam pietatem, imò totum sibimetipsis reseruant, nec aliquis potest aliquid ab eis de aqua sua, id est, de diuitijs extorquere, nisi cum difficultate, sc. per rapinam, vel extorsionem, sicut faciunt mali principes & latrones, imo accidit, quod propter defectum hauriendi propter defectum exponendi manum ad diuitias suas vt easdem dent & distribuant, sæpissimè putrefiunt: vt est vinum, cereuisia, caro panis & similia diuitum. Quidam sicut mare irrigant, Mare vapores suos humidos superius ad nubes, quæ nō indigent irrigatione, mittit: Sic multi sunt & maximè mundi diuites qui more maris sunt fluctuosi per lites & discordias, per diuersas solicitudines tēporales & amari per diuersa vitia, *quia impij sicut mare feruēt*. Isa 57. Tales.n. mittunt humores suos, id est, dona superius versus nubes, i. ad principes, iudices & magnates, sc. vt eorum gratiam acquirant, & vt ab eis beneficia & officia obtineant, eosq; & causas suas promoueant q̄ quidem est cōtra doctrinam saluatoris. Luc.13. *Cum facis conuiuium, noli vocare diuites*. Tertio, contemnenda sunt, vt caueas prauitatis horrorem, sc. auaritiam, quia d. *De terra*. Vtile enim est homini repleto vt humores superfluos eijciat, alioquin est in periculo mortis: Sic homo repletus diuitijs, nisi eas eijciat, & contemnat & fugiat saltem quantum ad affectum, est in periculo mortis & gehennæ, & culpæ. *De terra*, inquit. Nā sicut auis surgit de terra, alioquin est in periculo capiendi visco vel laqueo, sic verè debet bonus quisq; fugere terrena, ne capiatur visco luxuriæ vel laqueo auaritiæ. Ideo dic. Abrahæ. Gen.12. *Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui*, sc. de mundo & carne. Sed multi sunt si-

cut

Tēporalia quo sint contemnenda.

Temporalium amator in pauperes non est pius.

Auari quomodo similes puteis.

Tēporalia quo metu fugienda.

cur aues fatuæ, quæ se facile capi patiuntur volant prope terrã, circa noctẽ, & ad rete. Quarto, propter dignitatis honorem, quia d. *Ascendebat*. Magna est dignitas corporib. cælestibus q ab istis corruptibilibus sunt separata: Sic honorẽ magnum habet homo spiritualiter, qñ ab istis infimis & tẽporalibus se disiungit, & separat per contemptum. Et sicut ascensus & eleuatio signum est dignitatis: Sic ille q ab istis terrenis per contemptum se eleuat, dignus & nobilis dici debet, vt de hoc dicatur. Luc. 19 *Ascendit in arborẽ*, sc. Zacheus, quia in terrã Deum videre non poterat. Flãma nõ vult inferius detineri, dignæ. n. est & nobilis naturæ. Sic cor nobile ista infima debet abhorrere, & vilia reputare. Animaduerte præterea, q quidam ascendant montem Dei, & illi duntaxat qui à Deo vocãtur & fide illuminantur, & spiritualiter ad hoc disponuntur iuxta cõditiones pscriptas, Ps. 10. *Quis ascendet in montem Domini?* excluduntur à cõtrario q cas non habẽt. Quidã ascendunt ad montem Diaboli, vt illi qui excæcati sunt à diabolo & obtenebrati diuersis animæ cæcitatib. Num. 13. *Contenebrati sunt q ascenderunt in verticem montis*. Vnde dictus est princeps tenebrarũ, qui dixit. Is. 14. *In cælum conscendam & ascendam super altitudinem nubiũ, & similis ero altissimo*. Primi habẽt Angelos eis obuiantes, eosq; cõfortantes, secundi dæmones. Primi ascẽsus finis est cælum, secundi infernus. Primum locum elegit Christus, & ad eum ascendit. Ad secundum diabolus cũ suis mẽbris. *Surge* ergo ô homo *& ascende ad locum, quem elegit Dominus*. Deut. 17. *Gradus si quæras, opera misericordiæ*.

Opera misericordiæ sunt sex illi gradus, Mat. 25. per quos ascenditur, & per septimum q dicitur in Tobia de sepultura mortuorum ascẽditur in cælum, q pulcherrime figuratur. 2. Par. 9. vbi habetur q rex Salomon fecit 6. gradus, qb9 ascẽdebatur ad solium & scabellum aureum, Istud scabellum potest significare sepulturam mortuorum; quia sicut scabellũ sub pede, ita infimũ locum tenet inter opera charitatis, & sic 7 graduum ascẽsus eius. Ex. 40. Elias 4. Reg. 2. ad paradisum ascẽsurus, dimisit pallium suum Elisæo. Sic Christus ascẽsurus per crucẽ deposuit vestes. Io. 19. in signũ q ascensuri in cælum debent vestes & alia dimittere per Eleemosynarum largitionem. Talium aduocatus est Christus apud Patrem, sed non defendit falsas causas, nec falsos in causis suis, & qui in infirmitate promittunt emendationem, sani facti, sunt peiores aut ijdem.

Christus causarum patronus apud Patrem iustus.

Credimus autem, q sicut Christus per 40. septimanas fuit in vtero matris & per 40. dies ieiunauit, & per 40. mẽses prædicauit, & per 40. horas fuit mortu9, ita per 40. dies post resurrectionem suã apparuit eis & doctrinam, quam per 40. mẽses eis tradidit, per 40. dies immortalis factus p multa argumẽta confirmauit. Post quos *Christus ascendit in altum, captiuam*, sc. à diabolo prius, *duxit captiuitatem*. Eph. 4. *dedit dona hominib.* Est itaq; Auditores, festum Ascensionis solẽne, quia non solam est de Christi ascensione, sed etiam de omnibus Sãctis, Patriarchis & Prophetis, & iustis, q fuerunt ante Christi natiuitatẽ & mortem clamantes illud Ios. 10. cum obsessis Gabaonitis, *Ascende citò & libera nos*. Gabaõ vallis mœstitiæ dicitur, & in tali erãt patres in limbo. *Inclina cælos tuos & descẽde*, sc. naturam nostram assumendo, & iterum ascẽde, naturam nostrã ad patriam reportando. Eph. 4 *Qui descẽdit ipse est qui ascendit*, sc. cum membris suis. Et sic ascẽdit cum senioribus & sanioribus. Io. 8. & non cũ omnibus Et hoc est q prædixit. Io. 12. *Ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum*. Trahit oẽs trahendos ad modum solis, de mari aquam dulcẽ, & putã trahit in altum, salsã & terrestrẽ relinquẽs, & sic nunciauit nobis vitã nouã. Heb. 10.

Numeri quadragenarij consideratio in Christo

Cur autẽ Christus ascẽdit, p nũc quatuor rationes ponemus breuissimè, vt meditationi nostræ de ascẽsione satisfiat. Primo, vt ei9 potentiã & vniuersale dominiũ ostẽderet. In hora mortis ostẽdit se terræ Dñm per terræ motũ, aquarum qñ super aquas ambulauit, inferni qñ illum spoliauit in sua resurrectione, aëris verò in sua ascẽsione. *Domin9 vniuersorum tu es*. Et in ista dñi Ascẽsione magnam nobis spem attulit auxilij spiritualis cõtra bella tentationum. Vegetius de re militari l. 3. dicit, *Pugnaturi primũ commodũ capiũt ex loco, q tanto melior est, quanto altior iudicatur*. Causa vna est ex parte pugnantium, quia tela ex alto demissa vehementius descẽdunt & duri9 percutiunt, altera ex parte aduersantium, quia deorsum stantes habẽt duplex certamẽ, & contra locum & cõtra hostes: Ita dum Christus in demisso loco stetit, Iudæi in eum irruerunt, antequã etiam ipse in crucẽ & in cælum ascenderet, exercitus suus cadebat in limbum, inferni carcerẽ, & in tentationibus faciliùs vincebatur, ideo in ascẽsione ad supremã turrim, super omnes cælos ascendit. Eph. 4. vt membra sua & Ecclesia sua fortiùs defenderentur per eum qui ciuitatem fortium ascendit. Prou. 21. & hostib. fugatis nobis iter faciat. Ps. 67 *Iter facite ei qui ascendit super occasum, Dominus nomen illi, turbabuntur à facie eius*. Secundo, Vt nobis hospitium pararet ipso teste, *Vado vobis parare locum*. Ecce humilitas Christi super oẽs terrenos Dñs, quibus parantur à ministris loca, non ipsi parant. Venit enim ministrare, non ministrari. 2.

Causa Christi ascendentis 4.

Loci commoditas ac e militari.

Tertio, Vt amorem nostrum ad se attraheret, & sic post ipsum ascẽdere toto desiderio & conatu nos doceret, exẽplo aquilæ prouocantis pullos suos ad volãdum & nidum dimittendum, ascendit. n. super aliquam arborẽ ante eos, deinde in aëre superius versus cęlum: ita Christ9 qui est quasi aquila prouocãs ad volãdum pullos suos & super eos volitans, Deut. 32. Primo, ascẽdit sup crucis arborẽ. secundo, vsq; in cælum, vt iter pararet. Mich. 2. *Ascendit pandens iter ante eos*. Exẽplo etiam optimi amici longe pficiscentis, quẽ corde saltẽ sequimur, & de eo libenter audimus. Quarto, Vt adimpleret & perficeret omnia. Vniuersum. n. est quasi circulus qui perficitur, qñ linea ducta ab vno puncto redit in eundem, sic vniuersa à Deo p odeunt quasi linea à puncto. Iac. 1. *Omne datum optimũ* Et ad eundẽ terminatur, quia ipse est A & Ω. In cuius signum filius Dei egressus à Patre, & vltimo vnitus creaturæ, i. terræ iterum die ascẽsionis ad eundum Patrem redit, terram suo principio copulando. Sed quomodo mẽbra poterunt cũ eo ascẽdere, explicat B. Ambr. in hexam. lib. 3. d. *Sicut n. aqua ad tantam altitudinem in cõductu ascendit, à quanta principiũ trahit, & si aliquod leue, sicut pẽna vel lana, vel huiusmodi in ea ponatur, illud etiam secum facit ascendere: Ita natura diuina* (de quo Eccl. 24.) *sicut aquæductus exiuit à paradiso, ad eandem locum redit portans secum leues peccati pondere non aggrauatos. Membra. n. debent capiti conformari, & sic membra coniuncta sequentur per eandem viam*, sc. pœnitentiæ, paupertatis, patientiæ, humilitatis, & sic de alijs 1. Reg 14. *Ascendit Ionathas reptans manibus & pedibus, & armiger eius post eũ*. Et Col. 3. *Super omnia autem charitatem habentes, quod est vinculum perfectionis*, quo membra capiti alligantur. Itaq; ista miseria & pericula huius mundi saltem, si non aliud, deberent nos ad simul ascendẽdum allicere, vel extimulare. 3.

Multos autẽ impediunt in hoc ascẽsu duo, sc. amor & timor. Vt volẽtes ascẽdere per grad9 Eleëmosynarum & charitatis impedit amor pecuniæ & timor penuriæ, alios amor inordinatus carnis & timor austeritatis, & ista duo sunt sicut leones Salomonis. 2. Par. 9. Picti, qui nihil nocent, audaces vero fortiter ascendunt.

Ab ascensione cælum quibus impediantur multi.

Nota, qui semper de virtute in virtutem eunt, faciunt diætas suas, vt in morte statim ad locum suum, quo ibant, perueniant. Sic mali de peccato ad peccatum in infernum. Aliqui eligunt potius ascẽdere cum Gigantibus, aut turrim Babel ædificantib. cum Lucifero aut Icaro, Deut. 1. *Tumẽtes superbia ascendistis in montem*. Ps. 73. *Superbia eorum qui te oderũt, ascendit semper*. Et iterum: *Vidi impium superexaltatum & eleuatum, sicut cedros Libani*. Sed quis est finis huius exaltationis? Sequitur. *Transiui, & ecce non erat, quæsiui & non est inuentus locus eius, nec in cælo, nec in terra ista, sed cum his qui interfecti sunt gladio, & descenderunt ad fundamenta laci*. Isa. 14. Alij nituntur ascendere ira inflammati, vt seipsos vindicent, propter hoc enim desiderant esse potentes, & propter hoc ascendunt in Israël. Psal. 77. Et istorum altitudo vel ascẽsus est, sicut altitudo montis Ætnæ, qui in seipso comburitur & valles à combustione minus læduntur. Sunt. n. qui dicunt, si ego essem tã potens, tam securus, hoc & illud non paterer. Sicut autem auis vna ala non potest ascendere, quin cadat, ita est qui sine ala dilectionis Dei aut proximi, vel sine bona voluntate vult ascendere. Gen. 49. *Cadat ascensor eius retro ira Dei ascendet super eos*. Psal. 77. Alij cum inuidia, & istorum altitudo assimilatur altitudini fagi, cuius vmbra herbas sub se crescere impedit, & quanto altius ascendit, tanto latius vmbram venenosam expandit. Sed in fine procellã

Inuidorum altitudo cum altitudine fagi comparata.

venti

uenti prosternitur. Ita isti in statu suo utuntur ascendere, alijs ascendere volentibus, inuident & vmbrâ venenosæ detractionis, accusationis & vituperationis impediunt. Ps. 17. *Ascendit fumus in ira eius.* Sed in morte cum paruo flatu de ore emisso, anima sagi in infernum cadet, & herbę priùs impeditæ incipient crescere, dicentes illud Isai. 14. *Corruisti in terram, qui vulnerabas gentes.* Alij per cupiditatem cum Gigantib. qui montes super montes ponebant vt Iouem depugnarent: sic illi possessiones super possessiones, & dominium super dominium, dum terras, nemora & montes acquirere non cessant. Sed in ista cumulatione aliqui Deum cæli in se expugnant, vt qui periurijs acquirunt, qualiter mercatores & similes, aliqui in membris, sicut fures, raptores & vsurarij, de quorum quolibet conqueritur dicens, *Ascendit malitia eius coram me.* Ion. 1 Et sint certi de hoc, q. fulmen damnationis in eos emittet. Mat. 25. vide Amos 9. quid dicat Dominus. *Auaritia in capite omnium, nouissimum eorum in gladio interficiam. non erit eis fuga, & qui fugerit ex eis non saluabitur. Si ascenderint vsque in cælum inde detraham eos & reliqua.* Alij ascendunt per hypocrisin & inconstantiam, similes miluo, qui ascendendo clamat voce gracili & spiritnali valde, dicendo, Fi, fi, fi, ac si de toto mundo nihil curaret, ac si esset ita spiritualis, & eis, q̃ Dei sunt intentus, quod de temporalibus non curaret aut quæreret quæ sua sunt, Sed visu cadauere cito super illud descendit. Et adhuc in altum ascendunt famelici, vt ex distantia prædam faciliùs videāt, & citiùs capiant. In prima conditione illis assimilantur ij, qui in quadragesima, & in suis necessitatibus, & confessionibus, ita spiritualiter loquuntur detestando peccatum, d. fi, fi, fi, super gula, luxuria, & alijs, sed cessante impedimento, visa opportunitate cito ad cadauera priora vitiorum redeunt. In secunda, quo ad ascensum & prædam, assimilantur hypocritæ qui ideo ore omnia carnalia contemnunt, id est, fingunt se in altum sanctitatis volare, vt beneficia Ecclesiastica, promotiones, munera, gratias & laudes hominum consequantur. *Ad prædam ascendisti.* Ge. 49. Alij per scalam accidiæ cum testudine, de qua fertur quod in dimidio anno arborem quandam ascenderit, & in fine ad priorum statum ceciderit: Ita multi ascendunt arborem pœnitentiæ tarde & tepide in fine quadragesimæ, & in fine vitæ, & tardè ad Ecclesiam, & ad bona opera cum murmure, & citò ad modicum tentationis vel tędij cadunt in tantum, quod inter Pascha & ascensionem forte maior pars illorum, qui in quadragesima inceperunt ascendere, sub peccato iterum ceciderunt. *Animalia ibant & reuertebantur.* Exech. 1. Alij ad locum cupiditatis vel vanitatis ad modum hederæ, vel veprium per maceriam inordinati fauoris. Hedera in ascensu suo non innititur virtuti aut fortitudini propriæ, sed parietis: Ita volentes ascendere locum cupiditatis in statu Ecclesiastico, cum de virtute & fortitudine spirituali seu Ecclesiastica & litteratura & moribus parum aut nihil habeant, innituntur parieti, id est, alicui prælato vel patrono seu potenti eique muneribus & precibus vel sanguine vel seruitio ligantur. *Ascendunt super eam vepres & spinæ* Isa. 5. *& tribuli.* Os. 10. *Ascendent super aras, Ascendunt montes.* Ps. 103. id est, aridi & infructuosi, illiterati, inepti, & *descendunt campi,* id est, fertiles & vtiles *in locum quem fundasti eis,* tu scil. supportator & fautor hederæ, receptor munerum, qui illas primatum in eis gerere. Et talis indignorum exaltatio est periculosa, tā exaltatis quam exaltatoribus, Exaltatis, si non continuant munera aut seruitia aut in offensam cadūt aut patroni moriuntur. Ps. 79. *Destruxisti maceriam eius.* Exaltatoribus, quia sæpe exaltati fiunt ingrati & contra eos ad extremam perniciem agunt. Ps. 88. *Exaltasti dexteram deprimentium eum, lætificasti omnes inimicos eius.* Alij per viam falsitatis & proditionis & duplicitatis, ad modum colubri tortuosè incedentis per ascensum scorpionis. Nu. 34 & ad modum sagittæ non bene pennatæ, nec de bona manu emissæ quæ vadit huc & illuc. 3. Reg. 6. *Ascendebant per cochleam.* Animaduerte autem quod omnes prædictæ male ascendentes ad breue tempus ascendunt, & in ascensu prosperantur plus quam boni, qa mala herba citò crescit, & *filij huius sæculi sunt prudentiores filijs lucis in generatione sua.* Luc. 16. Et de eorum prosperitate gloriantur, & alios cōtemnunt, sed gloria eorum de ascensu suo est sicut gloriatio pauonis in pennis suis, donec pedes videat, nec ille suis pennis potest aucupes effugere, quemadmodum aquila cùm suis griseis pennis, ascensus verò sicut ascensus Simonis Magi. Melius est cum paruis diuitijs & cum corporis infirmitate, cum sacco vnoque oculo, & de vili genere ad vitam intrare, & omnes aucupes inferni in mortis necessitate euadere in cælum euolando, quam cum istis omnibus in gehennam eijci. 1. Cor. 5. *Non est bona gloriatio vestra.* Ascendunt etiam cum Simone Mago quem diabolus ad tempus eleuauit & portauit, qui ascensiones in corde suo disposuit in valle lachrymarum, dęmones illum ad tempus iuuabant, sicut carnifex furem in ascensu scalæ, & cornix nucem in altum, vt eadem fortius frangatur. Sic dæmones iuuant prædictos in ascensu suo, de quibus Ierem. 49. *Quasi leo ascendit de superbia.* sed Iob 20. *Gaudium hypocritæ ad instar puncti si ascenderit in cælum superbia eius, & caput eius nubes tetigerit, quasi sterquilinium in fine perdetur.* Et hoc cito, quia Ezec. 7. *Prope est dies occisionis, & non gloriæ montium* Fac conclusionem. Statim quando credunt securius ascendere, iuxta illud Ezech. 32. *Cum volare cœperint, gladius meus super facies eorum* Ps 72. *Deiecisti eos dum allcuarentur,* Sicut Simonem Magum. Sequitur autem in Iob. *Qui te viderint, dicent, vbi est?* & dicent illud Is. 14. *Nunquid iste est qui conturbauit terram?* Sequitur. *Velut somnium volans non inuenietur, transiit sicut visio nocturna,* hoc excepto, quod illi lumināt de nocte & cito, & non inultum dementantur. Isti autem de die cum alijs conditionibus oppositis infatuantur, & vltim. *de cadaueribus eorum ascendet fœtor.* Isai. 34.

Miluio assimiles qui.

Indignorū exaltatio periculosa.

Dæmones quomodo iuuent in ascensu malos.

Quid ergo agitis in mundo Auditores, adhuc non valetis ollas carnis relinquere? & tamen in illis mors est, & mors quidem æterna, quam tantopere affectare videmini, nescientes sequi damnationem sempiternam? Ecce quid Christus fecit pro nobis dum clarificauit Patrem nobis & nomē suum manifestauit, quia verba quæ dedit ei Pater, dedit nobis, rogat pro nobis, vt seruemur à malo, & in nomine suo, & vt vnum simus sicut ipse est cum Patre, vt habeamus gaudium suum impletum in nobismetipsis, dedit nobis sermonem Patris, petit vt simus sanctificati in veritate, claritatem quam dedit ei Pater dedit nobis, vt simus vnum sicut illi, Christus in nobis & Pater in Christo, vt simus consummati in vnum. Vult vt vbi ipse est triumphator gloriosus, & rex magnificus, & Dominus Dominantium, nos etiam simus & videamus claritatem suam, quam dedit ei Pater, & dilectio, qua cum Pater dilexit sit in nobis, & ipse Christus etiam in nobis, quid maius peti aut desiderari, quid optatius nobis in terris in mari omnium miseriarum & periculorum contingere, quid beatius quam sic Christo vniri & à Patre diligi, quid fœlicius, quid gloriosiùs quam claritatem diuinam, quæ visio beatitudo est, intueri in cælis & ibi clarificari, & ea claritate in æternum perfrui? dispereant omnes illæ lubricæ cogitationes, delectationes, & opera mundi cum carne & Satana, placeat nobis vnicus Deus, ipsius mandata & dilectio & indubitata promissio, & quia fragiles sumus, clamemus hodie cum S. Ecclesia. *Præsta quæsumus omnipotens Pater, vt illic nostra mentis intentio, quo ventura solemnitatis gloriosus auctor ingressus est, semper intendat, & quo fide pergit, conuersatione intendat. Per eundem Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus S. per omnia sæcula sæculorum, Amen.*

Vbi Christus est gloriosus triumphator, ibi vult nos sua claritatis spectatores.

Laus Deo, & Beatissimæ Mariæ Virgini, & omnibus Sanctis.

IN FESTO ASCENSIONIS DOMINICÆ.

Recumbentibus vndecim discipulis, apparuit illis Iesus, Marc. 16.

Ascensionis Dominicæ festi solennitas.

HVius diei gloriosæ solennitatem & dignitatem S. Epiph. hodierna homilia expendens Auditores, & cum solennissimo Pentecostes Festo conferens, hanc celebritatem longè maiorem iudicat, qua Dominus Iesus post illam gloriosam de hostibus potentissimis victoriam, ereptos captiuos, & reportata spolia in cælum assumptus est, omnique ex parte & modo maximam decernit. Hodie enim Christus Dominus sidereos micantesq; luce cælus aperuit. Hodie subtilissimas aëris partes velut solidum pauimétum calcauit, Hodie corpus è terra concretum supra cæli conuexa transtulit. Hodie vniuersæ angelicæ naturæ immensum gaudium attulit. Hodie nouum planeque peregrinum spectaculum mundo attulit, puta carnê nostram supra regium solium euectam. Eia aurigam nõ qui currum incomposité in terra regat, cõspicite, sed qui nouo more modoq; cursum per cælos tentet, cælorumq; fastigia quam primum occupare festinet, ac incursantem Belial potenter excutiat ac euertat. Hodie pastor ille bonus relinquens nonaginta nouem oues, centesimam ouem Deo Patri muneris loco obtulit. Hodie dico festum est omnium Patriarcharum, Prophetarum, & iustorum omnium, ab Adam vsque ad Christi mortem, & omnium Angelorum, quorum ruina fuit restaurata, & totius humanæ naturæ, supra cælos & angelos exaltatæ. Dictum erat illi antea, *Terra es, & in terram reuerteris*: at nunc in cælum transcendit. Ioan. 14. Quia *vado ad Patrẽ*. & petit Patrem, vt vbi ipse est, etiam sui sint & maneant. Hodie triumphus est triumphorum, qualem nemo Romanorum, nemo victorum vnquam habuit, nec habere potuit, vtpote qui homines fuerunt, & homines vicerũt & occiderunt: at Christus nullo homine cæso, sed hostibus illius, morte, Satana, & mundo, non in vrbem Romanam, sed supra cælos cælorum triumphali modo ingreditur, illam gloriam nunquam amissurus, nunquam depositurus: cui omnes cælites acclamant, *Benedictio & claritas, & sapientia, & gratiarum actio, honor, virtus & fortitudo Deo nostro.* Hic est qui vicerat, leo de tribu Iuda Apocal. 15. agnus sedet in throno, quem circundant procidentes omnes cæli ciues. Hic *captiuam duxit captiuitatẽ, dedit dona hominibus*. Apud Romanos comitabantur captiui miserè ligati, omnibus bonis exspoliati, quibus victores locupletabantur, manentibus illis nudis, mendicis & exulibus: at princeps noster, triumphator non gloriosus, pauper prius effectus est, in cruce omnibus bonis exspoliatus, vt eius inopia nos essemus diuites, eos qui in captiuitate Babylonica detinebantur, mira libertate donauit, soluit compeditos, & qui exules filij Euę, ad ipsum clamabant, ad portum salutis, & propriam Patriam sunt reducti, & magni facti, Hunc non Romanorum ciues, sed illustrissimi cælorum principes comitantur, quousque sedeat ad dexteram Patris, hoc est, in potioribus eius bonis sancta Saluatoris humanitas commoretur, vbi præclara eius gesta, non in lapidibus politissimis, sed in diuina scribuntur essentia, vbi perpetuo leget ea omnis beatus. Hanc gloriam nullus concionator, licet insignis valet edisserere, etiamsi ille sit angelus qui itineri interfuit, aut ex Apostolis sacris vnus, qui ascendentem vidit in nube lucida, aut ex illis qui Christum ad cælos sunt comitati, & gloriæ suę participes effecti. Hodie cælum totum fuit euacuatum, ascendenti Christo gratulatum occurrens: Hodie ille magnus articulus fidei probatur in Ecclesia. *Ascẽdit ad cælos, sedet ad dextram Dei Patris omnipotentis*. Incarnando venit Christus in hortum suum, moriendo, myrrhã messuit, resurgendo comedit fauum, ascendẽdo vinum bibit cum lacte. Hodie diabulus corpus nostrum in cælum subleuatum cernẽs, calamitatem suam deplorat. Hodie peccatum propter Iesum assumptum, velut fumus dispares. Hodie magnus ille Legatus mediator & amic⁹ humani generis aduenit ad Deũ Patrem, vbi causæ & necessitates illius optima forma proponuntur, commendantur & expediuntur. De hac festiuitate multo ante vaticinatus est Dauid. *Ascendit Deus in altũ, captiuam duxit captiuitatem.* & Ps. 67. *Iubilate Deo & glorificate nomen eius, iter facite ei qui ascendit super occasum*, id est, supra cælum, vnde Lucifer cum suis corruit. Is. 53. *Dominus nomen illi.* Et iterum, *Iubilate Deo qui ascendit super cælum cæli ad orientem.* Et, *Ascendit Deus in iubilo & Dominus in voce tubæ.* Et de isto etiam ait Anna mater Samuelis. *Dabit Dominus imperium regi suo, & sublimabit Christum suum* 1. Re. 1. & Psal. 17. *Ascendit Dominus super pennas ventorum*. Magna igitur gloria, victoria, triumphus, gaudium, exaltatio, & fœlicitas. Sed nunc ad

Triumphator noster Christus aliter se gessit, quam Triumphatores Romani.

Christus pro mundo legatus ad Patrem.

EVANGELIVM.

RE*cumbentibus vndecim discipulis, apparuit illis Iesus.*] Bonis nulla occasio intercidit, quin a Deo recipiant beneficia, dum dormiunt, manducant, loquuntur, quia siue mãducent siue bibant. 1. Cor. 10. omnia in gloriam Dei faciunt, & ita omnia cooperantur illis in bonum, & *folium eius non defluet* Ps. 1 etiam id quod minimum est, nõ perit, quia *in lege Domini fuit volun. eius*. Beatus Lucas in Actibus Apostolorum historiam huius Ascensionis clarius describit, vt etiã hodierna lectio vel Epistola ex illis est desumpta Cum itaque in cœnaculo in Hierusalem vbi Pascha comederant, recumberent Apostoli in ipso die Ascensionis apparuit illis Iesus, quod secundum Lucam Act. 1. cum eis vesci voluerit vt sc. per effectum comestionis, veritas carnis pateceret, vel secundum Gregorium, vt cõ: tristatis de suo abscessu conuescendo ferret solatium. Discubitus est vn⁹ gratiæ qui est perfectorum, quo Christus discumbit cum hominibus ipsos spiritualiter visitando, sicut dicitur Lucæ 7. *Ingressus Iesus domum Pharisæi discubuit*: quod pro certo cum senserit mulier, id est, anima fidelis vel voluntas, statim debet vnguentum deuotionis accipere & effundere super caput ipsius recumbentis, sicut fecit Maria Magdalena, Mat. 26. Ex quo etiam homines discumbunt cum Deo eius gratiam, scientiam & Eucharistiam degustando, discumbunt cum Christo in cœnaculo magno, aut viridario gratiæ per charitatem & humilitatem. Math. 15. *Præcepit Iesus turba discumbere super terram.* Discumbunt etiam cum eo in prato faciæ Scripturę, per scientiam & sagacitatem. Vnde prędicatoribus videtur Dominus loqui. Ioan. 6. vbi volet turbas de 5. panibus, id est, de 5. libris Moysi, & duob. piscibus, id est, Prophetis & Euangelijs satiare, dixit. *Facite homines discumbere.* & remansit plus de cibis quam fuerint distributi, ad deuorandum, quod cibus Scripturæ quanto plus auditoribus distribuitur, tanto eius doctrina amplius augmẽtatur. Discumbunt insuper iusti cum Christo in conuiuio Eucharistiæ, per suæ corporis assumptam humanitatem Lucæ 24. *Discumbẽns cum illis, accepit panem & fregit & porrigebat illis* Talibus apparet Christus vt hodie. O ergo auditores, sic accumbite ad mensam diuinam, ne intret diabolus sicut Iudę per buccellam panis, sed potius adsit Christus cum omni sua benedictione & gratia. Sic etiam vestris mensis accumbite, vt Christus propter vestram modestiam & sacra colloquia possit aduenire, & non exprobet vobis turpitudinem sermonum & comessationum aut duritiam erga pauperes. Est enim & discubitus culpę, qui est peccatorum quib. diabolus parat conuiuium, in quo recumbunt luxuriosi, de quibus potest dici illud Iu. 12. *Lazarus vnus erat de discumbẽtibus.* Lazarus enim corruptos luxuriosos potest significare. Auari vt socrus Simonis febricitans, Mar. 1. Febris enim quæ calorem habet & sitim prouocat, significat auaritiam. Crudeles Mar 6 Herodias fecit decollari Ioannem Baptistam discumbens. Superbi Mat. 23. qui amant primos recubitus in cœnis, primas cathedras in synagogis. Tertio est & discubitus Clericorum. Deus enim fecit magnum conuiuium omnib. seruitoribus suis, & posuit eis mensam fertilem atq; pinguẽ, sc. mensam status Ecclesiastici, vbi sunt diuersa fercula diuersorum beneficiorum, dignitatum & officiorũ. Ad

Discubitus gratiæ, perfectorũ quomodo.

Febris auaritiam significat.

istud conuiuium discumbentes cum Christo diuersimodè sedent, sed sicut supponitur, oés vltimum locum eligere & ornari virtutib. debent. In talibus enim discumbentib. viris Ecclesiasticis requiritur humilitas & honestas, vt nec sint ambitiosi magna quærẽdo, nec sint inhonesti male agẽdo. Sic & de humilitate dicitur Lu. 14. *Cũ inuitatus fueris ad nuptias, non discũbas in primo loco*, &c. Sic & de honestate vitę, quę requiritur exponitur illa parabola. de eo qui vestem nuptialẽ non habuit Mat. 22. Secus autem fit amodo in Ecclesia, quia dici pôt illud Mat. 9. *Multi Publicani & peccatores discumbebant cũ Iesu.* Iste autẽ discubitus appetendus est, gloriæ nimirum & patriæ, qui est beatorum, de quo Mat. 8. *Multi venient ab Oriente & Occidente, & recũbent cum Abrahã, Isaac & Iacob in regno Dei.* & Lu. 12. de Christo, *Amẽ dico vobis, q̃ præcinget se & faciet illos*, id est, bonos seruos, *discumbere, & trãsiens ministrabit illis.* Felix illa mẽsa, vbi Deus & Angeli ministrãt. Itaq; hodie ita accumbite, Auditores, ne exprobret quid quã in vobis Christus, sed dulciter vobiscũ loquatur, benignus & contentus à vobis recedat, valedicens, vestri memoriã secũ & amorem & gratiã suam vobiscum habeat, & qñ supplices vel familiares literas, id est, oratiões mittetis per angelos, vobis placidè & cum satisfactione respõdeat, & cũ hinc nos ex istis miserijs ad magnas illas dignitates, honores, fœlicitates, & cõuiuia euocet, excipiat, & in æternũ cõseruet.

Mensa felix, vbi Deus & Angeli ministrãt.

Exprobrauit incredulitatem eorum, & duritiam cordis, quia his qui viderant eum resurrexisse, non crediderunt.] Increpauit seorsim, Non enim vult Dominus sæculares aut cernere aut scire defect⁹ & peccata sacerdotum aut magnatum. Sed quoad fieri pôt abscondit. Ideoq; voluit, vt non corã omni populo moreretur Aaron, sed mortuus est in vertice montis. Nu. 21. Vnde scriptum est. Ps 30. *Abscondes eos in abscondito faciei tuæ, à conturbatione linguarũ.* Sic cum mortuus esset Saul & filius eius Ionathas, 2. Re. 1. dixit Dauid, *Nolite hoc annunciare in Geth, ne lætentur filiæ incircumcisorum.* Sacerdotes & religiosos infamare, maximè curant viri scelerati, sed prælatos Deus seruauit suo examini discutiendos, nõ populi. Increpauit Iesus discipulos, etiamsi illius intimi essent amici. Solẽt alias principum charí impunè peccare, & nihil timere, scientes eos neminẽ audere arguere. Sed Dominus à domo sua iudicium incipit. Sic fecit cum filijs Aaron Le. 10. *In propinquis meis sanctificabor.* Serui ẽt Dei sciunt se habere Dominum, qui vitia impunita non relinquat. Et Nu. 20. arguit Moysen & Aaron d. *Pro eo quod nõ credidisti mihi, vt sanctificaretis me corã filijs Israel.* Et quidẽ arguit incredulitatem ipsorum. Nã sicut materia dura & compacta nõ obedit artifici: Sic cor durum obstinatum incredibile & inobediẽs ad voluntatẽ artificis, s. Dei interius inspirantis, prædicatoris exterius instruentis, Prælati seuerius corrigentis, nõ q̃ vult obedire, nec in formam pfectionis & virtutis seipsum trãsformare. De obstinatis & incredulis dicitur Ier. 5. *Populo huic factum est cor incredulum & exasperans.* Ideo Io. 20. dictum est Thomæ, *Noli esse incredulus.* Est enim vitium incredulitatis periculosum, quia Deus irritatur, vt in hoc Euangelio, Cęlum denegatur, Aarõ enim qui incredul⁹ erat ori Domini, damnatus fuit ne intraret in terrã promissionis, Nu. 20. ad denotãdum q̃ illi qui Dei voluntati non credunt, nec obediunt terrã promissionis paradisi nõ intrabunt. Vnde Heb. 3. *Quibus autem iurauit, nõ intrare in requiem suam, nisi illis qui increduli fuerũt?* q. d. nullis, Insuper propter idem incredulitatis vitium, Pœna procuratur Ro. 11. *Rami propter incredulitatem fracti sunt.* Fides enecuatur Is. 21. *Qui incredulus est, infideliter agit.* Quæ autẽ ab increpante requiruntur, tria sunt, quæ Dauid innuit dic. Ps. 140. *Corripiet me iustus in misericordia, & increpabit me, oleum autẽ peccatoris non impinguet caput meũ.* Debet itaq; corripiẽs habere, Primo, in actu seueritatem quia debet iustus. In corde benignitatem, quia debet esse in misericordia. In verbo veritatẽ, quia ibi non debet esse oleum peccatorum, id est, adulatio. De primo d. *Corripiet me iustus*, quia iustè, sanctè & purè sine ira, vel odio, vel vindicta debet corripere delinquentem, nec plus iusto, nec minus debito. Peccator etiam melius corripitur à tali, qui nihil corrigibile gesserit. Sicut enim dicitur Mat. 17. Quod Iesus increpauit dęmonem, & exiuit ab homine, qui in ad increpationem alicui⁹ peccatoris nõ exiuisset. Secundo, debet habere benignitatẽ & compassionem. *Superexaltat* enim *misericordia iudicium*, sicut dicitur Iac. 2. Sicut. n. quãuis ossa sint exteriùs dura, intus tñ sunt medulla plena: Sic Prælati qui sunt ossa ad corpus Ecclesiæ sustinendum, quamuis exteri⁹ in apparentia sint duri increpando, intus tamen in cõsiteri tia debent esse medulla pleni & misericordes in compatiẽdo. Iac. 2. *Iudicium sine misericordia fiet illi qui non fecit misericordiã.* Vnde de tali misericordi increpatiõe pôt dici illud Ge. 37. *Increpauit Ioseph Pater suus.* Pater enim est nomen pietatis. Tertio, Veritatem sine vitio adulationis. Pro. 6. *Mandatum lucerna est, & lex lux, & vita vita, increpatio disciplinæ.* Et Pro. 15. *Auris quæ audit increpationes vitæ, in medio sapiẽtum cõmorabitur.* Sed & exprobatione indigebãt Apostoli propter causam q̃ Christus habuit, quia his qui viderant eum resurrexisse nõ crediderunt. Et quoniã iam erat ab eis ascensur⁹ in cælum, hoc de eis illo die magis exprobrari voluit, quia his qui audierant eum resurrexisse, non crediderant, anteqũ ipsi eum viderent: cum vtiq; post ascensionẽ suam prædicantib. Euangelium etiam gentib. quæ non viderunt, fuerãt credituræ. Idcirco etiam tunc Dominus, vt ait D. Greg. discipulos increpauit, cum corporaliter reliquit, vt verba quę recedẽs diceret, in corde audientium artiùs impressa remanerent.

Prælatis inter castigandum, cum duritie habeãt lenitatem.

In corripiente alios quæ requisita.

Cur obstinatum non Dei mouetur inspirationibus nec prælati verbis.

Euntes ergo in mundum vniuersum prædicate Euãgeliũ omni creaturæ.] Quia vt scribit Mat. 28. dixerat Christus, *Data est mihi omnis potestas in cælo*, nunc sc. postq̃ de morte triumphans resurgendo hanc datã potestatẽ pro fundamento iniungẽdę Apostolicæ functionis assumens Dominus subijcit. *Euntes prædicate.* q. d. Quoniam talis mihi iam potestas data est, q̃ se extendit ad oia, vos in hac potestate confisi, ite non iam ad oues quę perierunt domus Israël, sed ad oẽs toti⁹ mundi nationes, huc agẽtes, vt quoniam oẽs nationes iam mei iuris sunt oẽs ẽt vestra doctrina meæ ditioni sponte subijciatis & salutis, q̃ omnib. peperi, consortes efficiatis. Tria aũt iniunguntur Apostolis. Primum quidẽ, vt doceant oẽs gentes ea sc. q̃ credere debeant de Deo vno & trino, deq; dispẽsatione assumptæ à filio Dei humanitatis, & reliquis q̃ ad fidem ptinent. Secundum, vt post doctrinã fidei, si eã receperint, baptizent eos in nomine Patris, & Filij, & S. S. Tertium, Vt post doctrinam fidei & Baptismum doceant fideles seruare omnia, q̃ ipsis Apostolis præcepta erant, q̃ quidem pertinet ad vitæ cõuersationẽ, quæ sequi debet fidei & Baptismi susceptionem. Non. n. ad salutem sufficiunt dogmata fidei & Baptismus, nisi ẽi Deo digna accedat cõuersatio. Videtis ex hoc apertissimẽ, q̃ si Apostoli oẽs gentes docere iubentur, sic vt oẽs gentes essent ignaræ; nemo. n. nisi ignarus docetur. Rursum si oẽs gentes sunt baptizandæ: ergo nouus ritus, & nouæ ceremoniæ hominib. statuunt̃. Demum si oẽs gentes debent seruare, q̃ Apostolis erat pceptum, ergo nõ satis est omnium gentium saluti, legẽ aut veterẽ, aut naturæ, aut q̃uis aliã seruare, nisi legẽ Euãgelicã seruent. Habetis igitur hinc tria ad ęternã fœlicitatẽ assequendã necessaria, sc. nouã doctrinã, nouas ceremonias, noua pręcepta. Plane omnia noua, quia *ecce noua facio omnia*, Is. 43. Et quia noua creatura est vita Christiana. Gal. 6. *Nouũ. n. fecit Dominus sup terrã*, ex quo *fœmina circundedit virum.* Ier. 31. De doctrina noua Isaias inqt c. 11. *Nõ nocebunt, neq; occidẽt in vniuerso sancto monte meo, q̃a repleta est terra scientia Domini, sicut aquæ maris operiẽtes.* Vere doctrina illa noua est, q̃ ne sibi noceant homines, neve se mutuò occidant, præstat. Vere noua doctrina est, q̃ ipsos angelos ipsa Ecclesia docet. Ita. n. Paul. Eph. 3. *Vt innotesceret principib. & potestatib. per Ecclesiã multiformis sapientia Dei.* Vere doctrina noua, q̃ Spiritus ipse Dei nostris Doctorib. suggerit, dicente Christo Mat. 10. *Ne cogitate quid loquamini. Spiritus n. Patris vestri dabit quid loquamini.* Verè doctrina noua, q̃ cum ipsi sit summa sapientia, stultorũ ñ facit, stultitia vocata, dicẽte Paul. 1. Co 1. *Quia per sapientiã nõ cognouit mũdus Deũ, placuit Deo p stultitiã prædicationis saluare credentes.* Verè doctrina noua, quę nõ est Platonis, nec Arist. sed doctrina spirit⁹ vocat̃, & est. Merito quidẽ doctrina noua spiritualis, cælestis, q̃ homines nouos facit, spirituales, cęlestes. *Animalis. n. homo non percipit q̃ Dei sunt. Spiritualis autẽ iudicat omnia.* Cum igitur oẽs gẽtes animales ex se sint & terrestres, necesse est spirituali doctrina doceri, vt spirituales effecti, spiritualis fœlicitatis capaces efficiãtur. Et q̃m sit in illa volũtatis, & legis diuinæ promulgatione positum ostẽdunt nobis ista verba, q̃ habẽt Euãgelistę, sc. *Prædicate. docete gẽtes. Euangeliũ.* Qui autẽ

Christi potestas extenditur ad omnia.

Ad æternam felicitatem assequendam necessaria tria.

prædicat, debet esse nescius humanæ prauitatis, vt supra dictum est, ideo exprobrauit primo, postea instruxit, & dedit facultatem oēm faciendi mandata p vniuersum orbem.

Psalm. 49. Prædicatorum bona vita plus mouet, quam bona doctrina.

Nā Ps. ait, *Peccatori aūt dixit Deus, quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamētū meū p os tuū, tu verò odisti disciplinā.* Plus.n. mouet p̄dicatoris bona vita, q̄ bona doctrina. Et ideo sicut aues p̄datrices, vt accipitres, sunt ab alijs auib. differētes, qa sunt audaciores animo, volatu agiliores, visu clariores, carne maciētę magis & plumis pleniores. Sic p̄dicatores quos Deus ad capiendū peccatores destinauit, sicut Petro dictū fuit Lu.5 & Mat.4. *Ex nunc eris homines capiēs*, debent esse audaces animo, quia nō debent timere veritatem dicere. Ier.1. *Loquere ad eos oia q̄ p̄cipio tibi, & ne formides à facie ipsorū.* Accipitres.n. lōge maiores aues se solet inuadere. Itaq; non licet adulari. Mat.11. *Ecce q mollib. vestiuntur in domib. regum sunt.* Figurati 3.R.22. vbi de falsis p̄phetis dr: *Ecce sermones omniū p̄phetarum bona Regi vno ore p̄dicāt.* Debent esse agiles ad volādum, i. ad discurrendum, & p̄dicationis officium exercendum. Ita dicit Is.60. *Qui sunt isti, q vt nubes volant & quasi colūbæ?* sicut dr 2.Par 30. Quod perrexerunt cursores cum epistolis ex regis imperio p̄dicantes. *Filij Israel reuertimini ad Dominū.* & Ap.14. *Vidi Angelū Dei fortē volantē p mediū cæli, voce magna clamantē.* Ideo dr Ion.3. *Vade in Niniuen ciuitatem magnā, & p̄dica in ea.* Debēt esse visu clariores & carne minores, & plumis pleniores. Visum habere clarum p cōtemplationē, carnē macrā p abstinentiā, plumas virtutum multas p sanctā & spiritualē cōuersionē. Sicut.n. tympanum humidum & pingue nō bene sonat, sic p̄dicator pinguis & delitiosos rū- q̄ pt bene p̄dicare. Iuatures erat in deserto Mat.1. Secundo, P̄dicator debet esse cōscius diuinę voluntatis. Ecce Euāgelium.

Concionator pinguis ac delitiosus, ineptus est ad Euangelizādum.

Ps. *Doce me facere voluntatē tuā. qa Deus meus es tu.* Itaq; secretarij Dei debent esse p̄dicatores, p cōtemplationē. Ps.

Psalm. 72.

Mihi autē adhærere Deo bonū est, & ponere in Domino Deo spē meā, vt annunciē oēs p̄dicationes tuas in portis filiæ Sion. Tertio, Debet esse supnæ maiestatis nuntius. Is.52. *Quā pulchri sup montes pedes annunciantis & p̄dicātis salutē.* Necessarium prętereà est vt p̄dicatio tendat ad diuinę potentię cōmendationē. Dan.3. *Placuit ergo prædicare signa eius quia magna sunt, & mirabilia eius, qa fortia.* Secundo, ad carnis macerationem, 2.Par.20. Prædicauit ieiunium in vniuersa Iuda. Tertio, ad clementię p̄uocationē. Is.61. *Vt prædicarē captiuis indulgētiā & clausis apertionem.* Quarto, ad gloriæ imitationem Lu.9. *Misit illos prædicare regnū Dei.* Debet & suauiter monere, vrgere fortiè. Instare opportunè, importunè & facere, q 1.Esdr.7. dr. *Esdras parauit cor suum, vt inuestigaret legē Domini, & faceret & doceret.* Sed nunc volunt prius docere q̄ addiscere. Iustus etiā petit tria edoceri. *Bonitatē, & disciplinā, & scientiā doce me.* Bonitatem ad sequendum virtutum regulā. Disciplinam, ad ferendū pœnarum ferolam: scientiam ad habēdum cunctorū speculum.

Psal. 118.

Et ista ēt docet Deus. Sed in monte altissimo. Quod aduertens Isaias dicebat c.2. *Venite ascendamus ad montē Domini, & docebit nos vias suas, & ambulabimus in semitis eius.* Vię ipsius sūt virtutes, p quas Deus nos docet ambulare. *Diriget mansuetos in iudicio, docebit mites vias suas. Vniuersa aūt via Domini, misericordia & veritas.* Quòd si magna est gratia, si quis iturum ad loca remota & ignota viā aut semitam docet, p̄fectò magna est misericordia Dei, q̄ id p̄stat. vnde Dauid, *Vias tuas Domine demonstra mihi, & semitas tuas edoce me: dirige me in veritate tua, & doce me, q a tu es Saluator meus.* Docet itaq; Deus viā æquitatis q̄ nunq̄ deficit.

Psalm 24. Iter facienti monstrare viam denefi- cium est grande. ibidem.

Psal. 118.

Bonus es tu, & in bonitate tua doce me iustificationes tuas. Viā pietatis, q̄ multos reficit. Io.7. *Clamabat Iesus, docēs in tēplo.* Sequit, *Qui sitit veniat ad me, & bibat.* Eccl.18 *Misericordia Dei sup oēm carnē.* Qui misericordiam habet, docet & erudit, sicut pastor gregē suum. Viam veritatis & scientię, q̄ falsa reijcit. Mat.22. *Magister scimus qa verax es, & viā Dei in veritate doces.* Viam sapientię q̄ cunctis proficit. Iob.33. *Tace & ego docebo te sapientiā.* Et meritò: cum ipsa sapientia dicat Sap.7. *Omniū artifex docuit sapientiā.* Viam temperantiæ, quę bonis sufficit. Sap.8. Sobrietatem.n. & prudentiam docet, & iustitiam & virtutem & patiētiam. Iob.34. *Si erraui, tu doce me: & si male locutus sum, vltra non addā.* & hæc oīa quamdiu Christus in terris ambulauit, docuit, & has vias ascendēs in cælum ostendit & approbauit. Quid ergo debēt docere Apostoli, quid iusti, quid p̄dicatores? Vtiq; noxia & immūda fugere, sanctè cōuersando, Le.15. *Docebis filios Israel, vt caueāt*

Concionatores è suggestu quid concionibus populo.

immunditiā. Diuina colere, Deum reuerēdo aut sancta frequēntando. 4.R.17. *Cum venisset vnus de sacerdotibus, docebat eos quomodo colerēt Dominū.* Hosti resistere minimè peccando. Ps. *Docet manus meas ad prælū.* & 3.Re.1. *Præcepit ergo Dauid, vt docerē filios Iuda arcum & sagittā,* sc. ad impugnādum hostes. Securè sistere, timorem pellēdo. Iob.4. *Ecce docuisti plurimos, & manus lassas roborasti, & vacillātes cōfirmauerunt manus tua.* Malos cōuertere, peccata linquendo. Ps. *Docebo iniquos vias tuas, & impij ad te cōuertētur.* Peccata plangere, cum de pœnitendo. Ie.9. *Docete filias vestras lamētum.* Bene discernere, iustè iudicando. Ezec.44. *Docebunt filios Israel q.d sit inter sanctum & prophanū.* Futura cernere, altè contēplando. Dan.10. *Veni, vt docerē te q̄ uentura sunt.* Æterna q̄rere, cęlum affectādo. Mat.21. *Docebat eos de regno Dei.* Et ista est bona & sana doctrina q̄ habet subtilitatē. Ex.28. *Pones in raōnali iudicij doctrinā & veritatem,* q.d. Iustā doctrinā cōcomitant iudicium, ratio, & veritas. Et hæc doctrina habet vtilitatē vtpote ex qua p̄ueniūt fructus bonorum operum & virtutum, q̄ doctrina roti & pluuiæ cōparatur in Ps. & Deu.22 *Cōcrescat in pluuiā doctrina mea, fluat vt ros eloquium meū.* Suauitatē Pro.24. *Fauū dulcissimū gutturi tuo.* Sic & doctrina sapientię Facultatē, Pro.14. *Doctrina prudētium facilis.* Authoritatē, sc. q̄ à Deo p̄cedit, non ab homine, vt quilibet possit dicere istud Io.7. *Mea doctrina non est mea, sed eius q misit me. Patris.* Pretiositatē quia nihil eidē cōparatur. Pro.8. *Accipite disciplinā meā, & non pecuniā, doctrinam magis quā aurum eligite. Melior est n. sapientia cunctis operib. pretiosissimis.*

Doctrina Euangelica roti ac pluuiæ comparata.

Dicit autē Marcus notanter, quid p̄dicare debeant, nimirum Euangelium. Est ergo Euāgelium ipsa fides & regula nouę legis, & ipsa doctrina Domini Saluatoris. Euangelista verò Dei qui istam legē credit, p̄dicat & sectatur. Euangelizare itaq; vel p̄dicare Euangelium est officium Dignitatis, quo p̄batur dignitas Domini Saluatoris, Nā & ipse legitur Euangelizasse, & illam veritatē Euangelicam verbo suo cōfirmasse. Lu.12. *Christus iter faciebat p ciuitatē Euāgelizās & prædicās regnū Dei.*

Euangelizare, dignitatis est.

Est officium puritatis, quia angelicum. Angeli.n. qui sunt purissimi, leguntur Euangelizasse, & ex eo probatur ipsius puritas. Lu.2. *Euangelizo vobis gaudiū magnum.* & Apo.14. dr q ipse vidit angelum habentem Euangelium vt Euangelizaret sedentib. super terram. Prędicatores ergo debēt esse angelici. Tertio, est officium veritatis, quia Catholicum, hinc p̄batur ipsius veritas. Scriptura.n. Euāgelica verissima est, quia ab ore veritatis est p̄rōpta, & ipsius p̄dicatores veri fideles & Catholici esse debent Gal.2. *Veritas Euāgelij p̄maneat.* Quarto, est officium vtilitatis aut fructiferum, quo ipsius vtilitas p̄batur, quia fructus gloriæ paradisi p hoc annunciatur, qui est vtilissimus. Eph. 3. *Mihi autē omniū Sāctorum minimo data est gratia, in gentib. Euāgelizare inuestigabiles diuitias gratiæ Dei.* Quintu, est officium pacificum, quo probatur eius tranquillitas. Prædicatores.n. debēt esse pacifici & benigni, quia Euangelium pacis q tēpore pacis à Deo pacis factum est Euangelizant. Eph. 6. *Calceati pedes in p̄paratione Euāgelij pacis.* Sextu, officium subtilitatis quia p̄dicatores debent esse viri scientifici & cōtemplatiui, & diuinę reuelationis capaces. Scriptum est.n. in Ps.67. q *Dominus dabit verbum Euangelizātib. virtute multa.* & Is.40. dr, *Sup montē excelsum ascēde tu, q Euangelizas Sion,* quia talis debet à Deo illuminari, & diuinis verbis p reuelationem informari, & in mōte cōtemplationis iugiter cōuersari. Et breuiter, Euangelium est ad firmiter credendum. Matt.1. *Pœnitemini & credite Euāgelio.* Ad apertè cōfitendum. Ro.1. *Non.n. erubesco Euāgelium.* Ad diligenter colendum. 2.Tim.1 *Collabora in Euangelio.* Ad viriliter defendendum. Ph.1 *Habeo vos in defensione & confirmatione socios Euangelij.* Ideo 2.Tim.4. *Tu verò vigila in omnib. labora, opus fac Euangelistæ, sobrius esto,* &c. Hinc quoq; manifestè colligitur, quanta sit Apostolorū authoritas, dignitas, facultas, electio, vocatio, missio cum plenipotentia, quanta illis priuilegia concedantur. Mittuntur autē p vniuersum mundum, nō vt vi vel verbis mundanę sapiētię, sed in simplicitate & verbo Dei eum ad verā Dei cognitionem cōuertant. Mittuntur, vt Diabolum vbiq;, & illius nequissimum cultum expugnent & illi cōtradicant. Mittuntur à Christo bene iam instructi ad docendum, ad laborandum, ad pferēdum angustias, & grauissimam ēt mortē, vt mercedem æternam in cælis tanq̄ boni operatores tandē accipiant. Mittuntur, vt quas animas possunt, Deo lucri faciāt, & cum

Apostolorum authoritas, dignitas, vocatio, & priuilegia quanta.

illis

illis in cælo gaudeant gloriosi. Isti aũt Apostoli primo fuerunt virtutib. dotati, quia electi, q cũ tanta potestate missi, q̃ oĩa bonitatẽ supponunt, quia s.n. Philosophum, nihil est eligibile nisi sub rõne boni. Nã si natura de meliorib. cibis ad sui nutritionẽ recipit, impurum aut reijcit, cur Deus meliores de mundi psonis nõ eligeret? & Apostolos ordinaret & p eos membra corporis Ecclesiæ, i. vniuersos fideles fide & doctrina nutriret? Scribitur Mat. 13. *Elegerunt bonos in vasa sua, malos aũt foras miserũt.* Et hoc potissimè intelligit quoad Deum, cuius iudicium nõ fallitur, quia mundus decipit & decipitur, & sicut mali apothecarij vnam speciẽ p alia tradunt, q & hæretici faciunt, falsitatẽ p veritate docentes. Ipsa ẽt natura hominis, qñ corrupta & infirma est, non semp eligit aut recipit de assũptis cibariis puriora & meliora, sed sibi similiora. Et ita mali ẽt sibi similes ad se trahunt, dimissis melioribus, figurati in illo Bacchide 1. Mac. 9. qui elegit viros impios & cõstituit eos Dominos regionis Christ⁹ aũt d. Io. 13. *Ego scio quos elegerim.* q. d. ego scio quia meliores elegi. Ideo de eis dr̃ Act. 1. q̃ pcipiens Apostolis, p S. S. quos elegit assumptus est, quib. & p̃buit seipsum viuum. Secundo, Isti fuerunt debitè numerati, quia fuerunt vndecim, q̃uis postea cõpletus fuerit numerus, p electionẽ S. Matthæi, vt essent duodecim. Ideoq; proprie 12. eliguntur pro eo, q fidẽ Catholicã q̃ ex 12. articulis cõstat, p̃dicare mittuntur. Et sicut Iacob 12 Patriarchas genuit: Sic Christ⁹ 12. Apostolos. Hinc in ordinib. Ecclesiasticis conferendis semp leguntur nomina examinatorum, & excõmunicãtur, qui in examine non sunt approbati, aut non examinati si se vltro ingerant. Tertio, Fuerunt pprie nominati, & hoc quia Apostoli sunt vocati, Apostolus. n. interpretatur missus vel legatus, Et sic isti nuntij Dei fuerunt, Dei voluntatẽ hominib. nuntiantes fidẽ p̃dicantes & populum docentes. Lu. 11. *Mittã ad vos Prophetas, Apostolos & Scribas* Et bene dicunt nuntij. Quia nuntius qñ mittitur, q̃diu est in itinere nihil possidet, imo semp est in solicitudine & labore, quousq; ad dñm suum reuertatur: Sic isti paupercs p mundum discurrerunt, tẽporalia cõtempserunt & tandẽ nõ sine pœnis & laborib. ad Dñm redierunt, similes hirundinib. q̃ in aëre cibũ sumunt nõ in terra, & volando nõ sedẽdo. Mat. 19. *Ecce nos reliquimus oĩa, & secuti sumus te.* Ea hoc vide Apostoli nomen esse, Primo, Humilitatis, Vnde ipse Paulus dixit p humilitatẽ. 1. Co. 15. *Non sum dignus vocari Apostolus.* & Io. 13. *Nec Apostolus maior est eo qui misit illũ.* Secundo, sedulitatis. Ro. 11. Apostolatus vocat ministerium. *Quãdiu,* inquit, *sum gẽtiũ Apostolus, ministeriũ meum honorificabo.* Tertio officium iucunditatis. Quia ipsi in tribolationib. gaudebant, & in passionib. exultabãt. Act. 5. *Ibant Apostoli gaudẽtes à cõspectu concilij.* Quarto, stabilitatis. Act. 8. vbi cõstantia stabilitatis apparuit in hoc, q dr̃ q oẽs dispersi sunt, p̃ timore psecutionis per regionẽ Iudeę & Samariæ p̃ter Apostolos Quinto, Sagacitatis 2. Tim. 1. vbi dr̃, *Positus sũ ego p̃dicator & Apostolus & Magister gẽtium.* Magister. n. & p̃dicator scientiam & sagacitatẽ supponit. Sexto. Authoritatis, Quia mãdata eorum seruantur pro lege. Act. 15. *Perambulabat Paulus Syriã pcipiẽs custodiri pcepta Apostolorum & Seniorum.* Septimo. Pœnalitatis. Quia oẽs tribulationes & martyria sunt ppessi Lu. 11. *Mittã ad vos Prophetas & Apostolos, & ex illis occidẽt & psequentur.* Octauo. Fidelitatis, quia ipsi Apostoli in fide fuerunt cęteris firmiores, quis Lu. 17. dixerunt Apostoli: *Dñe ad auge nobis nobis fidẽ* Nono, Charitatis, societatis, & vnitatis. qa Apostoli cũ Christo vixerũt, & inter se pacificè pmãserunt. Lu. 22. *Iesus discubuit & 12. Apostoli cũ eo.* Decimo, Veritatis. q p̃pter timorẽ cuiuscũq; nunq̃ voluerũt tacere veritatẽ. Act. 4. *Virtute magna reddebãt Apostoli testimoniũ resurrectionis Iesu Christi.* Vndecimo, Potestatis, Quia ipsi habuerũt potestatẽ peccata soluẽdi, dęmones fugãdi, & mirabilia faciendi. Act. 12. *Multa pdigia & signa fiebant p Apostolos in Hierusalem.* Duodecimo, Maiestatis & æternæ fœlicitatis, Quia ipsi regnant cum Christo in æternis gloria. Apo. 21. dr̃, q *Apostolorum nomina erãt scripta in portis calestis Hierusalẽ.* Sicut. n. in portis domorum limitatores scribunt nomina principũ & dominorum, vbi debẽt habitare in ciuitate: sic Apostolorum nomina ab intimatore cælestis curiæ scripta sunt in portis ciuitatis Hierusalẽ. Quarto, fuerunt Apostoli honore sublimati. Nominatio. n. idẽ est, ac ad dignitatẽ assumptio, & electio, & bona famę seu nominis diuulgatio. Mat. 10 *Apostolorũ nomina sunt hæc.* Ecce autẽ p quos voluerit mundi cõuersionẽ De⁹, & quales debeant esse successores, & Apostoli appellẽtur & sint, quãtaq; cura & amore Christus hęc facit Sed iterũ aduerte, q Marc⁹ dicat, *Omni creatura,* quo nomine signatur homo. Oĩs. n. creaturæ habet aliquid homo: Habet nãq; esse cõmune cũ lapidib. viuere cum arboribus, sentire cum animalib⁹, intelligere cum angelis. Omni. n. creaturæ p̃dicatur Euangelium, cum soli homini p̃dicatur, quia ille sc. docetur, p̃pter quẽ in terra cuncta creata sunt, & à quo oĩa p quãdã similitudinẽ aliena nõ sunt, vt ait D. Greg. Põt ẽt oĩs creaturę nomine oĩs natio gentiũ designari ante. n. dictum fuerat, *In viã gẽtiũ ne abieritis*: nunc autẽ dic. *Prædicate Euãgeliũ omni creaturæ,* vt prius à Iudæa Apostolorum repulsa p̃dicatio, tunc nobis in adiutoriũ fieret, cum hãc illa ad dãnationis suæ testimonium supbè repulisset. Vel sm̃ Theo. *omni creatura credẽti, & nõ credẽti.* Et si adhuc aliam vis explanationẽ, inuenies q sancti ẽt lapidib. p̃dicarunt. & in arborib. p p̃dicationes & fidẽ miracula facta sunt. Sic & aq corruptæ aut fixæ, vt homines sustinerẽt, Deu. 32. *Audite cæli q̃ loquar.* Sic Is. 1. & Ie. 22. *Terra, terra, terra audi vocẽ Domini.* Eze. 36. *mõtes Israel aud. verb. Dom.* & 37. *Ossa arida aud. verb. Dom.* & similia, q̃ tũ illa rectius Metaphoricè intelligantur. Itaq; p̃dicatores q in vobis est, facite omni cura, studio & vigilia: Nã si anountiaueritis populo scelera sua, liberati estis, & ipsi si non pœnituerint, reddent rationem. Nõ ergo semper est in prædicatore, sed & in auditore, vt rectè faciat,

Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Qui verò nõ crediderit, cõdẽnabitur.] Ecce qm̃ donum p suos Legatos offert toti mundo. *Fides. n. donũ Dei est, ac lumẽ, quo illustratus homo firmiter assentitur omnibus, q̃ Deus reuelauit, & nobis p Ecclesiã credenda pposuit, siue scripta illa sint, siue nõ sint.* Post fidẽ aũt iungit Baptismus, ita vt Christianus tum verus sit & dicatur, *Qui Baptismatis sacramẽto initiatus, Iesu Christi, veri Dei atq; hominis salutarẽ doctrinã in eius Ecclesia p̃fitetur, neq; sectis vel opinionibus vllis ab Ecclesia Catholica alienis adhæret* Fides itaq; est fundamentum subiectum omnium aliarum virturũ, & ideo sicut subiectum subijcitur bonis & malis accidentibus, ipsu inuiolabili permanente: Sic fides potest perseuerare & inuiolabilis pmanere sub peccatis & virtutib. Ab Apostolo fides describitur Heb. 11. q sit *Sperãdarũ rerũ substãtia, argumentũ nõ apparẽtiũ,* sine qua impossibile est quenq̃ placere Deo, aut aliq̃ virtutũ cõgeriẽ fabricari. Est. n. fides inter virtutes, sicut mater inter filias, sicut stirps inter frondes, sicut caput inter mẽbra exteriora, sicut cor inter membra interiora. Per fidẽ sustentatur nostra fragilitas, ergo pes est ad sustentandum Col. 1. *Permansitis in fide fundati.* Fides est ocul⁹ ad dirigẽdum. peã ergo dirigitur errãtis cęcitas. Heb. 12. *Aspicientes in authorẽ fidei & cõsummatorẽ Iesũ*: ita q de istis duob. p̃t dicere ipsa fides illud Iob. 29. *Oculus fui cæco, & pes claudo.* Est cor ad viuificãdum. p fidem. n. viuificatur nostra mortalitas, qa Gal. 3 Heb. 10. *Iustus ex fide viuit.* Itaq; diabolus nititur nobis pedẽ supplãtare vt luctator, oculum eruere, sicut Draco Elephãti, cor comedere sicut accipiter, ideò de illo p̃monemur. 1. Pe. 5. *Aduersarius vester diabolus tãquã leo rugiẽs circuit q̃rens quẽ deuoret.* cui resistite fortes in fide, aliàs fiet, q 2. Tim. 2. dr̃, *A veritate reciderunt, & subuerterũt quorundã fidem.* Agite itaq; vt cum S Paulo possitis dicere 2. Tim. 4. *Bonum certamẽ certaui, cursum consummaui, fidẽ seruaui, ideo reposita est mihi corona iustitiæ.* Per fidem roboramur, sicut Apostoli, vt omnia mala sustineamus. *Bonum certamẽ* d. Paulus Eccl. 4. *Vsq; ad mortẽ certa p iustitia.* Pro rege nostro sicut apes, pro capite nostro, sicut serpentes, pugnemus, & corpus obijciamus. 1. Tim. 6. *Certa bonum certamẽ fidei.* Quod vt plurimum ẽt cõuenit militibus cruce signatis & iuratis, aliàs *nõ coronabitur nisi q legitimè certauerit* Secundo, p fidem opa terminamus, ideò dic. Paulus *Cursum consummaui.* Fides. n. valde iuuat ad virtutum complementum. Fides enim mentem dirigit, spes erigit, charitas inflãmat: aliæ ergo virtutes possunt ops bona incipere, fides autẽ cõsummat. Sicut. n. cæcus non p̃t pficere cursum suum: sic nec lumine fidei priuatus, ideo bene dr̃. Hebr. 12. *Curramus ad ppositum nobis certamen aspicientes in authorem fidei nostræ & cõsummatorem Iesum.* Tertio, Per fidem munera reportamus, d. Paulus. *Reposita est mihi corona iustitiæ,* vel gloriæ: Tob. 2. *Vitam illam expectamus, quam Deus daturus est illis q fidem nunquã ab eo mutant.* Nihil. n. apud Deum magis meritorium

Mali sibi similes ad se trahunt

Apostoli attributa quænam

Apostolorũ nomina vbi, & à quo scripta.

Apostoli quomodo lapidibus prædicarint, & in arboribus miracula sint operati.

Fides omnium aliarum virtutũ fundamentũ.

Diabolus conatur supplantare nos.

Fides mul tum valet ad virtutum perfectionem.

quam fides, vt homo captiuet intellectum suum ꝓprium & credat id ꝙ penitus excedit limites rõnis. Per fidẽ .n. sancti miracula meruerunt facere. Mat. 17. *Si habueritis fidẽ sicut granũ sinapis,* &c. Per fidẽ pericula euaserunt. Heb. 11. *Fide trãsierũt mare rubrũ.* & Petro dicebatur Mat. 14. *Modicæ fidei, quare dubitasti?* Per fidẽ tormenta superarunt & paradisum acquisierunt Heb. 11. *Sãcti p fidẽ vicerunt regna, operati sunt iustitiã, adepti sunt repromissiones, obturauerunt ora leonũ,* & talia sunt signa q̃ sequebantur Apostolos, vt videas quot pmia, quot munera, quot priuilegia habeat fides nostra. *Esto itaq; fidelis* Apoc. 2. *vsq; ad mortẽ, & dabo tibi coronã vitæ,* & Ester vlt. cognoscãt oẽs qui fideliter p fidẽ obediunt, dignã ꝓ fide mercedem recipere. Per fidẽ Deus placatur. Fides .n. signum regis est, quo viso in pñti huius mundi, Deus cognoscẽs eum esse ex parte sua, parcit ei. Eccl. 1. *Beneplacitũ est Deo fides & misericordia.* Per fidem culpa purgatur. Sicut .n. aër purificatur aduẽtu luminis, sic mẽs p illuminationẽ fidei. Pro. 15. *Per fidẽ & misericordiã purgãtur peccata & p timorẽ Domini declinat oĩs à malo.* Per fidẽ homo saluatur, i. à peccati & inferni periculo liberatur: Vnde illi mulieri infirmę dr̃ Lu. 7. *Cõfide filia, fides tua te saluã fecit.*

Fides vita seruatrix.

Per fidẽ vita seruatur. Fides .n. tenet locũ cordis in virtutib. moralib⁹, quia virtutes sine ista nõ viuunt. Aba. 2. *Iustus aũt ex fide viuit.* Ista .n. est q̃ à morte culpę & pœnę nos liberat. Per fidẽ salus donatur. 1. Pe. 1. *Reportãtes finẽ fidei vestræ, salutẽ animarũ vestrarũ.* De hac Au. l. de v. dic. *Nulla maior substãtia vel thesaurus, nullæ maiores diuitiæ vel honores, quam sit fides nostra. Hæc .n. homines saluat, cæcos illuminat, infirmos sanat, catechumenos baptizat, fideles iustificat, pœnitẽtes reparat, iustos augmẽtat, martyres coronat, virgines & viduas casto pudore cõseruat, clericos ordinat, sacerdotes cõstituit, homines cũ angelis sursũ locat.* Ideoq; tõne à cõtrario ducta, qui nõ crediderit condẽnabitur. Matthæus quidẽ accuratè descripsit Apostolicæ functionis officia omnib. exhibenda nationib. Marcus verò expressit ꝓmissiões bonorum factas credẽtib⁹, quas p̃termisit Matthæus. Eæ aũt sunt duplices. Primum .n. eis ꝓmittitur salus vitę ęternę, cum dr̃. *Qui crediderit & bapt. fuer.* Ex qua sententia duæ diuersæ hæreses originẽ sumpserũt. Quidã .n. ex hac aliisq; scripturis fidei salutẽ ꝓmittentib. asseruntr oẽm eum qui credit & baptizatus est, saluum fore, ẽtsi post Baptismũ pseueret in vita scelerata, cõtra quos doctè disputat D. Au. l. de fide & ope. Quidã vero hoc nostro infœlici sæculo ex hac sententia docere cœperunt, neminẽ baptizãdũ, nisi qui antè crediderit: quia hic dicit, *Qui cred. & bapt. fuer.* & ꝓinde paruulos nõ esse baptizãdos, qui fidei actualis necdũ sunt capaces, quare paruulorum baptismum ꝓ nihilo ducẽtes, rebaptizãdos eos volũt, cum ad ętatẽ discretiõis venerint; qui & Hier. abutuntur authoritate ad suæ sententiæ cõfirmationem, sic in c. vlt. Mat. scribentis. *Primũ docẽt oẽs gẽtes deinde doctas intingunt aqua. Nõ .n. pt̃ fieri, vt corpus Baptismi recipiat sacramẽtũ, nisi ante anima fidei susceperit veritatẽ.* Hæc ille.

Vnde quorundam hæresis, paruulos non esse baptizandos.

Priorẽ hęresim cõfutant infinitæ sacræ scripturæ, q̃ asserunt Deum redditurum vnicuiq; sm̃ opa eius. Posteriorẽ Catholicus vsus, sm̃ quẽ à temporib. Apostolorum semp paruuli baptizati sunt, & Dion. Areop. Cypr. Au. & alij testãtur. Cõtra prioris erroris fautores dicẽdum est in primis, oẽs eas scripturas q̃ de fide adeò loquunt̃ magnificè, vt ei tribuãt hominis salutẽ & vitã æternã, loqui nõ de quauis fide, sed de ea, de qua Apost. Paul. ad Gal. 5. *In Christo Iesu neq; circũcisio aliqd valet, neq; pputiũ, sed fides q̃ p dilectionẽ operatur.* Deinde generales illæ scripturarum sententiæ intelligẽdę sunt cum ea sub intellectiõe, nisi aliunde impedimẽtum pstetur. Vnde Euth. in hunc locum scribens. *Qui* inquit, *cred. & Bapt. fuer. saluus erit, modo fidẽ ac Baptismum impolluta cõseruauerit, aut post contractas sordes emundauerit ac purificauerit.* Dicit .n. Apost. Ro. 10. *Omnis q̃ inuocauerit nomẽ Domini, saluus erit.* Et tñ Dñs d. apud Mat. c. 7. *Nõ omnis q̃ dicit mihi Domine, Domine, intrabit in regnũ cælorum, sed qui facit voluntatẽ Patris mei ipse intrabit in regnum cælorum.*

Refelluntur posterioris hæreses authores.

Cõtra posterioris hæresis authores inprimis dicendum, hanc sententiã & sequentem tm̃ ptinere ad adultos & rationis capaces, Quod ex eo clarissimè patet, quia pmittitur de pdicando Euangelio omni creaturæ, ac deinde subijcitur: *Qui crediderit. Qui verò nõ crediderit,* sc. Euangelio sibi pdicato. Itaq; ad eos tm̃ hic locus ptinet, quib. cõpetit pdicatum audire, & intelligere Euangelium. Sic & locum D. Hier. de his tm̃ intelligendum putes quia pmittit, *Primum docẽt oẽs gẽtes, deinde doctas intingunt aqua.* Deinde sm̃ doctrinã D. Au. in varijs locis ẽt hæ sentẽtiæ suo modo ptinent ad infantes: Quia illi anteq̃ baptizentur p ora & corda gestantium illos ad Baptismum, & p illis respõdentium, dicuntur renuntiare diabolo & credere in Deum, quibus si hoc fidei sacramentũ nõ recipiunt ẽt cõtingit ꝙ sequitur, *Qui nõ cred. condẽnabitur.* Quoniam .n. Baptismus fidei est sacramẽtum, & vnus est, ideo qm̃ fieri potuit, vno eodẽq; modo is ex Apostolica traditione paruulis vt cõferret, institutus est quo adultis, nẽpe cum abrenunciatione diaboli & fidei Christianæ ꝓfessione. Quam qm̃ infantes p se ꝓferre non potuerunt, statutum est, vt alij in psona parẽtum aut Ecclesię, eorum nomine loqrentur. Quæ ratiõe conuenienter factũ est, & q alienã voluntate & facto peccauerunt, & in dãnationẽ inciderunt aliena ẽt voluntate & facto crederent, iustificarent & saluarentur Quã aliorũ voluntatẽ & satisfactionem merito illi ratã habere debẽt, cum ad annos discretiõis peruenerint, cum ad ipsorum bonũ & ꝓfectum ptineat: sicut tutorũ acta nõ possunt nõ rata habere, cum illa nõ vergunt in ipsorum dispẽdium, sed cõmodum.

Paruuli baptizati fidei tutorum pro se professionem, ratam habere debẽt adulti.

Per hãc ergo fidei ꝓfessionẽ ab alijs ipsorũ nomine factã adeo censentur credere, vt ob eã in numero fidelium cõputẽtur, ac proinde rectè ptinere dicuntur ad hãc Domini sentẽtiã. *Qui cred. & bap. fu.* Salus hoĩs certe hic nõ soli fidei, sed fidei & Baptismo simul est tribuẽda. *Nõ dixit,* inquit Euth. *Qui solum crediderit. Neque. Qui Baptizatus fuerit tantum Sed verumq; cõiunxit: alterũ .n. sine altero nõ saluũ facit hominẽ.* hæc Euthy. Certè condemnantur oẽs peccatores in peccato existentes, sed maximè infideles & hæretici, quia sunt absq; vera fide, extra q̃ nulla est salus, sicut nec extra arcam Noë. Non .n. possunt esse gratiarum, sacramentorum, meritorum & oium aliorum spiritualium remediorum participes fideles, vt mẽbra à corpore auulsa.

Signa aũt eos q̃ crediderint, hæc sequẽtur: in nomine meo dæmonia eijciẽt linguis loquẽtur nouis, serpẽtes tollẽt.] Post ꝓmissione salutis, q̃ ad futuram vitam ptinet, ꝓ virtutis fidei & gloriosa miraculorum opatio pmittens ad vitam pñtem & ad fidei cõfirmationẽ & ꝓpagationem, q̃ in promissiõe mã ñ nõ subiungit: tã excitandã fidẽ in auditoris Euangelicam pdicationẽ, q̃ ad promouendũ studium eorum, q Euangelium erãt pdicaturi, vt quorum pdicatio miraculis erat cõfirmanda, ñ fide nõ carerent, vnde mox postea dicit, Apostolorum pdicationẽ cõfirmandam sequẽtib. signis: Nõ vult aũt Dñs hęc q̃ subijcit, fore signa, quib. credẽtes à nõ credẽtib. pñ. dignosci, sed signa dicit, miracula & prodigia q̃ secutura dicit credentes, qui illa p fidem essent operaturi, nõ quidem oẽs semp & vbiq;, sed vbi res ipsa & profectus Euangelij exposceret miraculum: vnde hæc promissio sm̃ literã maximè ptinet ad Ecclesiam primitiuam, qñ fides nutrienda & promouẽda erat miraculis.

Signa, hic sunt miracula & prodigia secutura credentes.

Quamq̃ ob id fœliciores nos reputare nõ debeamus, ꝙ talia iam nõ edam⁹ miracula, cum secundum mysticum horum signum intellectum ẽt nobis illa cõpetunt, tanto gloriosius quanto spiritualis, quẽ admodum pulchrè docet D. Greg. in ho. huius diei d. *Sancta Ecclesia quotidie spiritualiter facit, ꝙ tũc p Apostolos corporaliter faciebat. Nã sacerdotes eius, cum p exorcismi gratiã manum credentib. imponunt, & habitare malignos spiritus in eorũ mẽte cõtradicũt, qd aliud faciunt, nisi demões eijciunt? Et fideles quiq; q̃ iã vitæ veteris secularia verba derelinquunt, sancta aũt mysteria insonant, conditoris sui laudes & potẽtiã quãtum pualent, narrãt, qd aliud faciunt, nisi nouis linguis loquuntur? Qui dum suis bonis exhortationib. malitiã de alienis cordib. auferunt, serpẽtes tollũt. Et dum pestiferas suasiões audiunt: sed tamẽ ad opatioñẽ prauã minimè ptrahuntur, mortiferum quidẽ est ꝙ bibunt, sed nõ eis nocebit. Qui quoties ꝓximos suos in bono opere infirmari cõspiciunt dum eis tota virtute occurrunt & exẽplo suæ operationis illorum vitã roborãt, q̃ in propria actione titubarent, qd aliud faciunt, nisi sup egros manus imponũt vt bene habeãt? Quæ nimirum miracula tantò maiora sunt, quanto p hæc nõ corpora, sed animæ suscitantur.* Hæc ille.

D. Bernardus de 5. signis credentiũ

D. Bern. ser. 1. de Ascens. Domini non dissimiliter, sed paulò subtiliùs, hæc quinque signa in vno eodemq; homine intelligit impleri, ordine quo hic recensentur. *Nec difficile,* ait, *arbitror nosse, quemadmodum intelligi signa possint præsentia, vt sint indubitata signa credulitatis, ac p hoc etiam salutis. Primum enim opus fidei p dilectionem operantis, cordis est cõpunctio, in qua sine dubio eijciuntur dæmonia, cum eradicantur è corde peccata. Exinde qui in Christum credunt, linguis loquuntur*

nouis,

nonu, cum iam recedunt vetera de ore vestrum, nec de vestro vetusta ꝑtoparentum lingua loquuntur ad excusandas excusationes in peccatu. Vbi verò compunctione cordis & oris confessione priora sunt deleta peccata, ut residuum patiantur, serpentes tollant necesse est. id est, vt venenatas suggestiones extinguant. Quid tum agendum si qua forte radix pullulat, quæ iam velociter nequeat extirpari, sed stimulat animum cõcupiscentia carnis? Profectò si mortiferum quid biberint, nõ eis nocebit, quoniã iuxta Saluatoris exẽplum, cum gustauerint, nolent bibere. id est, cum senserint, nolent cõsentire. Sic. n. nõ eis nocebit. Quid tamen? Molesta certè & periculosa. & sic corrupta & infirma affectionis lucta sed qui crediderint, sup ægros manus imponent, & bene habebunt, id est, ægras affectiones bonis operib. operient, & hoc remedio curabuntur. Hæc ille. Quod si sanctorum

Sanctorũ vita multis nobis exempla suppeditant miraculorum.

vias pscrutaberis, inuenies apud illos hæc opere cõpleta. Vinum venenatum bibit S. Ioannes & S. Benedict⁹, & multi alij. Linguis nouis locuti sunt Apostoli in die Pẽtecostes, & pcrentibus alijs à Deo hæc gratia cõcessa fuit, dæmonia eiecerunt, non tantũ è corporib. sed Idola confracta. & ipsi diaboli coacti fuerunt ad exorcizantis mãdatũ obedire, sicut & eos S. Procop⁹ orare cõpulit, ægri etiam non tantum ab vmbris & strophiolis sanati, sed vltimo etiã ad tumbas eorum, q̃ oĩa declarare longissimi esset operis. Nota autem secundum D. Tho. ꝙ hominib. data est potestas expellendi dæmones, quantum ad effectum nocumenti, ꝙ est peccatum expellere, & à seruitute dęmonis liberare. Et hic obserua quantum debeant cõfundi hæretici, q de suis hæresi. & errorib. in æternum non possint gloriari, ꝙ vnicum habuissent ab exordio vsq; huc miraculum, quantumcunq; se torqueant quantumcumq́; q̃ iam fingant aut mentiantur, in æternum aũt nullum poterunt ostendere, ꝙ tamen fuisset necessarium, si ipsorum hęreses nostra vera fide Catholica essent firmiores. Iterum aduerte quoad fidem Ca-

Credentiũ fides miraculis erat augenda.

tholicam, ꝙ dicit Gre. in ho. *Nunquid aũt ꝙ ista signa non facimus, minime credimus? Sed hæc necessaria in exordio Ecclesiæ fuerũt. Vt. n. fides cresceret credentium, miraculis fuit nutrienda. Quia & nos cum arbusta plantamus, tandiu eis aquam fundimus, quousq; ea iã in terra conualuisse videamus: at si semel radicem fixerint àrrigando cessimus.* De signis & miraculis illis Thumas Bozius copiosissimè scribit, quibus hic supersedemus.

Et Dominus quidẽ Iesus postquã locutus est eis, assumptus est in cælũ, & sedet à dextris Dei.] S. Tho. 3. p. q. 57. art. 1. dicit, quod

Quare Christum decuerit in cælum ascendere.

cõueniens fuerit Christũ ascendere in cælum, nõ quidẽ secundum diuinã naturam, cum ibi esset, nec q a foret pfecte beatus sñ humanam naturam, sed vt locus ꝑportionaretur locato, quoniã terra est loc⁹ generationis & corruptiõis & ipse post resurrectionẽ inchoauit vi. ã immortalem & incorruptibilẽ, & q a loc⁹ cæli est locus incorruptionis, cõueniens fuit quod ascenderet in cælum, q̃ quod remaneret in terris, & de hac decẽtia loci cælestis gaudiũ ꝙ iam habuit, nõ de nouo quãdo ascendit in cęlũ sed nouo modo gauis⁹ est, vt de re impleta. Nec maior vtilitas nobis fuisset, si remãsisset nobiscum vsq; ad finẽ mundi. Quia quantum ad pſentiam eius diuinitatis semp est nobiscum vsq; ad cõsummationẽ sæculi, Matt. 28. & eius absentia corporalis est magis vtilis nobis ꝑpter fidei argumẽtum, q a fides est de nõ visis. Et ipse dic. *Beati q. nõ viderũt & crediderũt.* & sic magis meruerunt. Item quia dedit nobis spem illuc pueniẽdi. Tertio, vt dirigamus affectũ charitatis ad diuinitatẽ. At de his paulo plus inferius. Ascẽdit aũt ratione motus in cælũ, vt hõo, ratione diuinitatis & causæ ascẽsionis vt Deus. Præterea dicitur in Euãgelio. *Assumptus.* Nota ꝙ in Christo est virtus di-

Virtus in Christo secundum humanam naturam duplex.

uina, & sñ hanc ꝑpria virtute ascendit in cælum. Est & virtus in eo secundum humanam naturã, & est duplex. Vna q̃ ꝑcedit ex principijs naturę humanę, & tali virtute nõ ascẽdit in cælũ; Alia ex redundãtia animæ glorificatæ, ex cuius redũdantia glorificatur corpus, cuius erit tãta obediẽtia ad animã beatã, ꝙ vbi volet esse spiritus, ibi erit ꝓtinus & corpus, vt dic. Au. 22. de c. Dei. Et tali virtute Christus ascendit in cælum, quia ex voluntate animæ volentis Christus ascẽdit in cælũ. Et licet dicaẽ eleuatus & assumptus, hoc non obstat: Quia sicut dĩ ꝑpria virtute surrexisse, & tñ est suscitatus à patre, eo quod eadem est virtus patris & filij: ita etiam ex ꝑpria virtute ascendit in cælum, & tñ à patre est eleuat⁹ & assumptus. Nubes vero illa non ꝓbuit adminiculum ascẽdenti p modũ vehiculi, sed apparuit in signũ diuinitatis, sicut ꝙ gloria Dei Israël apparebat sup tabernaculũ in nube.

Obseruanda in mysterio ascensionis.

Obseruæ autem hic q̃dam. Primum, ꝑpter duo nõ statim ascendit resurgens à morte; Primo, vt p multos dies & per multa argumenta se gloriosum resurrexisse approbaret, de quo & ipsi Apostoli dubitabãt, quib. hodie exprobrauit incredulitatem. Secundo, vt discipulos & matrem suam consolaretur de mortis suæ tristitię, & in discipulis veram fidẽ, spem firmam & amorem generat, q̃ oĩa iam pdiderant. Lu. 24. *Nos sperabamus:* & tunc aperuit illis sensum vt intelligerent scripturas. Nõ est oblitus Christus amicorum suorum vt pincerna Pharaonis, Ge. 41. Ps. *Adhæreat lingua mea faucib. meis.* Secundum, Christus resurgens à mortuis, secum duxit oẽs animas, q̃ erant ab origine mundi in limbo sanctorũ patrum, ita ꝙ ille locus omnino vacuus permansit, & stetit

Psal. 136

II.

cum eis in hoc mundo, sed vbi steterit in tota scriptura nõ reperitur, nec aliquis patrum insinuat, & hoc ꝑpter 4. Primo, ad ostendendum ꝙ anima & corpus gloriosum nõ determinantur ad aliquem locum specialiter, nec à loco aliquid accipiunt, sed habent potestatẽ sup oĩa loca & locata. Et quando volunt ostendunt se & è cõtra, & quomodo volunt. Vnde Christus appatẽs Apostolis nõ ostendebat corpus suum gloriosum, q a oculi mortales nõ potuissent illud ferre vel videre, vt dic. Aug. Vnde corpus gloriosum & anima existẽs in igne nihil patietur ab igne. Quod aũt anima patiatur ab igne inferni, hoc nõ est, nisi inquantũ ignis ille agit, vt instrumẽtũ diuinæ iustitiæ; sicut vn⁹ leuis homo vt minister regis suspẽdit Comitẽ. Secundo, ad ostẽdendum, ꝙ beatitudo nõ cõsistit in aliquo loco, sed solum in visione. Vnde anima beata existẽs in inferno & vbiq; semp est in gloria æterna, Lu. 23. *Hodie mecũ eris in paradiso.* Et tñ ista die anima latronis ad infernũ descẽdit. Vnde sancti dicunt, ꝙ angeli q nobiscum morãtur, semp sunt in gloria Dei. Matt. 18. *Angeli eorũ semp vidẽt faciẽ patris mei, q est in cælis.* Sicut. n. sol lucens in mundo oẽs tenebras fugat, & oẽ aliud lumen obfuscat, sic Deus existens in anima gloriosa, in qua cõiunctione cõsistit gaudium glorię, oẽm pœnã à corpore excludit ex redundãtia gloriæ animæ in corpus. & oẽm aliã delectationem facit insipidã. Quod autem cælum Empyreum dicatur locus esse beatorum, hoc nõ est de esse gloriæ, sed de bene esse, & quia Deus in eo ostendit gloriã suam. Tertio, ꝙ nullus locus, nec aliqua res de istis inferioribus est digna anima, & corpore glorioso, imò ipsa excedunt oĩa inferiora. Quarto, quod ipse erat verus Deus, qui est vbiq;, & non magis in vno, q̃ in alio loco. Tertium, Ascendit de monte

Cur de loco nihil reperiatur, vbi Christus in mundo steterit cum animabus à limbo ductis.

Deus in omnibus locis æquè

III.

Oliueti, vbi quatuor fecit ad nostram instructionem, quia comedit, egressus est ciuitatem, ascendit montem, benedixit Apostolis, Primo debemus comedere corpus Christi & dignè. Ioa 6. *Ego sum panis viuus, qui ex illo comedit, nõ morietur, sed trãsibit à morte ad vitã.* Secundo, exire ciuitatem, id est, oĩa mundana penitus deserere, & solum ad spiritualia anhelare, Ge. 12. *Egredere de terra tua, & de cognatione tua.* Extra portas passus est, exeam⁹ ergo ad eum extra castra. Tertio, ascendere mõtem fidei & spei p cõtemplationem, quia debemus credere & sperare illã beatam vitam, Tob. 2. *Filij sanctorum sumus, & illã beatam vitã expectamus.* Ad cælum ergò tanq̃ ad locum quietis nostrę, debemus dirigere oculos mentis. Quarto, omnibus benedicere, id est, omnibus parcere, & bonam voluntatem habere, sicut fecit Christus dic. *Pater dimitte illis.* Luc. 23. Et de monte quidem Oliueti, quia mons significat altitudinem, mons Oliueti, opera misericordiæ Quarto, Conditiones ascendentis. Primo, ꝑprijs viribus, id est, merito suæ actionis. Phil. 2. *Humiliauit semetipsum, ꝑpter quod Deus exaltauit illum.* Sic & nos debemus ascendere non in virtute aliorum, sed in vita facere q̃ possumus & non expectare, vt in morte Eleemosynas dandas pauperibus, & Missas fieri iubeamus. *Ne forte nõ sufficiat nobis & vobis.* Matt. 25. Secunda cum magna victoria. Nam ipse vicit mundum, religauit diabolum, exspoliauit infernum, eneruauit peccatum, destruxit mortem, contempsit honores, dispersit diuitias, suffocauit delitias, calcauit mare, ascendit p aërem, reparauit naturam, reddidit vitam, aperuit paradisum, recuperauit cælum, & breuiter omnia fortia vicit. Apo. 5. *Vicit leo de tribu Iuda.* Sic si volumus cum Christo ascẽdere, & nos debemus vincere, *Vincẽti dabo eder̃ de ligno vitæ.* Apoc. 3. Tertia, cum magno triumpho & gau-

IV.

Christi victoria ea effectis declarata.

dio, Psal. *Ascendit Deus in iubilatione, & Dominus in voce tubæ*, vt nos animatet ad fortiter dimicãdũ, sicut solent excitare tubæ & tympana, quia eodem modo honorabimur ascendendo. Luc. 22. *Ego dispono vobis, sicut disposuit, &c.* Hest. 6. *Sic honorabitur quemcunq; rex honorare voluerit.* Quarto Patenter videntibus illis; Sic & nos debemus ire versus cælum, & clarè disponere nos, & nostra, vt oẽs in morte nostra Deum glorificent, & vt credant nos ad cælum itotos. Eleuatus est ergò in cęlum primo videntibus angelis. Ro. 13. habetur. *Quæ à Deo sunt, ordinata sunt.* Est aũt hic ordo diuinitus institutus, vt ea q̃ supra homines sunt, hominibus per angelos reueleotur, vt ait Dio. 4. c. Hierarchiæ cæl. Ascensio aũt Christi quãtum ad terminum à quo, non transcendebat hominum cõmunem notitiam, sed solum quantum ad terminũ ad quem, & ideo manifestata est angelis primo, quorum testimonio deferretur in alios. In quibus angelis circa hoc fuerunt quatuor, Primo reuelatio. Nam secundum Diony. *Lex diuina bonitatis est, vt illuminationes suas influat angelis superioribus, superiores medijs, medij inferioribus, inferiores nobis.* Ista hodie seruata est; Nam ipse Christus suam ascensionem superioribus angelis reuelauit, quando ipsis intertogantibus, *Quis est iste rex gloriæ?* Respondit, *Ego, qui loquor iustitiam, & propugnator sum ad saluãdum*, Isa. 63. Superiores angeli medijs. Ps. 18. *Dies diei eructat verbum*, id est, superior Hierarchia mediæ reuelauit, cũm dic. *Exultauit vt gigas ad currendam viã suam, à summo cælo egressio eius, & occursus eius vsq; ad sum. eius* Medij inferioribus quando eis intertogantibus. *Quis est iste rex gloriæ?* responderunt, *Dominum fortis & potens in prælio, Dominus virtutum ipse est rex gloriæ.* Inferiores nobis, quia dicitur Act. 1. *Ecce duo viri*, id est, duo angeli, in forma viri astiterunt in vestibus albis, & dixerunt, *Viri Galilæi quid aspicitis in cælum? hic Iesus, &c.* Secundo, admiratio. Mirabantur. n. q̃ terra ascenderet sup cælum cum olim dictum esset. Pro. 25. *Cælum sursum, & terra deorsum.* Mirabantur q̃ homo ascẽdebat sup angelos. Psal. *Ascendit super Cherubin & volauit.* Mirabantur q̃ humo ascendebat vsq; ad Deum. Dan. 7. *Venit vsq; ad virum, qui sedebat in throno.* Mirabantur q̃ homo crucifixus ascendebat cum tanta potestate. Isa. 63. *Quis est iste qui venit de Edom, tinctis vestibus de Bosra? Iste formosus in stola sua, gradiens in multitudine virtutis suæ.* Tertio, Deductio. Associabant. n. & deducebant Christum in cælum tanquam regem ad solium maiestatis. Isa. 9. *Super solium Dauid, & super regnum eius sedebit*, tanquam victoriosus pugil ad brauium victoriæ triumphalis. Apoc. 3. *Ego vici, & sedi cum patre meo in throno eius.* Tanquam Pontificem ad templum paternæ pietatis, He. 4. *Habentes Põtificem magnum, qui penetrauit cælos, Iesum.* Tanquã iudicem ad sedem iudiciariæ potestatis, Mat. 25. *Cùm venerit filius hominis in sede maiestatis suæ.* Quarto, Iubilatio. Psal. 46. *Ascendit Deus in iubilatione, & Dominus in voce tubæ*; Secundo, Eleuatus est videntibus Patriarchis. Nam propter peccatum Adę ianua cælestis regni erat clausa, sic quod nemo quamtumuis sanctus poterat per illam ingredi; Quamuis autem Christus meruerit nobis sua passione introitum regni cælestis, & impedimentum remouerit, tamen per suam ascensionem nos quasi in possessionem regni cælestis introduxit. Et hoc Patriarchæ præuiderunt, Adam in traslatione sui in paradisum post creat onem, Gen. 3. Abraham in egressione Ge. 12. *Egredere de terra tua, & de cognatione.* Isaac in seminatione, Gen. 24. *Seminauit in terra illa, & habuit fructum centuplum in ipso anno.* Iacob in habitatione, Gen. 35. *Ascende in montem Bethel*, id est, domus Dei. *& habita ibi.* Moyses in auxiliatione, Deut. 33. *Ascensor cæli auxiliator tuus.* Iosue in expugnatione ca. 8. *Ascendit cum senioribus in frõte exercitus.* Tertio, Videntibus Prophetis, quibus reuelata est Christi ascensio, quantæ fuerit sublimitatis, non: n. fuit translatus, sicut Enoch, nec igneo curru subuectus sicut Elias, nec raptus sicut Paulus, sed à seipso sumptus. Vidit & Dauid Psalmist. dic. *Eleuata est magnificentia tua sup cælos.* Salomon. Pro. 21. *Qui sequitur iustitiã, & misericordiã, inueniet vitam & gloriã, ciuitatẽ fortium ascendit sapiens.* Is. 19. *Ascendit Dominus super nubem leuem* Baruc 3. *Quis ascendit in cælum, & accepit sapientiam, & deduxit eam de nubibus? Qui scit vniuersa, nouit eam, & inuenit eam prudentia sua* Mich. 2. ca. *Ascendit pandens iter, ante eos.* Da. 7. *Aspiciebam in visione noctis & ecce cum nubibus cæli, quasi filius hõis veniebat & vsq; ad antiquum dierum peruenit, & in conspectu*

A scensio Christi angelis manifestata.

Terra quomodo ascẽderit super cælum.

Propter peccatũ Adæ cælum prius clausum.

Christus est, vt asc. qua En. ib. E. Ium Paulus.

eius obtulerunt eum, & dedit ei potestatem & honorem, & regnum, vt omnes populi, tribus & linguæ seruirent ei Ezech 1. *Vidi, & ecce nubes magna & splendor in circuitu eius, & de medio eius quasi species electri*: hæc visio similitudinis gloriæ Domini, Aba. 3. *Sup excelsa deducet me victor in psalmis canentium.* Quarto, videntibus Apostolis: Christus vt cõfirmaret totum corp⁹ humanæ Redẽptionis, antequam ascendit, fecit 4. cũ discipulis. Primo comedit, Secũdo eos increpauit, Tertio ne discederẽt à Ierosolymis pcepit, Quinto, vt post Spiritum S. missũ prædicarent. Etiã monte Oliueti corã 120. hominibus iterum increpauit eos curiosos dicẽtes, *Domine si in hoc tẽpore* Secundo, pmisit Spiritum S. Tertio, benedixit eis, dans illis pacem, per quam benedictionem fuerunt cõfirmati Apostoli. Quarto, nubes apparuit eum suscipiens. Quinto, videntibus istis, & illis maximè p̃sentibus, & hoc vt fides eorũ augeret, ne arguerentur sicut mũd⁹ de incredulitate, spes erigeret, cũ humana natura esset in cælo collocata. Charitas accenderetur, vt, *vbi est thesaurus tuus, ibi sit cor tuum.* Mat. 6 Et quia Spiritus S. est amor nos in cælestia rapiẽs, ideo di. Dominus discipulis, Io. 16. *Expedit vobis vt ego vadã.* Vt hinc dona sua à Deo expectatẽt, & nõ aliũde. Sexto, videntibus peccatoribus. Nã in mundo erat quadruplex defectus: Primus habitationis gloriæ, Ge. 1. *In principio Deus creauit cælũ & terram*, terrã dedit hominibus, cælũ sibi reseruauit Christus, ergò ascendit vt cælestẽ ianuam peccatoribus aperiret, & sic abstulit defectum habitationis gloriæ He 9. *Per proprium sanguinẽ introiuit semel in sancta æterna redemptione inuenta.* Secundus, Ignorantiæ, q̃a homo non cognoscebat Deum, Gen. 1. *Tenebræ erãt sup faciem abyssi.* Christus ergò ascẽdit, vt homo Deũ cognosceret, dum eum iam non æstimamus sicut hominem terrenũ, sed sicut Deum cælestẽ. Sicut Apo. dic. 2 Cor. 5. *Etsi cognouimus secundum carnem Christum*, i. mortalem, per q̃ putauimus eum tantũ hominem, vt gl. exponit, sed nũc iam nõ nouimus. Tertius, Gratiæ & misericordiæ. Gen. 1. *Terra erat inanis & vacua*, id est, gratia & misericordia. Ps. *Domine in cælo misericordia tua*, Christus ergò ascẽdit ad interpellandum p peccatorib⁹ sicut Põtifex in veteri testamẽto intrabat sanctuariũ, vt assisteret Deo p populo. 1 Ioa. 2. *Aduocatum habemus apud patrem, Iesum Christum iustum, & ipse est propitiatio p peccatis nostris.* Ipsa. n. repræsentatio sua, ex natura sua naoa, q̃ in cælum intulit, est q̃dam p nobis interpellatio, & ex quo Deus humanã naturã sic exaltauit in Christo, ita etiã eorũ miseretur, p quibus fili⁹ Dei humanam naturam assumpsit, He. 9. *Introiuit in ipsum cælum, vt appareat vultui Dei p nobis.* Quartus, pseuerantia: Quia hoĩes erant fragiles ad pseuerantiam boni, & tolerantiam mali. Christus ergò ascendit, vt p missionẽ Spiritus S. corda debilia roboraret. Ps. 102. *Verbo Domini cæli firmati sunt, & spiritu oris eius oĩs virtus eorum.* Septimo, videntibus purgatis. Nã quia ipse est caput nostrũ, oportet illuc sequi mẽbra, quo caput p̃cessit. Io. 14. *Vt vbi ego sum, ibi vos sitis.* In cuius signum animas de limbo in cælũ traduxit. Ps. *Ascendens Christus in alt. cap. duxit cap.* Quia eos q fuerãt captiui à diabolo, secũ duxit in cælũ, tanquam in locũ peregrinũ humanæ naturæ, bona captiuitate captiuos vtpote p victoriã acquisitos: Similiter animas eorum qui in purgatorio detinebãt, & pfecerant suã purgationẽ, inde abstraxit, & in cælũ secũ deduxit. Ideò Christus illud dic. Ge. 32 *cum duabus turmis regredior*, Col. 3. *Expoliãs principatum & potestates*, sc. infernales, auferẽdo, Isaac & Iacob & cæteros iustos traduxit, eos longe ab hoc regno remotum ad cælum deduxit, vt gl. exponit. Christus ergò associatus per sanctos patres & per purgatos, audiens patrẽ dicentem illud, Ge. 32. *Reuertere in terram natiuitatis tuæ.* & illud Cant. 7. *Ascendam in palmam, & apprehendam fructus eius.*

Quinto obseruandũ, q̃ Ascensio Saluatoris est mirabiliter virtuosa, vt virt⁹ hic p potẽtia actiua sumatur Et primo virtus istius ascẽsionis ostẽdit, ex distãtia q̃ ascendit: Quia sm Philosophũ oĩs ascensus & motus est ab aliqua virtute mouẽte, & tãto velocius ascenditur, quãtu virt⁹ maior est, Exẽplũ est in vaporibus virtute solari eleuatis, & in sagitta virtute arcus ascẽdente: Christus aũt ppria virtute quasi in momẽto ascẽndit de terra vsq; ad cælũ Empyreũ, infra q̃ p̃ter machinã Elementalẽ sunt cæli 9. Crystallinũ, sidereũ, Saturni, Iouis, Martis, Solis, Veneris, Mercurij, & Lunæ. Quodlibet autem cęlum septem Planetarum, habet crassi-

Ante ascensionem Christus quatuor fecit cũ discipulis.

Christus ascendit, vt cognosceretur esse Deus.

Ascensio Christi mirabiliter efficax.

Cuiuslibet planetarũ cœli crassitudo.

tiam quingẽtorum annorũ, id est, si aliquis homo iret sursum omni die 40. miliaria, pertransiret grossitiem vnius cæli quingentis annis: & inter cælum & cælum est spatium similiter 500. annorum, ita quod vsque ad cælum Empyreum eundo omni die sursum 40. miliaria, vix perueniret in octo millibus annorum. Verisimile videtur, quia quælibet stella est maior tota terra, & tamen videtur parua, vt quoddam speculum. Itẽ Sol, qui est lõge inferior, quam sydera, est 160. vicibus maior quam tota terra, & tamen videtur ita paruus, quod attestatur maximã esse distantiam cæli à terra. Rationabile item videtur, quia secundum suam proportionem locatorum ad inuicem est proportio loci ad locum, sed bona gloriæ quæ sunt in cœlo Empyreo, quia ibi gloria Dei manifestatur, excedunt in infinitum bona, quæ sunt in mundo, ergo locus ille debet excedere istum in omni bonitate loci, quasi in infinitũ. Sed vna de bonitatibus loci est, vt dic. philosophus, quod sit altus, quia iuxta terrã sunt multæ corruptiones, & infectiones, & plus in paludibus quam in montibus; Quia ergo *inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt intellecta cõspiciuntur*. Ro. 1. voluit Deus per immensam altitudinem ostendere immensitatem boni, quod est ibi: Christus aũt in vno momento propria virtute super omnes cælos ascendit, & peruenit ad magnum cælum S. Trinitatis, & hoc in quantum homo, quia inquantum Deus, fuit semper in illo magno cælo, Ioa. 3 *Nemo ascendit in cælum, nisi qui de cælo descẽdit filius hominis, qui est in cælo*. Eph. 4. *Qui descendit, ipse est qui ascendit super omnes cælos*. Secundo, Ex pluribus quas secum traxit: Quia oes animæ quæ ascenderunt in cælum, vel quæ vsque ad finem mundi ascendent, ascendunt in virtute huius ascensionis. Apost. 1. Cor. 15 *Si Christus resurrexit & nos resurgemus*. Ita si Christus ascendit & nos ascendemus, & multo magis quia difficilius est resurgere quam ascendere, quia resurgere est supra totam naturam, Io. 12 *Si ego exaltatus fuero a terra, omnia traham ad meipsum*: sicut vt arcus cuspidem sagittæ impellit, quo fortior virtus, eo maior cuspidis impulsus. Sic Christus ponens multas animas in ascensu suo, magnam virtutem ostendit, propter quod petebat sponsa, Cant. 1. *Trahe me post te, curremus*. Tertio, si cõsideremus impedientia tractum, sc. peccata totius mundi, Nam quodlibet peccatum mortale grauius est tota terra, quia si tota terra esset, vbi erat lucifer, in magno tẽpore non descenderet, quo descendit lucifer in momento propter vnum peccatum, & quare? propter grauitatem peccati. Sed omnia peccata nõ potuerunt impedire istam ascensum, quãdo humana natura ad cælum ascenderet, nõ quod peccata asceoderent, sed peccata remouit, vt hões possent ascendere. Si ergo volumus virtute istius ascensionis ascendere, permittamus quod Christus peccatum à nobis amoueat, ac etiã nos deponamus. He. 12. *Propter quod deponentes omne pondus, & circumstãs nos peccatum per patientiã curramus ad propositum nobis certamen*. Quarto, si cõsideremus vnde Christus extraxit animas ad secum ascẽdendum, quia de manu dæmonum principũ potẽtissimorum, quorum potentia oẽm potestatem superat, vt dicitur Iob 41. Oseę 4. *Ero mors tua, ô mors, morsus tuus*. Quinto, ex cõtinuatione. Quia quãto maior est virtus, tãto magis durat ascensus & motus, vt patet in sagitta; Sed virtus istius ascensus durabit vsque ad finẽ mundi, donec nõ solũ animas, sed etiã corpora sãctorũ oĩum ascẽdere faciat, & in infinitũ duraret, si mundus nunquam deficeret.

Christus vno tẽpore momẽto supra cælos omnes ascendit.

Quodlibet mortale peccatum, grauius est tota terra.

VI. Sexto notãdum, Ascensio Christi est fructuosa & vtilis. Primus fructus est reductio captiuorum in ciuitatem suã, vt dicit Deu. 3. & Zac. 9. *Tu aũt in sanguine testamẽti tui*. Seipsum. n. tradidit seruum vt alios redimeret. Secundus, ostẽsio viæ & apertio cæli, Mich. 2. *Ascendit pandens iter ante eos*. He. 4. *Habentes Pontif. mag. qui penetrauit cælos, Iesum filium Dei*. Siquidem ante ianuã paradisi fuerat prohibitio & rõphæa collocata, quã nullus vnquam potuit amouere, nisi qui *habet clauẽ Dauid, qui aperit, & nemo claudit, claudit & nemo aperit*. Apoc 3. Tertius est restauratiõ angelorum; nam Draco ille magnus & serpens antiquus tertiã partem stellarum traxit secum ad terram caudã suã. Apoc. 12. Et sic fuit facta magna ruina in quolibet ordine angelorum, quia de quolibet ceciderunt. Animę autem nõ faciunt ordinem de se in vita æterna, quẽ fecissent, si angeli nõ cecidissent, sed ad sedes angelorum, qui ceciderunt assumentur, quibus cõpletis finietur mundus, secundum aliquos, Quia non patitur vacuum, vt ait philosophus. Ioan. 14 *In domo patris mei mansiones multæ sunt*.

Rõphæa ante ianuam Paradisi.

Ps. 109 *Iudicabit in natio. implebit ruinã*. Quartus, Missio Spiritus S., vt nos inflãmaret & faceret spiritualiter viuere, Ioa. 9. *Expedit vobis vt ego vadã: si. n. nõ abiero, &c.* Quintus, Meritum fidei. Quia maiora meremur nõ videndo ipsum, si in ipsum credimus, quam si ipsum videremus, Ioa. 20. *Beati qui nõ viderunt*. Sextus, vt naturã humanam per peccatum depressam exaltaret super omnia: quam dignitatem non cognoscit peccator, se submittens diabolo propter vnum obulum, sicut Esau primogenituram vendidit Iacob. Heb. 12. Septimus, vt in curia cæli, vbi oĩa facta nostra examinantur, aduocatum haberemus Christum. Valde. n. possumus esse securi, quod nulla iniustitia fiet nobis ibi, sed omnis gratia, cum talem aduocatum ibi habeamus, sic pium, & sic iustum, & fratrẽ nostrum, 1. Io. 2. *Aduocatum habemus apud patrẽ Iesum Christũ, iustum*, Heb. 4. *Adeamus ergo cum fiducia thronum gloriæ eius, vt misericordiã consequamur*. Si procuratoribus causas nostras, agentibus, tamen reuerentiã impendimus, & tanta facimus, quid Christo faciendum nobis putabitis? Octauo, vt donis & gratijs nos maxime ditaret, Eph. 4. *Ascendens in altum, &c. Dedit dona hominibus*. Sicut rex dat militibus donaria, cum victor intrat possessionem. Nam statim misit Spiritum S. in quo omnia dona donantur, Ro. 8. *Quomodo non etiã cum illo omnia nobis donauit?* Nonus, vt maiestate sua angelos in cælo beatificaret, qui prẽsentia sua hões in mundo lætificaueTat. 1. Pet. 1. *In quem desiderant angeli prospicere*. Ioa. 17. *Hæc est vita æterna*. Decimus, Vt vlterius spiritualiter viuerent homines, & non carnaliter, quia spiritualis vita incipiebat. Act. 1. *Vos autem baptizabimini Spiritu S. non post multos hos dies*. Et meritum alicuius debebat esse spirituale, quod vsque tunc fuerat temporale, Isa. 1. *Si volueritis, & audieritis me, bona terræ comedetis*. Sed si Christus mansisset hic nobiscum, carnaliter eum diligeremus, sicut Apostoli in prẽsentia eum diligebant, & ad notitiam Dei per inuisibilem spiritum non fuissemus perducti. Vndecimus, vt diabolum confunderet. Naum 1. *Celebra Iuda festiuitates tuas, & redde vota, quia non adijciet vltra, vt per te transeat Belial*.

Christo procuratori nostro quantum debemus, si procuratores mũdanos tanti facimus.

Septimum, *Ascendẽs Christus dedit dona hominibus*. Et primo quidem donum linguæ, quod in specie linguæ in die Pentecostes dedit, vt in ore eorum omnia genera linguarum nascerentur, Act. 2. *Repleti sunt oẽs Spiritu S. & cæperunt loqui varijs linguis*. Vt sicut in linguis hominum mundus fuit diuisus vt in turri Babel, ita per linguas vniretur in fide. Ioa. 10. *Alias oues habeo: & fiet vnum ouile*. Item habuerunt donum linguæ, vt verba cor tangentia proferrent. Psa. *Ecce dabit voci suæ vocem virtutis*. & ideo ad eorum verba homines cõpungebantur, & conuertebantur. Act. 2. *Factum est aũt, vt dum Petrus hoc diceret, cõpuncti sunt corde, & dixerunt ad Petrum, & ad reliquos Apostolos: Quid faciemus viri fratres?* Et c. 10 *Factum est autẽ loquente Petro, cecidit Spiritus S. super oẽs qui audierunt verbum*. Verba nostra non tangunt cor, ideo pauci cõuertuntur ad verba nostra. Itẽ habuerunt linguæ donum, vt nunquam in lingua offẽderent, 1. Cor. 4. *Nihil mihi cõscius sum*. Iac. 3. *Si quis in verbo nõ offendit, hic perfectus est vir*. Item vt doctrinam altissimam proferrent, vt patet in Epistolis Pauli. Item vt nullus eorum verbis posset resistere dic. Christus, *Ego dabo vobis os & sapientiã, cui non poterunt resistere oẽs aduersarij vestri*. Secundo, donum scientiæ, quia sine Doctore omnia sciuerunt, Ioa. 4. *Spiritus S. quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia*. Omnia ergo moralia, naturalia, supernaturalia, & diuina, & breuiter omnia expedientia ad salutem, sciuerunt, ac dono prophetiæ claruerunt, per quod futura sciuerunt, vt patet in Apo. & epistolis eorum. Et quare omnia sciuerunt? Certè quia illum sciuerunt, *In quo sunt oẽs thesauri sapientiæ & scientiæ Dei absconditi*, Col. 2. & 1. Cor. 2. *Non. n. iudicaui me aliquid scire inter vos, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum*. Et quia sciẽtia inflat sine charitate. 1. Cor. 8. & ideo cum dono scientiæ habuerunt feruentissimam charitatẽ, Ro. 5. *Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum S. qui datus est nobis*. Eph. 3. *In charitate radicati & fundati*: Et quia ipsi habuerunt perfectã scientiã, cognouerunt quam grande malũ est peccatũ, & quã grande bonũ est virtus, & ideo potius voluerunt mori quam peccatũ cõmittere, & virtutes perdere. Nos aũt pro nihilo illa habemus. Et quare? Quia nõ habemus perfectẽ cognitionẽ eorũ, quæ faciunt hoĩes, dum peccant, vt dicitur Heb. 12. & 1. Cor. 2. *Si enim cognouissent, nunquã Dominum gloriæ crucifixissent*.

VII. *Christus ascendens quæ dona dederit Apostolis.*

Apostolorũ perfecta scientia, de peccati malo, & virtutum bono.

Tertium

tertium, Donum constantiæ, quia firmissimè steterunt in prælio, nec minis, nec blanditijs cesserunt, nec aduersis sũt fracti, nec elati prosperis. Phil. 4. *Scio abundare, scio & penuriam pati. Omnia possum in eo qui me confortat.* Rom. 8. *Quis nos separabit à charitate Christi?* Væ nobis quos modica tribulatio, delectatio, aut tentatio à Christo abstrahit. Quartum, Donum contemptus omnium bonorũ mundi, qui omnia contẽpserunt, honores, diuitias, delitias. Phil. 3. *Omnia arbitratus sum vt stercora, vt Christum lucrifacerem.* Act. 3. *Argentũ & aurum non est mihi* Matt. 19. *Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te.* Quintum, Donum perfectæ potentiæ, Nam super omnia plenã & pfectam potentiam habuerunt, scil. super cælũ & terram, & infernum, super animã & corpus, super homines & dæmones, super totam naturam, & oẽm creaturã, Matt. 16. *Tibi dabo claues regni cælorum.* Et in maiori copia acceperunt Apostoli gratiã faciendi miracula, quam Christus, Ioan. 16. *Qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipse faciet, & mo[illegible]orum faciet.* Non .n. Christus ad vmbram sanauit infirm[illegible] vt Petrus, nec ad tactum vestimenti suscitauit mortuos, vt Ioa. Euangelista. Donum scientiæ in Prophetis veneremur, quia *Spiritu sancto inspirante locuti sunt sancti Dei homines.* 2. Pet. 1. Donum linguæ in Doctoribus, *quia non estis vos qui loquimini, sed Spiritus S.* Mat. 13. Donum fortitudinis in Martyribus, quia in Christo omnia vicerũt. Donum contemptus in Confessoribus, quia propter Christum omnia abdicauerũt, & seipsos in Dei iudicio mactauerunt. Donum potẽtiæ in Virginibus, quia in sexu fragili victoriã de mundo, de carne, & de hoste habuerunt. Is. 40. *Qui sperant in Domino, mutabunt fortitudinem.* Hæc autem omnia simul veneremur copiosius in Apostolis.

Donum in martyrib. cõfessorib. & virginibus.

Qui ergo estis ignorantes, ite ad Apostolos & eorum successores, qui laboratis dæmonijs, morbis, qui timetis, aut hausistis venena, ad illos currite.

Ex his omnibus, quanta sint hodierna festiuitate à Christo collata, & quanto quoq; gaudio & veneratione recolẽda sint, quisquis vestrum per se capit, ideo & nos clamemus cum sacrosancta Ecclesia, dic. *O rex gloriæ, Domine virtutum, qui triumphator hodie super oẽs cælos ascendisti, ne derelinquas nos orphanos, sed mitte promissum Patris in nos spiritum veritatis.* Allelu-iah.

Itaq; hodie videntibus ille eleuatus est, & illi simul cum angelis eleuati sunt, sed non ad æqualem gloriã cum Christo, qui sedet ad dexterã patris, in quã tum æternaliter manet incorruptibilis secundum humanã naturam, in excellentiori possessione diuinorũ bonorum præ cæteris creaturis. Vnde Heb. 1. *Ad quem aliquando dixit angelorum: Sede à dextris meis,* id est, in potioribus bonis meis. Vel mihi, secũdum diuinitatem æqualis, q.d. ad nullũ, cui etiam data est iudiciaria potestas, Vnde Aug. serm. de symbolo, *Ipsam dextram intelligite potestatem, quã accepit ille homo susceptus à Deo, vt veniat iudicaturus, qui prius venerat iudicãdus, quæ etiam resuscitabit nos & consedere secum faciet in cælestibus.* Ad meliorem intelligentiam nota, quod dextera tribus modis sumitur. Primo, secundum Damascenum pro gloria Deitatis. Secũdo, secundum Augustinum pro beatitudine Dei Patris, q̃ duo sunt idem realiter. Tertio, secundum Augustinum est regia & iudiciaria potestas. Christo ergo conuenit sedere à dextris Dei, quia in eius gloria vel beatitudine quiescit, & est iudex Patri conregnãs. Nec tamen sequitur, φ Deus sit in sinistra Christi, quia nõ loquimur secundũ modum corporalium, Vnde dic. Aug. *Ibi summa est dextra, quia nulla ibi est miseria.* Sedere aũt à dextris Dei cõuenit Christo, inquantum est Deus, ita tamen φ dictio *Ad* non dicat gradum dignitatis, sed personalem distinctionem originis. Simul .n. filius habet cum patre gloriam Deitatis, & beatitudinẽ, & omnẽ potestatẽ immutabiliter. Et licet dextra appropriatẽ dicatur de filio, sicut & Deus, & tribus prædictis modis sit quid tribus commune, tamen sedere ad dexteram non cõuenit Patri, cùm nõ sit ab alio, sed conuenit Filio & Spiritui S. licet filio appropietur sicut & æqualitas. Conuenit etiam Christo ista sessio inquantum homo: Nam cũ .n. vocula *Ad*, dicat distinctionem & conuenientiam (est .n. præpositio transitiua & importans accessum) si distinctio sit in personis, cõuenientia in natura; Sic conuenit ei inquantũ Deus, & secundum rationẽ æqualitatis, sedere ad dexteram Dei, tribus prædictis modis, sumptã, litera; (Inquantum) dicẽte conditionẽ naturæ. Si aũt è conuerso distinctio sit in natura, conuenientia in persona, ita quod particula *Ad* dicat accessum secundũ gratiam vnionis. & literã (Inquantum) dicente suppositũ, sic eodẽ modo conuenit ei secundum rationem æqualitatis, cum sit filius Dei. Si aũt iste accessus sit secundũ gratiam habitualẽ, literã (Inquantum) replicante naturã, sic conuenit ei non secundũ rationem æqualitatis, sed eminentiæ super omnẽ creaturam. Vnde ꝓprium est filio, ita φ nulli creaturæ conuenit sedere ad dexteram Patris, secundum æqualitatem, vel præeminentiam. Dicuntur tamen oẽs beati esse in dextra, sed non sedere, quia non habẽt beatitudinem cum quadam dominatiua potestate, & quasi propria & naturalem. Beata aũt Virgo, secundùm D. Thomam, dicitur assistere à dextris, non autem sedere, quia gloria filij ad eam deriuatur, sed non plenariè. Nos verò in cælestibus sedemus, quia stabiliti in gloria, sed non in dextera.

Dextera trib. modis accepta.

Ad, præpositio quid.

B. Virgo à dextris Dei sedet, sed assistit.

Illi autem profecti prædicauerunt vbiq; Domino cooperante, & sermonem confirmante sequentibus signis.] Prædicatio Euãgelij Christi potest potest dupliciter intelligi, vno modo quantum ad diuulgationem nominis Christi, & sic secundum Chrys. etiam tẽpore Apostolorum cõpleta est, & post eius impletionẽ destructa est Ierusalem. Alio modo quantum ad plenum affectũ, & Ecclesiæ fundationem. Et sic secundum Aug. non est cõpleta; Sed cum fuerit completa, veniet mundi desolatio. Non .n. est terra vbi non fuit Euangelium p̃dicatum, vel prædicetur, vel Christi nomen saltẽ insonuerit. Christus itaq; tanquam principalis motor & director instrumentis cooperatur, & confirmat sermonem per miracula, qualia adhuc hodie in Ecclesia inueniuntur, cum ad hoc non sufficiat ratio.

Quid ergò nũc Auditores, quid putatis satis esse gaudere de Christi ascẽsione, gaudere vtique, sed nõ satis est, nisi & eã imitemur. Quomodo? Christus qui descẽdit, ipse est qui ascendit, Eph. 4. *Exinaniuit .n. semetipsum:* sic & vos in et humiliate. Postquã descendit, vixit innocenter, 1. Pet. 2. *& peccatũ non fecit,* ne facite corpora vestra leuia, vt ascendere possint. Postquã passus est, ascendit, nam *sic oportebat eũ intrare in gloriam suam:* sic & vos accipite crucem super vos, & sequimini. Prius surrexit, sic & nos qui dormimus in peccatis, surgamus cum Christo. Reprobauit incredulitatem eorum: sic & vos vitã criminalem per displicentiam, hæreses vestras per veram agnitionem & conuersionem. Transiuit ad montem Oliueti, vos per opera misericordiæ ascendite. Iussit ne descenderent à Ierosolymis, sed expectarent promissionem patris. Sic vos à pace nolite recedere, Heb. 12. *Pacem & sanctimoniam sequimini, sine quibus nemo videbit Deũ.* Ambulauit Christus versus Bethaniam, quæ est domus obedientiæ, nam fuit obediens patri vsque ad mortem. Sic si vultis ad mortem ingredi, seruate mandata Dei. Ascendit benedicens, & vos cùm ad honores & officia eleuamini, non maledicatis vestris amicis pauperibus, & vos sollicitantibus, sed benedicatis, benefaciatis: Et in morte benefaciatis Ecclesijs, xenodochijs indigentibus, & de vobis bene meritis. Ascendit eleuatis manibus, in qua eleuatione ostendit manus & pedes, & stigmata vulnerum reseruata, quod si volueritis cum Christo ascendere, debetis eius passionem hic portare. Ideo in processione portamus crucem, & sequimur, ad designandum illud Apostoli, Rom. 8. *Si compatimur, simul & glorificemur.* Illum igitur, Auditores, illum imitemur, illum in sua ascensione innocemus, vt virtute illius cælum ascendere valeamus, regnaturi cum eo per infinita sæcula sæculorum.

In quibus imitandus Christus.

Amen.

* *
*

Laus DEO, *& Beatissimæ Virgini* MARIÆ, *& omnibus sanctis.*

DOMI-

DOMINICA INFRA OCTAVAM ASCENSIONIS.

Cùm venerit Paracletus, quem ego mittam vobis à Patre, spiritum veritatis, qui à Patre procedit, ille testimonium perhibebit de me, Ioan. 15.

Nihil adeo in vniuersa rerū natura ita certū, firmum, indubitatum, & ꝑpetuum est, Auditores, q̄ ipsum verbum Dei, quam ipsum Christi Iesu Euangelium, & credibile est, ꝙ pauci illud amplectantur aut ꝓfiteantur. Imo verissimum est, & vtiná non ita verum esset. Nam sic & hodie, ꝙ Christi tempore cum Iudæis, Illi.n. varijs modis Christi doctrinam exagitabant, sed vltimo tamen resistere non poterant. At ꝙ Christus dixit, habet fundamentum & ipsam veritatē. Ipse Dei filius quærens nostram salutē, & ipse fundamentū, super arenam suam doctrinam & nostram salutem constitueret? Ipse veritas, qui nescit fallere, ipse salutis nostræ cupidus nō fallit, & veritatē diligit, & mādat, quid illi ergo mendaciū? Illi ante aduentum suum oēs Prophetæ perhibuerunt testimoniū, Act. 10. *Huic testimonium perhibent omnes Prophetæ,* Sic fecerunt stellæ apud Magos, & angeli, & Ioannes cùm ꝓximus esset prædicationi, & S. Trinitas in Baptismo & Transfiguratione, Matth. 3. & 17. & postea ipsemet suis verbis & operibus testatus est, Ioa. 8. & iam debet facere idipsū Spiritus S. ipso recedente. Primo, vt difficultas mysterij notior euaderet, negari.n. potest supra angelicā & humanā naturam esse, Deum hōem factum. Hāc difficultatē Isaias notat ca. 53. dixit, *Domine quis credet auditui nostro, & brachium Domini cui reuelatū est?* q.d. Domine arduū est credere, q̄ nos nunciamus, brachium tuum sc. filium omnipotentem absconditum in velo carnis suæ, & causam addit: *Non erat ei species neq; decor,* id est, quia vidimus eum mortuum & contēptum, quis credet hunc esse filium Dei? vt ergo res tanta apprehēdatur, neq; quis suæ virtuti tribuat, mentionē facit de Spiritu S. & hoc priusquā moreretur Christus vt ea hoc filiū Dei cognoscerēt. Secundo, Veritatis necessitas. Salus.n. mundi in Christo posita erat, *Nec est nomen sub cælo.* Nos etiā quando videmos aliquē in magno periculo constitutū, iteratis vicibus eū admonemus: Sic futura puidens & prænunciat, & ad Spiritū S. dirigit. Tertio, vt dignitas aduenientis spiritus cōmendaretur. Quarto, vt hominū malitia & cæcitas cōfunderetur, q̄ tāta est, vt post tot testimoniorū authoritates, multi nihilominus in sua incredulitate māserint, & q credi derūt, tot indiguerint testimonijs ꝓpter q̄ sicut in credentibus diuina clementia & bonitas cōmendatur, ita cōtra in incredulos iustitia & seueritas diuina ꝓbatur. Itaq; hortatur Apostolos ne ex sua humilitate aut crucis passione terreantur, aut q illiterati illi sunt, quia ipse mittet spiritu veritatis, 1. Cor. 2. *Sermo meus & prædicatio mea nō in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostēsione spiritus & virtutis.* Cōsolatur naq; duob⁹ modis. Primo, ꝙ honori Christi illud dicit expediēs, vt cū apud hōes esset ita vilipensus, opprobrium hominū & abiectio plebis effectus, adueniēs Spiritus S. efficacia de illo phiberet testimoniū, & insuper Apostoli vt Deus ille crederetur & adoraretur, qui dudū vermiculus exiguus fuerat reputat⁹. Præterea ꝙ illi aduemente Spiritu S. ad oēs labores pferendos erunt habiles & magnanimi. Eodē modo & nos his diebus S. mater Ecclesia cōsolatur. Et attēdite, quando boni amici ab amicis recedunt, quos diligunt, primo ꝓmittunt in terra, quo pgunt, illa omnia se facturos, q illis expedientia iudicauerint. Secundo possunt vt si forte in terra, q̄ derelinquunt, necessaria fuerit vel solicitudo, vel cura, vel aliqua re indiguerit, q discedit, ipsi id curent, ac si ꝓpriū esset negotiū ꝙ illius interest qui longe abest. Prædicit etiam si aliqua nouerit inconuenientia aut pericula, q̄ possent incidere, qui recedēre antea timat ē illius solatio destitui. Sic hodie primo ꝓmittit Iesus in cælo illa tractaturum q̄ illis fuerint cōuenientia, missurum sc. Paracletū, postulat vt testimoniū phibeant de illo, ipsius inter hōes prædicantes excellentiā, & prædicit illis pericula, vt ad ea quæ eam nouerint pferenda, reddantur ꝓmptiores. Christus etiā cū primū cælū intrauit, de Spiritu S. mittēdo solicit⁹ fuit, illūque vt mitteret postulauit à Patre. hæc summa est, q̄ habet

Christus mox sic cœlum, Spiritum sanctum postulauit.

Christi dicta fundamentū habent & veritatem.

Hortatur Christus Apostolos, ne sua humilitate, & in cruce passione sint scandalo.

EVANGELIVM.

Cum venerit Paracletus.] Cùm dixisset Iudæos habuisse odio eum & patrē eius sine vlla legitima causa, ei⁹ generiq; iniqui odij testimoniū multo ante phibuisse Prophetam adiungit se discedēte venturū spiritū Paracletū, & testimoniū redditurū de eo, eiusq; innocētia ac iustitia: hoc etiā ipsos Apostolos testes futuros. Nō.n. sub iniquo odio latere veritas pmittenda est, sed manifestanda, quod etiam in illo eodē psalmi versiculo, cuius verba allegabimus, pdictū est. *Non, inquit, supergaudeant mihi, qui aduersantur mihi inique, qui oderūt me gratis, & annuunt oculis,* id est, non patientur diu gaudere, qui me psecuti sunt inique; Veniet.n. Paraclet⁹ spirit⁹, & me manifestabit. Vos etiā operib. eiusdē spirit⁹ mihi reddetis testimoniū, sicq; veritas ac iustitia mundo ꝓpalabitur. Persequentur Iudæi veritatē, sed non opprimēt. Impugnabunt, sed non expugnabūt. Et poterāt discipuli dicere, secundum Chrys. *Sic, qui tāta miracula & opera fecisti, nō audierunt, sed male tractauerunt, quid erit de nobis, quomodo nos audiēt & nō persequētur? Dominus itaq; ad eorum cōsolationē promittit, ꝙ mittet eis paracletum qui inspirabit in cordibus eorum, & proteget eos.* Venire aūt dicitur ratione effectus & operationis, Vbi.n. de nouo aliquid facit Deus, eo venire dicitur, non quod substantia eius mutetur.

Et attēde 4. appellationib⁹ exprimi Spiritū S. q de Christo phibitur⁹ testimoniū ꝓmittitur. Dicit.n. *Paracletus, &, quē ego mittā vobis à Patre, & Spiritus veritatis, & à patre ꝓcedit.* Sunt aūt singulæ accommodatæ testimonio reddendo de Christo. Qui.n. de Christo testimoniū phibiturus est, rectè Paracletus vocat, id est, cōsolator & exhortator; Futurum namq; erat, vt ij q tale testimoniū in Christū crediturierant, maximas psecutiones paterētur; Huiusmodi aūt psecutiones solent multū animos hōium auertere, & commouere ab eo, ꝓpter q inferunt: Ideo Spiritus S. Paracletus venit ita testimoniū phibiturus, vt animos credētiū, fidemq; testimonio datiū consolet & tueatur, hortetur ac confirmet. Sed obserua quantus mittat, Est.n. Spiritus S. qui in omnibus suis operationibus est mirabilis. Ad ipsū ptinet creare de nihilo, illius est q̄ sunt destructa reformare, & quæ sunt vetera renouare. Ideo de illo dicit Sap. 7. ꝙ spirit⁹ Domini omniū est artifex, oēm habens virtutē, omnia ꝓspiciēs. Et ideo cōparatur igni, q habet virtutē immutatiuā, immutat .n. ignis materiā, in q̄ agit, vt quando de cinere facit vitrū. Conseruatiuā, quia res naturales cōseruat, nā caloris naturalis beneficiū facit, & cōtinuat corp⁹ viuū. Eleuatiuā, quia eleuat materiā suā, Virtute .n. ignis scintilla q̄ diu fuerit ignita fertur sursū. Copulatiuā, quia diuersas materias copulat, vt de duabus laminis facit vnā. Renouatiuā, sicut patet de virtute caloris, quia quolibet anno renouat totū mundū. Sic Spiritus S. immutat p cōuersionē, copulat p dilectionē, cōseruat p tuitionē, eleuat p æternorū affectionē, renouat p virtutū ꝓductionē, illuminat p gratiarū collationē. Immutat dico peccatores, ipsos iustos mirabiliter conuertēdo, patet in Saul, Petro, Dauide, Paulo, & cæteris, q p Spiritum S. cōuersi, subito sunt in aliud mutati, 1. Reg 10. *Insiliet in te spiritus Domini, & ꝓphetabis, & mutaberis in virū alterū.* Ipse copulat diuersas sectas ad vnitatē fidei ꝓducēdo, & diuersa corda ad vnitatem amoris reducēdo. Eph. 4. *Solliciti seruare vnitatē spiritus in vinculo pacis.* Cōseruat ille faciēdo psecerare in bono, & ab hostis tētationib. defēdēdo. Mic. 4 *Nūquid abbreuiatus est spirit⁹ Domini, vt saluari nō possit?* Eleuat mentē ad contēplanda & desiderāda cælestia inflāmando, Eze. 11. *Eleuauit me spiritus, & introduxit ad portā Orientalē.* Renouat hōem virtutū floribus exornādo. Psa. *Emitte spiritū tuū & creabūtur, & renouabis faciē terræ.* Illuminat mentē gratijs & donis suis inspirādo & informādo, Io. 14. vbi dicit. *Spiritus veritatis quē mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia & suggeret.* Imo iste spirit⁹ etiā mortuus .i. peccatores & obsti-

Perhibiturus de Christo testimoniū rectè paracletus vocatur.

Spiritus S. effecta est admirando modo.

natos

natos ad vitam gratiæ suscitat, & in bono confortat. Ezec. 37. De ossibus aridis quæ spiritum non habebant, dicitur: *Quod ingressus est in ea spiritus, & vixerunt, steteruntque supra pedes suos.*

Et animaduerte cum quanta animi voluptate & exultatione debent audiri hæc verba: *Cùm venerit paracletus.* Cùm tantas habeat operationes, & nobis sit tam salutaris, tā necessarius. Et obserua, quòd sicut spiritus corporalis penetrat subtiliter inspirando, insufflat sagaciter informando, agitat vitaliter animando, roborat viriliter confirmando, eleuat sublimiter defendendo, inflammat mentaliter accendendo, quæ omnia ex allegatis verbis Ezechielis, *Ingressus est in ea spiritus, & vixerunt, steteruntque super pedes suos.* Ita facit Spiritus S. Penetrat per occultam inspirationem, insufflat per distinctam eruditionem, vegetat per gratiæ distributionem, roborat per virtutum confirmationem, eleuat per cælestem contemplationem, Illuminat per calefactam affectionem. De primo quod Ingressus penetrat per inspirationem, attende quod spiritus mundi, id est, ventus, ita est subtilis & penetratiuæ naturæ, quod vbicunque inuenit foramen apertum, quanquam sit modicum intrat. Spiritus etiam corporis per occultas venas, neruos & arterias per corpus se diffundunt, & ibi sensum & motum faciunt, & infundunt: Sic Spiritus S. ita labilis & penetratiuæ naturæ est, quod vbicunque foramen cordis sibi per affectum aliquantulum aperitur, statim vult intrare, & in mentibus hominum se præsentare, & eis seorsum contritionis, & motum bonæ operationis ministrare, quinimo etiam quandoque venit ad hominem non vocatus, sicut in Paulo apparuit, quem subitò & non vocatus ingrediens, prædicatorem & Apostolum fecit. *Ingressus est,* inquit Ezech. 2. *in me spiritus, postquam locutus est mihi, ac statuit me supra pedes meos.* Aër qui spiritualis est naturę, statim ingreditur, vbicunq; locus aliquis aliquo corpore vacuatur: Sic si de corde tuo peccata eieceris, & bona tēporalia pauperibus erogando, domum in paradiso de ipsis tempore mortis hyemis præparaueris, statim aër, id est, Spiritus S. intrabit, qui te replebit spiritualiter & dotabit. Act. 2. *Factus est de cælo repente sonus.* Iste ergo intrat per inspirationem. Præterea per eruditionem insufflat, quod est secundum, seu informat. *Spiritum,* inquit. Spirare enim nihil aliud est, quàm ore flatum emittere, in quo notatur, quod iste spiritus non est aliud quàm quidā flatus ab ore patris & filij procedens, qui nobis insufflat & inspirat, docet, instruit, & reuelat illa, quæ pertinent ad salutem, Ioan. 3. *Spiritus vbi vult spirat, & vocem eius audis.* Et de doctrina Spiritus sancti dicitur Ioan. 16. *Cum autem venerit spiritus ille veritatis, ille vos docebit oēm veritatem.* Ille est sicut legatus a sede patris veniens, voluntatem eius nobis insinuat, in illis quæ ad salutē pertinent nos informat. Quod apparuit in Apostolis, qui per missionem Spiritus S. omnia linguarum genera sciuerunt, & donum prophetię receperunt, & varijs linguis Dei magnalia retulerunt, vt dicitur Act. 2. Nā sicut lapis pretiosus, qui de oculis Hyenæ extrahitur, facit futura prædicere, cum capiti dormientis supponitur, & occulta diuinare secundum Dioscoridem: Sic Spiritus S. ab ipso patre & filio emanans & extractus, facit Apostolos cognoscere, & prædicere futura, & pdicare abscondita, Act. 2. *Cæperunt loqui varijs linguis.* Et hoc est quod dicit Apostolus 1. Cor. 12. *Alij datur per spiritum sermo sapientiæ, alij sermo scientiæ.* Tertio, Per inspirationem vegetat. *Vixerunt,* inquit. Quia sicut spiritus corpus ipsum vegetat & viuificat, ipsumque ad motum & operationem disponit & habilitat, sic spiritus animam, cui per gratiam infunditur, solet spiritualiter viuificare, & ad motum bonorum operum disponere. Ezech 37. *Intromittam in vos spiritum meum, & viuetis.* Cœlum enim secundum Aristotelem mouetur à spiritu motore, & secundum eundem orbes & planetæ à spiritibus mouentur, de se enim nec motum, nec vitam haberent, nisi ipsi ab alieno possiderent: Sic homo sanctus Spiritum S. solum habet motorem, & suorum bonorum directorem. Nam sine isto spiritu spiritualiter non viueret, nec motum bonorum operum exerceret, Figuratur Ezec. 37. in illis ossibus aridis, in quibus extensa est caro, & nerui, & cutis, & tamen non vixerunt, nec se mouerunt, donec à quatuor ventis spiritū habuerunt; Quia peccator quamuis habeat carnem, id est, humorem naturalis cōpassionis, neruum, id est, ligaturam mundanæ dilectionis, cutem, id est, vestituram exterioris cōuersationis, si tamen careat isto spiritu, nō debet dici per gratiam viuere, nec potest per bona opera se mouere. Iste enim spiritus dicitur mobilis, quia subitò se mouet, in diuersorum se corda ingerendo. 1. Reg. 17. *Insiliet in te spiritus Domini* & Act. 2. *Factus est de repente sonus.* Dicit enim Ambrosius, *Nescit tarda molimina sancti Spiritus gratia.* & Sa. 7. *Iste dicitur spiritus disertus, mobilis & coinquinatus.* Dicitur etiā mouens, quia mouet nos ad bene operandū, ambulandum & incedendum, Ezec. 1. *Vbi erat impetus spiritus, illuc gradiebātur. Spiritus enim vitæ erat in rotis.* Et Ezec. 8. dicitur, *Eleuauit me spiritus, & adduxit in Ierusalem in visione Dei. Vixerunt,* inquit, Ioa. 6. *Verba quæ ego loquor vobis, spiritus & vita sunt.* Roman. 8. *Viuificabit mortalia corpora nostra propter inhabitantē spiritum eius in nobis.* Quarto, per cōfirmationem roborat. *Steterunt,* inquit. Quia sicut spiritus corporis facit eum stare, durare, & pseuerare, vt patet, quia corpus sine spiritu nō potest stare, imò necesse est vt cadat, vel iaceat, & durare nō potest, quia cito corrūpitur & putrescit, & fœtet. Sic spiritus solus facit homines stabiles pseuerantes, fortes, durabiles & cōstantes. Ignis enim vasa fictilia & lutea decoquendo facit stabilia atq; dura. Illud apparuit in Apostolis, qui ante ad ētum Spiritus S. erant lutei, timidi atque fragiles: postquàm verò igne Spiritus S. sunt afflati & decocti, facti sunt audaces & constantes. Mich. 3. *Veruntamen ego repletus sum fortitudine Domini, iudicio & virtute, vt annunciem Iacob scelus suum, & Israel peccatum suum,* Iob. 4. *Dum spiritus me præsente transiret, inhorruerunt pili carnis meæ. Stetit quidam, cuius non agnoscebam vultum.* q. d. Spiritus huius transitus causa est stabilitatis, iuxta illud Ezech. 2. *Ingressus est in me spiritus, & statuit me super pedes meos.* Vnde etiam Iob 26. & 27. dicitur. *Spiritus Domini ornauit cælos, qui solidissimi, quasi ære fundati sūt.* Quintò, Iste spiritus per contemplationem subleuat. *Super,* inquit. Quia si iste habitat in homine, non permittit eum inferius in terrenis morari, imò facit eum sursum per contemplationem ad cælestia subleuari. Ignis enim fauillas & ventus paleas eleuat: Sic illi qui igne & flatu Spiritus S. moti erunt, statim se ad contemplandum cælestia subleuabunt. *Super,* inquit, Ezec. 3. *Leuauit me spiritus, & assumpsit me.* Oseæ. 4. *Spiritus ligauit eum in alis suis.* Vnde de isto potest dici illud Is. 66. *Spiritus Domini super me, eo quod vnxerit me.* & Marc. 1. *Spiritus sanctus descendit in columbæ specie super Christum.* Quinto, per affectionem inflammat, & hoc ostenditur, cùm dicitur, *Pedes suos,* quia p pedes intelliguntur affectiones, Apo. 2. *Pedes eius similes aurichalco, cùm est in camino ignis.* Spiritus enim seu ventus facit ignem fortiter ardere; sic Spiritus sanctus mētem seu voluntatem p charitatem facit accendi, Roma. 5. *Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis.* Iste est similis flori lilij, qui in medio sex foliorum mollium, habet septem aurea grana, id est, septem spiritualia dona, Genes. 41. *Septem spicæ pullulabant in culmo vno.*

Vides ergo quid sit illud, *Cùm venerit Paracletus.* Quis est ille paracletus, quid faciet, quid poterit? Iste habet officiū Ductoris, Sicut ventus nauem ad portum: sic Spiritus S. animas ad paradisum deducit. Psal. *Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam.* Secundo, Doctoris, Ioannis 16. *Spiritus veritatis ille docebit vos.* Tertio, Defensoris, Rom. 8. *Spiritus adiuuat infirmitatē nostram.* Quarto. Rectoris, vel correctoris, 2. Thess. 2. dicitur, quod *Dominus Iesus Antichristum interficiet spiritu oris sui.* & Isa. 30. *Spiritus Domini velut torrens inundans.* Quinto, Pastoris, Eccl. 35. *Spiritus meus super mel dulcis, & hæreditas mea super mel & fauum.* Sexto, Consolatoris: ita enim interpretatur Paracletus. Sapien. 12. *O quàm bonus & suauis est Domine spiritus tuus in nobis.* Septimo, Mediatoris, Ezec. 36. *Ponam spiritum meum in medio vestri.* Octauo, Confirmatoris, Psal. 50. *Spiritu principali confirma me.* Nono, Præmiatoris, Apo. 14. *Amodò dicit spiritus vt requiescant à laboribus suis. Opera enim eorum sequuntur illos.* O quàm iucundum itaque est audire illud, *Cùm venerit paracletus.* Non spiritus malitiæ, & nequitiæ, superbiæ, luxuriæ, iracundiæ, aut etiam ipsi dæmones, sed consolator & adiutor.

Ad postremum etiam nota, quòd anima, vel voluntas, vel iustus, & spiritualis potest designari nomine spiritus.

Ventorum subtilitas, & penetrandi vis

Lapidis qui est in oculis Hyenæ extracti proprietates.

Spiritus Dei mobilis, in diuersorum corda se velociter ingerit.

Spiritus S. per contemplationem eleuat.

Spiritus nomine quæ significata.

Nam

Nam istę sunt cōditiones illorum, Anima enim vel voluntas, vel tuitus debet per pœnitentiā renouari. Ezech. 8 *Facite vobis cor nouum* Ps. *Et spiritum nouum.* & Ps. *spiritum rectum innoua in visceribus meis.* Debet per sapientiā illustrari. Rom. 8. *Prudentia spiritus, vita & pax.* Item per gratiam Dei conseruari. Iob 10. *Visitatio tua custodit spiritum meum.* Per cōtinentiam mundari, Lu. 24. *Spiritus carnē & ossa non habet.* Per amicitiā præsentari, Col. 2. *Si corpore absens sum, spiritu tamen præsens sum* Per impudentiam impugnari, Gal. 5. *Caro concupiscit aduersus spiritum* Per elationem dissipari, Pro. 16. *Ante ruinam exaltatur spiritus* Per dilectionē inflammari, Act. 18. *Feruens spiritu loquebatur ea quæ sunt Iesu.* Per contritionem acceptari, Psal. *Cor contritum & humiliatum Deus non despicies.* Dan. 3. *Animo contrito & humili spiritu suscipiamur à te Domine.* Per Dei timorem contristari, Ioan. 11. *Infremuit spiritu, & turbauit semetipsum.* Per laudis canorem iucundari, Lu. 1. *Exultauit spiritus meus in Deo salutari meo.* Per dilectionis motē inflammari, Gal. 5. *Fructus spiritus est charitas.* Charitas verò incendit, Lu. 24. *Cor nostrū ardens erat.* O quantum ergo gaudium ꝙ nominatur à Christo dic. *Cum venerit paracletus.* Ille dabit testimonium inspirando, Apostoli aūt vocibus personando.

Spiritus S. appellationes variæ. Et licet multa de eodem Spiritu sancto dicta fuerint, tū eius appellationem adhuc in quinq; distinguemus. Vocatur

Sanctus. *Sanctus*, & hoc tripliciter. Primo, Sanctꝰ idem est ꝙ firmum, propterea virgines q̄ steterunt firmæ in proposito virginitatis, sanctę vocantur, Et quia Spiritus S. firmat in bono, quos replet, ideò ab effectu sic vocatur. Exemplum paret in Apostolis, qui postquā Spiritum S. receperunt, nec dæmones cum fallacijs, nec principes cum tormentis, nec caro cum oblectamentis, nec mundus cum tentationibꝰ poterant eos à Deo remouere, qui prius ab eodem facile fuerunt remoti, Rom. 8. *Quis nos separabit?* Item sanctum item est ꝙ purum, & à terra eleuatum, & ideò Confessores vocantur sancti, quia sunt mundi & eleuati à terrenis; Et quia Spiritus S. purificat à rubigine peccatorum corda, sicut ignis metalla, ideò in specie ignis super Apostolos ostenditur. Ipse enim est vis amoris, qui peccata purgat, vt in Magdalena. Item à terra eleuat. Ezech. 3. *Eleuauit me spiritus inter cælū & terrā.* Et propterea viri spirituales assimilantur nubibus. Isa. 40 *Qui sunt isti qui vt nubes volant?* Nubes sunt vapores eleuati à terra virtute solis: sic viri spirituales eleuantur à terrenis virtute Spiritus S. Item sanctum, ꝙ est sanguine tin-

Sanctum, quod est sanguine tinctum, vt & martyras. ctum, Et ideò martyres dicuntur sancti, qui in proprio sanguine tincti sunt. Spiritus S. autem, qui est ignis diuinus, accēdit hominem ad martyrium, & facit libenter mori, Phil. 1. *Cupio dissolui* Vnde de Martyribus legitur, quòd certatim ibāt ad martyrium, & alius volebat mori ante alium. Act. 5 *Ibant Apostoli gaudentes.* Secundo dicitur, *Spiritus rectus.*

Spiritus rectus. Ps. 50. *Spiritum rectum innoua in visceribus meis.* Et ideò quia rectum facit hominem. Rectum enim est, cuius medium non discrepat ab extremis. Extrema hominis ortus & mors, & vtrumq; est cum gemitu, & pro dilatione patriæ, & pro incolatu præsentis miseriæ. Ps. *Heu mihi, quia incolatus meus prolong.* Et ideo Spiritus sanctus in specie columbæ apparuit, q̄ pro cantu habet gemitum, quia quos replet, sunt quasi columbæ gementes ad scoetras suas. Item rectum, si ponitur super rectum, tōtum tangit, Obliquum autem solum tangit in puncto. Sic Spiritus sanctus hominem rectum totum tangit, & cogitatio & dicta & facta omnia sunt à Spiritu sancto; Obliquum autem hominem tangit solum in puncto mortis, quia tunc solum vult confiteri & satisfacere, & & cum festinatione facit omnia, quia ibi non dantur indu-

Spiritus bonus. ciæ. Tertio, *Spiritus bonus.* Psal. *Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam.* Spiritus sanctus confert omnia vera bona, sc. septem dona Spiritus sancti, septem virtutes, & gratiam in præsenti, & gloriam in futuro. Hæc sunt vera bona quæ faciunt hominem bonum, & non possunt auferri ab eo, & in perpetuum sunt cum eo. Psal. *Spiritu oris omnis virtus eorum.*

Spiritus principalis. Quarto, *Principalis.* Ps. *Spiritu principali cōfirma me*, Ipse enim est principium & causa omnium habentium spiritum, siue in veteri testamento, siue in nouo. Omnia enim quæ sunt in aliquo genere, procedunt ab aliquo vno, secundum philosophum, & ad illud referuntur, vt omnis calor ab igne, & omnis lux à sole, & omnis aqua à mari, Et istud primum, est causa omnium aliorum istius generis: Cum igitur Spiritus sanctus sit simpliciter primum, erit & per consequens omnium causa, & ad ipsum omnia referuntur tanquam ad finem, præter peccatorem qui peruertit ordinē naturæ, quia eius spiritus non redit ad Spiritum sanctum Deum, qui fecit istum, sed descendit ad spiritus malignos, Mat. 25 *Ite maledicti*, &c. Quinto, *Spiritus Dominus.* Isa. 65 *Spiritus Domini su-*

Spiritus Dominus. *per me.* Ipse enim fecit suum possessorem Dominum omnis & sicut Dominus habet se circa omnia. Nā & corpori suo, & diabolo, & mundo, & his qui sunt in mūdo, dominatur. Gen. 27 *Dominum tuum illum constitui, & omnes fratres eius seruituti illius subiugaui.* Qui autem hunc spiritum non habet omnium est seruus: quia ei mundus & mundana, diabolus & desideria carnis dominantur, Ier. 5. *Seruietis dijs alienis, qui non dabunt vobis requiem.* Sexto, Paracletus, id est, cōsolator, quia nos multipliciter consolatur, Primo, tentationes mitigando, Isa. 43. *Cum transieris per aquas tecum ero, & flumina non operient te, in igne non combureris.* A dextris & à sinistris insurgunt tentationes, & Spiritus sanctus mitigat aquas delectationum, & ignē tribulationum, 1. Cor. 10. *Fidelis Deus, qui non patietur vos tētari supra id quod potestis.* Secundo, in aduersis dulcedinē infundendo: vt ea toleremus. Eccl. 24. *Spiritus meus super mel dulcis.* Tertio, tribulationum vtilitatem ostendendo; Nam illuminat, purgat, cogit etiam mundum contemnere, & ad Deum ire. Tria genera hominum Spiri-

Hominum genera tria Spiritus sanctus non consolatur. tus sanctus non consolatur. Primo, mundanos, qui vanam consolationem amplectuntur, Luc. 6. *Væ vobis diuitibus, qui hic habetis consolationē vestrā.* Sicut enim sponsa q̄ ludit cum amasio suo, commiscetur ei, non meretur consolationem viri, sed verbera: sic anima sponsa Dei, q̄ ludit cum diabolo, & commiscetur mundo, cum quibus deserto viro fornicatur, non meretur à Spiritu sancto consolari, Ier. 3. *Tu fornicata es cum amatoribus multis.* Secundo, non consolatur habentes tristitiā huius sæculi, q̄ secundùm Apostolum mortem operatur. De pessimis .n. tristantur, quia non possunt qualitercunq; ditari, nec inimicos expellere, & ad libitum dominari. Qui sic tristantur, non merentur à Spiritu sancto consolari, quia non sunt de eius populo, Is. 40. *Consolamini, consolamini popule meus.* Sicut .n. vir non consolatur sponsam, q̄ flere de absentia amasij: sic Spiritus sanctus non cōsolatur eos, qui tristantur, quod non possunt mala, q̄ desiderant operari. Tertio, nec pigros & remissos, qui negligunt excutere iugum seruitutis dæmonis, & vitiorū 2. Cor. 11. *Sustinetis si quis vos in seruitutem redigit.* Sed consolatur strenuos bellatores, qui nituntur egredi de seruitute diaboli, & vitia vincere. Apoc. 2 *Vincenti dabo manna absconditum.*

Quem ego mittam vobis.] q.d. Certo scio venturum, quia ego cum, qui eum sum missurus; non contraria nec aliena à me efficiet, cum à meipso sit mittendus. Hæc quoq; secunda appellatio Spiritus S. accommodata est testimonio perhibendo. Sicut missus est à filio, ab ipso procedit, si autē ab ipso procedit, eum perfectissimè nouit, iuxta illud Ioan. 16. *Ille me clarificabit, quia de meo accipiet.* & 1. Cor. 2. *Nemo nouit quæ sunt Dei, nisi Spiritus Dei.* Est autem necessarium hoc in eo, qui perhibiturus est testimonium de aliquo, vt ipsum opti-

Perhibiturum de aliquo testimonium, debet ipsū optimè nosse. mè noscat, Ioan. 14. dictum est, *Quem Pater mittet*: hic dicitur, *Quem ego mittam*, non quod duæ sint missiones, Vna .n. est missio simul à patre & filio, sicut vna est productio, qua Spiritum S. producunt, sed vt seipsum eiusdem cum patre substantiæ significet, ꝙ de patre prius affirmauit, idipsum etiam sibi tribuit. Simul etiam vt se missionem hanc, non vt hominem, sed vt Deum habere ostendat; Christus enim vt Deus mittit Spiritum sanctum. Dicit autem, *Quem ego mittam vobis*, quia Spiritus sanctus in discipulis meis effectus facturus erat, ratione quorum effectuum dicitur eis missus. Fuit autem hæc missio illa, quæ in die Pentecostes facta est, quæ partim inuisibilis, partim visibilis fuit: Inuisibilis ratione donorum & gratiarum spiritualium, quæ eis infudit: Visibilis ratione signorum exteriorum, in quibus apparuit. In linguis enim igneis visus est.

A patre.] Mittam ego Spiritum sanctum, sed à patre eum mittere habeo, sicut à patre habeo essentiā ipsam. Hoc igitur verbum explicat, ita filiū mittere Spiritum sanctum, vt à patre accipiat essentiā, qua vna cum patre ꝓducet Spiritum sanctum. Pater igitur à se mittit, quia à nemine procedit, filius mittit vnus cum patre, & eadem missione, sed à patre,

quia à patre procedit, & à patre habet, vt initiam. Vnus tamen & idem est Paracletus.

Doctrina Christi veritas.

Spiritum veritatis.] Spiritus verus, qui perfectè nouit & docet veritatem, quæ quidem tertia appellatio accommodata est testimonio perhibendo de Christo. Nam doctrina Christi veritas est, tum quia vmbras & figuras legis illustrat, tum quia promissiones implet, demum quia viam Dei perfectè tradit. Qui igitur de doctrina Christi testimonium redditurus promittitur, rectè spiritus veritatis appellatur. Nouit ergo Christum ipsum, qui ab eo missus est, nouit doctrinam eius, quia spiritus veritatis est, ideò ipsius testimonium est grauissimum. Hæretici & Magi non habent spiritum veritatis, ideo illis credi nihil potest.

Qui à Patre procedit.] Consubstantialis est patri, vt rectè deducit Amb. l. 1. de Sp. S. c. 10. q. d. Spiritus hic paracletus, quē mittam à patre, qui veritatis spiritus est, non est creatura aliqua, sed patri & mihi consubstantialis. Est etiam accommodata hæc appellatio testimonio reddendo: Nam ei qui testimonium perhibere debet non solū sapientia, sed etiā authoritas necessaria est, vt dignus sit fide; Hoc autem habet Spiritus S. hic. Consubstantialis .n. est patri, eiusdem potentiæ, & substantiæ, & virtutis cum ipso, qua potentia & virtute talia opera efficiet, vt testimonium suum dignum omni fide faciat. Si verba hæc superiora diligenter consideretis, *Cum venerit Paracletus, quē ego mittā vobis à patre, spiritū veritatis, qui à patre*, inuenietis quis sit Spiritus sanctus, & ad quid & quomodo mittendus. In primis habetis in his verbis distinctionem eius personæ a persona patris & filij; Nam à filio mitti, à patre ꝓcedere, ille verò venire dicitur, sicut distincta sunt, mittere, & procedere ab alio, & venire. Ita sunt distinctæ personæ mittens, à quo procedit, & qui venit. Habetis secundo loco substantiam eius, Est .n. patri consubstantialis, quia à patre procedit: Cum autem filius sit patri consubstantialis, quia à patre gignitur, fit, vt totæ tres personæ vnius sint & eiusdem substantiæ. Habetis tertio, Ita esse distinctam personam & consubstantialem duabus, vt procedat ab vtraque; Nam à filio mitti & à patre procedere dicitur, quod non est aliud, quàm ab vtroq; procedere & mitti. Quarto item, Procedere quidem à patre, sed nō dici filium, sed spiritum eiusq; ꝓcessionem non esse generationem. Quinto habetis ēt ex his verbis venturum Paracletum, & veritatis spiritum, id est, ad implendum animas cælesti consolatione, & dona gratiæ infundenda, ac veritatem Christi manifestandam. Ille ergo omnia efficiet in illis, ad quos mittitur & venit, quæ ad consolationem & adhortationem necessaria sunt, & simul ad veritatis manifestationē.

Tres personæ Trinitatis eiusdem substantiæ.

Hinc soluitur dubitatio, Qua de causa tot verbis vsus sit Dominus in hoc spiritu describendo? Respondetur id factum, tum vt mysterium Trinitatis, quod ad fidem Christianorum pertinet, & post octo dies de Spiritu S. & post alios octo dies de S. Trinitate Sancta Ecclesia solemnitatē instituit, exponeretur: Erat enim opus tertiæ huius personæ dignitatem ostendere, tum vt quam dignum fide sit testimonium eius, de quo adiungitur, *Ille testimonium perhibebit de me*, aperiret & declararet. Demum vt discipulos confirmaret ad testimonium de ipso Christo exhibendum.

Spiritus S. dignitas ostensa.

Obserua iterum, *Quē ego mittā vobis*, sc. Apostolis & Apostolicis viris, qui erant primo fide illuminati, Matt. 16. *Tu es Christus filius Dei viui*, Similiter & oēs dixerunt, Lu. 9. Secundo erant spe eleuati, Ioan. 6. *Domine ad quem ibimus:* Tertio, charitate diffusi, Rom 5. *Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritū S.* Quarto, prudentia insigniti, Matt. 10 *Estote prudētes sicut serpentes.* Quinto, Iustitia ornati, Eph. *Induite loricam iustitiæ.* Sexto, Fortitudine roborati. Ioan. 11. *Eamus, & nos moriamur cum illo.* 1. Cor. 4. *Maledicimur & benedicimus, persecutionem patimur & sustinemus, blasphemamur & obsecramus.* Septimo, Temperantia præcincti, Lu. 9. *Sint lumbi vestri præcincti.* 1. Tim. 6. *Habentes alimenta, & quibus tegamur his contenti simus.* Octauo, Se ipsos humiliantes, Luc. 9. *Vos autē non sic, sed qui maior est vestrum, fiat sicut minor.* 1. Cor. 4. *Nos stulti propter Christum, vos autē prudentes in Christo, nos infirmi, vos autē fortes, vos nobiles, nos autē ignobiles.* Nono, Mundum contemnentes, Matt. 19. *Ecce nos reliquimus omnia.* Decimo, corpora sua macerantes, 1. Cor. 4. *Vsq; in hāc horā esurimus, & sitimus, & nudi sumus, & laboramus, operantes manibus nostris.* Heb. 9. *Circuierūt in melotis, in pellibus caprinis.* Vndecimo, Prælia vincentes, Hebr. 11. *Sancti propter fidem vicerunt regna.* Duodecimo, Proximos verbo & exemplo ædificantes, Matth. 5. *Vos estis lux mundi.* quantum ad verbum. *Vos estis sal terræ.* quantum ad exemplum, 2. Tim. 2. *Omnia sustineo propter electos, vt & ipsi salutem consequantur.* Iterum quod spiritus veritatis est, Primo quia veritatem scripturæ sub vmbra legis latentē detexit, quæ litterata, erat mortifera, aperta, & spiritualiter intellecta, salutifera, 2. Cor. 3. *Litera occidit,* Ioan. 16. *Si ego non abiero Paracletus nō veniet.* Secundo, quia vanitatē mūdi sub vmbra boni decipientem contemni fecit & facit. Et ideo omnes viri spirituales contemnūt mundum, Phil. 3. *Omnia arbitratus sum vt stercora, vt Christum lucrifacerē.* Vnde tempore Apostolorum, omnes qui recipiebant spiritum sanctum, vendebant omnia, & ponebant ad pedes Apostolorū, Act. 4. Tertiò, quia simulationē hypocritarū sub specie honesti latitantem condemnauit, Mar. 23. *Væ vobis Scribæ & Pharisæi, & hypocritæ.* Vnde Act. 5. Petrus Ananiā & Saphirā ad mortē condemnauit. Quarto, Quia errores gentilium in Idolis commorantes destruxit, ostendit enim in Idolis dæmonia habitare, & vt ipsa destruerentur, fecit, sicut etiam Apostolos miracula operari. Isa 19 *Ecce Dominus ascēdet super nubem, & ingredietur Aegyptum, & mouebuntur simulachra Aegypti à facie eius*, id est, confringitur. Quinto, Quia sententias Philosophorum de beatitudine falsas ostendit: quia nec in potentia, nec in diuitijs, nec in delicijs, nec in honoribus, sed in vero bono ostendit beatitudinem, de quibus Psal. *Beatum dixerunt populum, cui hæc sunt.* Sed Spiritus sanctus dicit, *Beatus populus, cuius Dominus Deus eius.*

Spiritus sanctus viros spirituales facit mundi contemptores.

Ille testimonium perhibebit de me.] Hic igitur Paracletus, de quo tot ac tanta dicta sunt, si venerit, perhibebit de me testimonium operib⁹ miris & signis exterioribus quæ operabitur in meæ diuinitatis & doctrinæ confirmationem, & int⁹ in cordibus hoīum lumen diuinum & affectum infundendo, quo cognoscat & sequantur me omni errore, & mundi vanitate postposita. Cum .n. Deus sit, omnia quæcunq; vult potest efficere & efficiet. Fuit valde rationi consonum, vt Spiritus S. de Christo testimonium perhiberet, Ipse .n. fuit quodammodo causa, vt filius Dei carnem assumeret; Amor .n. patris causa fuit, Ioan. 3. *Sic Deus dilexit mundū, &c.* Amor autem Spiritus S. est. Rursus Spiritus S. per Prophetas locutus ꝓnunciauit mundo aduentum eius. Denique aduenientem in carne suscepta vnxit, Act. 10. *Vnxit eum Spiritu S.* Spiritus S. ergo & per se testimonium reddidit. Nā super baptizatos visibiliter sub specie ignis descendens baptismo Christi & ipsi Christo testimonium perhibebat, vt sint duo testimonia distincta, quod Actor. 5. Apostoli ipsi his verbis docuerunt, dic. *Nos sumus testes horū verborū, & Spiritus S. quem dedit Deus omnibus obedientibus sibi.* Ecce duo testes numerāt, & se, & Spiritum S. Et Rom. 8. *Ipse spiritus testimoniū conscientiæ nostræ quod filij Dei sumus.* Nunc ēt interius fidelium cordib⁹ testimonium perhibet, firmans mentē & affectum in Christo. Et quamuis nō sit iam visibile illud testimonium ignis exterioris: est tamē testimonium Spiritus S. tam insignis & copiosa & miranda hominum conuersio. Non solū ergò testimonium per Apostolos & prædicatores dedit, sed per se miris alijs operibus. Hāc expositionē affert videtur Cyril. 10. c. 33. Quale autem & quam dignum omni fide hoc testimonium fuerit, verba antecedentia significant, Est .n. missus à Christo spiritus veritatis, & à patre procedens, cuius sapientia, bonitas & potētia diuina est. In testimonio enim hæc sunt necessaria. Sapientia vt sciat veritatem, Bonitas vt eam aperiat, nec decipiat, & Authoritas, qua talis ab alijs iudicetur, qualis est, vt sit omni exceptione superior. Quid autem potuit reperiri vnquam æquale ei, qui scientiam, bonitatem, & potentiā habet cum Deo eandem? Eа testimonijs ergò tam certis, diuinis & infallibilibus cognoscenda est veritas. Confundantur itaq; hæretici oēs & malignantes, qui suo capiti & ingenio nimia tribuunt, opera, miracula, vnanimitatē & consensum totius Ecclesiæ irridentes.

Spiritus S. tum per se, tum per Apostolos testimonium reddidit.

Et vos testimoniū perhibebitis, quia ab initio mecū estis.] Quia ab initio meæ prædicationis & manifestationis mūdo factæ mecum estis, & mecum conuersati estis, & ex visu tanq̄ oculati testes omnia quæ facta sunt per me, testari poteritis, vt omnia adsint testimonia diuina & humana. Quamuis .n. suffi-

Scientiā, bonitatē, & potentiam cum Deo eandem habens, nihil par.

cere

cere deberet diuinum Spiritus S. testimonium per opera diuinæ potentiæ, volo etiam vt vos humanum perhibeatis testimonium ex visu & experientiâ. Hoc fecerunt postea Apostoli, 1. Ioan. 1. *Quod audiuimus, quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus, & manus nostræ contrectauerunt de verbo vitæ, & vita manifestata est & vidimus, & testamur, & annuntiamus vobis.* Rursus 2. Petr. 1. *Hāc vocē nos audiuimus, cùm illo in monte.* Actor. 2. *Hunc suscitauit Deus à mortuis, & huius nos testes sumus.* Ioan. 1. *Et vidimus gloriā eius.* Hac moins ratione dixit Act. 1. Petrus. *Oportet ergò ex his viris qui nobiscum sunt congregati, &c. testem resurrectionis eius nobiscum fieri vnum ex istis.* Quibus verbis declarat Petrus, verbum hoc Christi, *Ab initio*, nempe à Ioannis Baptismo, qñ se mundo incepit manifestare.

Multiplex impedimētum, quod remouerat potuerat Apostolos, Christus absoluit.

Magno & planè diuino consilio factum est, vt testimonio à discipulis reddendo præmitteret, & promitteretur testimonium Spiritus S. Hac enim ratione Christus omne impedimentum sustulit, quod animos discipulorū ab hoc officio poterat auertere, quod erat multiplex. Primum humilitas Christi, nam de mortuo & occiso à Iudæis testimonium reddere humile quid, & contemptibile videri poterat. Secundum erat difficultas persuadendi, nā persuadere hominem crucifixum esse Deum, arduum videbatur, & erat. Tertio, Periculum, nam cùm Christus se propter suam pdicationem à Iudæis occidendum, iam illis reuelasset, quid non erat timendum à discipulis eidem testimonium perhibentibus ēt apud eosdem, qui occiderant, maximè quia Dñs pnunciat ipsis mortem subeundā pro hoc testimonio, cum alias ob falsum testimonium datum homines puniantur. Quartum, Quòd parum essent idonei, Se. n. illiteratos & humilis conditionis agnoscebant: Qua igitur ratione per vniuersum mūdum mysterium pdicare auderent? Hæc maximè deterrere poterant. At omnia Dñs prudentissimè repellit his verbis pmissis. *Testimoniū*, inquit, *perhibebit spiritus parac.*

Spiritus S. cur sit perhibiturus testimoniū.

Primo quidem, ne videatur vobis vile & cōtemptum testimoniū, quod ille qui à patre pcedit, & ipsi est consubstantialis, est perhibiturus. Rursus, ne timeatis non posse vos arduam veritatem persuadere: Ille. n. spiritus veritatis qui omnia scit, qui quęcunq; vult docet & persuadet vobiscum, & per vos reddet testimonium, & quod vos verè nō potestis psuadere, ille persuadebit & faciet cognoscere, Spiritus. n. est veritatis. Vt. n. spiritus oīa penetrat sic corda hominum penetrabit, quia spiritus est, & quia veritatis spiritus est, quocunq; penetrauerit, veritatem ipsam stabiliet & figet.

Paracletus consolator & hortator est.

Nec vos præterea perterreat periculum, quod vobis certum imminet; Nam non solum faciet vos spernere omnia pericula temporalia, sed desiderare & gaudere in eis, quia paracletus est & consolator, & exhortator. Nec conturbet vos vestra inscitia, nā spiritum mittam vobis, qui erit in vobis ipsis, qui tales vos efficiet vt probatissimū testimonium mundo exhibeatis. Dabit vobis scientiam & sapientiam, cui mundus non poterit contradicere, dabit potentiam operum & miraculorum, quia Deus, & à patre procedit, faciet vos homines cælestes atq; spirituales & diuinos, quia spiritus est, diliget vos, nec derelinquet vnquam, quia ego qui vos amo, qui sum pater & magister vester ego sum, qui mittā vobis eum. Hæc omnia impleta sunt, teste Paulo, Rom. 1. *Non erubesco Euangeliū, virtus n. Dei est.* & 1. Cor. 12. *Sermo meus & prædicatio mea, non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus & virtutis.* & 2. Cor. 2. *Placeo mihi in infirmitatibus meis, & in cōtumelijs & necessitatibus, in persecutionibus, in angustijs p Christo.* Et Phil. 4. *Omnia possum in eo, qui me confortat.* Nota quòd discipuli ex hoc confirmant testimonium suum, quod cum illo fuerant conuersati. Act. dicitur, *Dedit manifestum eum fieri non omni populo, sed testibus præordinatis à Deo, nobis qui manducauimus & bibimus cum illo.* Perhibebit itaque Spiritus S. testimonium de me, quia sum verus Deus & homo verus. Item testimonium perhibebit operibus meis, natiuitati, morti, & omnibus alijs, & vos testes mei estis, dic. Dñs Isa. 44.

Spiritus S. tripliciter fecit aptos, ad testificandū de Christo.

Fecit autem Spiritus S. tripliciter Apostolos & eorum sequaces aptos ad testificandum Christo. Primo, mundando eos à peccatis, nec exceptione repellerentur, Ioan. 20. *Accipite Spiritum S. quorum remis. &c.* Secundo, Instruendo eos ne ignorantia confunderentur, Mar. 13. *Non. n. estis vos loquentes, sed Spiritus S.* Tertio, roborando eos ne prece vel pretio, timore vel odio, à testificatione resilirent. Et ideo postquam Apostoli Spiritū S. receperunt, totus mundus non potuit eos auertere, quin testarentur p Christo. Act. 4. *Non. n. possumus quæ vidimus, & audiuimus non loqui.* Et videte rogo, quāta vndequaque habuit testimonia, & tñ non creditum fuit illi. De cælo habuit patris & Spiritus S. Luc. 3. in Baptismo. Angelorum. Luc. 2. *Euangelizo vobis gaudium magnum.* De paradiso & inferno Moysis & Heliæ, Mat. 17. Item *multa corpora sanctorum surrexerant.* Matt. 27. Item dæmones testificati sunt, Lu. 4. *Exibant dæmonia à multis clamātia & dicentia, Quia tu es filius Dei viui.* De mundo habuit testimonium 12. Apostolorum 72. disc. & multorum aliorum Act. 4. *Virtute magna reddebant Apostoli testimonium resur. Iesu Christi.* Testimonium item ab omni creatura; Nam stella noua, in natiuitate, Mat. 2. Sol obscuratus in morte, Mare solidum se pbuit, Aër passus est Christum ascendere, Cæli aperti sunt ipso orante, Infernus captiuos reddidit, Terra tremuit ipso resurgente, Panis & pisces ad eius imperium multiplicati sunt, Solus peccator negat factis Christum, imò pro vno obolo illum vendit, & in nomine eius peierat.

Hæc locutus sum vobis, vt non scandalizemini.] Causam cur hæc quæ ad odium & psecutiones eorum pertinent, manifestauerit, & aduentum Spiritus S. ad testificandum prędixerit, eā esse declarat, ne scandalizentur & cadant, id est, ne à suo munere & officio testificandi & prædicandi Christum retrocedant.

Scandalū hoc loco, quomodo sumptum.

Aduerte, scandalum esse offendiculum vię, in quod incidentes impingunt & cadunt: Qui aūt admoniti sunt, cautè ambulant, nec facile impingunt. Et est metaphora. Offendiculum. n. magnum erat persecutio Iudæorum & gentium Apostolis pdicantibus Christū. Itaq; duplex causa est huius pmonitionis, prima, ne scādalizentur in malis, Secunda, vt in bonis Deū glorificent. Scādalum est duplex, actiuum & passiuum: Actiuum est dictum vel factū minus rectum pbens alteri occasionem ruinæ, pp̄ter quod aliquis turbatur & peccat. Passiuum, qñ aliquis pp̄ter dictum vel factum alicuius scandalizatur contra Deum vel proximum, in quo consistit peccatum, & quandoq; mortale, quantaq; veniale. Propter nullam aūt rem debet homo cōtra Deum scandalizari, Rom. 9. *O homo, tu quis es, qui respondeas Deo?*

Absq; synagogis facient vos.] q. d. Vos admonui eorum quæ futura sunt, vobisq; auxilium magnum promisi, ne scandalizemini in persecutionibus quæ vobis euenient, scitote. n. Iudęos è synagogis suis vos tanq̄ excommunicatos eiecturos. Hoc ignominiæ maximæ apud Iudæos erat, quod alijs verbis significauit Dñs, Lu. 6. *Beati eritis cùm vos oderint homines.* Nō est aūt hoc loco tacendum. Quis enim nō expectasset post promissum Spiritum S. tantæ potentię & scientiæ, & bonitatis, & post verbum, *Non scādalizemini*, dicturum Christū, in synagogis recipient, oēs ad vos procliues current, beneuolentia & obsequio afficient? at non hæc dicta sunt, sed, *absq; synag. fac.* & interficient tanq̄ impios.

Quantum fuerit opus discipulos ad mortē roborare.

At multo aliter diuina sapientia de rebus iudicat, quam mundana, maius beneficium & maius opus fuit, discipulos fortes facere in subeunda, & lætos aggredi pericula, & omnia huius mundi bona contemnere, quā impedire, ne occiderentur. Illud Apostolos fecit beatos, non hoc, illud Reges terræ facere potuerunt, non aūt istud. Plus igitur Spiritus S. virtus splēdet in morte cōtemnenda, quā impedienda, in sustinendis læto animo afflictionibus, quā in auertendis, maius beneficiū illud est, quā hoc. Diuinitus opus fuit, per mortē & afflictiones mundū cōuertere, quàm p vitā temporalē, & inducere vt crederent, & eorum doctrinā sequerētur, qui sic malè habiti sunt à mundo, quam si bene accepti essent.

Synagoga tripliciter accepta.

Nota synagoga tripliciter accipitur. Primo, pro tota illa Iudæorum Rep. Vt. n. nunc Christianorum conuentus dicitur Ecclesia, ita olim Iudæorum multitudo sub vna veri Dei religione, dicebatur synagoga. In qua significatiōe acceptum est illud Num. 4. *Recensuerunt Moyses & Aaron, & principes synagogæ filios Caath*, & illud Nu. 16. *Ducenti quinquaginta viri pceres synagogæ.* Secundo, p quocunq; bonorū aut malorum cœtu, Ps. *Synagoga potentium quæsierunt animam meam.* Eccl. 3. *Synagoga superborum non erit sanitas.* Tertio pro loco illo, in quem Iudæorum multitudo conueniebat ad aliqua exercitia spiritualia, In qua significatiōe acceptum est illud Luc. 7. *Synagogam ædificauit nobis.* Istæ synagogæ erant in tres pręcipuos vsus institutæ. Primus ad pdicationem verbi Dei

& legis, Mosaicæ explicationẽ, singulis sabbatis vt plurimũ, Act. 13. & Lu. 4. *Erat docẽs in synagogis Galilææ.* Secundus, Orare & laudare Deum, Iud. 6. *Conuocatus est omnis populus, & per totã noctem intra Ecclesiã orauerunt, petentes auxiliũ à Deo Israel.* Hic synagoga appellatur Ecclesia, sicut & Matth. 6. *Quia amant in synagogis orare.*

Ordo seruitorum exercitiorũ in synagogis olim quis.

Seruabantur autẽ ordo talis, Conuenientes quidem viri & fœminæ, locis tñ distinctis, primum orabant pro cõmunib. necessitatibus, & maximè aduentũ Messiæ postulantes. Post orationem verò primũ illorum legisperiti partem aliq̃ de libris Moysi alicuius Prophetæ populo explanabant. His absolutis, si quis inter adstantes erat peritus, maximè ex aduenis, aut alterius synagogæ, inuitabatur ad dicendum. Qui locum huic muneri destinatum ascendens, concionẽ habebat. Sicut Act. 13 de Paulo & Barnaba legimus, q̃ die sabbatorum ingressi synagogam sederunt; Post lectionem autẽ legis & Prophetarum, miserunt, principes synagogæ ad eos dicentes, *Viri fratres, si quis est in vobis sermo exhortationis ad plebem, dicite.* Surgens autem Paulus. Sic in Euangelio Christum sæpe in synagogis legimus docuisse. Fiebant ẽt in synagoga inter Doctores concertationes & disputationes ad scripturarum elucidandum conuenientes, vt cõstat, Lu. 2. de Christo puero. Hinc est q̃ probi loco duceretur indignum aliquem iudicare, vt cum eo in oratione & verbi doctrina cõmunicarent, & tanq̃ incorrigibilem vitabant, sicut & nos cum excõmunicato facimus.

Excõmunicatio tribus modis iniusta.

Talis pœna Apostolos puniendos à Iudæis prædicit Dñs; Quam timentes aliqui ex principib. ẽt si crederent in Christum, palam non cõfitebantur, Io. 12. Tertios vsus fuit corrigere publicè delicta aliqua in lege n, Velut .n. quãdam publicæ pœnitentiæ & castigationes fiebant. Mat. 10. *In synagogis suis flagellabunt vos.* Matt. 23. *Ex eis flagellabitis in synag. vestris.* Act. 22. *Ego eram concludens in carcerẽ, & cædens eos per synagogas.* & Act. 26. *Per oẽs synagogas frequẽter puniens eos.* Cæterũ q̃ excommunicatio dicitur iniusta tribus modis sc. ex animo, ex causa & ex ordine iuris. Ex animo, qñ ex odio vel vindicta, vel rancore pfertur. Ex causa, qñ nõ ex iusta causa pfertur, Non. n. p omni re debet fieri excommunicatio, sed solummodo pro peccato mortali, vel pro contumacia. Ex ordine iuris, qñ non pceditur secundum formam & ordinẽ iuris, sc. qñ non subest causa rationabilis & manifesta. & non pmittitur competens admonitio, & reliqua similia. Excommunicatio igitur Apostolorum à Iudæis fuit iniusta, Primo, ex animo, quia ex magno odio hoc fecerunt, Vnde cum ejcerent Stephanum extra ciuitatem, stridebãt dentib. in eum tanq̃ irati, Act. 23. *Deuouerunt se quidam ex Iudæis, neque manducaturos, neq; bibituros, donec Paulum occiderent.* Secundo, ex causa, quia confitebantur veritatem, & reddebant Christo testimonium, Io. 9. *Iam n. Iudæi conspirauerant vt quicunq; ipsum confiteretur Christũ, extra synagogã fieret.* Tertio, ex ordine iuris, quia nullum ordinem seruabant, debebant. n. citari, accusari, examinari & testes induci, sed ipsi erant accusatores, iudex & testis. Act. 22. *Ciuem Romanum indemnatum,* id est, nullo ordine iuris cõuictum, *misistis in carcerẽ.*

Excommunicatio quamuis iniusta seruanda tamen.

Et q̃uis excommunicatio iniusta sit, seruanda est, quia si contemneretur, esset peccatum, & si seruatur, est magni meriti, tum ex humilitate, tum ex obedientia. Et debet sic excommunicatus petere vt absoluatur. Simile est de interdicto, q̃ q̃uis aliquis non dederit causam de interdicto, nihilominus debet seruare, sicut & qui causam dedit, nec debet audire diuina, nec per rimas Ecclesiæ inspicere, quia peccat sed si seruat multum meretur ex humilitate & obedientia, secundum Aug. Excommunicatio autem iustè lata horribiliter timenda est, Est. n. maior pœna q̃ possit inferri in Ecclesia Dei, ideoq; cauenda pter tria; Primo propter periculum: quia excõmunicatus separatur à Deo, & traditur satanæ extra Ecclesiam. Vnde in primitiua Ecclesia excommunicatus statim arripiebatur à diabolo, & vexabatur, Et hoc est q̃ Apostolus dicit 1. Cor. 5. de illo fornicario, qui habebat vxorẽ patris. *Ego aũt iudicaui eum, qui sic operatus est, tradere huiusmodi hominẽ satanæ, in interitũ carnis, vt spiritus saluus fiat.* Item est periculum, quia excommunicatus multos inficit, quia oẽs quasi cum eo participant, vnde est sicut lepra, morbus cõtagiosus, & ideo ab homin. b. vitanda. 1. Cor. 5. *Si quis frater nominatur fornicator aut auarus: aut Idolis seruiẽs, cum huiusmodi nec cibũ sumere.* Secundo, pter damnum: quia sic excommunicatus, priuatur merito passionis Christi & omnium sanctorum, & omnib. suffragijs & indulgentijs Ecclesiæ, & omnib. bonis pprijs, & omnib. virtutib. & donis Spiritus S. omninò remanet nudus & miser, & miserabilis, sicut q̃ omnia perdidit, Apoc. 3. *Nescis quia tu es miser & miserabilis, & pauper, & cæcus, & nudus.*

Infamia grandis est, expelli de Ecclesia.

Tertio, pter infamiam. Magna. n. infamia est expelli de Ecclesia, imò ejci sicut canes & vitari ab hominib. sicut leprosus. Vnde communicatus est magis infamis, q̃ Iudæus vel Saracenus: quia cum illis possumus loqui, sed nõ cum excõmunicato, & propter hæc tria dic. Aug. *Nihil debet Christianus sic formidare, sicut separari à corpore Christi,* sc. per excõmunicationẽ. Et nota q̃ Doctores Canonum magnum peccatum dicunt, participare cum excõmunicato. Sed peccatis nostris exigentibus, de excõmunicatione hodie parum curatur, & de participatione cum excõmunicatis nihil, & non solum sæculares, sed & clerici & religiosi, de tali participatione nihil curant. Ideò valde gaudet diabolus super excõmunicatis, quia videt tot cum illis se posse ad infernum lucrari, ipsis nihil eorum cõsiderantib. aut leue peccatillum existimantib. Si ãt Iudæi tã soliciti fuerunt & timuerunt, ne extra synagogas fierẽt multo magis vera excõmunicatio timenda est: q̃ licet hæretici nõ respiciunt, ipsi tñ modum habẽt ẽt suum. Necessaria autem est disciplina Ecclesiastica, q̃ qui contẽnunt, hæretici fiunt.

Sed venit hora, vt omnis qui interficit vos, arbitretur se obsequiũ pstare Deo.] Auget sententiam pdicens eis ẽt gentium persecutionẽ q. d. Parum dico, nõ solum è synagogis ejciemini, imò venit hora vt interficiamini, & sic quidè interficiamini, vt qui vos interfecerit, arbitraturus sit se sacrificium Deo offerre, remq; ei exhibere gratissimam. Interficiemini tanq̃ Dei aduersarij, & legis ac Religionis peruersores. Duo igitur mala imminẽt, & mors, q̃s interficiẽdi estis, & causa mortis tanq̃ impij & scelesti, & religionis diuinæ destructores, ita vt qui vos occiderit arbitretur se iustam, piam & gratam rem Deo fecisse.

Particula. Sed, vt hic accepta.

Particula *Sed*, augmenti est, pro eo posita q̃ dicimus. *Imò, seu quin potiùs.* De illa persecutione scribitur de Paulo Act. 23 qui ipsius mortem conspirarant. Et ante conuersionẽ de seipso dic. Gal. 5. *Supra modũ persequebar Ecclesiã Dei, & expugnabã illã.* Hoc idem faciunt hæretici cum Catholicis hoc tẽpore, qualia exempla satis multa & horrenda pstitit Regina Angliæ. Hoc idem & de gentibus contra Apostolos, & nunc contra eos, qui eo veniunt prædicarum Euangelium sentiendum est. Sic oẽs Apostoli & martyres occisi sunt. Ibant autẽ illi gaudentes, quia sciebant quid, p quo, & quare paterentur, quodq; restaret pmium. Sicut autẽ corpus interficitur per suspẽdium, incendium, gladium venenum, sagittam, submersionem & oppressionem, sic anima à diabolo per peccata. Primo ergo interficit aliquos diabolus per suspendium .i. superbos ipsos altè suspendendo, quia tales semper sunt suspensi sursum per elationẽ & ambitionẽ, figurati in Absolon, qui cum in arbore currendo suspenderetur, Ioab 3. lanceas in cor eius confixit: alij verò percutientes interfecerunt eum, 2. Re 18. Sic superbus suspenditur ad arborem dignitatum & honorum, per vitium ambitionis, & sicut suspensi semper mouentur, sic superbi sunt instabiles, vani & leues, ad flatum vẽti diabolicæ suggestiõis, Tres lanceæ per eorum corda transfiguntur, ira, segnitia & rapina. Secundo, Auaros igne cõburendo, Auaritia .n. ignis est, qui nunq̃ dicit, *Sufficit,* sicut dicitur Pro. 3. Amos 9. *Auaritia in capite omniũ, & nouissimum eorũ gladio interficiã.* Tertio inuidos gladio inuidia. n. gladius est Goliæ, qui pprium magistrũ occidit, q̃ inuidi anteq̃ alios interficiant, ipsi primo gladio inuidiæ torquẽt. Ps. *Gladius eorũ intret in corda ipsorũ.* De isto gladio legitur 1. Re. 21. q̃ inuoluebatur pallio, & seruabatur specialiter in tabernaculo Ecclesiæ: Sic sæpe in tabernaculo Ecclesiæ & religionis sub pallio habitus religionis vel obseruantiæ regularis, latet hodie q̃ plurimum gladius ille, sc. inuidia.

Sæpe in Ecclesiæ tabernaculo, aut religionis habitu latet inuidia.

Et Ge. 4. Cain sic interfecit Abel. Quarto, Luxuriosos veneno, Luxuria est venenum aspidis, q̃ facit hominem dormire, & ipsum interfecit dormiendo, quia luxuria facit primo hominem dormire, per delectatiões, & tandem eum occidit per consensum & operationes, Et de muliere dicitur Pro. 7. *Multos quoq; vulneratos deiecit, & fortissimi quiq; ab ea interfecti sunt.* Quinto, iracundos sagittis, Sagitta. n. significat linguã malignã & maledicam, iuxta illud

Ier.9. *Sagitta vulnerans lingua eorū.* Sexto, Gulosos aquę submersione; Aquæ.n. significant delitias, in quib. homo submergitur, & per gulam spiritualiter interficitur, Gen.6. *Adducā aquas diluuij super terram, & interficiā oēm carnem.* Amon ēt sic perijt, 2.Reg.13. *Dixit Absolon seruis suis, Cùm temulentus fuerit Amon vino, percutite eum & interficite.* Septimo, Accidiosos oppressione, quia in tantū pigritia onerātur vt pereant. Ezech.32. *Dormierunt incircumcisi cum interfectis gladio portauerunt confusionē suam.* Illi qui hæc faciunt, illi qui alios ad hæc inducunt & instigant, putant quòd rem leuem faciant, aliquando pro recreatione & conuersatione, aliquando alia de causa, & non intelligere volunt, quantum peccant facientes, consentientes, participantes. Et quia hoc tempore maxime homines delectātur conuiuijs, in cāpis, ad aquas, in hortis & similibus locis, ideò videant ne dum obsequiū præstant aut corpori, vehementer Deum & conscientiā offendant, quia & in similibus conuentibus facile euenit, q duo altercētur, & sese mutuo occidant. Quantum aūt sit peccatum & maledictū homicidium, habetur ea Cain, ad quē Dn̄s durè loquitur, & quòd clamet sanguis eius in cœlū; & ostendit ipsius vitæ modus & termin⁹. Putant illi nequissimi & maledicti homines, q iam satis sit, si aduersantem aliquo modo, vel ēt innocentem, & sibi bonitate sua molestum, statim gladio aut veneno tollant, non considerantes quid sit sanguinē humanum effundere, hominē interficere, pro quo Christus Saluator noster suū pretiosum sanguinē profundere non est dedignatus. Itaq; Magistratus in hos deberet grauiter animaduertere, quia gladium habet, aliàs & ipse grauissimā rationē dare, & pœnā subire coget.

Quorundam in committendis homicidiis temeritas

Et hæc facient vobis, quia non nouerunt patrē, neq; me.] Declarat non esse obsequium tale nullū. Et hæc facient, quia nō nouerunt Deum esse patrē meum, neq; me esse Dei filium, Zelus igitur eorum erit ea ignorantia. Si.n. nouissent Christū, nō interfecissent eius discipulos eo nomine, quia Christum cōfiterentur & annunciarent. Si autem non nouerunt Christum, nec Apostolos, ignorātes igitur, quinam essent, occiderunt eos. Magnum est hoc argumētum consolationis, tum quia eos sine culpa ipsorum aliqua interficiendos pronuntiat, præstat aūt sine culpa interfici, quàm cum culpa viuere, tum quia significat eos propter patrē & propter filiū passuros, vti deducit Aug. tract.93. si autem pro patria & parentibus, & amicis mori gloriosum est, quanto gloriosius erat pro Deo mortem oppetere, tum ēt quia non agnitī erant discipuli qui essent. Ab ignorantib. autem pati multo minus malum est, q annotat Chrys. ho. 78. exemplo apposito de principe, qui relicto à tergo omni comitatu, sol⁹ ad hospitium peruenit, & incognitus tanquam vnus de vulgo tractatur & iniuria afficitur, hic profectò princeps istorum ignorantiā contemnet, & eos irridebit, expectans citò, comitantibus, & familiarib. aduenientibus, illos, qui iniuriam intulerunt, confundendos. Aduerte autem ignorantiam hanc Iudæorum & gentium, ea qua discipulos & martyres occiderunt, non excusasse eos à grauissima culpa & peccato: quia ipsi discipuli sufficientissimum perhibuerunt testimonium illis, quo audito potuerunt Christum & patrem agnoscere. Non habebant Iudæi cur in Apostolos odio exardescerent: Si enim consideremus eorum officiū, erant Legati summi Dei & Regis regum. 2.Cor.5. *Pro Christo legatione fungimur, tanquam Deo exhortante per nos.* Si spectamus finem, missi sunt ad annunciandum pacem hominib⁹ cum Deo, liberationē à peccato, vitæ æternæ promissionē, Luc.10. *Appropinquauit in vos regnū Dei.* Si modum contemplemur, non armis, non vi, non potentia, sed humilitate, mansuetudine, patiēna, proximorum charitate venerunt, Luc.10. *Primū dicite, Pax vobis.* Lu.9. *Vis ignis de cœlo descendat? nescitis cuius spiritus estis.* Si vtilitatem eorum conuersationis spectemus, erant maximè vtiles vniuerso hominum generi; Sanabant enim infirmos, illuminabant cæcos, suscitabāt mortuos. Medici apud homines sunt in precio propter sanitates corporum: at nemo eorum, imò oēs simul vni discipulorum non sunt comparandi, Luc.10. *In quamcunque ciuitatē intraueritis, curate infirmos, qui in illa sunt.* Si aūt expensarum rationē habeamus, omnia gratis & sine pilulis & corporis defatigatione faciebant. Mat.10. *Gratis accepistis, gratis date.* Imò sibi ipsis manibus victum & amictū comparabāt. 1.Cor.4. *Laboramus operantes manibus nostris*, & Eleemosynas sponte datas, & eas modicas accipiebant. Si vitam eorum examinemus, nulla scelera inuenta sunt, ēt à persequentibus, sed interficiebantur, quia Christiani erant. Quid igitur est, q tales mundus ita abhorruit, vt morte turpissima & crudelissima eos damnauerit: Nam ignoratio sola, sufficiens causa non est, quamuis enim ignorauerit à Deo esse missos cætera mirabilia ignorare non potuit. Aduertendū igitur est persecutionem contra Apostolos & Christianos, non ab hominibus solis esse ortam, sed ēt à dæmone; Nam hic excitabat principes & potestates terrenas in eos, & instinctu eius eo crudeliùs in eos sæuiebant, quo dæmonis odium in Christum maius est, & in homines. Hic diabolus non ignorantia, sed malitia persequebatur, homines verò & tyranni illi ignorantes erant, de quib. dicitur. *Hæc facient vobis, quia,* &c. Altera est ex parte ipsorum hominū sequentium, qui quamuis incitati à dæmone, suo tn̄ arbitrio moti concurrerunt. Hæc aūt fuit ambitio cæca; Existimarunt.n. reges & principes mundi per religionem Christianam, Imperium suum & principatum tolli aut minui; Quod ēt si ita fuisset, salus tn̄ animæ & cæleste regnum pponendum erat; At decepti sunt, Potius.n. conseruabatur & augebatur. Hoc ergò existimantes, omnibus vijs impedire religionē Christi conati sunt. Hęc igitur fuit causa persecutionis tanto sæuioris, quanto appetitus regnandi vehementior est. Hac de causa Paulus expresśè dicebat, obediendum esse principib. temporalib. vt scandalo eorum mederetur, & errorē hunc tolleret de mentibus eorum. Rom.13. *Omnis anima potestatibus sublimiorib. sit subdita* & 1.Tim.4. Iubet orare Deum pro eis. & 1.Pet.2 *Subiecti estote omni humanæ creaturæ, siue Regi quasi præcellenti.* Tertia causa, q̄ ēt est ex parte hominum, fuit timor quidam cæcus & vanus, quem idem dæmon illis persuasit. Credebant.n. clades & afflictiones multas, quæ post Christi aduentum euenerunt, illatas esse à Dijs eorum, propter religionē Christianam. Aug.l.4.c.1.2. Timentes ergò mala huiusmodi & temporalia bona conseruare volentes, insurgebant in Christianos tanquam in malum quoddam commune. Quarta, ēt ex parte hominum fuit, illorum peruersitas, & vita eorū licentiosissima, apud quos omne scelus ferè licitum erat; Correctionem aūt Christianā & comminationē non patientes, tanq̄ phrenetici in medicos insurrexerunt. Correctio.n. maximè grauium delictorū superbas mentes & suis vitijs inhærere volentes, in maximos furores prouocat, vt nihil mali, q non exequantur, prætermittāt, vt hoc iugum excutiāt, & stimulum abijciant. Nam & in Christum ea de causa mundus insurrexit, Io.7. *Me autem odit, quia ego testimoniū perhibeo, q opera eius mala sunt.* Sap.2. *Circumueniamus iustū.* Quinta, ex parte hominū fuit zelus falsæ religionis; Videbant.n. totā religionem suā labefactari, sacrificia tolli, Deos contemni, quibus tot sæculis deseruierant, nouam religionē, nouam legem, nouum sacrificium introduci, pluriḿq; faciebant consuetudinē veterem, ēt nullis rationib. fultam, q̄ nouam insignibus miraculis & operibus cōfirmatam, hinc strages contra discipulos secutæ sunt, putabant.n. causam religionis se tueri, & pro Deo pugnare, cum tn̄ pro dæmonibus & erroribus militarent. Hęc causa exprimitur verbis Christi, *Omnis qui interficit vos,* &c.

Persecutio contra Christianos tā fuit a dæmone, quā ab hominibus.

Vt scandalum temporalibus auferret Paulus, ait obtemperandum esse [illegible]

Ignorantia in sanctorū persecutione, Iudæos & gentiles nequaquam excusat.

Aliter sanabant Apostoli, aliter medici

Sed hæc locutus sum vobis, vt cùm venerit hora, eorum reminiscamini, quia ego dixi vobis.] q.d. Illi occident vos, quia non nouerūt patrē, neq; me, at ego pdico q̄ futura sunt alia de causa, s. vt reminiscamini, qñ illa hora venerit, me oīa ea vobis pdixisse. Illi vt vobis malum inferāt, vos interficient: at ego propter bonum vestrum velut antidoto vos pmoniens, id pnuntio, nimirum vt qñ venerit illa hora, reminiscamini me ea dixisse vobis. Cyril. duas causas & vtilitates affert, cur tunc recordentur, dic. *Reminisci iubet oīa pdicta sibi fuisse, vt etiā hinc firmiter Deū esse credāt (futura .n. nouit) ac facile posse per eum à periculo liberari non dubitent.* At verba hæc efficaciora sunt, & plura cōplectuntur. Primo, quidem *Reminiscamini*, tunc, *Quia ego dixi.* Igitur tunc recordamini mei, qui pro vobis maiora passus sum: hoc eaē plo eritis fortiores, & libentius ad mortē pperabitis. Secundo, *Quia ego dixi.* Et sicut certum & veracē me in his persecutionib. agnoscetis, ita ēt veracē in pmissionib. credetis & sperabitis. Vt.n. pdixi vos morte afficiendos; ita ēt pdixi vos sessuros in regno meo super sedes

Recordationis Apostolorum vtilitates.

iudicantes, quæ res in illa hora magnam afferet consolationem. Tertio, *Quia ego dixi.* Cognosceris ergo me sciente & permittente vos pati, quæ etiam lugenti vos lætitia afficiet. Multum .n. laborantes delectat, qui labores eorum, sps pro quibus laborāt, notos esse sciunt. Quarto, *Quia ego dixi vobis.* Quia si potui prędicere, potui impedire; cumq; non impedierim, cognosceris bonum esse, imò optimum vti.

Quæ necessaria, vt Christus nobis promittat Spiritum S.

Itaq; Auditores mei charissimi, cùm Saluator noster pro sua immensa misericordia & gratia promittat Spiritum S. cuius virtutes & intellexistis & intelligetis, quo magis ipsius dona percipietis, & iam in propinquo festum est Pentecostes, parate corda vestra ad suscipiendum tam & tam liberalem hospitē. Interrogabitis q̃ sunt necessaria? Docebo vos: Primo .n. necessaria est cordis mundificatio. Sap 7 *Non habitat in corpore subdito peccatis.* Mat. 5. *Beati mūdo corde.* Secundo virtutum adornatio, Ps. 44. *Omnis gloria filiæ regis ab intus,* per rectam intentionem interius, exteriùs per bona exempla. Sap. 1. *Spiritus S. effugiet disciplinæ fictum,* id est, hypocritin. Isa. 1. *Quiescite agere peruersè, discite benefacere.* Tertio, vera humiliatio, ne de virtutib. superbiat, Lu. 18 *Qui se humiliat exaltabitur,* sc. in gratia & gloria. Quarto. deuota oratio Luc. 11. *Dabit spiritū bonū petentibus se.* Ps. 118. *Os meum aperui, & attraxi spiritum.* Sap. 7. *Inuocaui, & venit in me spiritus sapientiæ.* Quinto. Festina apertio, Apoc. 3. *Ecce sto ad ostium & pulso. Si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi ianuam, intrabo ad illum.* De illa die. Lu. 12. *Et vos similes hominibus expectātibus Dominum suum, quando reuertatur à nuptiis, vt cum venerit, confestim aperiant ei.* Sexto, Mentis pacificatio, Psal. 76. *In pace factus est locus eius.* & 2. Cor. 13. *Pacem habete, & Deus pacis & dilectionis erit vobiscum,* id est, Spiritus S. Septimo, verbi Dei studiosa auditio, quia verbum Dei pręparat corda Spiritui S. Act. 10. *Adhuc loquente Petro, cecidit Spiritus S. super omnes, qui audiebant verbum.* Octauo, vera dilectio, vt Deus diligatur propter se vltra omnia. Ioan 14. *Si quis diligit me, sermonē meū seruabit,* vbi sequit, *Ad eū veniemus* Nono, corporis castigatio, Ligna quanto sicciora, tanto citius ardent & accenduntur: Sic corda à corporalibus delitijs abstracta. Sic namq; præparati poterimus expectare Spiritum sanctum & ille ad nos veniet, & mansionem apud nos faciet, & sua dona & virtutes nobis largietur, ita vt vincentes omnia huius mundi vana pericula, in omni constantia, tandem aliquando triumphemus in cœlestibus.

Laus Deo, & Beatissimæ MARIÆ *Virgini, & omnibus Sanctis.*

FERIA QVARTA, POST DOMINICAM INFRA OCTAVAM ASCENSIONIS

Ecce ego mittam promissum patris mei in vos, Luc. vltimo.

VERE & merito quidem, Auditores, dicit Propheta regius. Ps. 115. *Ego dixi in excessu meo, Omnis homo mendax.* Nam si scripturas saltem non attendamus, sed ea quę fiunt vbiq; & in omnib. nostro tempore, verum esse ipsi contestabimur. At verò Deus solus est verax, & quæ promisit à sæculo, & per prophetas, & per os sanctum suum, & per scripturas sacras, ea præstat cōstantissimè, ita vt prius cœlū & terra ruant, quàm verbum ipse suum minuat, aut promissum non pręstet. Inter q̃ promissa etiam est, quod Spiritus S. à Christo promissus est, & illum venturum certò certius promisit, sicut proxima Dominica docuit Euangelium, & hodiernum idē probat, & venisse testatur SS. mater Ecclesiā, q̃ proxima Dominica festū Spiritus S. per tres dies solennissimè celebrat. Magna est hęc promissio, magna satisfactio, magnū donū, magna vtilitas, magna necessitas, magna dilectio & iucunditas. Quę .n. Deus promittit, sunt delectabilia, de illis dicit 1. Cor. 2. & Isa. 64. *Quod oculus nō vidit.* Sicut .n. operarijs pœnitētię solatium, cursorib. brauium, militātib. stipendiū, triumphantib. corona & præmium: sic nobis Deus promittit il-

vt solus verax.

la, si voluntatem eius cōpleuerimus, Hebr. 10. *Facientes voluntatē Dei, reportetis promissionē.* Omnia promissa ante impleuit de filij sui incarnatione, & hæc etiā promissio de Spiritu S. est infallibilis 2. Pet. 1 Pretiosa nobis promissa donauit. Et si differt promissa aliquando, hoc nō est ex defectu Domini, sed peccatis nostris exigentib. Nos promittimus Deo in Baptismo fidem & charitatē, Prælato obedientiā, Ecclesiæ in promotionis articulo, curā, diligentiam & sedulitatem, & suorum iurium obseruandā immunitatē, q̃ quidem debem⁹ obseruare & cōplere. Deu. 23. *Quod semel egressum est de labijs tuis, obseruabis & facies sicut promisisti, & sicut propria voluntate tua & ore locutus es.* Sed tales aliqnādo sumus, vt meritò de nobis dicatur illud Eccles. 5. *Displicet Deo infidelis & stulta promissio.* Sunt & falsi amici, qui multa promittunt, parum aut nihil pſtant, Pro. 25 *Nubes & ventus, & pluuia non sequentes, vir gloriosus & promissa non cōplens.* Eccl. 29. *Donec accipiant, osculantur manus dantis, & in promissionibus humiliant vocē suam: & in tempore solutionis postulabit tempus, & loquetur verba tædij.* Sunt qui nequiter promittunt, vt simoniaci: Nō est Christus talis, sed pro sua immensa dilectione, gratia & misericordia, Spiritum S. nobis promisit, & verba illius vera & facta mirabilia. Sed nunc breuiter declarabimus

Cur Deus aliquando promissa differat.

Christus quo affectu Spiritum S. nobis promiserit.

EVANGELIVM.

ECce ego mittā promissum patris mei in vos.] Ex hoc colligunt Theologi auctoritatē originis, respectu Spiritus S. in filio inueniri, dum dicit Filius, *Ego mittā.* Missio .n. in diuinis importat processionem ab alio, Ideò solus pater, nunquā missus dicitur, quia non procedit ab alio, Filius aūt dicitur missus à patre, quia ab ipso procedit. Gal 4. *Misit Deus filium suum,* Et Christus, *Quem pater misit* Sed spiritus dicitur à patre mitti & à filio, à patre mittitur, quia dicit Christus: *Spiritum S. quē mittet pater in nomine meo* Et mittitur à filio: quia hic dicit Christus, *Et ego mittā promissum patris mei in vos.* Ergò à patre & à filio procedit: nam ab vtroq; missus dicitur. Cōuincitur ex hoc loco antiquus error Græcorum, q dixerunt Spiritum S. à filio nō procedere, sed solū à patre Ideò, Theophylact. cautè legendus est, q more Græcorum dixit, super Ioannē. Spiritum S à patre solum procedere, & non à filio.

Vos autem sedete in ciuitate quoadusq; induamini virtute ex alto.] Necessarium erat Apostolos impleri Spiritu S. & indui virtute ex alto. Nam vela sine vento extēdere cōtra aquę torrentem inutile est, vela debēt adimpleri ventis, Et quoniā Apostoli erant per mundum nauigaturi cōtra torrentem .i. cōtra suas inclinationes, repleti sunt prius Spiritu S. Accipiter sublimiter manū tenētis eum fugiens, tam satur ac repletus prę recidere, vt nunquā ampliùs ad eum redire copiat: Volens ergò Deus Apostolos dimittere, & caueris metus & amoris mundani eripere, repleti sunt prius Spiritu S. quo adeò sunt refecti, vt nunquā indiguerint amplius redire ad mūdum. Vas igni appositū citò cōminuitur, si vacuum sit, quod si plenum sit cōseruatur: Et quoniam Apostolica vasa debebant in ignē conijci maximarum tribulationū, prius repleta sunt Spiritu S. ne cōminuerentur. Quapropter expediebat eis maxime in ciuitate cōmorari, donec à Deo hac virtute & Spiritus S fortitudine induerentur, vt postea exire ad pdicandum, sustinēdumq; labores absq; vllo defectu & diminutione possent. Et nota q virtus in hoc loco pro fortitudine accipitur, sicut & initio huius totius Euangelij, cum angelus dicit Zacharię, loquēs de Ioanne Baptista, Lu. 1. *Ipse præibit ante illum in spiritu & virtute Eliæ,* hoc est, in fortitudine. Sed iam sępe cognitum fuit, quòd Apostoli fuerint pusillanimes in Christi passione, quia oēs relicto Magistro fugerant, & Petrus q se alijs fortiorem esse putabat, illum ter negauerat; Ideoq; opus erat illis tali fortitudine ex alto, vt testimonium darent Christo, & Euangelium constanter pdicarent coram Regib. & Principibus, & potestatib. huius mundi Hanc fortitudinem ex alto acceperunt ex aduentu Spiritus S. erant enim Apostoli & Christi discipuli viua instrumenta & organa Spiritus S. quibus spiritus Dei loquebatur in hominū cordibus, in quo quidē experiri poterāt, omnia q̃ faciebant Dei esse opera, non autem ipsis propria. Hoc idem modo operatur Spiritus S per pdicatores Apostolicos & Catholicos, qui pdicant secundum doctrinam S. Romanæ Ecclesię, quib. inquit Christus. *Nō estis vos qui loquimini, sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis.* Si ergo hoc

Necesse fuit Apostolos impleri Spiritu S.

Quomodo Spiritus S operetur per concionatores et doctores.

ita

ita est, quid gloriaris in his quæ pro te Deus fecit. *Nunquid gloriabitur securis, ait Isa. c. 10 contra eum qui secat in ea, aut exaltabitur serra contra eum, à quo trahitur?* Fidelis seruus Dei erat Paulus siquidem postquam omnes labores suos narrauit, eorum authorem Deum agnoscens, dixit. *Non ego, sed gratia Dei mecum.* 1. Cor. 1. Nostro autem tempore multi etiã Catholici, vt de hæreticis mundi sapientibus taceam, non adeo agnoscunt, Dei virtutem & potentiam in quos. q̃ facere debẽt, & exequunt. Sed solũ clamant, Ego feci, ego feci.

Eduxit autem eos foras in Bethaniam, & eleuatis manibus suis benedixit eos.] Vsq; adhuc scripsit Lucas apparitionem, quæ facta est in vespere Dominicæ resurrectionis, & nunc iam agit de Ascensione Dom. prætermittens omnes apparitiones, & omnia q̃ Christus gessit in illis 40. dieb. Hanc Christi Ascen. pulchrè scribit Luc. in 1. c. Act. Locus autem ascensionis non fuit in Bethania, sed prope in monte Oliueti. Porrò benedicere, est bona imprecari. Dicere. n. Dei semper est efficax. *Dixit. n. & facta sunt.* Quare benedicere eius non potest, non esse efficax. In veteri lege eleuabant manum, cum benedicebant. Et sic habetur Leuit. 9. quod Aaron extendens manum ad populum, benedixit ei. Credibile est quod Christus eleuauit manũ, & facto super eos signo crucis benedixit eis, vt per signum S. Crucis munirentur, & illud signum crucis & ipsum crucifixum portarẽt secum per omnem mundum, & deprædicarent, & primus esset Christus qui passus est in cruce, crucis ẽt signo signaret. Certum ẽt est hanc antiquissimã consuetudinem per crucis signum benedicendi Ecclesiã retinuisse vsu publico à temporib. Apostolorũ: Quare verisimile est, Apostulos didicisse à Magistro suo Christo, maximè tunc post triumphũ victoriæ p agitationẽ crucis ad declarãdum Deum Patrem nos benedicere, omni benedictiõe in cælestib. p triumphum crucis. Optemus itaq; & precemur cũ Psalmista. *Benedicat nos Deus, benedicat nos Deus, & metuant eum oẽs fines terræ.* De signo crucis alio loco agemus, & de benedictione iam actum sint.

Tam scrutando per signum Crucis benedicendi, est modo ab Apostolorũ temporib. recepta

Et factum est dum benediceret illis, recessit ab eis, & ferebatur in cælũ.] Vide quàm paucis verbis sacra scriptura cõprehendat Gloriosissimã illam Ascensionẽ & tã mirabilem, & gaudiũ Apostolorum & matris eius Sanctiss. videntis Christũ tanta maiestate ascendere & angelorũ apparitionem significare volens, dixit, *Recessit ab eis, & ferebatur in cælum.* Cum ẽt cõuersatus esset in hoc mundo cum Apostolis, quib. vt amicis omnia q̃ maximi erant momenti, nota fecerat, ita vt omnia q audiuit a Patre suo nota faceret eis, inquit Marcus, quod *postquã locutus est eis, assumptus est in cælum.* Vide ergo excellentiam sacræ Scripturæ. Mundus vt fabulam narret, mirabile est quib vtitur verbis, ostentatione plenis & ornatis, quantum conetur pulchrè ea intexere & multiplicare, & tandem nihil. *Arma virumq; cano, Troiæ qui primus ab oris*, incipit Virgili⁹ Æneida. Et post magnum verborum cumulum vnica veritate prolata, mille mendacia emittit. Pulchra mulier quomodocunq; exornetur placet, vilı̃ẽr panno inuoluta visũ reficit; deformis aũt maximo ornatu & fuco indiget, ornariq; auro & sericis vestibus, vt aliquid apparere possit. Veritas ipsa est quid pulcherrimum, adeo vt quouis modo se habeat, placeat, nullius indiga eloquẽtiæ. Veritas ẽt Euangelica non opus habet aliquo apparatu, nec verborum tumultu, nam simpliciter omni remota ostẽtatione profert, quid sit rei. *Recessit ab eis, & ferebatur in cælum.* & tacet. Sic in Symbolo fidei de Christo breuiter, de sua incarnatione, *& incarnatus est de Spiritu S. ex Maria virgine, & homo factus est*, & sic de reliquis. Mundi tñ mendacium & fallacia his omnib. ornatibus indiget, vt alicuius momenti esse videantur. Sed Euangelista breuiter. Recessit Christus à matre & discipulis, non quidem sine magno dolore & tristitia eorum: Nam ex vna parte sentiebant solicitudinem & defectum, quo afficiebatur ex Christi absentia: Ex altera aũt parte erãt corda eorum maximo quodam gaudio & ineffabili repleta, videntium magistrum in tanta gloria & maiestate in cœlum ascendere. Recessit eos singularim amplectens & maximo amore osculans verba ad solatium ducentia dicens. Ipsi autem veniam petebant supplices, ꝑpter incredulitatem præteritam Resurrectionis. Benignus Magister excusabat eos, & dulciter respõdebat & amplexabatur, pia mater exorabat. vt secum duceret, qñ eius p̃sentia destituta viuere non poterat, nec p instãs. Filius respondebat orans, q si ipsa intelligebat, quanto pretio ipsam Ecclesiã redemerat, pateretur propter eius vtilitatem & incrementum, in mundo commorari, ad solatium nouiter credentium, qui ad eam erant venturi, pollicens illi secundum meritum eius post in cælum ferendam. Ecce hæc omnia, & multa alia cõplectitur Euangelista his verbis: *Recessit ab eis.* Et credibile est q quædam hinc inde dicta fuerint illis solis, quæ Christus noluit publicari. & sic ascendit.

Mulier formosa, etiã nõ ornata placet, deformi vero nullus ornatus addit gratiam.

Ista verba Recessit ab eis, quid complectãtur.

Eia & nunc tu rex Dauid qui in omnib. mysterijs fidei nostræ tam om loqueris, nõne aliquid modo proferes de ista gloriosa ascẽsione, in qua tu etiam fuisti cum Christo in cælum ascẽdens? Psallat ergo his tuum instrumentum, & dic. Ps. 20. *Exaltare Domine in virtute tua.* & Ps. 67. *Exurgat Deus & dissipentur omnes inimici eius, sicut deficit fumus. Cantate Deo, psalmum dicite nomini eius: iter facite ei. Viderunt ingressus tuos Deus, principes Iuda, principes Zabulon, principes Nephthali.* Erant enim discipuli harum tribuum. *In medio iuuencularum Tympanistriarum.* hæserant discipuli teneri. *Ibi Beniamin*, filius dexteræ, sedet ad patris dexteram, ascẽdens *in mentis excessu* super oẽs choros Angelorum. Ideoq; *regna terræ, Cantate Deo, psallite Deo, psallite Domino qui ascendit super cælum cæli ad Orientẽ.* Hãc igitur gloriam & maiestatẽ qua ascẽdit super cælos, & sedet ad dexteram Patris, complectitur Euangelista, d. *Et ferebatur in cælum.* Ascẽdit eleuatis manibus, sicut aquila prouocans pullos ad volandum, & super eos volitans, vt discipuli eius tanquam pulli sui ipsum sequi affectib. studerent, thesaurũ in cælo quærerent eoq; cor subleuarent dicẽtes illud, *Trahe me post te.* Cant. 1. Gauisi sunt Angeli, quib. *gaudium est sup vno peccatore pœnitentiam agente*, oue errante iam reperta. Gauisi sunt iusti. S. n. *Abraham exultauit vt videret diem Domini.* Io. 9. quanto magis in eius ascẽsione cum omnib. lætatus est sãctis? Expende etiam quòd sacra Scriptura, humilia & q̃ ad opprobrium & cõfusionem attinent, minutatim scribat & ad longum: quare oẽs Euangelistæ extensè passionem & mortem Dñi scribunt, alapas, tormenta, flagella, & Ioannes, quomodo fatigatus ex itinere sedebat sic supra fontẽ in Samaria iuxta Sichem, Et noster Lucas ter nominat præsepe, & paupertatem Natiuitatis Christi. Sic etiam Matth. paupertatem discipulorum scribit dicẽs, quòd parabat teria: Quid autem est honoris & gloriæ breui complẽt, & sic Euangelista modo vnico verbo gloriosissimã Christi Ascẽsionem supra cælos resumit; Quo quidem condẽnatur nostra superbia & insolentia, qui cũ de honore nostro ac laude agimus, verbis omnia obtundimus, & aliqñ plus vero narramus, vitia autẽ nostra & defectus tacemus, nec vllum verbum de eis proferri volum⁹. Admonet p̃tereà locus iste, vt quemadmodum Christus ascẽdit in cælum in corpore & anima, postquã voluntatẽ patris sui fecit, ita & nos si pseuerantes in facie æterni Patris eius voluntatem fecerimus, sperabimus nos assumẽdos in vitam æternam, quam nostris operib. pro sua misericordia retribuet Deus, iustus iudex. Nõ ascẽder in cælum cum Christo per solam fidem, sed per charitatẽ, quę verè dignos facit nos cęlesti illa ascẽsione. Et ideò à mõte Oliueti ascẽdit, quia ex operib. misericordiæ & charitatis ascendimus in cælum. Vnde Ps. 23. *Quis ascendet in montem Domini, aut quis stabit in loco sancto eius?* & respondet. *Qui ingreditur sine macula, & operatur iustitiam.* Obserua etiam, cum Deum habeas propitium & benignũ, ne propter peccata tua recedat à te. Quod si autẽ videatur tibi, Deum aliqñ quasi recessisse à te, eo quòd non statim exaudiaris, aut gratiam quam petis consequaris, cogita sicut ab Apostolis recessit corpore, tñ suo auxilio & gratia illis semper adfuit; ita & eum tibi cum illi visum fuerit, & tibi salutare, affuturum. Vide etiam quomodo hæretici clament, Christus pro nobis passus est, ergo nos certi sum⁹ de salute & cælo. Passus est pro omnibus, & pro his etiã q videtunt illum ascendentẽ in cælum, & tñ nemo cum illo ascẽdit, licet omnes voluissent. Accepit autẽ illos ad se quos, & qñ voluit. O beati oculi, qui viderunt Christum in carne, beatiores, qui videtũt illum resurrexisse, beatissimi, qui viderunt illum ascendentẽ, beatissimo beatiores, qui videbũt illum à facie ad faciem, in cælestibus regnis in æternum.

Sacra scriptura mor est etiam humilia quæque, & maximè probrosa recensere minutim.

Vt sentias Deum propitium & benignum, vigilemus ne recedat à nobis.

Et ipsi adorantes ingressi sunt in Hierusalem, cum gaudio magno, & erant semper in templo, laudãtes & benedicentes Deum.] Docet

nos locus iste, vt Deo gratias agamus completo aliquo bono opere, sicut hi & gratulabantur, & gratias agebant, quia Christus oĩa sua q̃ in terris habuit exequenda consummauit, ideoq; reuersus est in cælum. Ita oẽs debent cogitare, quib. aliquid à Deo cõmissum est, vt ita exequantur, quatenus securi & cum gaudio possint ad eum reuerti, à quo sustinent sibi imposita officia. Docet ẽt vt perseueremus in orationibus & bonis operibus, si volumus Spiritum S. suscipere. Perseuerantia .n. 11 format meritum & corroborat propositum bonum, remunerat currentẽ, coronat pugnãtem, ducit ad brauium, & cõducit euntes ad portum. Hæc est pseuerantia qua laureantur martyres & virgines. Quid prodest, q̃ martyr pro fide deuincet, si non perseuerat? illa Sancta 4. animalia, q̃ erant plena oculis ante & retro, non habebãt requiẽ die ac nocte, sed iugiter clamabant. Apoc. 1. *Sanctus, sanctus, sanctus Dominus omnipotens, qui est, qui erat, & qui venturus est.* Ita quilibet Dei verus amator non debet habere requiem die ac nocte in operibus studiosis, vsq; ad finem vitæ suæ. Licet.n. cæli inferiores iugiter diuersis motibus agitentur, cælum tñ supremum, q̃ est Empyreum, in nullo mouetur, nec à sua quiete perturbatur, sed semper in sua mobilitate perseueranter persistit. Sic ẽt q̃uis potentiæ inferiores sensitiuè perturbentur, vel inordinatè moueantur, & agitent ad bona sensitiua capessenda, tñ ratio cauere debet ne vnq̃ moueatur, & discedat à desiderio supernorũ, & operib. studiosis, quin potius in eis vsq; ad mortẽ pseueret. Nã q̃uis faceret aliquis in oratiõe optimum exordium, optimã inuentionem, dispositionẽ, eloquentem narrationem ac pronuntiationem, si nõ haberet solidam & bonam cõclusionẽ, talis oratio omninò priuaretur laudis humanæ merito, quia conclusio, q̃ ars vetus dicitur, est totius orationis exitus, determinatio & perfectio. Sic ergo q̃uisquis haberet oẽs virtutes & nõ haberet finẽ perseuerantiæ, priuaret sine dubio meritu cælestis gloriæ. Paulus.n. ait. 2. Tim. 4. *Bonũ certamẽ certaui, cursum cõsummaui, fidẽ seruaui, de cætero reposita est mihi corona.* Vide Dñm Iesum Christũ, q̃ triginta tribus annis noluit vnq̃ desistere à pseuerantia nostræ Redẽptionis, nec cessauit ꝑpter diabolicã tentationẽ, nec ꝑpter Iudæorum exhortationẽ ꝑdicentium, vt de cruce descenderet. Nõ.n. voluit cessare ꝑpter animæ & corporis omnimodam afflictionẽ, nõ deniq; ꝑpter crucis passionẽ, sed pseuerauit vsq; ad mortem, donec diceret. *Cõsummatũ est.* Et tunc emisit spiritum, dic. *In manus tuas Domine cõmendo spiritum meum.* Quo exemplo significatur, q̃ solum Pater cælestis illorũ animas suscipit in regnum vitæ æternę, qui perseuerãt in amore suo vsq. ad mortẽ & in bonis operib. Vnde Paulus 1. Cor. 9. *Nescitis q̃ hi qui in stadio currunt, oẽs quidẽ currunt, sed vnus accipit brauium. Sic currite vt comprehendatis.* Igitur & nos curramus cum Paulo ad ꝓpositum nobis certamen, nõ deficientes. *Tempus.n. breue est,* vt ipse ait, Heb. 12. *Merces aũt nostra,* ait Saluator, *copiosa est in cælis.* Matth. 5. Considerantes non quę videntur, sed quę non videntur, Quæ enim videntur, temporalia sunt, quæ non videntur æterna.

Perseuerantia quid efficiat.

Seruator noster Christus per 33. annos, nunquam destitit à promouenda nostri redemptione.

Itaq; nunc mentes vestras, & corda eleuetis, Auditores, quia tantum amicum, imò fratrem intercessorem, & mediatorem habemus apud Deum, cui si vestras necessitates corporis & animæ per supplices preces commendaueritis, certi estis, quod omnia audiet, omnia proponet, omnia expediet, & eos qui vos in iustitia vestra impediunt, aut non iuuant, dum debent, dum possunt, sed potius largitionibus corrumpuntur grauissimè puniet. Et si non statim accipitis expeditionem, credit ore, q̃ quando veniet ad iudicandum viuos & mortuos, etiam minimarum iniuriarum, sumptuũ & laborum, aut dolorum vestrorum, non obliuiscetur. Eia agite nunc cum Ecclesia canamus & oremus, q̃ nobis omnibus conuenit, & necessarium est, vt saluemur. *Oramus Domine conditor inclyte, Deuotis famulos respice, protege, Ne nos liuor edax demus an obruat, Demergat vel ad inferos. Vt cum flammiuoma nube reuerteris, Occulta hominum pãdere iudicans, Ne des supplicia horrida noxijs, Sed iustis bona præmia. Præsta hoc genitor optime, maximi, hoc tu nate Dei, & bone Spiritus, Regnans perpetuo fulgida Trinitas, per cuncta pia sæcula. Amen, Amen, Amen.*

Debita si iam non obtinemus à Iudicib. consequemur cum fœnore in extremo iudicio.

Laus DEO, *& Beatissimæ* MARIÆ *Virgini, & omnibus Sanctis.*

FERIA SEXTA POST OCTAVAM ASCENSIONIS DOMINICÆ.

Si manseritis in me, & verba mea in vobis manserint, quodcunque volueritis, petetis, & fiet vobis, Ioan. 15.

QVANTVM nos miseros homines amet diuina bonitas, Auditores, nec mente potest concipi, nec verbis explicari. adeò enim vt cum propheta regio Psal. 8. exclamare possimus præ magna admiratione: *Domine, Quid est homo, quod memor es eius, aut filius hominis, quia reputas eum?* Nunquid potest esse sine homine Deus? qui à nullo dependet, qui à sæculo fuit sine homine? Imò, sed hæc ipsius immensa est dilectio, vt nos crearet & recrearet quidẽ nõ bestias nõ lapides, sed homines, & ad imaginem suam, vt nos redimeret morte & passione sua, vt interpellet pro nobis apud patrem, vt nobis omnem gratiã & benedictionẽ, & deniq; vitam æternam largiatur. Quæ omnia facit & faciet, si eum dilexerimus, si verba eius custodierimus, si in illo per amorem & obedientiam manserimus. Quæ autẽ seruitus præstantior quam ipsi inseruire? quæ maior spes, quam ipsum timere? quod studium vtilius quam Deum quærere? Quod dignius opus, quam Dei voluntatem facere? Vbi amor ibi oculus. Summum autem bonum diligere, summa beatitudo est. Amor est Pædagogus ducens ad Deum, qui dat homini gratiam, custodit à peccato, ornat pœnitentem, eleuat animam, sicut ignis eleuat vapores aquæ, dum eam calefacit. Sunt autem quatuor quæ nos ducunt ad amandum Deum vt pote timor pœnæ, dolor pœnitentiæ, spes veniæ, amor iustitiæ. Qua de causa, anima quater vocatur in canticis, *Reuertere, reuertere Sunamitis, reuertere, reuertere, vt intueamur te.* Reuertere per timorẽ pœnæ, per dolorem pœnitentiæ, &c. Quod si verè diligitur Deus, diligitur vbicũq; inuenit, in seipso, in ꝓximo, intus, & foris, sursum, & deorsum, lõgè & ꝓpè. Ad hunc amorẽ nos Christus in Euangelio hodierno inuitat & stimolat; Nam cum ante dixisset, si in illo non manserimus, fructus nullos faciemus, deinde, qui vero manserit fructum multum feret, tertio grauis pœnis stimulat, quia qui in illo non manserit, mittetur foras & arescet, & in ignem mittetur & ardebit sine fine, hodie dicit, quod qui manserint in illo quodcunque voluerint petent, exaudientur, item fructum plurimum afferent & efficientur ipsius discipuli, prout illa clarius nobis proponet

Dei quanta in nos dilectio.

Ad amorem sui Christus nos inuitat.

EVANGELIVM.

SI *manseritis in me, & verba mea in vobis mãserint quodcũ. vol. pet. & fi. vobis.*] Est itaq; hoc quartũ argumẽtum, vti diximus, quo nos ad sui amorẽ allicit, & prouocat. Et quid nobis maius esse debet, cũ tanię nostræ sint necessitates & miseriæ q̃ nos diu noctuq; imò omnibus momentis premunt & torquent, q̃ exaudiri, quam ab illis liberari, quã habere Deum propitium & obtinere vitã æternam? Intellige, petieritis Patrem, aut me, Nã paulo superiùs expresserat, quisnã rogandus sit. Duo sunt in hac sententia aduertenda Primũ quidẽ est, nõ esse vnũ & idẽ, discipulos manere in Christo & verba ipsius in discipulis manere: Manere quidẽ discipulos in Christo, est fidem Christi habere, hæc.n. mansio dicitur, Verba autẽ Christi in discipulis manere, significat dilectionẽ, vti c. 14. dicitur: *Qui habet mãdata mea & seruat ea, ille est qui me diligit,* Quia manere verbum Dei in aliquo dicitur, qñ is verbum Dei recordatur & implet. Vtrumq; igitur exprimitur, Fides & dilectio, vt Cyril. l. 10 c. 18. exponit. Verbum aũt manendi perseuerantiã quandã indicat, iuxta illud 1. Ioan. 3. *Fortes estis, & verbum Dei manet in vobis,* id est, pseuerãtes ei⁹ mãdata custoditis. Alterũ est, nõ generaliter quodcũq; voluerit & petierit, fiet, q̃ recta volũtate & qualẽ in Christo manẽtes hĩe decet, petierit, in quo duo sũt, i.e. vt nihil iniustum, supernacaneum, & inutile petat, Et rursus

Qualia, et in quem finem à Deo petenda.

vt ad spiritualē salutē verā sit ordinatum. Palmes.n.in vite existens, si petere posset, hoc solū, q ad fructum & cōseruationē in vite confert, peteret, talia sunt, q̄ iusti impetrant. Adde in hoc multū exprimi, quanti referat mādata Christi seruare, vt q non seruat, quantūcunq; sit in Christo, & viti inhæreat, nihil ei ꝓsit ad salutē. Sicut.n.flos nō facit fructū nisi māserit in arbore; sic nec homo ad fructū gloriæ peruenit, nisi in arbore Deo per gratiā māserit & perseuerauerit. Et hoc est q hodie dicitur. Et ideo debem⁹ manere in statu gratiæ multiplici ratiōe quia per hoc in Dño cōsolidamur, copulamur & temunoramur. Manēdū itaq; Primo, in Deo sicut in fundatore nos sustētante. *Qui manet in me*, sicut in amatore nos sociante, *Et ego in eo*, sicut in largitore remunerante, *Hic fert fructū plurimū*. Manendū est in fundatore nos sustinente. *Manete*, in quit, *in me*. Sicut.n. videm⁹ q homines qñ timent sibi periculū imminere, libenter solent in fortissimis locis, aut castris habitare, sicut de Dauid à Saul impugnato dicit, 1.Reg.23. q ipse morabatur in deserto, in locis firmissimis, & māsit in mōte solicitudinis. De capreis ēt legim⁹ q videntes venatores solēt ad mōtes altissimos fugere, & ibi sicut in tuto refugio habitare, ad significādū, q nos q in hoc mūdo à multis venatorib. & inimicis spiritualib. impugnamur, nullū habem⁹ tutū refugiū nisi Deū, in quo per

Refugium tutum nobis ad Deum.

gratiā debem⁹ pseuerare. Sicut.n.dicitur. Pro.18. *Turris fortiss. ma nomē Domini, ad eā fugiet iustus & saluabitur. Qui manet*, inquit, *in me*. q.d. In me est tuta & firma mãsio. In me q mãserit & pseuerauerit, saluus erit. Gratia.n.& charitas nos faciūt mēbra corporis Christi mystici & p cōsequēs nos faciēnt in Deo manere & eius corpori adhærere, Quia sicut dicitur 1.Ioan.4. *Deus charitas est, & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo*. Res .n. q̄ sunt calidiores, sunt durabiliores dū tñ calor sit naturalis, nō accidētalis; Calor.n.naturalis est rei cōseruatiuus & suę p̄manētię cōtinuatiu⁹. Sic spiritualiter loquēdo cū De⁹ charitas sit, vt dictū est, & Deus ignis iuxta illud Deu.4. *Deus noster ignis cōsumēs est*, bene dicitur q ipse p̄t esse nostrū spirituale cōsumēs incendiū, & per cōsequens in ipso possumus viuere & manere. Si.n. ab isto calore feruido, ab isto fundamēto solido, ab isto fōte viuido p peccatū discesserim⁹, corruptionē mortis vltimo sentiem⁹, q in ignē mittet & ardebit. Secūdo debem⁹ manere in Christo tanq̄ in ligamine copulāte; Deus.n.in quātum se offert in nobis māsurū nexu charitatis suę stringit & alligat corda nostra, vt in ipso manere necessario cōpellamur. Io. 15. *Manete in dilectiōe mea*. Res.n.q̄ fortiter ligata est stabilius manet; Nos verò fortiter ligamur ab eo qñ charitas ipsius offert se apud nos māsurā. *Ego*, inquit, *in vobis*. Quis ergo talē hospitē refutabit? Nā ipse in se manentibus manet, & à se recedentibus recedit. Duæ.n.lucernæ in eadem domo talis sunt cōditiōis, q lumē vnius manet in lumine alterius. Vnū .n.lumen alteri est peruiū, ita q substantia vnius substantiæ

Duorum luminum alterum in altero manet.

alterius penetrat, si sit pręsens & ab ea se separat cum sit absens. Sic Deus in quo lux est, & in quo tenebræ nullæ sunt, qñ inuenit aliud lumen, i. animam per gratiam illuminatā, & sibi præsentem, & in eo per desiderium manētē, solet, & ipse apud eā manere, & eius essentiā & substantiā radijs suę gratię penetrare. Sicut.n.imago in speculo tādiu manet nobiscum, quādiu nos manserim⁹ cum ipsa: Si verò defecerimus à dicta imagine, similiter & ipsa deficit. Sic Deus tamdiu manet in speculo mentis nostræ, ibi sc. p̄sentialiter existendo & misericorditer influendo, quamdiu nos cū ipso manserimus in gratia perseuerando, & per charitatem adhærendo & mandata eius seruando, *Manete in me, & ego in vobis*. Si verò istam mansionem dimiserimus per peccatum, & nos etiā ab ipso dimittemur. 3.Reg.12. *Quia dimisistis me, dimisi vos*. Maneam⁹ ergo in ipso, vt ipse in nobis maneat in æternum, Lu.19.dicēs nobis. *Zachæe festinās descende, quia hodie in domo tua oportet me manere*. Et dicam⁹ sibi illud Lu. 24. *Mane nobiscum Domine, quoniā aduesperascit, & inclinata est iā dies*. Obserua aūt quod Deus manet in nobis, vt illuminator nostræ cæcitatis, vt associator nostræ charitatis, vt corroborator nostræ fragilitatis. Tertio, debemus manere in Christo tanq̄ in Deo fœcūdāte. *Hic*, inquit, *fert fructū multū*. Sicut.n.arbor manēs in bona & fertili terra, meliorē fert fructū & maximē, si plātata fuerit iuxta aquas: Sic hōo manēs in Deo, qui est terra fertilis & fęcūda fructu nobiliori ditat, sc. fructu gloriæ Paradisi. Hic fert fructū multū. Vñ Christ⁹ Io.16. *Posui vos, vt eatis, & fructū afferatis & fructus vester maneat*. Sunt āt tria q̄ faciunt nos manere in bono, sc. acquisitio felicitatis, cōiugatio societatis, habitatio stabilitatis. Scitis verò qd dicatur 1.Io.2. *Qui dicit se in Christo manere, & mādata eius nō custodit, mēdax est, & veritas in eo nō est*. Et idō q peccatores mādata Dei nō custodiūt, hīc est, q in bono nō manēt nec pseuerāt, nec subsistunt. Arbores.n.& herbę q̄ crudum hñt humorē citò crescūt, sed nō diu manēt, quia decrescūt, vt est in cucurbitis & melonibus, quia singulis annis ad suū vltimum decrementū peruenīūt, & tales sunt mali; Sicut.n.dicitur Io.8. *Seruus nō manet in domo in æternū*. Boni si tardè crescunt & tardò perueniunt ad ꝓsperitatis augmētum non debent contristari: quinimò si benè cōsiderant suā futuram & ppetuam durationem, debent summoperè gloriari. Isti.n.teste Apostolo Heb.13. *Nō habēt hic manentem ciuitatē, sed futurā inquirūt*. Et ideo 2.Cor.3. *Si.n. quod euacuatur, per gloriā est, multò magis q manet, in gloria est*, i. si peccatores glorian̄tur in sua gloria lubrica & transeunte, multò magis possunt gloriari iusti in sua futura gloria perdurante. Itaq; in Dño maneamus, nec à bonis virtutib. desistamus, quia sicut ipse d. Io.6. *Qui manducat meā carnem & bibit meū sanguinē, in me manet, & ego in eo*. Vbi auditores mei vbi magis & melius volumus aut possumus manere, si omnia circumspicitis, quā in Deo, qui & ipse cupit in nobis manere?

Tria faciunt nos in bono manere.

Nullibi tutius esse possumus, quàm in Deo.

In hoc clarificatus est Pater meus, vt fructū plurimū afferatis, & efficiamini mei discipuli.] Hoc quintum argumentū desumptum est ea Dei glorificatione, q.d. Ne putetis parū interesse vos in me manere. Nā ad Patris mei gloriā multū refert, vt vos fructum vberiorē afferatis, populos & gentes ad ei⁹ cultū conuertendo. Vtq; efficiamini mei discipuli, i. meā doctrinā p totum orbem diuulgetis, & disciplinam q̄ accepistis ꝓsiteamini: Hoc ergo nos debet valdè excitare, vt omni studio mihi adhærere elaboretis. Attende de eo fructo hanc sententiā intelligi, de quo Io.4.d. *Qui metit, mercedē accipit, & cōgregat fructū in vitā æternā*. Et inferius paulò: *Posui vos, vt plurimū fructū afferatis, & fructus vester maneat*. Verba sunt obseruanda: Illud, *in hoc*, declaratur illis verbis, fructū plurimum afferatis, vt sit sensus: Hac re maximè clarificatus est Pater, vtporè vt afferatis fructum plurimū, & discipuli mei efficiamini. Rursus clarificat⁹ dicitur Pater, i. clarificabitur. Sæpè.n.in scriptura, p̄terita ꝓ futuris sūt posita. Sensus itaq; est. Clarificabitur Pater, si attuleritis plurimū fructum, & simul efficiamini mei discipuli. Erant iā discipuli: at tunc pfectè facti sunt discipuli qñ adueniente Spiritu S. doctrinā Christi pfectè edocti sunt, oēmq; acceperunt veritatē, vt eā mūdo manifestarent. Hæc aūt maximè in gloriā Dei cesserunt, vt p orbē nomen eius coleretur & adoraretur, expulsa dæmonū Tyrannide & Idololatria, à qua Dei veritas iniustè detinebatur, vt d. Ro.1. Deniq; pri⁹ est effici discipulos, q̄ plurimum hunc adferre fructum, tñ solet scriptura aliqñ ordinē rerum postponere, & ita nunc fit, vt significet se hoc psuadere velle, vt sibi inhæreāt, & in disciplina pseuerēt, q.d. Clarificatus est Pater, vt plurimū fructū afferatis, q fiet, si mei discipuli sitis & in mea disciplina pseueretis & pficiamini. Ad fructū.n. velut ad vltimū finē ordināntur oēs arboris partes, & germē, flos, foliū. Est.n. fructus, illudq ꝓ vtilitate hominū ab arborib. colligitur, & dicitur à fruēdo eo q ab hominib. fruēdo māducetur. Accipitur aūt fruct⁹ cōmuniter ꝓ humana operatione, vel ꝓsperitate & possessione mundana, aut ꝓ spūali refectione. Fructificat.n. vt iustus p bonā operatiōē, Vnde Ezec.17. dic. *Vinea fructificauit in palmites, & emisit propagines*. Mar.7. *Arbor bona fructus bonos facit*. Fructificat impius per malorū operum executionē. Vnde ibid. *Arbor mala malū fructū facit*. Fructificat mundus p bonorum suorum ꝓductionem. Luc.12. *Hominis vnius diuitis ager vberes fructus attulit*. Fructificat etiā paradisus per gaudiorum propinationem & p bonorum recreationem. Is.4. *Erit fructus terræ sublimis*. Can.2. *Fructus illius dulcis gutturi meo*. Fructus ergo iusti est virtuosus, impij perniciosus, mundi periculosus, cœli delectabilis. De fructu itaq; bonorum nota, q sicut arbor quæ naturaliter radicē habet in terra inferiùs, statuā autem erectam superiùs, primò germina, deinde flores, & tandem fructus producit: Sic vir iustus qui radicem cordis habet inferiùs per humi-

In Dei gloriam cessit, expulsio dæmonum cultu nomen eius per mundum adorari.

litatem

litatem erectus a ût est ad cęlum superius per cõtemplationis sublimitatem, primo emittit germina bonarum cogitationum, deinde flores sanctarum affectionum diffundit, & tandẽ fructus bonarũ operationum producit, Cant. 7. *Videamus si vinea nostra floruit, si flores fructus parturiũt.* Nam sicut arbor q̃ non fructificat, inutilis reputatur, & succiditur ne terrã ampliùs occupet, & ignibus traditur: Sic fit apud Deũ cum illo, qui nõ fert bonos fructus, succiditur ea horto huius mundi per mortẽ & inferno traditur, Mat. 3. *Iã securis ad radicẽ arboris posita est. Omnis arbor quæ non facit fructũ bonũ, excidetur.* & Io. 15. *Ego sum vitis, vos palmites. Oẽm palmitẽ in me, nõ ferentẽ fructum tollet eum,* &c. Itaq; auditores mei *facite fructũ dignum pœnitentiæ.* Mat. 3. vt sic ad nos videatur directũ illud. Eccl. 29. *Quasi rosa plantata super riuos aquarum fructificate.*

Bonos fructus non afferunt, à Deo succiditur in hac vita.

Ea hoc obserua. q̃ arbor vt fructificet debet habere tria: Culturã ad superfluorum resecationem, ideo dicitur *rosa* q̃ omni anno illa indiget: statura quantum ad firmam radicationem ideo dicitur *plãtata.* Loturã quantum ad iugem humectationem, vnde *riuos aquarum* dicit: Sic spiritualiter loquendo, q̃ homo per bona opera fructificare possit, debet ea coli per pœnitentiã asperiorẽ, radicari per permanentiã solidiorem, irrigari per influentiam superiorem. De primo quidẽ, rosa sicut vinea indiget omni cultura, putatione sectione, & transplantatione, alias si domestica fuerit, in syluestrẽ degenerat: Sic & nobis ꝓficit incisio correctionis & transportatio moralis cõuersionis & monitionis, & sic erit homo iuxta illud Ec. 24. *Quasi palma exaltata sum in Cades, & quasi plantatio rosæ in Iericho, quasi oliua speciosa in campis.* Palma fructificat in feruida regiõe, rosa in humida mãsione, oliua in temperata habitatione. Simus ergo sicut palma & fructificemus per feruorẽ veræ dilectiõis, quia in frigore nihil faciem⁹. Gal. 5. *Fruct⁹ spiritus est charitas. charitas autẽ. si ignis, & sola facit fructificare per bona opera.* Ps. *Iustus vt palma florebit. sicut multiplicabitur in domo Domini.* Quidã fructificãt sicut rosa in Iericho p̃ humorẽ cõpassiõis, quia nisi humor pietatis & gratiæ hominẽ irriget, non fructificabit. Vnde de vinea dicitur Ezec. 17. q̃ in terra bona super aquas multas plantata est, vt faciat frondes & portet fructũ. Et de rosa dicitur Ec. 50 *Quasi rosa in dieb. veris, & quasi lilium, q̃ est in transitu aquæ.* Quidam fructificant sicut oliua per tẽperamentũ sufficientis possessionis; Oliua. n. sm̃ Pliniũ meli⁹ fructificat in terra tẽperata, q̃ sit media inter humiditatẽ & siccitatẽ, inter calíditatẽ & frigiditatem, alias si terra nimis macra aut pinguis fuerit oliua nõ cõsueuit fructificare. Sic multi sunt, qui nec in terra pingui prosperitatis, nec in terra macra paupertatis & aduersitatis fructificare põt. Talis videbatur esse Salomon qui dicebat. Pro. 30 *Nec diuitias, nec paupertatẽ dederis mihi Domine, sed tantũ victui meo tribue necessaria.* Sunt. n. multi q̃ in ꝓsperis corrũpuntur in aduersis deficiũt, quib. necessaria est tẽperata sufficientia, & sicut Apost. dicit 1. Tim. 6. *Habentes alimenta, & quib. tegamur, his cõtenti simus.* De extremo diuitiarũ & ꝓsperitatis patet in ficulnea. Luc. 13. in qua erãt folia, sed nullus fructus. Sic sæpè illi q̃ folijs diuitiarũ vescuntur, fructib. bonorũ operũ nõ ditãtur. Quia sicut dicitur Eccl. 5. *Qui amat diuitias, fructũ nõ capiet ex eis.* Et de extremis miseriarũ rerum constat ea Mat. 13 de grano q̃ cecidit super petrã, & caruit fructu, ad denotãdum q̃ carẽtia humoris, hoc est, tẽporalis substãtiæ vel sustẽtatiõis, est causa q̃nq; carentiæ fructuũ bonorũ operum, & hoc ꝓpter vitium impatiẽtiæ, furti, inuidię, murmuratiõis & desperatiõis. Ps. *Fructũ eorum in terra perdes.* Insup vir iust⁹ debet per permanentiã se radicare, ideo dicitur *Plãtata.* Plantatio. n. significat radicationẽ stabilitatẽ & durationẽ; Nã sicut arbor q̃ nõ habet radicem bene fundatã, non põt fructum facere: sic spiritualiter hõo q̃ p̃ perseuerãtiã in fide & morib. nõ est fundat⁹ & radicat⁹, nõ põt fructu bonorum operum esse fertilis. Non. n. cõualescet plãta, si sæpè transfertur. Vnde de viro iusto dicitur in Ps. 1. *q̃ erit tãquã lignũ q̃ plãtatum est sec⁹ decursus aquarum q̃ fructum suum dabit in tẽpore suo. Et folium eius nõ defluet.* Palma et quanto antiquior, tãto est fœcundior: Sic hõo quãto diutiùs in bono pmansit, & pseuerat, tanto meli⁹ p̃ bona opera fructificat. Is. 37. *Mittet deorsum & faciet fructum sursum.* Deniq; debem⁹ nos irrigare per influentiã quia dicitur, *Super riuos aquarum.* Riui. o. aquarum, qui à fonte ꝓcedunt Paradisi, sunt diuina gratia & deuotio cordis, clementia & cõpassio exterior modestia, & allocutio, sacra Scriptura & eruditio. Talibus. n. riuis debet homo irrigari. Vnde de quolibet tali dicit illud Ier. 17. *Benedictus vir q̃ confidit in Domino, & erit tanquã lignũ q̃ plãtatũ est super aquas q̃ ad humorẽ mittit radices & nõ timebit cũ venerit æstus: & tẽpore siccitatis nõ erit sollicitũ, & erit foliũ ei⁹ viride, nec aliquãdo desinet fructũ facere.* Valet huiusmodi irrigatio ad obtinẽdum fidei humorẽ, quia ad humorẽ mittit radices; ad sustinẽdũ pęnarũ nocumentũ, quia nõ timebit cũ venerit æst⁹; Ad contẽnendum bonorũ detrimentũ, quia in tẽpore siccitatis nõ erit solicitũ; Ad ꝓcurandum virtutũ ornamentũ, quia erit foliũ ei⁹ viride; Ad ꝓducẽdum operum cõplementum, quia aliq̃n nõ desinet fructũ facere. De his intelligit illud Apo. 22. vbi dic. Ioan. *Ostẽdit mihi Domin⁹ flumẽ aquæ vitæ splẽdidũ, tãquã crystallum:* fluuius est illa dicta irrigatio, lignũ vir iustus, fructus sunt 12. qui Gal. 5. enumerantur. *Fructus spiritus, sunt charitas gaudiũ, pax, patientia, bonitas longanimitas, benignitas, mãsuetudo, fides, modestia, cõtinẽtia, castitas.* De istis fructibus sunt quidã qui reficiunt Deũ, sicut est fides, gaudium, charitas: Quidã reficiunt ꝓximum sicut est pax, patientia, bonitas: Quidã nutriunt animã, sicut est longanimitas, benignitas, mansuetudo: Quidã qui corpus, vt est modestia, continentia, castitas.

Irrigatio ex riuo diuinæ gratiæ ad quid, valeat.

Præterea aduerte; Amygdalus sterilis & antiqua fœcundatur p̃ radicis fixionẽ, & mali humoris emissionem. Ficus antiqua & sterilis fœcundatur per fimi appositionem radicem, & per dulcis aquæ irrigationem. Palma verò q̃n sal vel cinis ad eius radicem mittitur. Vinea porrò, q̃n foditur & scinditur Sic & nos possumus fœcundari. Auditores, radix cordis nostri debet scindi per contritionẽ, rigari sicut ficus per gratiam & deuotionem, sal & cinerẽ, id est, discretionẽ & prudentiã debemus habere & per nostræ vtilitatis cõsiderationẽ superfluos ramos diuitiarũ p̃scindere more vineæ, per Eleemosynarum largitionẽ. Per contritionẽ ergo radicẽ cordis scindamus, & per confessionẽ exeat corrupt⁹ humor peccatorum. Io. 2. *Scindite corda vestra, & nõ vestimẽta vestra.* Per deuotionẽ nosmetipsos rigemus, vt habeamus incrementum meritorum. Vnde Eccl. 24. *Rigabo hortũ plantationũ, inebriabo partus mei fructũ.* Per consideratiõnẽ, sal discretionis & cinerẽ nostrę mortalitatis nobis adiungamus, vt euitemus periculũ mundi gaudiorum, iuxta illud Mar. 9. *Habete in vobis sal.* Per Eleemosynarum largitionẽ scindamus superfluitatẽ nostrorum ramorum siue bonorum tẽporalium. Eccl. 24. *Ego quasi Terebinthus extẽdi ramos meos.* Et sic si ista fecerimus, habebim⁹ fruct⁹. Rubeos, s. charitatis, q̃ dicit Gal. 5. *Fruct⁹ spirit⁹ est charitas.* Albos castitatis Eccl. 39 *Fructificate quasi Libanus odorẽ suauitatis habete. florete, flores, quasi liliũ* Lũgos patiẽtiæ & maturitatis. Iac. 5. *Agricola expectat fructũ pretiosũ terræ suæ.* Rotũdos obediẽtiæ & velocitatis. Pro. 4. *Primi & purissimi fruct⁹ ei⁹.* Duros iustitiæ & seueritatis. Ia. 3. *Fruct⁹ iustitiæ in pace seminatur* Molles. pacis & benignitatis Iob. 22. *Acquiesce, & habebo pacẽ, & p̃ hoc habebis fructũ optimos.* Amaros pęnitẽtiæ & austeritatis Lu. 3. *Facite fruct⁹ dignos pœnitẽtiæ:* Dulces, clemẽtiæ & pietatis. Cãt. 2. *Fruct⁹ ei⁹ dulcis gutturi meo,* Et hæc de bonorũ fructificatione. Mali aũt mala operãt Sa. 4. *Fruct⁹ eorũ inutiles & acerbi ad mãducãdũ:* Sunt quasi Sãbuca, q̃ flores habet albos & odoriferos, fructus aũt fętidos & nigros. Quia peccatores q̃uis in mũdo floreãt p̃ ꝓsperitatẽ, habẽt tñ fructus operũ nigros iniquitatẽ De talib Pro. 13. *In fructib. impij cõturbatio.* & Pro. 16. Quod multi fructus cum iniquitate. Mundani ẽt fructus, vt diuitiatum, delitiarum, & sciẽtiarum periculosi sunt. *Exortæ spinæ suffocarũt fructũ:* Lu. 8. Inferunt malũ saporẽ, & magnum dolorẽ. Quia sicut fructus baculis impetunt: sic diuites & sciẽtes à Tyrãnis & auctorib. Ps. *Dedit ærugini fructus eorũ, & labores eorũ locustæ.* Locusta. n. non cessat rodere, q̃diu inuenit herbas & fructus, sic & raptores. Fructus scientiarum cũ magnis laborib. acquiruntur, & cũ magna defatigatione possidentur, quia p̃ cõsilijs hinc inde vrgẽtur & euocãtur. Nõ est ãt melior & beatior fructus, q̃ supernus q̃ triplex est. Gratiæ, Eucharistiæ, Gloriæ. Fructus gratiæ est sustẽtatiuus, Eucharistiæ roboratiuus, Gloriæ satiatiuus. Fructus gratiæ dat sanitatẽ peccatoribus, Eucharistiæ firmitatem viatoribus, Gloriæ satietatẽ comprehensorib. Fructus gratiæ malis denegatur, Nã & post peccatum. Ge. 3. fructus ligni vitæ fuit homini denegatus. Fruct. Eucharistiæ bonis

Palma, rosa, oliua, vbi fructificent.

Temporalis sustentationis inopia, priuat operũ bonorum fructu, & quomodo.

Cor à peccatis emundandum per confessionem.

Vt fructus baculos impetuntur, ita diuites & scientes ab exactoribus & tyrannis.

taotum

tũ datur. Iste fructus est sicut amygdalarum, q secundum Plinium hominibus dat sanitatem, vulpibus verò mortem. Fructus gloriæ est satietas Ps. 88 *Satiabor cũ apparuerit gloria tua* Sicut n. fructus dantur vltimi in mensa diuitũ, & sicut fructus q sunt in summitate suauissimi sunt, quis ad habendum difficillimi, sicut et fructus qui nascuntur in mõtib. sunt suauissimi: Sic fructus gloriæ Paradisi, qui in superiori mõte & summitate cæli nascuntur suauissimi creduntur; Et ideo in mensa cælestis regis in fine sc. post mortẽ sanctis cõseruntur, vt exinde perpetuò satientur, quis ad istos faciendum nõ modica difficultas habeatur. Quia sicut dicitur Heb. 12 *Omnis disciplina in præsenti non videtur esse gaudij, sed mæroris, postea aũt fructũ pacatissimũ exercitatis per eã reddet.* Et breuiter de isto fructu potest intelligi illud Deu. 3. *De benedictione Domini terra eius, de pomis cæli*, Nota ex pcedenti argumento, q sicut terreni principes libẽter supplicationib⁹ eorum, quos amat aut q merentur, subscribunt *Fiat*, ita & Deus omnibus nostris petitionib. subscribet *Fiat*, sed & ipse statim & gratis expediet, q diuersum est à principib. terræ.

Deus petitionib. nostris statim subscribit verbũ de. Fiat, & expedit.

In hoc verò argumento expende q omnis sterilitas sit maledicta, repudietur qui agros aut vineas non rectè colũt, & agri vineæ steriles reijciantur. Prætereà apud te cogita, cum audias aliquẽ virum pstantem in sublimibus, nouis & mirabilibus, quomodo viã modumq; oẽm excogitas, vt illi fias familiaris, vt ab eo aliqd intelligas: quanto magis debemus eniti, vt simus discipuli Dei, apud quẽ ois thesaurus sapientiæ & scientiæ & rerum reconditissimarum, & qui in cælis dat videre se à facie ad faciem, & ea q supra oẽm humanum sunt captum, q oculus non vidit, nec auris audiuit.

Sicut dilexit me Pater, & ego dilexi vos manete in dilectiõe mea.] 6. arg. desolũt ex dilectiõe, qua eos dilexit, Eo, inquit, dilectiõis modo, quo Pater me dilexit, ego vos dilexi: pcurate ergo ea oĩa facere per q in hac gratia & dilectione qua vos pseeutus sum, conseruari possitis. Plurimi n. faciẽda est illa dilectio q similis est ei, qua Pater dilexit Christũ. Particula *Sicut*, nõ æqualitatẽ, sed similitudinẽ significat, est ãt ista similitudo valde attẽdẽda. Loquit Christ⁹ ratiõe suæ humanitatis: humanitas ãt ipsius nullis eius pcedẽtib. meritis dilecta est à Deo, vt psonæ filij copularetur. Magnus hic pfecto amor & dilectio Patris fuit erga humanitatẽ sanctissimã, eã sc. verbo diuino vnire, q dilectionẽ gratis Deus impẽdit, nullis pcedentib. ipsius humanitatis meritis, vt ait Aug. l. 2. de mer. peccat. & remiss. c. 17. & l. de correctiõe & gratia c. 11 *Simili amore gratuito, & nullis eorũ præcedentib. meritis, vniuit filio suo factus Christus discipulos.* Et est ad rem apposita similitudo: Sicut humanitas gratis coniuncta est verbo, & facta est est vitis, sic eidẽ vitis, sic eidẽ viti gratis sũt cõiuncti discipuli, & facti sũt palmites. Nemo n. discipulorũ suo merito cõsecut⁹ est, vt Christi discipulus & Apostol⁹ fieret. Ex hac similitudine infertur, æquũ esse & iustum, vt ipsi pcurẽt & omni studio incubãt cõseruare tantam dilectiõem q nullo pexistente merito acceperunt. Et hoc est q dicit, *Manete in dilectiõe mea.* Sunt n. illata hæc verba ex pcedentib. Manete ergo in hac dilectiõe, id est, oẽm nauate operã, vt cõseruemini in hac dilectiõe, qua ego vos sum psecut⁹. O dilectio, dilectio, quanta facis in cælis & in terris & quanta posses facere, si tam nequitiæ hinc inde non excluderẽtis!

Magna fuit in pr[illegible] *dilectio humanitati verbo diuino vnire.*

Si præcepta mea seruaueritis, manebitis in dilectiõe mea.] Nõ satis fuit Christo ad dilectionẽ suã erga discipulos cõseruãdã eos exhortari dilectiõis qualitate & dignitate pposita, sed modum et exponit, quo se in eadẽ dilectiõe valeant cõseruare. *Si præcepta mea*, inquit, *seruaueritis, in mea hac dilectiõe permanebitis*, nec vos vnq ptermittã, Christus de pseuerantia & stabilitate dilectiõis suæ erga eos loquitur, q mandatorum obseruantia efficit. Habet et aliud hæc obseruantia, nempe dilectionẽ Christi erga eos augere: Diligit n. Christ⁹ mãdatorum suorum obseruatores, & quo magis ac magis ea obseruare perseuerant, eò amplius et dilectio Christi erga eos augetur, aut incrementa suscipit. Nõ n. æqualis est dilectio Christi erga suos oẽs, nec erga vnum & eundẽ toto tẽpore, sed augmẽta recipit: nõ q Christus aut Deus mutetur in se, sed fit mutatio ratiõe effectuum, qui ex dilectiõe pueniũt. Deus meus, quãtũ est humanũ studium in aucupãdis fauoribus, saltẽ dominorum aut et nõ ita magnorum, vt vel minima gratia adiuuentur, q tñ sæpe vix cõsequuntur, & nos à dilectione Dei ita elongamur, & inuitati non accedem⁹? Præcepta enim q Deus mandat sunt bona & vtilia, Sed præcepta mundi, carnis & diaboli sunt mala damnationẽ inferentia. Deus n. præcepit declinare à malo & facere bonum. Isti aũt pcipiunt declinare à bono & facere malũ. Ideo S. ille Machabæus sciẽs diuersitatẽ istorum duorum pceptorũ dicebat, 2. Mac. 7. *Nõ obedio præceptis regis*, sc. diaboli vel mundi, *sed præcepto legis.* Itaq; præcepta diuina sunt cõplẽda & faciẽda, & à nobis custodienda, & inuiolabiliter obseruãda. *Præceptũ posuit, & nõ præteribit.* Sicut enim prudẽs pater dat præcepta suo prædilecto filio, quorũ aliqua sunt à malo retrahẽtia, aliqua ad bonũ allicientia, iuxta illud Pro. 6. *Cõserua fili præcepta patris tui:* Sic Deus in scriptura dedit pcepta sua hominib⁹, vt ipsos ad bonum attrahat & à malo retrahat. Deu. 4. *Custodi præcepta mea atq; mãdata, q ego tibi præcipio hodie.* Nã sicut infirm⁹ custodiens p[illegible] præcepta medici solet sanari: Sic homo custodiẽs pcepta Dei solet à culpa sanari, & in bono reseruari. Sic n. dicitur. Pro. 13. *Qui timet præceptũ in pace versabitur.* & Eccl. 8. *Qui custodit præceptum, non experitur quicquam mali.*

Machabæi mens[illegible] ã legẽ zelus, aduersus tyrannum. Psal. 148.

Præcepit autem Deus generaliter nouẽ genera præceptorum, correctionis, & sic Deus ordinat punitionẽ malorum & castigationẽ bonorum. 2. Re. 16. dicitur. Quod Deus præceperat Semei, q ipse commiaretur Dauid. Et Ion. 4. *Deus præcepit vento calido & vrenti, & percussit sol super caput Ionæ & æstuabat.* Cõpassionis, præcepit enim misereri peccatoribus & nutrimenta dari pauperibus. De peccatorib. quidẽ constat, exemplo Dauid, qui præcepit Ioab, vt seruaret sibi puerum Absalon, qui tñ erat impius & peccator. 2. Re. 18. De pauperibus verò 3. Re. 17. Quod Deus præcepit coruis, id est, diuitibus vt pascerent Eliam. Discretionis. Marc. 13. Præcepit ianitori vt vigilet, & 1. Mach. 12. Præcepit Ionathas suis vigilare. Deuotionis. 2. Par. 33. Rex præcepit Iudæ, vt seruiret Domino Deo Israël. & 2. Par. 14: Præcepit Iudæ vt quæreret Dominum, & 1. Par. 22. *Præcepit vt ædificarent domum Domini.* Paupertatis, Sic Dominus præcepit Apostolis legem Euangelicam de qua Mar. 6. Præcepit eis ne quid tollerẽt in via, neq; pecuniã, neque zonam, neq; calceamenta. Charitatis. Io. 15. *Hoc est præceptum meum vt diligatis inuicem* Et ibidem. *Si præcepta mea seruaueritis, man. in dil. mea.* Humilitatis Marc. 8. Præcepit turbæ discumbere super terrã, & 1. Tim. 6. *Præcipe diuitibus huius sæculi, non sublime sapere, nec sperare in incerto diuitiarum.* Strenuitatis. 2. Mac. 14. Præcepit Iudas armatos esse in locis opportunis. Sobrietatis. Ge. 3. *Cur præcepit vobis Deus vt non comederetis ex omni ligno?* Exemplo Rechabitarum q ex præcepto patris non biberunt vinum. Ier. 35. *Firmauerunt filij Ionadab filij Rechab præceptum patris sui.* Ista ergo sunt quæ illuminant oculos, & fœdera pacis conciliant, & oĩa noxia exterminant. Et notanter dicit, *Seruaueritis*, non di. docuerit præceperit, scierit, approbauerit, sed *seruauerit*, sc. vt par est Et *Mea*, non ius ciuile, aut hoc vel illud, sed mea præcepta.

Præceptorũ genera nouem.

Apostolis in via quibus interdictum

Sicut & ego præcepta Patris mei seruaui & maneo in eius dilectione.] Viam & modum huius manẽdi in eius dilectione manifestum, facilem & suauem efficere conatur Dominus q. d. Dixi vos modo manere & perseuerare posse in dilectiõe mea, nempe si mãdata mea seruaueritis: Non sit autẽ vobis hic modus difficilis & arduus nec rursus eum incertum existimetis, Nam hãc ego habui erga patrẽ meum dilectionẽ, Ille n. me dilexit, & ego in hac dilectione maneo seruatis eius mãdatis. Æquum ergo est, cum vos eadẽ dilectione diligam, vt et eundem erga me seruetis modum. Hunc autem modum certum vobis persuadete, sicut certus hic est meus, quem ego habui. Attende in hoc non esse inquirendam omnẽ similitudinem, sed eam quæ ad rem facit. Dilexit Christum vt hominẽ Pater multis de causis & titulis, inter quos obedientia Christi fuit erga Patris mandata, Et in hac similitudo est: At discipuli non tot titulis diligebantur. Nisi n. mandata seruassent, non erat in eis ratio, propter quam diligerentur, imò dilectione Christi priuati fuissent. Attende etiã sermonem esse de perseuerantia in dilectione. Dilectio enim erga nos, causa est, cur mandata faciamus. Hæc autem obseruantia dilectionem Dei conseruat & auget. Itẽ Christus vt homo habuit mandatum ea omnia faciendi, quæ ad salutem hominum operabatur sc. prædicandi miracula faciendi sicuti prædicauit & fecit, nihilq; horum faciebat aut dicebat nisi ex præscripto & mandato patris: sic Deu. 18. de

Non omnis quærenda similitudo, sed ad rem tantum faciens.

Obseruationes mãdatorũ suorũ Christus amat.

Christo

Christo venturo intelliges, & Ioan 14. *Sicut mandatum dedit mihi Pater*, & cap. 15. *si præcepta mea seruaueritis.*

Hæc locutus sum vobis, vt gaudium meum in vobis sit.] Nouum argumentum affert Christus, & est septimum sumptum ex gaudio Christi, quasi dicat: Hæc locutus sum vobis, vt in me maneatis & præcepta mea seruetis, dilectionemq; hanc meam erga vos custodiatis vt gaudium meum sit in vobis, id est, in vobis perseueret, quod me gaudio afficit. Adhuc gauisus sum in vobis, quod mei estis discipuli quod in manetis. Locutus sum, autem hæc vt perseueretis tales, & gaudium meum conceptum de vobis etiam perseueret. Magnum argumentum persuadendi discipulis est gaudium Magistri. Idem est sensus. *Vt gaudium meum sit in vobis.* & istius. Et gaudeam in vobis. Gaudere autẽ in aliquo dicimur, quando in eo reperitur, quod gaudij causam & materiam nobis præbet, Sic dicebat Paulus Phil. 2 *Implete gaudium meum*, id est, curate vt tales sitis, vt ego de vobis & in vobis gaudeã, & 1. Thess 2. *Vos estis gloria mea & gaudium meũ*, id est, estis mihi materia & causa gloriæ & gaudij. Ita nunc dicit Christus *Hæc locutus sum vobis*, vt verbis meis tales vos permanere efficerẽ, vt mihi in vobis & de vobis nunquã desit gaudendi occasio, quod fiet, si in me manseritis, id est, si in fide & dilectiõe & disciplina mea accepta perseueraueritis. Gauisũ esse Christũ in suis discipulis quod eius discipuli sint quodq; eius doctrinã susceperint, docet Lucas c. 19. In illa hora exultauit in Spiritu sancto, & dixit. *Cõfiteor tibi Domine cæli & terræ, quod abscondisti a sapiẽtib.* Hoc modo Christus gaudium & exultationẽ vult perseuerare, vt nimirum discipuli tales continuò permaneant, hoc est gaudere in eis & gaudiũ eius manere & perseuerare in ipsis.

In aliquo gaudere quid.

Et gaudium vestrũ impleatur.] Hoc est octauum argumentum, quasi dicat. Nõ solum me gaudio afficietis, si feceritis quæ locutus sum, sed etiã vestrum gaudium implebitur, quia id assequimini, quod vos maximo & perfecto gaudio afficiet, & quod vos nunc multum desideratis. Vos enim cupitis mecum semper manere, nunquam à me separari; Cæterum assero hac ratione vos id consecuturos, si hæc feceritis, quæ locutus sum, ideoq; omnia ea dixi & docui, vt & ego in vobis gaudeam, & vos quod summopere desideratis, & in quo perfecte gaudebitis, consequamini.

In dilectione perseuerandum.

Intellexistis vtiq; Auditores mei charissimi aut intelligere saltẽ debetis, quomodo Christus non solum ab Apostolis, sed & à nobis dilectionẽ, & in ea perseuerantiam requirat. Nihil enim est dilexisse, nisi quis perseuerauerit, vt ratus est ipse Christus. Et quare? Quia perseuerantia bona impetrat Lu. 10 Et, *si perstiterit pulsans, propter improbitatẽ eius surget.* Si in perseueraret homo in omni oratione, quantum pauper ad ostium diuitis pro Eleemosyna, citius impetraret spiritualem Eleemosynam, quam ille corporalem. Perseuerantes Apostoli acceperunt Spiritum sanctum. Deinde perseuerantia bona impetrata conseruat. Glossa super Ps. *Retribuet mihi Dominus secundũ iustitiã meã*, dicit, *pro fide, spe, & alijs operibus, reddet Deus perseuerantiã.* Lapis cauatur aqua. Ex modica nuce magna arbor continuando nascitur. Præterea virtutibus operantibus ministrat, ne deficiat, & aspera facit mollia & suauia. Poma putrida & verminculosa, & sine cauda cito cadũt de arbore, nec sane bene se tenent vsq; ad maturitatem: sic peccatores interius putridi & verminculosi & carentes cauda perseuerantiæ, cito cadunt pro modico vento tentationis. Iob 37. *Tollet eos ventus vrens, & auferet de loco suo.* Postremo coronã donat laborantibus. Apoc. 2. *Esto fidelis vsq; ad mortẽ, & dabo tibi coronã vitæ.* Nã cœpisse virtus non est, sed perfecisse. Quæ vilitas est senum primo florentium, & postea tabescentium. Nonne qui nauigant per mare, propter ventum contrarium non timent, sed contra ventum nauigant, vt portum apprehendant? Et canis venaticus nonne sequitur leporem per spina, & tribulos, donec apprehendat? Sic ergo mei Auditores sic currite in dilectione Dei, sic inflammemini, sic in ea crescite & perseuerate, vt possitis coronã comprehendere immarcescibilem, quã Deus promisit his qui diligunt illum. Eandem Deus dignetur & nobis pro sua gratia, charitate & misericordia concedere, Amen.

Cœpisse virtus nõ est, sed perfecisse.

Laus Deo, *& Beatissimæ* Mariae *Virgini, & omnibus sanctis.*

IN VIGILIA PENTECOSTES.

Si diligitis me, mandata mea seruate, Ioann. 14.

VERE confundi & erubescere deberemus, Auditores, quando Christus Saluator noster tam suauiter, tam frequẽter tantis argumẽtis & promissionibus ad se, suiq; amorem allicit & exhortatur. Rationes .n. valde efficaces sunt, quæ deberent penetrare & contingere corda nostra sed quantũ apud nos efficiant, hoc est, quantum ad nos, Deus videt & nouit. Quis .n. vestrum est quẽ si interrogauero, diligisne Deũ? qui non tota animi fiducia respondeat illico: diligo, diligo: sed si examinabimus paululũ vitæ actiones & merita inueniemus prõ dolor, quod aliquãdo nec minimum præceptum seruatum sit neq; adhuc seruetur. Discurre per omnia præcepta, per oẽs status & ætates, & verum esse deprehendes. *Probatio enim dilectionis, est exhibitio operis*, ait D Greg. Quod aũt defectus ex nobis sit & Christus ipse testatur, & S. mater Ecclesia nobis obijcit, dum heri Euangelium proposuit, *Si quis diligit me, & verba mea in vobis manserint.* Hodie verò. *Si diligitis me, mandata mea seruate.* Cras iterum *si quis diligit me, sermonem meũ seruabit.* Ergo Christiani si sumus à Christo redẽpti & saluati, post tot tantaq; beneficia præstita & præstanda quare Christum non diligimus? Est quidã quod creaturas reliquas deberet in admirationem rapere, cum si eum non diligimus, nescio quẽ diligere debeamus. Vtiq; hæc magis nos stimulent & penetrent, ecce post festa gloriosa Resurrectionis & Ascensionis & iam in proximo cum festũ S. Spiritus adsit & memoria suorum mirabilium & festũ charitatis quæ Spiritus S. est recolitur, tria ista proponuntur, statim vnum post alterũ & ex ipso S. Ioanne, qui summè Christum amauit, Euangelia prædicta desumpta sunt. Sed nunc ad hodiernum nos præparabimus

Probatio dilectionis, est exhibitio operis

EVANGELIVM.

SI *diligitis me, mãdata mea seruate.*] Primo Christus Apostolos instruxerat in ijs, quæ ad fidei instructionẽ & confirmationẽ pertinent; postea de inuocatione & petitione quæ fidẽ sequitur. Nunc tertiũ dat documentũ, quo in suo discessu discipulos instruit. Post fidẽ, post petitionẽ inquit, *Mãdata mea seruate si me diligitis*, q. d. aliter in mea dilectiõe non manebitis. Si ergo me amare cupitis, seruate omnia quæ mandaui, sine quorum obseruatione nemo me diligit. Aduertit Cyril. l. 9. c. 43. mãdata sua dicere, vt se in hoc Deum significet, cum enim prius Patris mandata pronuntiasset, Ioan. 12. nunc sua affirmat. Aduertit iterum eum petitione coniungi mandatorum obseruantiam. Ille enim petit & impetrat, eius à quo petit mandatum & voluntatem studet facere. *Multi enim non exaudiuntur, quia malè petunt.* Iac. 1. Malè autem petit, qui mandata nolens custodire petit. Quis .n. seruus tam effrenis, tam impudens, qui cum non seruierit, nec semper, neq; fideliter Domino suo, audet ab illo gratiam aut mercedem petere? Diligite & diligemini, seruite & remunerabimini, & minima recula facta in dilectione Dei habebit suam magnam gratiam & recompensationem.

Dicendo, Mandata sua, diuinitatẽ suã Christus indicat.

Est mandatum naturæ, de quo Eccl. 15. *Nemini mandauit impiè agere, & nemini dedit spatium peccandi*, Et Eccl. 17. *Deus de terra, & creauit hominem & mandauit vnicuiq; de proximo suo.* Deus enim istud mandatum impressit in corde humano, & synteresi rationis. Est mandatum scripturæ & istud est generaliter omne illud, quod Deus siue consulendo, siue præcipiendo, in scriptura sacra ordinat & disponit. De quo Prouerb. *Mandatum lucerna est, & lex lux.* Est mandatum. Præturæ, & est omne mandatũ omnis superioris, quod etiamsi su in-

Obseruatio mandatorum.

stum

ftum & licitum semper debet obseruari. Luc.15. Dicebat primogenitus patri suo, *Mandatum tuum nunquam præterui.* Ecce mandatum naturæ nobis mandat de Deo. Ps.4. *Signatum est super nos lumen vultus tui Domine,* & natura nos à malo abducit. Sic Lex scripturæ & leges communes, quare ergo non ipsam bonitatē quæ Deus est, diligitis & apprehenditis? Vtq; veniamus ad mandata diuina, illa sunt ad salutem hominum ordinata, quæ possunt in genus, species & indiuidua distingui. Dicuntur.n. mandata in genere, amor Dei & proximi. Sicut.n. dicit Saluator. Mat.22. *In duobus mandatis tota lex pendet, & prophetæ.* Sicut.n. duabus alis auis sursum erigitur, duabus pennulis piscis in aqua, duabus manibus homo opus suum exequitur, sic per ista duo mandata natando & discurrendo per mundum dirigimur, operando bona opera exequimur, volando sursum per contemplationem ad paradisum ducimur. Nullus.n. erigitur ad paradisum nisi per ista duo mandata. Quia sicut dicitur. Matth. 19. *Si vis ad vitam ingredi, serua mandata.* Item dicuntur mandata in specie, & sic mandata diuina in decem diuiduntur, & ista decem in multa indiuidua, in multa consilia particularia subdiuiduntur. Mandata præterea habent virtutē viuificatiuam. Nullus.n. viuit vita gratiæ, nisi qui mandata custodit. Capræ dicuntur viuere decem annis. Sic & leporarij, si autem diutius vixerint erit inutilis vita sua. Decem ergo præcepta legis numerus denarius designat, hic vitam gratiæ continuat, & vitam gloriæ procurat; Nam infra istū numerum spiritualiter nos viuimus, & vltra istum, si transiuerimus spiritualiter expiramus. Vnde Deut.8. *Mandatum quod præcipio tibi hodiè, caue vt facias, vt possis viuere,* alias ad vitam non ingredieris. Mat.19. Pro.7. *Serua mandata & viues.* Habent etiam virtutem rectificatiuam seu illuminatiuam. Mandata.n. sunt quædam regulæ quibus ambulantes non deuiamus. Et sunt quædam lucernæ, quas aspicientes non erramus, quia Prou.6. *Mandatum lucerna est, & lex lux, & via vitæ, increpatio disciplinæ.* Psal.118. *Omnia mandata tua æquitas.* Habent virtutem purificatiuam, sunt.n. sicut quidam fontes spirituales in quibus crimina purificantur, & ab iniquitatibus emundantur. Rom. 7 *Lex quidem sancta, & mandatū sanctum.* Et ideo decem mandata, sunt decem cortinæ tabernaculi, quæ sicut dicitur. Exod.36. de bysso retortā fiebant, Byssus vero significat puritatem. Habent virtutem defensiuam. Sunt.n. sicut sepes animæ ad bestiarum cohibitionem & possessionis conseruationem ordinata. Eccl. 15. *Si volueris conseruare mandata, conseruabunt te.* Ps.118. *Fiat manus tua vt saluet me, quoniam mandata tua elegi.* Habent virtutem conciliatiuam; Mandata.n. secundæ tabulæ omnia ordinant hominem ad proximum, & sic per consequens talia mandata solent inter proximos pacem & amicitiam generare. Io.13. *Mandatum nouum do vobis, vt,* &c. Is.48. *Vtinā attendisses mandata mea facta fuisset quasi flumen pax tua.* Habēt virtutem fœcundatiuam, Per exercitium.n. bonorum operum homo in virtutibus melius fœcundatur. Et hic, & ibi, & in præsenti & in futuro, qui mandata exequuntur vitam gratiæ & gloriæ obtinent. Quia Io.12. *Mandatum tuum vita æterna est.* Propterea ista mandata sunt seruanda. Ps.118. *Seruaui mandata tua, & testimonia tua, quia omnes viæ meæ in conspectu tuo.* Credenda. Psalm. *Quia mandatis tuis credidi.* Implēda, Io.14. *Sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio,* & Mat.19. de illo iuuene qui petebat, quid faceret vt vitam æternam possideret, cui dictum. *Si vis autem ingredi, serua mandata.* Et ille *Hæc omnia custodiui à iuuentute mea.* Discenda. Ps. *Da mihi intellectum, vt discam mandata tua.* Docenda, vt sic quilibet Sapiens dicere possit alijs illud, Baruch 3 *Audi Israel mandata vitæ.* Meditanda. Ps. *Meditabor in mandatis tuis quæ dilexi.* Frequentanda. Ps. *Ego autem exercebor in mandatis tuis.* Diligenda. Psalm. *Ideo dilexi mandata tua super au. & topa.* Metuēda. Eccl.12. *Time Deum, & mandata eius obserua.* Exquirenda. Psalm. *Quia mandata tua exquisiui.* Itaq; audite Auditores mei, quid dicatur. 1. Ioan.2. *Qui dixerit se nosse Deum, & mandata eius non custodit, mendax est, & veritas in eo non est. Qui autem custodit, habebit Spiritum Sanctum.*

Diuina mandata ad hominū salutem instituta.

Lucernæ, quas aspicientes non erramus, sunt mandata

Per exercitium bonorum operum, fœcundatur homo in virtutibus.

Ibidem.

Et ego rogabo patrem, & alium paracletum dat vobis.] Mandata mea seruate, & ego rogabo patrem, vt det vobis alium paracletum præter me. Seruantibus enim mandata promittit hunc paracletum, qui non nisi diligentibus datur. Ita August. tract.74. Intelligit esse connexa, docens mandata non posse seruari, nisi in Spiritu S. At hæc promissio fit de plenitudine Spiritus S. quam plenitudinem præcedit mandatorum obseruatio. Sunt etiam verba & argumētum consulandi eos & continuandi, vt Christo discedente perseuerent in fide, & dilectione, & obseruantia mandatorum suorum. Paracletus hic Spiritus S. est quem dedit pater post ascensionem Christi in cælum. Loquitur autem Christus vt homo. Rogabo patrem, vt det, cum reuera ipse cum patre vnâ dederit: at vt ostenderet suis meritis, quæ habuit vt homo & sua intercessione qua etiam intercedit vt homo factum esse, vt Spiritus S. mitteretur, Ideo d. *Ego rogabo Patrem.* Rursus vt induceret eos ad magno & læto animo ferendum hunc discessum. q.d. Non sit vobis molestus discessus meus, ego enim apud patrem existens rogaturus sum, vt det alium Paracl. vobis, eumq; meis precibus dabit. *Alium*, d. *Paracletum*, vt Cyrill. l.9. c.44. & Chrys. ho. 74. vt personalis distinctio inter filium & Spiritum S significeretur. Est enim filius paracletus, est & Spiritus S. paracletus, sed alius, quia distincta persona, vt in hoc, quod vterq; paracletus est, consubstantialitas, in eo, quod alius, distinctio personalis insinuentur. Si paracletus promittitur non est, quod tristitia sit de discessu; Paracletus enim consolationem promittit, quoniam idem significat ac consolator. Rursus si paracletus dabitur recedat timor. Est enim paracletus etiam exhortator & incitator, quod ad fortitudinem maximè pertinet.

Filius paracletus, & Spiritus S Paracletus.

Obserua quod nomen paracleti tria significet: Primo quidē Idem quod latine consolari, sic habetur. 2 Cor.1. *Qui consolatur nos in omni tribulatione nostra.* Secundo, Idem quod hortari. Tit. 2. *Iuuenes exhortare, vt sobrij sint.* Hæ duæ significationes cōmunes sunt toti Trinitati. Deus enim consolatur nos, vt ex Paulo iam documus, hortatur etiā nos, & incitat ad bene agendum. 2. Thess.2. Deus, & Pater dilexit nos, & dedit cōsolationem æternam, & spem bonam in gratia, exhortetur & cōfirmet corda nostra in omni opere & sermone bono. 2. Cor.5 *Legatione fungimur pro Christo, tanquā Deo exhortante per nos.* Cùm igitur hæ duæ significationes sint toti Trinitati communes, fit vt nomen paracleti etiam sit commune toti Trinitati, vt docet Basil. l. de Spiritu Sancto, c.19 & Ieron. Epistola ad Hedib. q.9. quamuis de sola priori significatione nempe consolādi meminerit, eadem enim est ratio de posteriori. Quod autem commune est attribuitur tertiæ personæ, vt nomen paracleti, nomen sit Spiritus Sancti, vt docet Athan. lib de communi essentia Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Sic etiam nomen Spiritus attribuitur Spiritui Sancto, quod quidē est toti Trinitati commune. Hoc igitur in loco Paracletus est nomen tertiæ personæ, quę dicta est hic à cōsolando & ab exhortando seu incitando, quia in aduersis & tribulibus, qualia multa & ardua passuri erant Apostoli & fideles Christi, consolatur & lætificat corda & excitat & hortatur ad tolerantiam, & ad cæterarum virtutum opera. Pręter has duas est alia verbi significatio. Significat enim idem quod latinè patrocinari & causam alterius defendere, inde nomen est paracleti, idest, Aduocati: sic Christo conuenit, de quo dictum est, Ioan.2. *Aduocatum habemus apud Patrem, Christum Iesum*; vbi Græcè Paracleti nomen legimus, in qua quidem significatione proprium est nomen Christi Dei & hominis non toti Trinitati commune. Non enim propriè Deus aduocatus dicitur, cū causam nostrā non defendat apud aliquem alium, vt solent aduocati facere, sed ipse est supremus iudex & Dominus. Christus verò vt homo, est verè aduocatus apud patrē, causam nostram defendens illiq; patrocinans Est ergo Christus, vt Deus, Paracletus, id est, consolans & exhortans simul cum Patre, & Spiritu Sancto, & vt homo hæc duo etiam habet. Sed vltra & singulare illi est vt homini quod sit Paracletus, idest, aduocatus noster, sicut & quod sit noster mediator. Aduerte etiam ex Athan. in oratione contra Arrium, in veteri testamento Spiritum Sanctum nunquam esse appellatum Paracletum, sed Spiritum Domini, Spiritum principalem, Spiritum sanctum & alijs nominibus, nunquam tamen nomen paracleti habuisse, nisi in nouo testamento. Cuius duæ potissimum possunt esse rationes: Quarum prior est. Quia vetus illa lex per Moysen à Deo data sine san-

Paracleti nomē tria significat.

Paracletus nomē personæ tertiæ, seu Spiritus Sanctus.

guine, sine persecutione siue cõtradictione introducta & recepta est à Iudæis; Neq; n. Moyses occisus est propter legis ꝓmulgationẽ, nec Iudæi ꝓpter acceptionem: At Christi fides & Euangelium multo aliter inductum est quãdoquidem ꝓpter ipsum primus omnium Christus ipse occisus est, præter ipsum etiam Apostoli, discipuli & verbi ꝑdicatores & fideles, persecutiones, tribulationes & mortes crudelissimas passi sunt, nec sine copiosissimo sanguine seminatũ est verbũ Euangelicũ; Spiritus ergo in Euãgelio ꝓmissus & Apostolis datus, dict⁹ est cõsolator & Paraclet⁹, vt significẽtur tribulationes & ꝑsecutiones istæ, propter quas aduenit Spiritus S. ad cõfirmãda & lætificanda corda discipulorum & credentium, Vbi.n. consolatio est, tristis & aduersa significãtur. Posterior causa est in statu legis. (Si Lex ipsa cõsideretur, eo remoto, q ex fide vẽturi dabatur, q nõ ad legẽ sed ad Euangelicã gratiã anticipatã ptinebat) nõ erat remissio peccatorũ, q lex neminẽ potuit iustũ efficere, nõ erat ianua cæli apta, etiã ijs, qui ea fide ꝑcedente iustificabantur, nec erat status filiorũ, sed seruorũ, nõ erat gratia etiã fidei extẽsa p orbẽ, sed paucis hominibus cõmunicata, nec adhuc donorum, virtutũ & gratiarũ Dei abundantia facta. Quæ omnia Christ⁹ attulit suo aduẽtu, ꝓpterea Spiritus S. merito Paracleti nomẽ in Euangelio obtinuit, quia iã facta est remissio peccatorũ, iã in statũ filiorũ credentes sunt ꝓuecti, iã cæli ianua apta, iã p orbẽ lumen fidei effulsit, iam copia abundantissima donorũ Dei facta. Hui⁹ futuræ consolationis meminit. Is. c. 40. *Consolamini, consolamini populus meus, d. Dominus, loquimini ad cor Ierusalem & aduocate eam.* Cõpleta est malitia eius, dimissa est iniquitas illi⁹, suscepit de manu Dñi duplicia. Eapropter hic etiã pauluiũ, q̃ bene cõueniãt filius & Spiritus S. in salute hominum ꝓcuranda, largiatur nos, vt salus nostra iam meliori modo ꝓcuretur. Et è contra vide, quomodo qñ ab vno principe vel ordine, vel à quouis mittitur vn⁹ post alterum, q̃ diuersa eorum voluntas, affectio, intẽtio & executio, vt q hic ædificauit, alter destruit, hic ex pietate fecit, ille ex largitionũ cupiditate. Et sic p omnia officia qñ mutatur, vt nõ mirum sit tantã cõfusiunẽ in Religione, monasterijs & statib. inuenit. Nõ audeo omnia dicere, q hæc S. S. cõmittũtur.

Spiritus S. paracletus & consolator.

Vt maneat vobiscum in æternũ.] Magna hæc est promissio, Christus manet vobiscũ vsq; ad cõsummationẽ sęculi, Spiritus S. in ęternũ, vt neq; post mortẽ, nec in vita vnquã separetur. q & impletũ est in Apostolis, q à gratia illa, quã aduenięte Spiritu S. acceperunt, nunquã exciderũt, nec in æternum excident. Hoc dicitur propter corporalẽ Christi absentiam: q. d. Non discedet ille à vobis vnquã, sicut ego discedo, nec vnquã de eius separatione dolebitis. Hic etiã obserua, q qui vt paulo ante dictum est, ita instabiles, ita leues, turbant, & mutant omnia in suis officijs sacris aut prophanis, non insistunt priorum Zelosorum vestigijs, nec habent mansuetudinem illam, signum esse, eos non habere Spiritum Sanctum, nec multum de illo esse solicitos.

Christus manet vobiscũ vsq; ad cõsummationem seculi, Spiritus S. in æternum.

Spiritum veritatis, quẽ mundus non potest accipere, quia non videt eum, nec scit eum.] Spiritus veritatis dicitur Paracletus, vt ꝑ id Christus discipulis suis significaret, ab illo nõ solũ consolationem eos accepturos, sed etiam perfectam veritatem docendos. Dicitur.n. Spiritus S. ab effectu, quia Doctor & Magister est veritatis, eamq; hominum cordibus infundit. Est autem, quantũ ad præsens pertinet, triplex veritas. Prima res ipsa per vmbras & figuras significata, sic Ecclesia canit. *Vmbram fugat veritas.* Altera promissionum cõplemẽtũ. Ps. 88. *Neq; nocebo in veritate mea.* Tertia diuinorum cognitio ad salutem necessaria. Sic Io. 19. *Veni vt testimonium perhibeam veritati*; quam expressit Dñs. Io. 17. dic. *Hæc est vita æterna, vt cognoscant te verum Deum, & quem misisti Iesum Christum.* Has tres veritates Euangelium continet, ideo frequenter nomine Veritatis appellatur. Eph. 1. *Cum suscepissetis verbum Veritatis.* Gal. 5. *Quis vos impediuit obedire Veritati?* Et multa similia loca. Euangelium.n. quæ sub vmbris & figuris latebant, explicat, quæ promissa erant, exhibet, atq; absolutam cognitionem diuinorum ad salutẽ necessariam præstat. Merito ergo Spiritus S. Magister & Doctor Euangelij, Spiritus veritatis appellatur, qui ad hanc veritatem promittitur exhibendam. Hinc est quod Paulus. 1. Tim. 2 se Doctorem in fide & veritate nominat, non enim fidei cuiuscunq;, sed Euangelicæ Doctor erat, quæ vmbras illustrat, & promissiones implet, & 2. Thess. 2. de vocatis ad Euangelium d. *Quod elegerit nos Deus primitias in salutem, in fide & veritate.* Atq; ne commune hoc bonum, ideo minoris æstimarent, addit, Non omnibus communis erit Spiritus hic. *Nam mundus eum non potest accipere,* Mundum vocat malos & vitijs deditos, ac incredulos, hi dum tales sunt, Spiritum hunc nõ accipiunt, cuius & rationem adiungit. Quia nõ videt eum. Et quia non scit, seu non cognoscit eũ, si videret, aut sciret modo aliquo acciperet: at nõ videt, nec scit, ideo nullo modo potest capere. Non videt mundus Spiritum, quia nõ accepit carnẽ, in qua videretur sicut filius, qui carne assumpta visibilis factus est. Non ergo mundus videt, quod etiã bonis est commune, quia nec ipsi sic vident, propterea addit secundum. Nec scit seu cognoscit nempe mente & affectu quibus q non videtur, accipitur & capitur; Hoc.n. bonis & iustis est proprium. Cum ergo mundus nec videat nec sciat Spiritum, eum profecto capere non potest. Alia Christi ratio est. Visus ipse est à mundo in carne, ideo mundus modo aliquo accepit eum, sed non scit, quia nec credidit, nec affectu recepit. Accepit corpore sed non mente. Rectè autem Dñs dixit, mundum non posse videre eum, ne carne assumpta putaretur Spiritus S venturus. Et certè mundus ita in maligno positus est, q & ausus fuisset, si Spiritus S. in carne venisset, eum non tantum crucifigere, sed maiori supplicio, si quod habuisset afficere. Si.n. ita adhuc contra Christi doctrinam, contra Spiritus Sancti veritatem, & hæretici & peccatores verbis & operibus nefariè contendunt, quid non auderent, si corporaliter adesset? Adeo omnes suo capiti & ingenio innituntur, vt Spiritus Sanctus rarissimè locum inueniat.

Euangeliũ sub vmbris latentia detegit, & explicat.

Mundus Spiritũ S. capere non potest, quia non videt nec nouit.

Vos autem cognoscetis eum, quia apud vos manebit & in vobis erit.] Mundo negatur visio & cognitio: discipulis verò non visio, sed cognitio promittitur, qualis exposita est. *Vos,* inquit, *cognoscetis eum:* non quidem videbitis, sicut me, quia non veniet factus visibilis, tñ agnoscetis eum mente & affectu, quia apud vos manebit: quia vobiscum interius conuersabitur perseueranter, docendo, instruendo, cõsolando curam vestri gerendo. Nec solũ apud vos manebit, sed erit in vobis, quia dona sua pretiosa apud vos infundet. Duo hæc sunt, Manere apud aliquem & esse in eo. Christus quãtum ad pręsentiã corporalem manebat apud discipulos, tñ non erat in eis: Spiritus S. inuisibiliter vtrunq; habet & manet apud iustos spirituali quadam conuersatione & ꝓtectione Est etiam in ipsis per gratiam & dona sua, quo mutatione iusti vnionem quandam habent cum Spiritu S. In Græco habetur in præsenti, *Vos cognoscitis.* Manet, est, quia citissimè venturus est Spiritus S. Et licet aliquo modo nouerant & manebat ipse in eis ratione fidei, & gratiæ, in qua erat tunc discipuli, at postea multo perfectius nouerant & in eis mansit.

Manere apud aliquem & esse in eo, differunt.

Non relinquam vos orphanos, Veniam ad vos.] Ne audientes discipuli alium Paracletum à Patre eius dandum, arbitrarẽtur se sine Christo mãsuros, sicut pupill⁹ sine Patre & Spiritum S. tanquam tutorem eis futurum remouet hanc suspicionem d. *Non vos relinquam*, q. d. Paracletus alius dabitur vobis, non tanquam tutor loco Patris defuncti pupillis datus; Nam & ego curam vestri agam, paternum officium non deserã Hoc verbo suam resurrectionem celerem promittit, & tacitè insinuat. Ideo d. *Non relinq. vos orph.* Non autem dicit, Orphani non eritis: Nam reuera futuri erant orphani Christo mortuo. Quo.n. tempore mortuus fuit, homo non erat, quamuis anima & corpus diuinitati essent semper vnita. Idcirco ipso illo mortis tempore, vt pupilli & orphani fuerunt, tñ cito surrexit. Propterea d. *Non rel. vos orph.* id est. Non permittam vos diu in statu orphanorum manere. Me enim patrem vestrum post paululum iterum potius viuentem recipietis, & me vna cum alio Paracleto habebitis. Notant Chrys. hom. 74. August. tract. 74. his verbis Christum Paternum significare affectum erga suos, quos paulo antè filiolos appellauerat. De pupillis est illud Thren. 5. *Pupilli facti sumus absq; Patre, matres nostræ quasi viduæ.* Per pupillum ergo in scriptura intelliguntur illi, qui mundanis auxilijs destituti, tutori pauperum Deo totaliter sunt derelicti. Psal. *Tibi derelictus est pauper, pupillo tu eris adiutor.*

Deus pupillos & pauperes defendit.

cor. Sicut enim pupilli in iure sunt valde priuilegiati, sic & pauperes simplices & innocentes. Quia tales Dns adiuuat & defendit, ipsosq; præcipit ab alijs adiuuari. De ipso enim dicitur Oseæ 14. *Eiusq; qui in te est misereberis pupilli.* & Psal. *Pupillum & viduam suscipiet, & deprecationem eorum audiet, & saluos faciet eos.* Quod etiam à nobis velit eos foueri & protegi dicitur, Eccl. 4. *In iudicando esto pupillis misericors.* Sunt itaq; defendendi. Iob 29. de seipso dicit: *Pro eo quod liberassem pauperem vociferantem, & pupillum cui non erat adiutor.* Fouendi, non lædendi Zach. 7. *Pupillum & viduam nolite calumniari* Nutriendi. Iob 31. *Si non comedit pupillus ex ea.* Misericorditer exaudiendi. Eccl. 35. *Ne despicias preces pupilli.* Consolandi aut visitandi. Iac. 1. *Hæc est immaculata religio, visitare infirmos & viduas in tribulatione eorum.* At longe secus fit, quia à Tyrannis supprimuntur, exuguntur. Iob 6. *Super pupillum irruitis, & subuertere nitimini amicum vestrum.* Et Ezech. 22. *Pupillū & viduam contristauerunt apud te.* Non autem sic Christus, sed dicit: *Veniam ad vos*, his & omnibus alijs modis, consilijs, consolationibus & auxilijs. Non. n. orphanus est filius dum pater viuit, licet sit longè à filio remotus. Sic d. Christus, *Veniam ad vos.* Non solum non relinquam vos orphanos, citò resurgens, & celeriter ad vitam mihi tollendam rediens, sed etiam veniā ad vos, visitabo vos, vobiscum ero realiter & visibiliter. Quod impletū est, qñ resurgēs suis apparuit, & cū ipsis est collocutus, & eos cōsolatus erudiuit.

Adhuc modicum, & mundus me iam non videt, vos autem videbitis.] Ne videretur post resurrectionē venturus sicut primo venerat, nēpe in hoc sæculo victurus & conuersaturus omnibus bonis & malis, credentib. & non credētibus manifestus, subiungit. *Adhuc modi.* i. post modicū temporis fiet, vt mundus me amplius non videat. Per mortē. n. meā iam iam futuram, ab oculis hominū me subtrahā. & amplius me nō videbunt, quia resurgens non conuersabor in hoc sæculo, vt antè: at vos videbitis; Nam me vobis manifestabo, non autem illis. Aduentus igitur hic meus promissus non erit sicut prior. Obijciet aliquis, Mali etiam videbunt Christū in die iudicij, qua igitur ratione dictum est, *Post modicum, mundus me iam amplius non videbit?* Respondetur loqui de hominibus in sæculo isto adhuc degentibus, qui amplius non viderunt Christum, vt ante solebant. At in die iudicij erit status mundi mutatus post omnium resurrectionem. Sermo autem iste est de his, qui degunt in sæculo. Et merito Christus se nō manifestat illis, quia qñ fuit in sæculo, Mūdus eum etiam non cognouit. Et ita qui illum hic non cognoscunt, non audiunt, non suscipiunt, etiam ab illo in futuro non cognoscentur, sed repudiabuntur.

Christus à resurrectione nō videndus ab omnibus, vt antea.

Quia ego viuo, & vos viuetis.] Videri nō posset, si ipse in morte mansisset, aut si ipso resurgente discipuli mortui essent, vtrunq; hoc remouet: *Videbitis*, inquit, *me*, *Quia ego viuo*: Mors non impediet hanc visionem, non mea, quia viuo ego, id est cito resurgam, & ad vitam me reuocabo. Viuetis vos etiam quia non moriemini, nec interficiemini nunc, sicut ego: nec Iudæorum furor impediet, quo minus per vniuersum mundum Euangelium annuntietis. *Viuo ego, & vos viuetis.* Consulto non dicit viuam, sed viuo, vt celerem suam resurrectionem significaret, vt annotat Augustinus tract. 75.

In illo die vos cognoscetis, quia ego sum in Patre meo, & vos in me, & ego in vobis. Dies hic non vnus, aut alter est, sed tempus à Domini resurrectione, futurum etiam post aduentum Spiritus Sancti. Tunc, inquit, temporis, postquā venero ad vos, cognoscetis perfectè, quæ modo non bene calletis. Cognoscetis autem tria hæc, nempe me esse in Patre meo, id est, me esse Dei filium verum Deum, & vnius ac eiusdem cum patre substantiæ: Rursus cognoscetis in me vos esse, id est, percipietis diuinæ meæ incarnationis mysterium, per quod factum est, vt natura humana dicatur vnita meæ diuinitati, & assumpta ad filij Dei personam: ratione cuius omnes vos dici quadam ratione potestis esse in me. Percipietis etiam fructum huius incarnationis meæ mirabilem, nempe Spiritus S. gratiam, per quam transformamini in statum filiorum Dei, ex statu filiorum peccati & dæmonis erepti, cuius ratione ego sum in vobis. Hæc tria mysteria sc. Trinitatis, incarnationis, redemptionis, quæ summa est totius doctrinæ diuinæ, cognoscetis fide perfectissima &

Dies pro tempore, iam post resurrectionem Domini, quā post aduentum Spiritus S.

plenissima illuminatione, vt totum mundum illuminare & docere & regere possitis.

Est vero aliter Filius in Patre, aliter nos in ipso, aliter ipse in nobis. Ille in Patre per vnitatē eiusdem est substātiæ, nos in illo, ratione naturæ sumptæ, quam nobiscum communicat. Ille in nobis, ratione Spiritus & gratiæ, qui est effectus redemptionis. Vnum annotant Chrys. & Cyrill. & hoc verum & Catholicum est, filium esse in Patre per vnitatē substantiæ, nō autē per solum dilectionis habitū, sicut dilectum in diligente, vt fingebant Arriani, diuinitatem veram filij negantes. Aliter igitur in Patre est Filius, aliter nos in ipso, aliter ipse in nobis. Quamuis si subtilitatē Cyrilli, quæ vera & solida est, sequamur: Nos in Christo sumus per quandam vnitatē substantiæ; Nam ratione naturæ humanæ illi copulati nos oēs dicimur in eo, nempe in illius personā, esse. Tota. n. natura humana per illam indiuiduam assumptam in illo esse dicitur. Hoc tñ multo aliter est, quā ipse sit in Patre suo. Precemur Auditores mei Dominum Deum & Saluatorem nostrum Iesum Christum, vt ipse nobis concedat pro sua magna misericordia, quatenus possimus hoc mysterium & gaudium nostrū cognoscere, quomodo sit in Patre, & nos in illo, & ille in nobis, hæc enim erit nostra beatitudo.

Filius est in Patre per vnitatem substantiæ.

Qui habet mandata mea, & seruat ea, ille est qui diligit me.] Ne Apostoli existimarēt, se solus visuros Christū, quia dictū est. *Vos videbitis me.* Idcirco hanc visionē fore alijs etiam cōmunem docet dicēs. Si quis est alius vt verè est. *Qui habet mandata mea*, i. tenet memoria, quæ à me audiuit, & seruat ea, credendo & obediendo, Ille est q me diligit. Et huic etiam ego meipsum manifestabo, vt videat me, sicut & vos. Quod factum est cum multis alijs discipulis præter vndecim, & cum mulieribus, quibus seipsū. pbuit manifestū. His autem, vt annotat Chrys. hom. 74. Christus insinuat, non quia tristes illi de eius discessu erant, se ab illis diligi, sed qa mādata eius seruabāt, nec in tristitia illa, quæ magna ex parte timiditatis erat, sed in mandatorum obseruantia dilectionem erga Christum spectandam esse, & propter hanc maximè eum esse visuros.

Et Pater meus diliget eum, & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum.] Statum Euangelicum dilectionis describit. Hūc, qui me diligit, Pater diliget. Quid est, *Pater diliget eum*? i. e. iam non dilectione seruorum, sed filiorum diliget. Prius. n. diligebat quasi seruos, at post meam resurrectionē & statū Euangelij aduenientem diliget vt filios. Hoc est dicere, *Pater diliget eum.* iuxta illud, 1. Ioan. 3. *Videte qualem charitatem nobis dedit Pater, vt filij Dei nominemur, & simus.* Nun q absolutè præcedat dilectionem mandatorum obseruantia. Nemo. n. seruare ea posset, nisi à Deo dilectus, sed significare tantum intendit eos, qui mādata seruant, & fidem Christi habent, iam non vt seruos, sed vt filios diligi & relicto statu seruorum transire in statum filiorum. Loquebatur. n. de his, qui in statu prius Iudæorum & legis erant. Non solum Pater diliget, sed ego etiam, non vt Deus tantum, sic enim vnâ & eâdem dilectione cum Patre diligit: sed vt homo etiam, sua. n. charitate quam vt homo habet, suos dilexit, & diligit credentes, & sua mandata seruantes, nō solum continuando amorē, sed donis semper cumulando beneficijs, quibus multifariam & continuo suos Christus afficit. Concludit sententiam vltimo: *Qui habet mandata mea & seruat, ille me diligit, & ei me manifestabo.* q. d. Dixi vobis, vos videbitis me, scitote non vos tantùm visuri estis me, eum & alij nō desint, qui mea mandata audierunt & ea seruant, quos Pater diligit, & ego simul, quibus me post meam resurrectionem sicut vobis, manifestabo: illi etiam me, sicut vos videbunt. Quod factum est, quādo Christus post suam resurrectionem multis præter discipulos apparuit.

Status dilecti ouis Euangelicum describitur.

Et nunc mei Auditores, quem vultis diligere nunquid mundum? nō saluabit vos. Nunquid carnem? non conseruabit vos. Nūquid diabolum? non defendet vos, sed ad infernū rapiet. Nunquid pecunias? & illæ vobiscum ibunt in perditionē. Nunquid honores? & illi sicut ventus transiēs. Quid est rogo Auditores, cui magis dilectionem debeatis quam Deo, Saluatori, Benefactori, & Redemptori nostro? Hic si seruaueritis mandata, eritis in dilectione, & diligetis si seruaueritis. In inferno cogemini seruare quæ

Nihil diligendum pro Deo.

diabolus vobiſcom aget, & non licet tecalcitrare, & non diligemini, ſed cum furote pœnæ vobis inſligētur. Rogo vos Auditores per viſcera miſericordiæ Dei noſtri, vt his omnibus quæ ad gloriam Dei, ad ſalutem veſtram ſpectant, meliùs cōſideratis, tandem aliquando ſicut in Baptiſmo renunciaſtis, renunciata conteſtemini, & ſoli Deo noſtro indiuiſibiliter adhæreatis.

Laus Deo, & B. Mariæ Virgini, & omnibus Sanctis.

IN DIE SANCTO PENTECOSTES.

Si quis diligit me, ſermonem meum ſeruabit, & Pater meus diliget eum,
Ioan. 14.

VELLEM intelligeretis Auditores quam dulciter quam plena exultatione S. mater Eccleſia hodiè pſallet & iubilet, ſic. o. canit, *Spiritus Domini repleuit orbem terrarum, & hoc quod continet omnia ſcientiam habet vocis, Halleluiah.* Nihil fuiſſe: Chriſtum naſci, niſi redemiſſet, niſi reſurrexiſſet, nihil ipſius reſurrectio, ſi non in cælos aſcendiſſet, nihil aſcenſio, Si Spiritum S. non miſiſſet, & dediſſet dona hominibus. Quia autē iam omnia facta, vt prædictū fuit, & Spiritus S. etiam aduenit, ideo exultat & gratulatur Eccleſia. Ideo hoc feſtum non ſatis poteſt explicari. Eſt n. feſtum ſāctificationis, quia ſolus Sacerdos Ieſus Chriſtus hodiè ſanctificauit Eccleſiam ſuam, vt impleretur illud Pſ. *Sanctificauit tabernaculum ſuum Altiſſimus*, i. Eccleſiam Pſ. 45. Et merito hoc feſtum cum omni celebritate ſolennizādum eſt. Quia d. Bern. *Si ſanctorum ſolennia celebramus, quanto magis ſolennitatem illius à quo oēs Sancti habent, vt eſſent Sancti?* Secundo, Eſt feſtum largæ donationis. Quia hodiè Dñs ſuis militib. largum ſtipendium contulit, vt impleretur illud, Pſ. 67. *Aſcendiſti in altum, accepiſti*, i. à Patre, *dona* diſtribuēnda *hominibus.* O quàm pretioſum donum dedit, quia ſibi ęquale. Tertiò, feſtum eſt exultationis. Vnde canit Eccleſia. *Quapropter profuſis gaudijs totus in orbe terrarum mundus exultat.* Debent gaudere hodiè peccatores, quia datur hodiè Ille qui peccata dimittit, i. Spiritus S. Apoſtolis. n. dicturus Dñs, *Quorum remiſeritis peccata.* Io. 20. præmiſit, *Accipite Spiritum S.* Debent gaudere triſtes, quia hodiè datur paracletus, id eſt, conſolator. Debent gaudere Iuſti, quia hodiè datur, in quo oēs ſaluantur iuſti. Quarto, Eſt feſtum dilectionis, quia Spiritus S. eſt amor Patris & Filij. Rom. 5. *Charitas Dei diffuſa eſt in cordibus veſtris, per Spiritum Sanctum, qui datus eſt nobis.* Hic eſt ille Spiritus, Auditores, quo Adam inſpiratus, euigilans dixit: *Hoc nunc os ex oſſibus meis.* Hic eſt ille Spiritus quo inſpiratus Abel, obtulit oblationem acceptam Deo: quando *reſpexit Deus ad munera Abel.* Hic eſt quo dictante Noë fabricauit arcam illam admirabilem. Sap. 14. Hic, quo inſpirante, *Abraham credidit, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam.* Gen. 14. Hic, quo ſuadente Rebecca vxor Iſaac mandauit Iacob filio ſuo ſurripere benedictionem Eſau. Geo. 27. Quo docente intellexit Iacob viſionē ſcalæ, vt diceret. *Verè Dominus eſt in loco iſto.* Gen. 28. Quo ſuggerente Ioſeph expoſuit ſomnium Pharaonis de vaccis pinguibus & macris. Gen. 41. Hic, qui præcedebat Moyſen, & filios Iſraël in columna nubis per diē & ignis per noctem. Ex. 13. Hic, qui tanquam digitus Dei ſcripſit in tabulis lapideis legem Dei, de quo Moyſes. Nu. 11. *Quis det vt omnis populus prophetet, & det eis Dominus Spiritum S. ſuum?* Vnde & Dominus de hoc abſtulit, vt daret ſenioribus populi, quando ad mandatum Domini & conſilium Ietro, elegit 70. viros ad iudicandas minores cauſas totius populi Iſraël. No. 11. Hic induxit Caleb in terrā promiſſionis. Num. 14 *Seruum meū Caleb qui plenus Spiritu S. ſecutus eſt me, inducam in terram hāc quam circuiuit. & ſemen eius poſſidebit eam.* Hic inſtituit Ioſue Ducem populi Dei poſt Moyſen.

Feſtum Pentecoſtes pro dignitate ſua non explicari poteſt

Viri 70 ſub Moyſe conſtituti, ut audirent cauſas minores.

Vnde Deut. 33 *Ioſue filius Nun repletus eſt Spiritu Sancto, quia Moyſes poſuit ſuper eum manus ſuas.* Hic confortauit Gedeonē Iud. 6. *Spiritus Domini repleuit Gedeonem d. Vade in hac fortitudine tua, & liberabis Iſrael de manu Madian* Hic irruit ſuper Iepthe. Iud. 11 *Factus eſt ſuper Iepthe Spiritus Domini tranſiensq; ad filios Amon, vt pugnaret contra eos, quos tradidit Dominus in manu eius* Hic dedit Samſoni fortitudinem in ſeptem capillis. Iud. 14. *Creuit Samſon & benedixit ei Dominus, cæpitq; Spiritus Domini eſſe cum eo.* Hic docuit Mariam ſororem Moyſis canticum, q; cecinit Deo poſt habitam victoriam, d. *Cantemus Domino: glorioſè enim magnificatus eſt.* Ex. 15 Hęc prędixit Delboræ victoriam per manum mulieris futuram. Iud. 4 Hic repleuit orbem terrarum. Sap. 1. Factus duplex in Eliſæo ſumptus ab Elia. 4. Reg. 2. Propheta fuit in corpore mortuo Eliſæi. Eccl. 48. dedit Danieli intelligentiam omnium viſionum & ſomniorum, Dan 2. Qui obumbrauit beatiſſimā virginem, & repleuit eam hodiè cum Apoſtolis. Iſte eſt qui omnia ſacramenta conſummat & perficit, & tanta dona nobis etiam dare poteſt. In hoc autem die priuſquam Euangelium percurramus, aliquid dicemus

DE SPIRITV SANCTO.

MOyſes in voluminis ſui ingreſſu ſeptem primorum dierum labores, acta & miracula, in mundi creatione commemorat, quid quaq; die egerit rerum creator omnium Deus Opt. Max. Haud aliter microcoſmum, id eſt, hominem per peccatum ad nihilum redactum ſeptem donis & gratijs inſtar ſeptem dierum per Spiritum Sanctum denuo creat. Namq; peccator amplius formam non habet, quæ eſt charitas, nec ſenſum, quia conſenſit diabolicis tentationibus, nec motum bonæ operationis, nec rationem, quia ſicut equus & mulus factus eſt, oculos habet & nō videt, manus habet & non palpat, pedes habet & non ambulat. Iſtis verò gratijs Spiritus Sancti, de quo quaſi producitur, & filius Dei & hæres appellatur. Primo itaq; creauit lucem. *Dixit Deus, Fiat lux, & facta eſt lux.* Peccata ſunt tenebræ in anima, quoniam cogitationes, cōſenſus, delectationes, operationes, conſuetudines, contemptus, & huiuſmodi quoddam chaos & caliginem inducunt. Et ob id per donum timoris repellitur & lux creatur. Eccl. 1. *Timor Domini expellit peccatum.* Ex hac illuſtratione dicit Dauid Pſ 118. *Omnem viam iniquam odio habui.* Et de Iob dicitur: *Vir timens Deū & recedens à malo.* Et D. Bern. in tract. ſuper dona. c. 1 *Sine hac gratia prima gratiarum, quæ totius Religionis exordium eſt, nullum bonum pullulare aut manare poteſt.* Sicut. n. ſecuritas, vel deſidia cauſa eſt, & mater omnium delictorum, ſic timor Domini radix eſt & cuſtos omnium bonorum. Omne namq; virtutum ædificium vergit in præcipitium illico, ſi huius gratiæ amiſerit præſidium. Initium ſapientiæ timor Dñi. Cornelius vir religioſus. Act. 10. ac timens Deum, & Simeō iuſtus & timoratus. Lu. 2. Qui carent timore Dñi incidunt in grauiſſima delicta, propter quæ puniuntur; Illi vero beantur qui illum tenent & cuſtodiunt. Pretioſum itaq; donum eſt, Timor Dñi, & hoc Spiritus S. elargitur. Per hunc timorem abnegamus noſmetipſos, & ita correſpondet etiam pœnitentiæ beatitudini quæ eſt: *Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum.* & eſt contra auaritiam. Secundo, Die creauit Firmamentum. Anima peccatoris eſt inſtabilis, nunc proſperitate eleuatur, nunc licentia fit peior, deſperatione ſupprimitur: At firmitas creatur per donum Pietatis diſtinguens aquas ab aquis cæleſtes & terrenas Eccl. 3. *Ignem ardentem extinguit aqua, & Eleēmoſyna reſiſtit peccatis. & Deus protector eius, & in tempore caſus ſui inueniet firmamentum.* Hoc chariſma correſpondet, Secundæ beatitudini: *Beati mites, quoniam ipſi poſſidebunt terram.* Iſa. 61. ait Dominus: *Spiritus Domini ſuper me, eo quod vnxerit me Dominus, ad annunciandum manſuetis miſit me.* Moyſes erat mitiſſimus ſuper omnes homines qui morabantur in terra. Et hoc vult Chriſtus. Matth. 11. *Diſcite à me, quia mitis ſum & humilis*

De Spiritu S. tractatur.

Timore Domini carentes, grauiſſimis obnoxii peccatis.

mihi corde. Et hoc directè pugnat cōtra capitale vitium, superbiam. Tertio die creauit herbā virentem & ligna fructifera, Et quia anima sine Spiritu S. est velut arbor arida, inde apta est incendio infernali, clamat Psal. 142. *Anima mea sicut terra sine aqua tibi* & quid terra sine aqua? nihil vnquam fructificat. Sic & *omnis arbor quæ non facit fructum bonum, exscindetur, & in ignem mittetur.* Sed & planè infœlix anima quę sicca & arida est, nullis bonis operibus circumsepta: Ideo Spiritus S. facit eam fœcundam, sicut corpora superiora influunt virtutem ad germinationem & productionem fructuum inferiorum. Isa. 44. *Effundam spiritum meum super semē tuum, & benedictionem meam super stirpem tuam, & germinabit.*

Aridam hominis animam Spiritus S. fœcundat.

Et hoc facit per donum scientiæ. Bern. super illud: *Qui addit scientiam, addit & dolorem.* Vera namq; scientia est scire, nos mortales, caducos & fragiles esse in hoc exilio, in hoc ergastulo, in hac peregrinatione, in hac lachrymarum valle dolendum & lugendum esse. Itaq; cognoscere seipsum est summa sapientia, quę militat contra iram. Qui illam scientiā non habet, nec habebit Spiritum S. Et hoc respōdet tertiæ beatitudini: *Beati qui lugent, quoniā ipsi consolabuntur.* Quarto fecit luminaria magna, solem lunam & stellas. Licet anima prius aliquod bonum propositum cōcipit, vacillat tñ statim & deficit, Vnde eam fortificat Spiritus S. Sic Petrus reputauit leue mori, quę ante extimuerat, quia iam igne Spiritus velut vas luteum erat concoctus per donum Fortitudinis. Iud. 5. Stellæ manentes in ordine suo & cursu, contra Zizaram pugnauerunt. Hoc spiritu, hoc dono erant præditi omnes, de quibus. Heb. 11. *Sancti ludibria & verbera experti, insuper & vincula & carceres* Et Paulus ipse. Ro. 8. *Quis nos separabit à charitate Christi*, an tribulatio, an fames, an angustia, an mors? Et hoc est contra Acediam, & respōdet quartæ beatitudini. *Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur.* Quinto, Pisces & aues creauit ex aqua & terra, Auara cor nostrum amore terrenorum deprimebatur, quemadmodum adhuc in illis qui diuitijs inhiant, cōspicitur. Iam Spiritus eleuat ad cælestia per promptitudinem mandatorum Dei, quę fit per donum consilij. *Vade & vende omnia.* Et hoc est cōtra Auaritiam. Et promouet obedientiam & respōdet quintæ beatitudini. *Beati misericordes,* quoniam docet cōpati & commisereri. Hanc principaliter infatiam exercemus, vel quando sex eius quæ in Euangelio leguntur opera implemus, vel qñ delinquentes corrigere & ad bonum reducere studemus, vel qñ miserias illatas facilè indulgemus. *Exinaniuit semetipsum Deus formam serui accipiens.* quę est contra illos, qui obstinati sunt nec recipiūt exhortationes, aut quieas non faciunt. Sexto, Hominem creauit ad imaginem & similitudinem suam. Ante homo in anima nihil cogitat nec cupit, nisi immunditiam luxuriæ, ideo illam eleuat ad contemplationem æternorum per donum Intellectus. *Homo cum in honore esset*, ait Dauid, *non intellexit:* & hoc maximè facit luxuria. Iob 34. *Si direxerit ad Deum cor suum, Spiritum illius & flatum ad se trahet & deficiet omnis caro.* Et hoc sextæ beatitudini conuenit. *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.* Salomon eum dic. Pro. 15. *Abominatio Domini, cogitationes malæ*, & 4. c. *Omni custodia serua cor tuum, quoniam ex ipso vita procedit.* Septimo, Requieuit ab omni opere. Ante non sapiebāt cælestia, ideo iam vocat ad quietē contemplationis diuinorum, quę fit per donum sapientiæ, quo prægustatur cœna beatitudinis æternæ. Et hoc impedit Gula. *Vacate & videte*, ait Dauid. Ps. 45. Et hoc deseruit septimæ beatitudini. *Beati pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur.* Qui. n. mentem habent pacificam & serenam, de supernis dulcius sapiunt & subtilius vident. Quod est contra seminantes discordiam. Salomon. Pro. 19. *Doctrina viri per patientiam dignoscitur.* Ps. 118. *Pax multa diligentibus legem tuam, & non est illis scandalum.* Hæ septem gratiæ sunt septem mulieres apprehendentes vnum virum, septem, spiritus, super florem requiescentes, septem candelabra, septem oculi in lapide septem spiritus ante thronum Dei. Vide ergo quā necessarius Spiritus S. cum suis donis & gratijs, & exinde quam deuotè colendus, inuocandus & adorandus.

Homo creatus ad imaginē & similitudinem Dei.

Spiritus S. donum aliud nullū præstātius.

Si consideres Datum hodiernum, tantum est, quo meli⁹ dari nō potuit. Sicut namq; in die Natiuitatis Christi datus est filius Dei ad nostrā resurrectionem, & in die cœnæ ad nostrā spiritualem nutritionē & confortationē, qñ ille in specie panis datus est, qui de quo dicitur. Ps. 103. *Panis cor hominis confirmat.* Ita in die Pentecostes datus est Spiritus S. ad vestram spiritualem consolationem, propter quę Ioan. 14. Paracletus dicitur. Propter quę fideles petunt in oratione quę ad ipsum dirigitur specialiter, quę possint eius semper consolatione gaudere. Et ad nostram spiritualem informationē, propter quę dicitur. Io. 14. Paracletus autē Spiritus S. quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, nō solum ad intelligendum, sed ad loquendum, iuxta illud Mat. 10. *Non. n. vos estis qui loquimini.* Et ad nostram spiritualē deductionem, iuxta illud Ps. 142. *Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam.* Quod si Dñs nobis dat Filium & Spiritum S. & Angelos, & omnia bona, quid vos retribuetis, nisi etiā omnia optima? De bonis naturæ iuuentutem, fortitudinē, & huiusmodi. De bonis fortunæ Decimas, Eleēmosynas, & similia. De bonis gratiæ, omnia opera bona requirit Magna esset rusticitas, optima ab amico recipere mutuo & pessima restituere, & non posset fieri absq; vitio ingratitudinis, & periculo peccati. Quid ergo qui pessima, & senectutem & deformitatē, & putrida, & corrupta, & minima, aut nec illa etiam Deo reddunt, nec recipiunt ignem Spiritus S. sicut nec lignum ignem accipit, quę diu iacuit in aqua aut quasi cōputruit. Qui vero illum accipiunt maximā cū illo recipiunt vtilitatē, quia vbi priùs erant filij diaboli, & filij seruitutis æternæ per ipsius receptionem legitimantur, & filij Dei efficiuntur, iuxta illud, Ro. 8. *Quicunq; Spiritu Dei aguntur, hi filij Dei sunt.* Oēs eramus quasi filij ancillæ dicētea illud. Ps. 115. *Ego seruus tuus, & filius ancillæ tuæ,* id est, filij naturæ humanæ, seruituti subiecti diabolicæ & peccatis iuxta illud Eph. 2. *Filij iræ eramus,* & per consequens inhabiles pro hæreditate cælesti consequenda. Christus verò ancillam istam in incarnatione sua sibi desponsauit, vt adoptionem filiorum Dei reciperemus. Gal. 4. Quam adoptionem seu legitimationem in incarnatione initiauit, in natiuitate ostendit, & in datione Spiritus S. compleuit, per spiritū adoptionis filiorum. Rom. 8.

Spiritus S. effecta varia.

Spiritus S. etiam dat charitatē in cordē, veritatē in ore, sanctitatem in opere, virtutē in continuatione. Facit nos primo amare Deum feruenter & fideliter, conferens auxilium, quamuis requiritur etiam labor proprius, vt peccatis & obstaculis amoris amoris lucē recipiamus & ignē istū ī extinguamus. Spiritus adiuuat infirmitatem nostram, Ro. 8. & ne deficiamus in labore offert præmium, Ro. 5. *Per Spiritum S. qui datus est nobis.* Secundo, Facit nos loqui sapiēter quoad nos, reuerenter quoad Deum, veraciter quoad oēs; Sapienter in confessione, sc. vt paleæ peccatorum dispellā tur, vnde venit p modum soni ventosi. Reuerenter quoad Deum sine iuramento vano, *Qui dixerit contra Spiritū S. verbum, non remittetur ei.* Mat. 12. Veraciter, & ideo dicitur Spiritus veritatis. *Repleti sunt omnes Spiritu S.* Act. 2. Tertio, Facit nos vtilia operari. Ad bonum aūt opus requiruntur, scire, posse & velle. *Docebit vos omnia,* Io. 14. Quarto, Facit cōntinuare perseueranter. Quia sicut spiritus naturalis dat corpori statum ne in cineres & quasi in nihilum redigatur, quantū ad esse naturæ. Ita Spirit⁹ S. in esse gratiæ. Et hoc tripliciter; In statu pœnitentiæ consolando, in actu pugnæ protegēdo, in motu viæ deducendo. Vidit Steph. inter lapides & tribulationes Christum stantem. Iud. 14. Irruit Spiritus Dñi & dilacerauit catulum leonis rugientē, id est, tentationem carnis vel mundi: Psal. 142. *Spiritus bonus deducet me,* &c.

Cur missus à resurrectione quinquagesimo die Spiritus S.

Obserua cur quinquagesimo die à resurrectione Spirit⁹ S. missus sit. Factum. n. hoc est, Primo ratione completionis; Nam Ex. 31. Lex fuit data quinquagesimā die ab agno immolato, quia ergo vt dicit Apostolus plenitudo legis est dilectio, Spiritus S. autem est principium & fons omnis dilectionis, & per modum dilectionis procedit, vt ostendatur, quę plenitudo & complementum legis est à Spiritu S. ideo etiam eodem tempore, quo Lex data fuit, Spiritus S. super Apostolos descendit. Non enim poterant legem implere nisi per Spiritum sanctum, & hoc propter difficultatem intellectus & effectus; Vtramq; autem difficultatem tollit Spiritus sanctus. De primo. Ioan. 16. *Docebit vos omnem veritatem.* De secundo. Matth. 11. *Tollite iugum meum super vos.* Et cui leue? certè amanti & habenti Spiritum Sanctum, alijs autē est intolerabile. Secundo, Ratione temp-

sionis, Quadragenarius .n. numerus qui pœnitentiam significat ex partib. suis surgit in quinquagenarium. Tertio ratione figurationis vel cōpletionis figuræ. Nam in Iubilęo sc. quinquagesimo anno quinq, debebant fieri. Leu.25. quę figurabant quinq; quæ Spiritus S. veniens super Apostolos fecit plenariè & quotidiè facit: Nam in Iubilæo rei captiui soluebantur, debita remittebantur, exules in patriam reuocabantur, hæreditas amissa reddebatur, & serui libertati donabantur, & sic fiebat plena remissio. similiter per Spiritum S plena fit remissio in Ecclesia; Nam primo per Spiritum S. rei æternæ mortis, & captiui diaboli dissoluuntur. Ro 8 *Lex Spiritus vitæ liberauit me à lege peccati & mortis* Secūdo, Debita peccatorum p Spiritum S. dimittuntur. Pro.10. *Vniuersa delicta operit charitas*, id est, Spiritus S. Tertio, Exules propter malitiam peccatorum p Spiritum S reuocantur in vitam æternam, siue in patriam Ecclesiæ militantis. Ps. 142. *Spiritus tuus bonus deducet me.* Terra recta est Ecclesia iustorum, qa non tangit mundum obliquum nisi in puncto necessitatis. 1. Tim.6 *Habentes alimenta & quib. tegamur*, &c. Rectum.n non tangit obliquum, nisi in puncto. Quarto, Hæreditas propter peccatum primorū parentum amissa, sc. vitæ æternæ nobis p Spiritum S. recuperatur. Quia cum p Spiritū S. efficiamur filij Dei p regenerationē Spiritualē & si filij, & hæredes, Ro. 8. Manifestum est q per Spiritum S. hæreditas amissa nobis restituitur. Io. 6. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu S. nō potest intrare in reg. Dei.* Quinto, Serui peccatorum & funib. peccatorum ligati per Spiritum S. liberi redduntur, quia vbi Spiritus Domini, ibi libertas, vt dicitur, 1. Cor.2 Gal.4.

Per Spiritum S. eff[i]citur peccatorū plena remissio.

Præterea vide cur venerit in modum venti vehementis. Quia Spiritus S. veniēs in hominē tria facit. Nam primo tanquam magnus ventus repellit oēs errores nubis & veritate fidei replet animam. Io.16. *Docebit vos omnē veritatē.* & p cōsequens expellit omnē falsitatem. Secundo tanquā ignis fortis omnia consumit peccata, & p consequēs animā purgat. Tertio postquā anima est illuminata in intellectu, & purgata & inflammata in affectu, tanquam lingua ignita feruentissimè & deuotè loquitur verba Dei. Ps.38. *Concaluit cor meum intra me, & in med. mea exard. ignis.* Sequitur, *Locutus sum in lingua mea.* Et ideo Apostoli recepto Spiritu S. statim loqui cœperunt. Sed vlterius expēdamus, quare in linguis & quidē igneis apparuit: Et primo in linguis ratione manifestationis Spiritus S. Nam Deus Pater summè fuerat manifestatus in rerum creatione, ita q Philosophi ratione naturalis lumine, & sine lumine fidei Deum Patrem cognouerunt. Sap.13. *A magnitudine speciei creaturæ cognoscibiliter horum creator poterit videri.* Vnde & Iudæi, & oēs gentes Deum Patrem cognoscebant, Io. 8. *Vnum Patrem habemus Deum.* Similiter Deus filius fuit manifestatus in carnis assumptione, quia de fœmina natus est, & nobiscum conuersatus, & mortuus, & sepultus. Baruch 3. *Post hæc in terris visus est, & cū hominibus conuersatus est.* Et vt Christus cognosceretur verè esse Dei filius, fecerat opera, quæ solus Deus facere poterat. Io.5. Et ideo filius Dei summè fuit manifestatus. Restabat ergo vt Deus Spiritus S. manifestaretur, vt Trinitatem personarum cognosceremus, & fidē veram de ipsis haberemus, quæ est necessaria ad salutem: Maior autē manifestatio quæ fieri possit est p linguam & opera. Et ideo vt Spiritus S. plenè manifestaretur, apparuit in linguis super Apostolos, vt ipsum summè manifestarēt in omni lingua, cū dederit eis ista opera facere, quę sol⁹ Deus facere poterat, quæ Apostoli in virtute Spiritus S. fecerant. Io.14. *Qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipse faciet. & maiora faciet; quia ego vado ad Patrem*, i. quia ego recedo, *& Spiritus S. adueniet.* Apparuit insuper in lingua secundum Greg. vt verbum Dei incarnatum manifestaret; Quia verbum per linguā manifestatur. Quod quamuis apud Iudæos, summè manifestatū fuerat, tō apud alias gētes manifestatum nō erat, sed Apostoli manifestarunt. 1. Cor.1. *Nos autē prædicamus Christum crucifixum.* Secundo ratione Vnionis, Nam genus humanum ex superbia volens turrim Babel ædificare, cuius cacumen tangeret cælum, in 72. linguas diuisum est, q prius erat vnius labij. Gen.11. Quicquid autem per superbiam aut malitiam in humano genere est deletum, hoc totū per Christi humilitatem, & Spirit⁹ sancti bonitatem est suppletum, & qui vsque ad terrā se humiliauerunt, Christus assumēdo carnē & Spiritus S. in linguis apparendo, Sicut genus humanum voluit vsq; ad cælum ascendere. Et ideo Spiritus S. in linguis apparuit, vt ostenderet q per Spiritus S. bonitatē vniti sunt populi in vna fide, & in vna lingua cōfessionis & veritatis, vt fieret vnū ouile & vnus pastor, cuius vocē omnes audirēt & cognoscerēt. Io.10 *Oues meæ vocem meam audiunt.* Aliqui dicunt, q Apostolis loquentibus vna lingua, sc. Hebræa, omnes aliæ nationes, quæ ibi erāt, in ipsa lingua Hæbræa audierunt linguam suam. Sicut de manna dicitur, quod conuertebatur ad quodcunque comedens volebat, vt dicitur, Sap.16. Sic quando lingua est diuisa, erat solum Hebræa lingua, Vnde in faucibus Apostolorum ōnes linguæ erant vnitæ per Spiritus sancti bonitatem. Tertio ratione saluationis: Nam virtus diuina saluans applicatur nobis mediantibus verbis quæ à ministris Ecclesiæ proferuntur quia mediantibus sacramentis quæ in rebus & verbis consistunt; Quæ quidem virtus salutis nostræ à Spiritu sancto est, Et ideo ne crederetur virtus ista esse in verbis, vel ministris Ecclesiæ sed à Spiritu sancto, ideo in linguis dignatus est apparere. 2. Cor.4. *Vt sublimitas sit virtutis Dei & non ex nobis.* Quarto ratione prædicationis, Apostoli enim noua & inaudita prædicare debebāt, scilicet nouā fidem de Christo incarnato & passo Io.14. *Creditis in Deum, & in me credite*, sc. quia ego sum Deus. Noua opera Lucæ.14. *Nisi quis renuntiauerit omnibus quæ poss. non potest meus esse discipulus.* Et nouum modum viuendi. Mat.16. *Si quis vult venire post me abneg. sem.* Io.13 *Mādatū nouū do vobis.* Vnde Act. 17. dicitur de Paulo, quod erat annunciator nouorum dæmoniorum, quę omnia sine virtute Spiritus sancti non poterant fieri. 1. Cor. 12. *Nemo potest dicere, Dominus Iesus, nisi in Spiritu S.* id est, nemo potest veraciter dicere & prædicare salutem, quę per nomen Iesu intelligitur, nisi per virtutem Spiritus sancti, Ideoq; apparuit in linguis vt ostenderetur, quod hęc omnia non fecerunt Apostoli in virtute suę prędicationis, sed in virtute Spiritus sancti, qui in eorum verbis erat. 1. Cor.3. *Ego plantaui, Apollo rigauit, Deus autem incrementum dedit.* Quinto ratione gubernationis, Quia inter omnia membra lingua difficili⁹ gubernatur. Iac.3. *Omnis natura bestiarum, volucrū, & serpentiū domatur, & domita sunt à natura humana, linguam aūt nullus hominum domare potest, inquietū malum, plenum veneno mortifero.* Iterum: *Si quis in verbo nō offendit, hic perfectus est vir.* Et nisi lingua per gratiam Spiritus sancti regatur, nunquā bene regitur. Pro.17. *Hominis est dirigere gressus suos. Domini autem gubernare linguam.* Itē lingua est magis vtilis & fructuosa, mágis recta, q̄ aliud membrum. Pro. 25. *Mala aurea in lectis argenteis, verbum prolatum in tempore suo.* Et propter ista duo lingua magis indiget gratia Spirit⁹ sancti, quia tēperat ipsam & facit bene loqui. Sexto, Ratione legationis. Nā legatio & officium Apostolorum principaliter fuit ad loquendum Euangelizandum Matt. 16. *Euntes in mundum* 1 Cor.1. *Non misit me baptizare, sed Euangelizare.* Ideoque Spiritus sanctus in linguis venit, vt daret intelligi, quod loqui linguis erat eorum officium principale.

Cur Spiritus S. venerit in modum venti vehementis & linguarum ignitarum.

Genus humanum cur in 72. linguas diuisum.

Spiritus S. cur dignatus sit in linguis apparere.

Lingua cur magis indigeat Spiritus S. gratia.

Post hæc examinemus, cur in linguis igneis apparuerit. Et hoc factum est. Primo, Quia Apostoli legem igneā Spiritus sancti, quæ est lex amoris & virtutis debebant mundo prædicare. Ipse enim Spiritus sanct⁹ amor & veritas est. Luc.12. *Ignem veni mittere in terram, & quid volo nisi vt accendatur:* scilicet, per ora prædicatorum in cordibus auditorum, scilicet, veterum ceremoniarum, iuxta illud, Heb.10. Vmbrā enim habet lex, non ipsam imaginem rerum, Et legem frigidam timoris debebant finire. Mat.11. *Lex & prophetæ vsque ad Ioannem.* Secundo, Vt Apostoli verba ignita proferrent, calefacientia corda hominum Eccl. 48. *Surrexit Elias*, id est, chorus Apostolorum, *Et verbum illius quasi facula.* Duo enim dura, & duo ferrea non possunt sine igne coniungi. Ierem.15. *Nunquid fœderabitur ferrum ferro ab Aquilone?* id est, in frigore, quod procedit ab Aquilone. Fides autem Catholica & cor humanum sunt duo ferra durissima, & ideo nullo modo coniungi potuissent, in frigore infidelitatis peccati, nisi ignis Spiritus sancti interuenisset. Tertiò, Vt Apostoli ignem diuinum per ora & verba spirarent in corda hominum ipsos calefacientem, & à terrenis ad cælestia eleuantem; Nam ante aduentum Spiritus sancti

Spiritus S. cur apparuit in linguis igneis.

mer-

Ante aduentum Spiritus S. merces hominum terrena.

merces hominum erat terrena in temporalium abundantia consistens, & longa vita. Is. 1. *Si volueritis & audieritis me, bona terræ comedetis.* Sed modò secùs est. Imò oēs qui piè volunt viuere in Christo Iesu, persecutionem patientur. 2. Cor. 4. *In omnibus tribulationem patimur.* Vt ergo Apostoli ab his terrenis homines eleuarent, & ad cœlestia transferrēt, oportuit eos & per ora, & per verba ignem diuinum emittere, aliàs nūquā potuissent facere. Ignis aūt iste duo facit, calefacit, propter q̄ homines expoliāt se, & eleuat, vt patet in vaporibus virtute caloris solis eleuatis. Et ideo homines ignem diuinum in prædicatione Apostolorum recipientes calefiebant initio, q̄ omnia deponebant. Act. 4. Quotquot aūt habebant domos & agros, vendebāt & ponebant pretia eorum ante pedes Apostolorum. Quartò, Vt ad verba ignita Apostolorum ignis de cœlo descenderet (quia simile trahit suum simile) qui oēm cœli militiam combureret & vastaret; Nam ante aduentum Spiritus S. mundus cœli militiam adorabat, & aliqui adorabant Venerem vt luxurioſi, aliqui Mercurium Deum mercatorū, vt auari, aliqui Martem, vt superbi, volentes dominari. Vt ergo Apostoli hāc Idololatriam cœlestis militiæ destruerent, oportuit eos verba ignita proferre, vt ad verba eorū ignis de cœlo descenderet, & consumeret & destrueret eā. Quia ignis habet alta & magna humiliare. 2. Cor. 10. *Arma militiæ nostræ, non sunt carnalia desideria, sed potentia Deo ad destructionem munitionum, consilia destruentes, & omnem altitudinem extollentem se aduersus scientiam Dei* Et ideo Apostoli maledicebant templis Idolorum & corruebant. Iere. 23. *Nunquid verba mea quasi ardens ignis & quasi malleus conterens petram?* Vnde postquam Ieremiæ dixit Dominus. *Ecce dedi verba mea in ore tuo,* statim subdit: *Et constitui te super gentes & regna vt destruas.* Ipse autem Ieremias nunquam fuit constitutus super gentes, sed figurauit Chorum Apostolorum.

Spiritus S. cur in igne potius, quam in alio elemento apparuit.

Adde q̄ Spiritus S. potius in igne, quàm in alio elemento apparuit: Primò ratione motionis, Ignis enim semper tendit sursum, sic Spiritus S. per donum sapientiæ facit ad cœlestia anhelare, Ezech. 8. *Eleuauit me Spiritus inter cœlum & terram.* Phil. 3. *Nostra conuersatio in cœlis est.* Secundò ratione illuminationis, Ignis enim habet obscura illuminare; Sic Spiritus S. per donum Intellectus illuminat animam à tenebris errorís. 1. Cor. 2. *Ita & quæ Dei sunt, nemo cognouit nisi Spiritus Dei. Nobis aūt reuelauit Deus per Spiritum S.* Spiritus enim, id est, spiritualis homo scrutatur omnia etiam profunda Dei Iob. 28. *Timere Deum ipsa est sapientia, & recedere à malo, est intelligentia,* quod facit, Spiritum S. habens. Tertiò ratione actionis: Ignis enim est valdè actiuus, & in omnia alia agit, & nihil potest in ipsum agere, vt ipsum trāsmutet; Cuius ratio est, quia ignis est totus formalis & quasi nihil de materia habens: Omnis aūt actio est à forma & passio à materia, & ideo non potest agere, & non pati: Sic Spiritus S. per donum consilij facit hominem totum spiritualem, & nihil habere de materia, id est, terrenorū pondere, vt erat Ioannes Baptista. Quartò ratione trāsformationis, nam per ignem omnia transformantur, q̄ nouam formam possunt accipere: Sic Spiritus S. per donum fortitudinis transformat homines in Deum, quia facit eos potentes & fortes ad omnia vincendum; sic factus est Petrus, q̄ primò territus fuit ad vocē ancillæ, & de Paulo & Barnaba Actor. 14. *Dij similes facti hominibus descenderunt ad nos.*

Spiritus S. per donum fortitudinis transformat homines in Deum.

Quintò ratione nutritionis. Nā ignis in humido pingui & calido nutritur, vt in oleo, cera, seuo; In humido aūt sicco & frigido, extinguitur vt in aceto & aqua. Sic Spiritus S. per donum scientiæ, quo homo cognoscit spiritualia esse pinguia & calida, temporalia verò esse frigida & sicca, nutrit animam in ipsis spiritualibus, & facit ipsum mundanis & temporalibus mori. Col. 3. *Mortui enim estis, sc. mundo, & vita vestra abscondita est cū Christo in Deo.* Gal. 2. *Quod autē nunc viuo in carne, in fide viuo filij Dei.* Sextò ratione purgationis. Ignis enim habet metalla purgare, sic Spiritus S. per donum Pietatis purgat omnia peccata, quia ipse ignis est diuinus. Heb. 12. *Etenim Deus noster ignis consumēs est.* vnde sicut Baptismus aquæ & sanguinis purgat peccata, ita baptismus flaminis, id est, Spiritus S. & fuit purgata Magdalena, *cui omnia peccata sunt dimissa, quia dilexit multū.* Luc. 7. Vnde in Ecclesia fit remissio per Spiritum S. Et hoc congruè per donum pietatis, Pietas enim miseriam respicit; Nihil aūt est miserabilius quàm peccatum. Septimò, ratione incinerationis, nam ignis omnia in cinerē redigit. Sic Spiritus S. per donum timoris redigit hominem in cinerem humilitatis, dum considerat malum peccati & pœnæ æternæ. Timet enim valdè, & ideo se reprehendit, & in humilitate pœnitentiam agit. Iob 42. *Idcirco me reprehendo & ago pœnitentiam in fauilla & cinere.*

Quomodo verum sit Apostolos repletos fuisse Spiritu S.

Dicitur insuper in Actis Apostolorum: quia repleti sunt omnes Spiritu S, & hoc verum est, quadruplici signo. Primum est in tribulationibus non murmurare, Nam vas plenum non reboat, sed vas vacuum dum tangitur; Sic Apostoli aduersis non murmurarunt, Lucæ decimo: *Ecce ego mitto vos, sicut agnos inter Lupos. In patientia vestra possidebitis animas vestras.* Imò & gaudebant Act. 5. *Ibant gaudentes.* Ro. 5. *Sed & gloriamur in tribulationibus.* Secundum, Firmiter consistere, nam res plena stat firma. Sic Apostoli postquam Spiritum S. receperunt, in fide & bonis operibus firmiter steterunt. Tertium, De plenitudine effundere, nam fons plenus effundit aquam: Sic Apostoli tanquam plenus fons pleinus effundunt aquam, & superecrescentes totum mūdum gratijs & donis spiritualibus repleuerunt. Ester 10. *Fons paruus creuit in fluuiū maximū, & in aquas plurimas redundauit.* Quartū, Nihil plus recipere, nam vas plenum nihil plus recipit: Sic Apostoli nihil terrenum & à Spiritu S. alienum acceperunt, vnde Simoni Mago offerenti eis multam pecuniam dixerunt illud, Act. 8. *Pecunia tua sit tecum in perditionem.* Phil. 3. *Omnia detrimentum feci, & arbitror stercora.* Mat. 19. *Ecce nos reliquimus omnia.* Et quia iuxta sententiam Saluatoris. *Ex abundantia cordis os loquitur,* ideo Apostoli sic abundanter repleti Spiritu S. cœperunt loqui multis & varijs linguis, quia multiplex erat Spiritus cordis ipsorū, sc. lingua gloriæ, q̄ est laudare & benedicere Deū. Lingua gratiæ q̄ est in hominibus volentib. conuerti, gratiā & misericordiā promittere. Lingua doctrinæ, q̄ est homines instruere & docere. Lingua pœnæ q̄ est, si quis non agit pœnitentiam ad gehennam ire. Si quis aūt vult scire, an Spiritu S. sit plenus, dicta in se cōsideret. Quia ex operibus, vel moribus, vel ex lingua cognoscitur, vnde sit homo.

Spiritus S. in Ecclesia tantum Catholica

Nota etiam q̄ Spiritus S. sit tantum in SS. Ecclesia Catholica, Romana, Apostolica, & non apud hæreticos, qa non habēt timorem Dei impugnantes Ecclesiam, Patres, Sacramenta, miracula, ieiunia, opera, & simul omnia. Nec pietatem, quia ipse Lutherus fatetur doctrina sua factos deteriores suos, quàm in Papatu. Nec scientiam, quia vel tantum ad literā & nō ad Spiritum referunt, vel dicunt, q̄ ipsi intelligūt, & tamē dissentiūt in Articulis & Sacramētis. Nec fortitudinē q̄ sunt instabiles in sua fide, & ad Catholicā Religionē, etiamsi sciūt illam veram, accedere nolunt propter muliercul ā suam, officiū aut fauorē. Nec donum consilij: quia si præcepta seruare nolūt, aut nō possūt vt illi mentiuntur, quomodo coōsilia amplecterētur? Nec intellectus donum: Non indigent Spiritu sancto: cū matrem Ecclesiam audire nolunt, sed quisque se intelligere scripturam asserat. Cùm tamen Dauid roget Psalm. 118. *Da mihi intellectum, & scrutabor mandata tua: vt discam mādata tua: vt custodiam mandatā tua.* Nec donum sapientiæ, quia illorum mūdana est, & ipsi homines animales. Nec ignis operationes habent. Et quia Spiritus sanctus superbiam conuertit in humilitatem, auaritiam in liberalitatem, luxuriā in castitatem, & sic de alijs. Hæretici autem sunt superbi, rerum terrenarum cupidi & auari, luxuriosi, &c. Ideo non est, in Ecclesia Catholica S. Spiritus Sanctus.

EVANGELIVM.

SI quis diligit me, *sermonem meum seruabit, & Pater meus diliget eum, & ad eū veniemus, & mansionē apud eum faciemus.*] Opinionem falsam remouet, docens non sic futurum vt mundus ōī ex parte priuetur Christi cognitione, & mortis eius fructu. Quāuis enim discipulis se manifestaturus esset visibiliter, & alijs paucis quibusdā, nō āt mūdo, tamē alter aduētus supererat inuisibilis & spiritualis per gratiā, & dona Spiritus S. Quo vēturus erat vnà cū Patre in eos oēs qui eū dilexerint, et⁹ seruauerint sermonē: vt etiam ipsi cognoscāt, & participēt fructū suæ redēptionis & in cōsortiū filiorū Dei adsciscerētur. Itaque sensus est. Si q̄s Christū

prædicatum receperit, & sermonē & doctrinā eius amplexus mente & affectu fuerit, eum Pater diliget, i. adoptabit in numerum filiorum Dei. *Dedit.n.eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius.* Et tam Pater q̃ Filius & Spiri. S. venient ad eum per gratiam inhærentem, ratione cuius Deus dicitur esse in homine, & habitare in eo. Qū igitur hæc gratia datur, Deus ad hominem venire dicitur. Venire.n. Deum ad aliquem, est in eo operari & aliquem effectum facere, non q̧ in se moueatur qui omnia replet & immobilis ac immutabilis est. Dicitur ēt manere & inhabitare propter continuam operationē in iusto & habente gratiam Dei: Ipse.n. Deus est, qui eam conseruat, promouet, & tuetur, & vna cum arbitrio ipsum iuuans cooperatur.

Notabiliter dictū, Si quis.

Attende q̧ notanter dicat, *Si quis*. Et hoc primo, ꝓpter cōmunitatem, quia gratia Spiritus S. est communis, nam sicut dies omnibus æqualiter nascitur, & ut Sol super oēs pari luce æqualiter diffunditur: quanto magis Christus sol & dies verus in Ecclesia sua lumen vitæ æternæ pari æqualitate largitur. Act. 10. *In veritate cōperi, quia nō est acceptio personarum apud Dnū.* Et æqualitas ēt in mannæ collectione apparet. Fatui ergo sunt in hoc peccatores, sicut pauper & inops, cui cum offertur munus, nō vult manus aperire ad recipiendum, aut sicut esuriens qui non vult aperire os suū ad accipiendum porrectum cibum, aut sicut vinctus, qui dum illi carcer aperitur non vult exire, aut sicut infirmus, qui nec medicinam exhibitam vult accipere, Ro. 10. *Idem Dominus omnium, diues in oēs qui inuocant illum.* Secundò ꝓpter paucitatem. Quia pauci sunt qui eum quærunt vt accipiāt, q̧ conqueritur Apostolus, Phil. 2. *Oēs quæ sua sūt quærunt, non quæ Iesu Christi.* Nam superbi amant primos recubitus in cœnis, & primas Cathedras in Synagogis, Mat. 23. Io. 5. *Quomodo potestis credere qui gloriam adinuicem accipitis, & gloriā quæ à solo Deo est non quæritis?* Luxuriosi quærunt delectationes corporis. Auari opes, alij alia. Ideo sicut multus est numerus spinarum, paucus liliorum, multus item lapidum vulgarium, paucus pretiosorum, sic pauci sunt verè Deum diligentes. Multi namq; diligunt verbo, sed nō facto. Ps. 77. *Dilexerunt eum in ore suo, & lingua sua mentiti sunt ei. Cor aūt eorum non erat rectum cum eo, nec fideles habiti sunt in testamento eius.* Ideo hortatur nos Ioannes 1 Io. 2. *Nolite diligere mundum, neq; ea quæ sunt in mundo.* sc. honores, voluptates & opes. Sequitur: *Si quis diligit mundum, non est charitas patris in eo.* Et de illa paucitate loquitur Christus, Matt. 22. *Multi sunt vocati.* Tertiò propter incertitudinem. Incertum est.n. homini an sit in dilectione Dei. Eccl. 9. *Nescit homo an amore, an odio Dei dignus sit.* Nescit quia intellectus obumbratus est, Sap. 9. *Corpus q̧ corrumpitur aggrauat animā, & terrena inhabitatio deprimit sensum.* Nescit, quia intentionem sui operis non scit, & an ex charitate fiat. Nescit, quia Eccl. 9. *Omnia in futurū seruantur incerta.* Sermo aūt Dei est probatoriꝰ, per quem filij Dei & diaboli cognoscuntur. 2. Ioan. *Omnis qui recedit, & non permanet in doctrina Christi, Deum non habet*, & sic ad Deum non pertinet. Quia, vt subdit. Qui permanet in doctrina, hic Patrem & Filium habet. Et Deut. 27. *Maledictus qui non permanet in sermonibus legis, nec eos opere perficit.* Ideo mandata Dei sunt seruanda in corde per iugem meditationē Deut. 6. *Erunt verba hæc quæ præcipio tibi hodie in corde tuo, & narrabis ea filijs tuis & meditaberis sedēs in domo tua.* Sicut. n. species aromatica diligēter debent teri aut masticari, vt virtus & fragrantia eius sentiatur, sic etiam mandata. Secundò in ore per frequentem locutionem. Io. 1. *Non recedat volumē legis ob ore tuo.* Tertiò in manibus per operis executionem. Deut. 6. *Ligabis ea in manibus tuis.* 1. Ioan. 3. *Non diligamus verbo neque lingua sed opere & veritate.*

Paucì verè Deum amantes.

Diligens Deum, seruat eius sermonem.

Itaq; conclusiuè si quis diligit Deum, sermonē eius seruabit, charitati nihil difficile, nihil impossibile, nihil molestum. Et ultra dicunt hæretici & peccatores mādata Dei esse impossibilia & difficilia, illis quidē sunt, quia charitatē non habent, ideo neq; filij Dei. Magna aūt prærogatiua & authoritas est seruantium mandata, quia Pater diliget illos. Multum.n. est, qui in aulis principum habet aliquem familiarem, aut fauorabilem, quid aūt si ipsum principem? At hic qui seruat, habet Deum & omnes Sanctos & omnes creaturas. *Ad eum veniemus*, d. Considera, si ad te Pontifex, Cæsar, rex aliquis vel magna dignitate p̄ditus vir veniret, quibus illum ceremonijs, humiliationibus, gratiarū actionibus exciperes, quanti te quoq; faceres? At ecce tota S. Trinitas ad te vult venire, si seruas mandata. Solent.n. magni Principes ad seruos sibi fideles & familiares venire, & gratiam illam illis facere. At hic S. Trinitas cum omnibus donis venit & gratijs. *Mansionē apud eū faciemus.* Solet eiusmodi Princeps vel amicos ēt ad cœnam, ad prandium, ad horam diuertere, & postea recedere, sed S. Trinitas vult ibi facere mansionē perpetuam. O homo, homo, quo flectis cogitationes & animum tuum? Spiritus veniet cum suis 7. donis, & debent illi cedere 7. peccata mortalia. Quid fiet si S. Trinitas adent? Sunt ad quos Spiritus S. nō venit. Sap. 1. *In maleuolam animam non intrabit sapientia.* S. quitur: *Auferet se à cogitationibus quæ sunt sine intellectu, & corripietur à superueniente iniquitate.* Ez. 36. *Mundabimini ab omnibus inquinamētis vestris, & dabo vobis Spiritum nouum.* Sunt ad quos venit, sed apud eos mansionē non facit, vt qui per contritionem & pœnitentiam Spiritū S. ad se inuitant, sed per recidiuum in mortale à se repellunt. Ezec. 18. *Si auerterit se iustus à iustitia sua, & fecerit iniquitatem, oēs iustitiæ eius non recordabuntur.* Sunt ad quos venit, & mansionem facit, qui per baptismum & pœnitentiam positi sunt in charitate Dei, & in statu salutis, & in eo perseuerant, vt Apostoli, qui post hanc receptionem Spiritus S. nunquam mortaliter peccauerunt. Ideo Io. 14. *Apud vos manebit, & in vobis erit.* Vt igitur apud te maneat, tu in charitate maneas. 1. Io. 4. *In charitate manet, in Deo manet, & Deus in eo.* Non citiùs ejicies D. n. à te, nisi per peccatum mortale. Vide ergo & caue. O seria verba.

Spiritus S. alijs ac ad diuersos homines accessus.

Qui non diligit me sermones meos non seruat, & sermonem, quē audistis, non est meus sed eius, qui misit me, Patris. A contrario arguit. Ne quis existimaret sine obseruantia sermonum eius, dilectionem esse posse, salutem Patris adiunxit. *Et sermonem quē audistis nō est meus, sed eius qui me misit Patris.* q.d. Qui sermones meos non seruat, non solum non diligit me, sed nec ēt diligit Patrem, quia sermones mei, non mei, i. non mei tantum, sed Patris etiam sunt: sicut ergo nō me diligit, ita neq; Patrem, Fiet ergo vt nec Pater diligat eū, nec ego, neq; ad eum venturi simus. Solet Dn̄s hoc genere locutionum vti aliqn̄ Io. 3. *Qui credit in me, nō iudicatur. Qui non credit, iam iudicatus est.* Qui ergo diligit me, seruat sermonem. Qui non diligit, non seruat. Cumq; sermo sit etiam Patris, nec diligit Patrem nec diligetur à Patre, nec Pater & Filius ad eum venient. Hæc verba adiunxit Dn̄s, vt in vitium & culpam hominum rejiceret, si ad eum non venerint & fructum eius redemptionis non participauerint, Ipse enim pro totius mundi salute venit. Verba autem hæc: *Sermo ille quem audistis* eundem habet sensum, cum illo Ioan. 7. *Mea doctrina non est mea, sed eius qui misit me*, id est, non est mea solum, nec à me, sed Patris etiam & ab ipso, à quo accepi naturam & substantiam. Itaque nullo modo debetis illam impugnare sub pœna indignationis Patris, qui vos creauit, filij, qui vos redemit, Spiritus S. qui vos sanctificauit. Nam si alia mandata stricta seruanda, cur non & hæc?

Christus pro totius mundi salute venit.

Hæc locutus sum vobis apud vos manens. Paracletus aūt Spiritus S. quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, quæcūq; dixero vobis.] Ne discipuli, verba hæc omnia Christi nō percipientes, nec sensum perfectè assequentes, turbarentur, Dn̄s eorum omnium intelligentiam perfectam promittit per Spiritum S. Paracletum, à Patre dandum in nomine eius, qui omnia ea docturus erat & suggesturus q̃ obliuioni tradiderant. Dicit ergo: *Hæc locutus sum vobis.* i. hæc dixi, dum hoc breui tempore apud vos maneo. Propero.n. ad Patrem: At quia scio vos non omnia assecutos esse, non ea de causa turbemini, quia Spiritus S. venturus docebit vos omnia mysteria aduentus mei, & omnium intelligentiam ministrabit, & quæcunq; dixi vobis suggeret, & in memoriā reducet. Declarat aūt nūc, q̧ sit Paracletus alius, q̧ ante nō fecerat, nempe esse Spiritū S. Attēde dici, Patrē mittere in nomine Christi Spiritū S. q̧ ad exequendū q̃ p Christū facta sunt, mittit. Christus.n. redēptor ē perficeri hominū: at Spiritus S. venit vt sanctificaret & doceret, & deniq; ad complementum perduceret. Mittere.n. aliquem in nomine alterius, est mittere ad agendum & tractandum negotium illius. Ioan. 5. *Ego veni in nomine Patris mei*, id est, ad tractandū opus & rem Patris. Si quis venerit in nomine suo, id est, ad

Mittere aliquem alterius nomine quid.

nego-

negotiis propria, non Dei tractanda, ita nunc mittitur Spiritus S. in nomine Christi. Iterũ aduerte, Paracletum Spiritum S. nominari, quia eos consolabitur & cõfortabit, sanctum verò dici, quia perfectionem sanctitatis operabitur, & vltra hæc docebit & illustrabit omnia. Hæc ẽt in fidelibus efficit idem Spiritus S. Obserua ẽt, aliqñ Patrem, aliqñ Filium dici, mittere Spiritum S. quia ab vtroq; procedit. Illud *dixero*. Græcè est, *dixi*. Aduerte postremò, multa dixisse Christum, q̃ à discipulis intellecta non fuerant, qñ dicta sunt. At Spiritu S. illustrante, postea intellexerunt ꝙ magno consilio factum est, vt hoc facto significaret exteriorẽ cuiuscunq; ꝑdicationem verbi diuini non sufficere ad intellectum & mentem auditorum conuertendã, & trahendam ad assensum & intelligentiam, nisi interius Spiritu S. cooperante. Quem poterat Christus tunc dare, sed noluit, vt id intelligerent discipuli verboq; & ꝑdicationi suæ futuræ non tribuerent homini conuersationem & fidem, sed spiritui inuisibiliter docenti. Vocatos itaq; Spiritus S. 5. nominib⁹, quia consolator: Spiritus S. ad differentiam mali: Legatus summi Patris, in nomine filij Dei, docens omnia, & suggerens. Ipsius cathedra est S. Ecclesia Catholica, mali aũt spiritus sedet in cathedra pestilentiæ. Et quia docebit omnia, videmo⁹ quo aut quos doceat. Primò ergo vos Angelos docebit omnia ad vos pertinentia, q̃ quidẽ sunt 4. Primò dignitas creationis, Illud.n. ꝙ Deus præcipuè intendit in rebus creatis, est bonum ꝙ consistit in assimilatione ad Deum. Perfecta aũt assimilatio effectus ad causã attenditur, qñ effectus imitatur ad causam secundum illud ꝙ ꝙ causa, ꝑducit effectum, sicut calidum facit calidũ: De⁹ aũt adducit creaturã p intellectum & voluntatẽ. Vnde ad ꝑfectionẽ vniuersi requiritur, ꝙ sint aliq̃ creaturæ intelligẽtes & spirituales secundùm illud Ps. *Qui facit angelos suos spiritus*. Et Dionys. 4. c. de diuin. nomin. dic ꝙ primæ creaturæ sicut in corporales ita & immateriales intelliguntur, & q̃a imago Dei est in ipsa natura Angeli impressa, ideo per essẽtiã suã Angelus Deum cognoscit. Principium aũt creationis Angelorũ fuit Spiritus S. secundũ illud Ps. *Emitte Spiritũ tuũ & creabuntur*. Secundò, sublimitas cognitionis, nã Angeli mysteria gratiæ à principio cognouerunt, q̃ inter oĩa mysteria gratiæ excellentius est mysterium incarnationis Christi, & hoc quidem Angeli cognouerunt à principio, quib. solis non fuit absconditum. 1. Tim. 3. *Magnum est pietatis sacramẽtũ, ꝙ manifestũ est in carne, iustificatũ est in spiritu, apparuit Angelis*. Et hoc qdem in principio sui creationis cognouerunt Angeli in generali ꝑ reuelationẽ Spiritus S. secundum illud 1. Cor. 2. *Quæ sũt Dei, nemo nouit nisi Spiritus Dei, vobis aũt reuelauit per Spiritũ S. suũ*. Tertiò gratiã cõfirmatiõis. Nam Angeli habuerunt gratiã & charitatem, anteq̃ essent beati, per q̃ beatitudinem meruerunt. Vnde conuersione naturali non meruerunt beatitudinẽ, sed cõuersione charitatis q̃ est per gratiam. Hanc aũt gratiam & charitatem seminauit in eis Spiritus S. Quartò, Firmitas dilectionis. Nã inquantum Angeli cognouerunt Deum beatificãtem eos supernaturali beatitudine, sic dilexerunt eum dilectione charitatis, sicut n. virtuosus ciuis se exponit mortis periculo ꝓ tot⁹ Reip. cõseruatione, sic Angeli ciuitatẽ cœlestem defenderunt ab inimicis, secundùm illud Apoc. 12. *Factũ est ꝓliũ magnũ*. Et vt d. Aug. l. 13. de c. D. *Ciuitatẽ cœlestẽ fecit amor Dei vsq; ad cõtẽptũ sui*. Hæc omnia docuit Angelos Spiri⁹ S.

Spiritus S. quid, quomodo, & quos doceat. & primò angelos.

Quomodo Spiritus S. docebit cœlos.

Secundò, Docebit vos cœlos quadrupliciter. Primò, Quia ipse Spiritus S. fuit principium vestræ creationis, nam bonitas Dei est ratio volendi, ꝙ alia sint, cùm per suã voluntatẽ res in esse ꝑduxerit. Amor igitur quo suã bonitatem amat, est causa creationis rerũ. Vnde & quidã Philosophorum, Amorẽ Deorum causã omnium rerum posuerunt 1. Metaph. Spiritus S. aũt ꝓcedit p modum amoris, quo De⁹ amat seipsum, ideo Spiritus S. est principiũ creationis rerũ & ita ẽt cœlorum secundũ illud Ps. *Qui fecit cœlũ & terrã, mare*, &c. Secundò, Ipse Spiritus S. fuit principium vestræ formationis Nã vt d. Dion. 4. c. de diu. nom. *Sicut sol radios suos emittit ad corporũ illuminationẽ ita diuina bonitas radios suos*, i. participationes sui, *diffundit ad rerũ creationẽ* Ideo d. Aug. ꝙ inquantum Deus bonus est, su mus. Ornatus aũt rerũ pertinet ad dispositionẽ earũ, q̃ rea. v tis pulchritudine decorantur. Vnde Eccl. 24. *Magnalia sapientia sua decorauit*. Et hic ornatus fuit à Spiritu S. Iob 26. *Spiritus Domini ornauit cœlos*. Rectẽ. n. Spiritus cœlos ornasse dicitur, qa tribuit eis stabilitatẽ. Pro. 30. *Stabiliuit cœlos prudentia*. Et tribuit eis indeficientẽ claritatẽ. Eccl. 24. *Ego feci in cœlis, vt oriatur lumẽ indeficiẽs*. Tertiò, Quia ipse Spiritus S. fuit principiũ vestræ illuminationis, nã lux est ornamentum cœlorum, cũ sit qualitas primi corporis, sc. cœli, in quo cõmunicant inferiora corpora cum superioribus. Ideo Ge. 1. *Vidit Deus lucẽ ꝙ esset bona*. Spiritus S. vt efficeret homines cęlestẽs, hodie visibiliter apparuit in specie lucis Io. 3. *Lux venit in mundũ* Quartò. Spiritus S. fuit principiũ vestræ distinctionis. Nã cęlum à Philosophis distinguitur in 4. plagas, sc. Orient. Occid. Merid. Aquil. Hodie aũt veniens Spiritus S. à cœlo ab his 4. plagis venit, Ezec. 37. *A 4. vẽtis veni Spiritus, & insuffla sup interfectos istos, vt reuiuiscãt*. Nam à plaga Orient. venit hodiè Spiritus S. vbi est fons luminis, quia datur se exercentibus in diuinorum cognitione. A plaga Merid. ẽt venit, vbi est ardor luminis, quia datur se erigẽtibus in supernorũ dilectione. A plaga Aquil. venit quia datur se affligẽtib. in peccatorũ confessione. A plaga Occ. qa datur se gerẽtib. in bonorũ satisfactione. Etiã luminaria cœli sunt creata, vt sint in signa, tẽpora, dies & annos. Sic Spiritus S. visibiliter missus est 50. die à Paschate. Et hoc rationabiliter, quia à Spiritu S. legis est perfectio. Quemadmodum lex vetus data est in monte Synai, sic lex noua à Spiritu S. in monte Sion. Et sicut lex vetus data est in sublimi loco mõtis: sic lex noua data est à Spiritu S. in cœnaculo Etiã quantum ad tẽpus horæ, Spiritus S. visibiliter apparuit hora tertiarum, q̃a est tertia persona in Trinitate, & quia post tempus legis naturæ & legis scriptæ, in 3. tempore, sc. legis gratiæ debuit apparere, ideo d. *Dũ hora sũctu tertia*. Tertia, Vos Elementa, ẽt in 4. Primò. n. Spiritus S. hodie apparuit in igne ꝓpter septemplicem eius gratiã. Nã Spiritus S. ad modum ignis alta humiliat per donum Timoris, emollit dura per donũ pietatis, illuminat obscura per donum scientię, restringit fluida per donum consilij, consolidat mollia per donum fortitudinis, clarificat metalla, tollendo rubiginem per donũ intellectus, sursum tendit per donum sapientiæ. Thren. 1. *De excelso misit ignẽ in ossibus meis, & erudiuit me*. Et S. mater Ecclesia canit: *Aduenit ignis diuinus nõ cõburẽs, sed illuminãs, nõ cõsumẽs, sed lucens*. Secundò apparuit in specie soni cõmouẽtis aërem, quia sonus fuit repentinus. *Quia, nescit tarda molimina S. Spiritus gratia*. Fuit cœlestis, quia cœlestes efficit. Fuit vehementius, quia mentem ab omni carnali timore & amore vehit & subtrahit. Fuit replens, quia repleti sunt oẽs Spiritu S. ideo 3. Re. 19. *Post ignẽ sibilus auræ tenuis: & ibi Dominus*. Tertiò in specie nubis, & hoc super Christum in trãsfiguratione. Nubes. n. à terra eleuatur, ꝑstat refrigeriũ, & pluuiã generat, Sic Spiritus S. quos replet à terra eleuat per cõtemptum terrenorum Ezec. 3. *Eleuauit me Spiritus inter cœlũ & terrã*. Et Ezec. 1. *Quocunq; ibat spiritus, illuc & rotæ pariter eleuabantur sequentes eum*, Spiritus. o. erat in rotis: Insuper refrigerium ꝑstat contra incentiua vitiorum. Vnde & beatis. Mariæ dixit Angelus, *Spiritus S. superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi*. i. ab omni æstu vitiorum refrigerabit, nã & Spiritus S. vocatur aqua, q̃ habet vim refrigeratiuam Io. 7. *Flumina de vẽtre eius fluẽt aquæ viuæ. hoc aũt dixit de Spiritu quem accepturi erant credentes in eum*. Item generat pluuiã lachrymarum. Ps. *Flauit spiritus eius & fluent aquæ*, sc. lachrymarum. Cùm. n. quis lachrymatur peccata sua, signum est, ꝙ eos illius obduratum resoluit Spiritus S. vt Magdalenæ. Quartò, In specie flat⁹. Io. 20. *Insufflauit, & dixit: Accipite Spiritũ S, quorũ remiseritis peccata remittuntur eis*. Nã quia flatus est calidus, ideo Spiritus S. suo calore inflãmat per ardentẽ charitatẽ, Lu. 12. *Ignẽ veni mittere in terrã* Quia verò flat⁹ est leuis, ideo Spiritus S. facit nos leues de ascendendo. Vnde & vocatur vnctio q̃ mollificat. Io. 3. *Vnctio eius docet nos de omnibus*: ideo etiam nomine roris inuocatur prout canit Ecclesia. *Sui roris intima aspersione fœcundet*. Quia verò flatus necessarius est ad respirãdum, à quo subtracto homo moritur: Sic est de Spiritu S. intelligendum. Ps. *Auferes spiritũ eorũ, & deficiẽt, & in pul sc. reuert*. Io. 16. *Spiritus est qui viuificat*. Ezec. 37. *Dabo vobis spiritum, & viuetis*. Et in symbolo dic. *Et in Spiritũ S. Dominũ & viuificantẽ*. Quartò, Vos insensibilia, in quibus & per q̃ tanquam per instrumenta, suæ virtu-

Spiritus S quomodo venerat à 4. mundi plagis.

Quomodo Spiritus S docebit elementa.

Psal. 147.

Spiritus S. vnctio dictus.

Psalm. 103

rs mirabilia operatus est in rationali creatura. Hic est ille Spiritus, qui in forma ignis apparuit Moysi in rubo qñ rubus ardebat, & non comburebatur. Hic est ille digitus quem ꝯfessi sunt Magi, d. *Digitus Dei est hic.* Exo. 3. Hic est ille ignis in quo cōburēda sunt residua agni paschalis. Ex. 12. Hic est ille funis coccineus, in fenestra Raab meretricis Io. 6. Hic est illud oleum de cornu sumptum, quo David vnctus est in regem 1. Re. 16. Hic est illa manus Dñi, quæ facta est sup Eliam, qñ currebat ante Achab. 3. Re. 19. Hic ille digit⁹, de quo Christus ait, *Si in digito Dei eycio dæmonia.* Lu. 11. Hic est illa virtus q̃ exibat à Christo, qñ mulier tetigit fimbriam vestimenti eius. Mat. 9. Hic est ille Spiritus, qui hodie super Apostolos apparuit in linguis igneis, vt ipsi verba ignea ꝓferrent, & legem igneam prędicarēt, hoc est, legem amoris. Quintò, Vos bruta, per quæ ostēsa sunt magna Dei mysteria. Hic est ille Spiritus, qui tribuit virtutem serpenti æneo, quem cùm aspicerent filij Israël, sanabantur à morsibus ignitorum serpentum. Num. 21. Hic est ille Spiritus qui aperuit os asinæ, cui insidebat Balaam, vt loqueretur ei, & aperiret ur oculi eius, vt videret angelum Dñi. Num. 22. Hic est ille Spiritus qui apparuit super Christum baptizatum, Luc. 3. Descendit Spiritus S. in corporali specie, sicut columba, in ipsum. Nam sicut Noë dum esset adhuc in arca, emisit columbam q̃ ramum virentis oliuæ ore suo detulit in signum pacis: Sic Spiritus S. in specie columbæ super Christum baptizatum visibiliter apparuit, ad significandam fœcunditatem Spiritualem, quæ est in Baptismo, quia columba est animal fœcundissimum. Hoc Spiritu raptus Petrus in extasi vidit animalia sibi in disco missa Act. 10. Sextò, Vos Patriarchas, quib⁹ reuelauit nullatenus fieri posse cœlestis regni ciues, nisi per Spiritum S. sanctificā e vos ab omni macula. Hic est ille Spiritus quo Adā inspiratus euigilans, dixit: *Hoc nunc os ex ossibus meis.* Reliqua exempla habes in exordio. Septimo, Vos Prophetas. Nā in prophetia requiritur, quod intentio mentis eleuetur ad percipienda diuina. Vnde Ezech. 2. *Fili hominis sta super pedes tuos, & loquar tecum.* hæc autem eleuatio intentionis fit Spiritu S. mouente. Vnde ibi subditur: *Et ingressus est in me Spiritus, & statuit me supra pedes meos.* Postquam autem intentio mētis eleuata est ad superna, percipit diuina. Vnde subditur. *Et audiui loquentem ad me:* Greg. in homil. *Implet namque Spiritus S. gratia, puerum cytharædum & psalmistam facit. Implet pastorem armentarium sycomoros vellicantem, & prophetam facit. Implet abstinentem puerum, & iudicem senum facit.* Quomodo autem Spiritus S. doceat prophetas declarat S. Petrus. 2. epistola c. 1. *Non enim voluntate humānā allata est aliquando prophetia, sed Spiritu S. inspirati locuti sunt Sancti Dei homines.* Hic est ille Spiritus, de quo David Psal. *Exibit Spiritus eius, & reuertetur in terram suam, in illa die, &c.* Et, *Verbo Domini cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum.* Et, *Ne proiicias me à facie tua, & Spiritum S. ne auferas.* Hic est ille Spiritus, de quo Salomon Sap. 1. *Spiritus Domini repleuit orbem terrarum, & hoc quod continet omnia, scientiam habet vocis,* quia loquitur omnibus linguis. Et c. 9. *Sensum autem tuum, quis sciet nisi tu dederis sapientiam, & miseris Spiritum de altissimis?* Hic est ille Spiritus, de quo Iob 32. *Spiritus est in hominibus, & inspiratio omnipotentis dat intelligentiam.* Hic est ille Spiritus, quo suggerente Nathan propheta corripuit David, & ꝓhibuit ei, ne domum Dñi ædificaret. 2. Reg. 13. Hic est ille Spiritus, de quo Abdias propheta ad Eliam, *Cùm recessero à te Spiritus Domini asportabit te in locum quem ignoro.* 3. Reg. 18. Hic est ille Spiritus Eliæ, qui factus est duplex in Elisæo. 4. Reg. 2. Hic est ille Spiritus Elisæi, de quo Eccl. 48. q̃ eius corpus mortuum prophetauit. Hic est ille Spiritus de quo Isa. 4. *Sanctus vocabitur omnis, qui scriptus est in vita in Ierusalem. Si abluerit Dominus sordes filiarum Sion, & sanguinem Ierusalem lauerit de medio eius, in spiritu iudicij, & spiritu ardoris.* Et c. 44. *Effundam spiritum meum super semen tuum, & benedicam te super stirpem tuam.* Hic est ille Spiritus, qui Ieremiam in ventre sanctificauit, quem cum à pueritia prophetare docuit. Iere. 1. Hic est ille Spiritus de quo Ezech. 36. *Cùm sanctificatus fuero in vobis, congregabo vos de vniuersis terris, & adducam vos in terrā vestram, & effundam super vos aquam mundam & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris, & dabo vobis cor nouum, & Spiritum nouum ponam in medio vestri.* Hic est ille Spiritus, qui dedit Danieli intelligentiam omnium visionū & somniorum, de quo 2. c. *Est Deus in cœlo reuelans mysteria.* Hic est de quo Ioël. 2. *Effundā spiritum meum super oēm carnem, & prophetabunt filij vestri, & filiæ vestræ, senes vestri somnia somniabunt, & iuuenes vestri visiones videbunt.* Hic est de quo Zach. 12. *Effundā super domum David, & super habitatores Ierusalem Spiritum gratiæ & precum.* Octauò, Vos Apostolos primò propheticam reuelatione m. Nam donum prophetiæ est vtilius, q̃ donū linguarum, & hoc probat Paulus 1. Cor. 12. tripliciter. 1. q̃ prophetia est vtilior ad ædificationē Ecclesiæ, q̃ loqui linguis. Nam donum prophetiæ pertinet ad rerum notitiam, quæ est melior & vtilior quā notitia vocum, q̃ pertinet ad donum linguarum. 2. Quantum ad ipsum loquentem, qui si acciperet, vt loquatur diuersis linguis, sine hoc ꝙ intelligat, ꝙ pertinet ad donum prophetiæ, mens eius non ædificaretur. 3. Quantum ad infideles, propter quos præcipuè videtur datum esse donum linguarum, qui quidem [illegible] eos, qui linguis loquerentur, reputarent insanos, sicut & Iudæi reputauerunt Apostolos ebrios linguis loquentes. Act. 2. Per prophetiam aūt infidelis conuincitur, manifestatis occultis cordis eius. Idem 1. Cor. 14. *Maior est qui prophetat, quam qui loquitur linguis.* Secundò, Linguarum [illegible] pertinentes. Nam ad perfectionem operationis Spiritus S. pertinet, ꝙ non solùm impleat mentem lumine prophetico, & phantasiā imaginaria visione, sicut fuit in veteri testamento; sed etiam exterius linguam erudiat, ad varia signa locutionum proferenda, quod totum fit in [illegible] secundùm illud 1. Cor. 14. *Vnusquisq; vestrum psalmum habet, doctrinam habet, linguam habet, apocalypsim, [illegible], prophetiam reuelationem habet.* Primi autem discipuli Christi fuerunt ad hoc electi ab ipso, vt per vniuersum orbem discurrentes, fidem eius vbiq; prædicarent, secundum illud Marc. vlt. *Euntes docete omnes gentes.* Nō erat aūt conueniens, vt qui mittebantur ad alios erudiendos, indigerent ab aliis erudiri, qualiter alij loquerentur, vel qualiter quæ alij loquebantur intelligerent, præsertim quia isti qui mittebantur erant vnius gentis, sc. Iudeæ secundùm illud Isa. 28. *Qui ingredientur impetu à Iacob, implebunt faciem orbis semine.* Illi etiam qui mittebantur, pauperes erant & inopes & impotentes, nec de facili à principio reperissent, qui eorum verba aliis fideliter interpretarentur, vel verba eorum eis exponerent, maximè, quia ad infideles mittebantur, & ideo necessariū fuit, vt sup hoc eis diuinitus ꝓuideretur, ēt p donum linguarum, vt sicut gentibus ad idololatriam declinantibus, introducta est linguarum diuersitas, Gen. 11. ita ēt qñ erant gentes ad cultum vnius Dei reuocandæ; contra huiusmodi diuersitatem remedium adhiberetur per donū linguarum. Act. 2. *Repleti sunt omnes Spiritu S.* Tertiò sermonis persuasionem. Nam Spiritus S. non deficit in aliquo, ꝙ pertineat ad Ecclesiæ vtilitatem. Vnde sicut prouidet membris Ecclesiæ in locutione, non solum, vt aliquis sic loquatur, vt à diuersis possit intelligi, ꝙ pertinet ad donum linguarū, sed ēt ꝙ efficaciter loquatur, ꝙ pertinet ad gratiam sermonum. Et hoc tripliciter. I. quantum ad instruendum intellectū, ꝙ fit dum aliquis sic loquitur ꝙ doceat. II. ad mouendum affectum vt libenter audiat verbum Dei. 1. Cor. 2. *Sermo meus & prædicatio mea nō fuit in persuasibilibus humanæ sapiētiæ verbis, sed in ostensione Spiritus & veritatis.* Tertiò ad hoc ꝙ aliquis amet ea, quæ verbis significātur, & velit ea implere, ꝙ fit dum aliquis sic loquitur, ꝙ auditorē flectat, ad quod quidem efficiendū Spiritus S. vtitur lingua hominis, quasi quodam instrumento; ipse aūt est qui pficit operationem interius. Vnde S. Greg. in hu. *Nisi corda auditorū Spiritus S. repleat, vox docentiū ad aures corporis incassum sonat.* Quartò, miraculorum operationem. Nam Spiritus S. sufficienter ꝓuidit Ecclesiæ in his q̃ sunt ad salutem vtilia, ad ꝙ ordinantur gratiæ gratis datæ. Et sicut oportet ꝙ notitia q̃ quis diuinitus accipit, in notitiā aliorum deducatur, per donū linguarum & gratiā sermonis: ita necesse est, ꝙ sermo ꝓlatus confirmetur ad hoc, ꝙ credibilis fiat. Hoc aūt fit p operationem miraculorum secundùm Marc. vlt. *Sermonem confirmante sequentibus signis.* Et hoc rationabiliter. Naturale est. n. homini, vt veritatem intelligibilē p sensibiles effect⁹ deprehendant. Vnde sicut ductu naturalis rationis homo peruenire pōt in aliq̃ Dei cognitionē p effect⁹ naturales, ita

Spiritus S. docet bruta, per quæ ostensa sunt magna mysteria.

Spiritus S. docet Patriarchas.

Item Prophetas.

Spiritus S quomodo prophetas doceat.

Ieremias in ventre sanctificatus, & puer propheta.

Spiritus S docet Apostolos.

Spiritus S non tantum prophetico lumine mentem sed linguam etiam instruit.

Efficaciter loqui pertinet ad gratiā sermonum.

per

Spiritus S. docet electos & iustos.

Spiritus S. in electis operatur mirabilia.

per aliquos supernaturales effectus qui miracula dicũtur in aliq̃ supernaturalem cognitionem credẽdorum homo adducitur. IX. Vos electos & iustos, in quibus multa mirabilia facit. 1. charitatem seminat, nam ex hoc ꝙ diuinæ perfectioni vtcunq; assimilamur, huius perfectio nobis à Deo dari dicitur, sicut Sapientia nobis à Deo datur, secũdum ꝙ diuinæ Sapientiæ vtcunq; assimilamur; Cùm ergo Spiritus S. procedat per modum amoris, quo Deus seipsũ amat ex hoc ꝙ hoc amori assimilamur Deum amãtes Spiritus S. nobis à Deo donari dicitur. Ro. 5. *Charitas Dei diffusa.* 2. hominem inhabitat; Quia. n. affectus diuini non solũ diuina operatione esse incipiunt, sed et per eam tenentur in esse; Nihil aũt operari potest, vbi non est (Oportet. n. operans & operatum in actu esse simul, sicut mouẽs & motum) necesse est vbicunq; est aliquis effectus Dei, ibi sit & ipse effector Deus; vnde cùm charitas Dei, qua ipsum diligimus sit in nobis per Spiritum S. oportet, ꝙ ipse Spiritus S. et in nobis sit, quãdiu Charitas in nobis est, 1. Cor. 4. *Nescitis quoniã templum Dei estis, & Spiritus S. habitat in vobis.* Ioa. 14. *Ad eũ veniemus.* 3. Homo in Deo latitat. Deus. n. maximè amat illos, quos sui amatores per Spiritum S. constituit, quatenus donum non nisi amando confert. Prou. 8. *Ego me diligẽtes diligo.* Nõ quasi nos prius Deum dilexerimus, sed quoniam ipse prius nos dilexit, 1. Io. 4. Omne aũt amatum in amãte est, necesse est, ꝙ per Spiritum S. nõ solum Deus sit in nobis, sed et nos in Deo, 1. Io. 4. *Qui manet in charitate, in Deo manet. Et in hoc cognouimus, quia Deo manemus, & ipse in nobis quoniã de Spiritu suo dedit nobis.* Quartò, Secreta reuelat. Est. n. hoc amicitiæ proprium, ꝙ aliquis amico suo secreta reuelet. Nã cum amicitia coniungat affectus, & duorum faciat quasi cor vnum, non videtur extra cor suum aliquis illud protulisse, ꝙ amico reuelat; Vnde Dñs dicit discipulis Ioan. 15. *Iam non dicam vos ser. sed amicos meos, quia omnia quæ audiui à patre meo, nota feci vobis.* Quia igitur per Spiritum S. amici Dei efficimur, ideò conuenienter per Spiritum S. hominibus dicuntur reuelari diuina mysteria. Vnde 1. Cor. 2. scriptum est, *Quod oculus non vidit, nec auris audiuit, nobis aũt reuelauit per Spiritum S.* V. Omnia dona donat, proprium. n. amicitiæ est ꝙ ea q̃ habet, amico cõmunicet, quia cùm hõ habeat amicum vt seipsum, necesse est ꝙ ei subueniat sua cõmunicans ei. Vnde & proprium amicitiæ ponitur velle & facere bonum amico, secundũ illud 1. Io. 3. *Qui habuerit substantiam huius mundi, & viderit fratrem suum necess. habere, & clauserit viscera sua ab eo &c.* Hoc autem maximè in Deo habet locum, cuius velle est efficax ad effectum, & ideo conuenienter omnia dona Dei per Spiritum S. nobis donari dicuntur, 1. Cor. 12. *Per Spiritum datur sermo sapientiæ, &c.* Sextò hominẽ sibi cõfigurat. Sicut enim ad hoc quod corpus aliquod ad locum ignis perueniat, oportet quod igni assimiletur leuitatem acquirens, ex qua motu ignis proprio moueatur, ita ad hoc quod homo ad diuinæ fruitionis beatitudinẽ, quæ Deo ꝓpria est secundùm suam naturam perueniat, necesse est primo quidem ꝙ per spirituales perfectiones Deo assimiletur, deinde ꝙ secundùm eas operetur, & sic tandem beatitudinem consequatur. Dona aũt nobis spiritualia per Spiritum S. dantur, & ita per Spiritum S. Deo configuramur, & per ipsum ad benè operandum habiles reddimur, & per eundẽ ad beatitudinem nobis via paratur. Quæ tria Apostolus insinuauit 2. Cor. 1. d. *Vnxit nos Deus, & signauit nos, & dedit pignus Spiritus in cordibus nostris.* Eph. 1. *Signati estis Spiritu promissionis sancto, qui est pignus hæreditatis nostræ.* Signatio. n. ad similitudinẽ configurationis pertinere videtur, Vnctio aũt ad habilitatem hominis ad pfectas opationes, Pignus verò ad speciem qua ordinamur ad cœlestem hæreditatem q̃ est beatitudo perfecta. Septimò hominẽ sibi in filium adoptat. Nam ex beneuolentia q̃ quis habet erga aliquem, cõtingit, ꝙ eum sibi adoptat in filium, vt sic ad eũ hæreditas adoptantis pertineat. Conuenienter itaq; Spiritui S. adoptio filiorum Dei attribuitur, secundùm illud Ro. 8. *Accepistis Spiritũ adoptionis filiorũ, in quo clamamus, Abba Pater.* Octauò hominem à culpa liberat. Per hoc. n. aliquis amicus alterius cõstituitur omnis offensa remittitur, Vnde Prou. 10. *Vniuersa delicta operit charitas.* Cùm ergo per Spiritum S. Dei amici constituimur, consequens est, ꝙ per ipsum nobis à Deo remittantur peccata. Io. 20. *Accipite Spiritũ S. quorum remis. pec.* Nonò hominẽ renouat. Cùm. n. vetustas peccati aufertur, sic anima lauatur & purgatur, & sic renouatur, hoc aũt fit per Spiritum S. Ephes. 4. *Renouamini Spiritu mentis vestræ.* X. linguã hominis format. Ex his. n. q̃ homo nouit formatur eius loquela, ideo cõuenienter per Spiritũ S. homo loquitur diuina mysteria secundùm illud 1. Cor. 14. *Spiritus loquitur mysteria.* & Mat. 10. *Nõ. n. vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri.* X. Vos beatos cõprehẽsores, docebit quatuor q̃ habentur in vita beata. 1. trãsformationem. Hoc. n. videtur esse amicitiæ maximæ ꝓprium, simul conuersari cum amico, conuersatio aũt hominis ad Deum est per cõtemplationẽ ipsius. Phil. 3. *Nostra cõuersatio in cœlis est.* Quià ergo Spiritus S. nos amatores Dei facit, cõsequẽs est, ꝙ per ipsum Dei contemplatores constituamur. Vñ Apost. 2. Cor. 3. d. *Nos oẽs reuelata facie glor. Domini speculantes in eãdẽ imaginẽ trãsformamur, à claritate in claritatẽ tanquã à Domini Spiritu.* Hæc aũt transformatio fit per claram & beatificam visionem diuinitatis. Secundò, Delectationem. Est. n. hoc amicitiæ proprium, ꝙ aliquis in præsentia amici delectetur & in eius verbis & factis gaudeat, & in eo consolationem contra oẽs anxietates inueniat. Vnde in tristitijs maximè ad amicos consolationis causa cõfugimus. Quia ergo Spiritus S. Dei amicos nos constituit & Deum in nobis habitare facit, & nos ipso; ꝓpterea in statu gloriæ, cõsequẽs est, vt per Spiritũ S. gaudium de Deo & cõsolationẽ habeamus contra oẽs mundi aduersitates & impugnationes. Vnde in Ps. d. *Redde mihi lætitiã salutaris tui, & spiritu principali cõfirma me.* Ro. 14. *Regnũ Dei est iustitia, & pax, & gaudium in Spiritu S.* Tertiò, Permansionem. Cùm. n. beatitudo sit perfectum bonum & sufficiens, oportet, ꝙ desiderium hominis quietet, & omne malum excludat. Naturaliter autem desiderat homo retinere bonum ꝙ habet, & ꝙ eius retinendi securitate obtineat, alioquin necesse est, ꝙ timore amittendi vel dolore de certitudine amissionis affligatur. Vnde requiritur ad verã beatitudinem, ꝙ homo certam habeat opinionem seruandi bonum quod habet, & nunq̃ se amissurum. Hoc aũt facit Spiritus S. secundum Ps. *Qui replet in bonis desideriũ suũ.* IV. Retributionẽ. Nulli. n. beato deest aliquod bonum desiderandum, cùm habeat bonum infinitum, ꝙ est Deus, bonum omnis boni vt d. Aug. Sed dicitur aliquis alio beatior ex diuersa eiusdẽ boni participatione, secũdũ ꝙ d. Christus Io. 14. *In domo Patris mei mãsiones multæ sunt.* per quas vt d. Aug. diuersæ meritorum dignitates intelliguntur in vita beata, q̃ sunt retributiones ex bonis operibus, quæ omnia fiunt per Spiritum S. & per gratiam nobis collatam. XI. Vos contemplatiuos adinuentores scientiarum, licet cultores dæmonum fueritis. Nam vt d. S. Tho. 2. 2. q. 172. ar. 6. prophetiæ dæmonum non semper loquuntur ex reuelatione dæmonum, sed interdum ex inspiratione diuina. Sic enim manifestè legitur de Balaam, cui Dñs dic. locutus esse, Nu. 2. licet esset propheta dæmonum. Quia Deus vtitur et malis ad vtilitatem bonorum. Vnde et per prophetas dæmonum aliqua vera pronuntiat. Tum quia credibilior fit veritas, q̃ et ex aduersarijs testimonium habet, tũ et quia dum homines talibus credũt per eorum dicta magis ad veritatem inducuntur. Vnde et Sybillæ multa vera ꝓ tulerunt de Christo, sed qñ prophetæ dæmonũ à dæmonibus destituuntur, aliqua prædicunt qñq; propria virtute naturæ, cuius est autho: Spiritus S. qñq. etiam reuelatione bonorum spirituum, secundum Aug. lib. 2. super Genes. Et sic et illud verum ꝙ dæmones enunciant à Spiritu S. Dicit. n. Ambr. Quod omne verum à quocunq; dicatur, à Spiritu S. est. Vnde propheta falsitatis non semper instruitur à spiritu falsitatis, ideo qñq; annuntiat vera, qñq, falsa. Per virtutem et propriæ naturæ qñq; vera prænuntiat. Vtitur etiam eis Deus ad veritatis manifestationem per ipsos futuram dum diuina mysteria eis per angelos reuelantur, hæc Thom. Eodem modo inuentores scientiarum multa vera in scientijs prænuntiauerunt, non nisi docti à Spiritu S. qui est spiritus omnis veritatis. Hic est ille Spiritus, qui primò docuit Moysen adinuentionem literarum apud Hebræos, & sic omnes & singulas scientias. XII. Vos actiuos qualiter vos debeatis disponere ad recipiendum eum, quod fit septem modis. Primò deberis esse animo quieti, ꝙ notatur cùm dic. *Dum complerentur dies Pentecostes,* 1. quietis.

Quod quis amico suo reuelat, nõ videtur illud extra cor suũ protulisse.

Adoptio filiorum Dei attribuitur Spiritui S.

Spiritus S. docet comprehensores.

Transformatio per claram diuinitatis visionem facta, quæ.

Spiritus S. docet contemplatiuos. Item infideles. Prophetiæ dæmonum interdum quæ ex inspiratione diuina procedunt.

Spiritus S. docet actiuos. Hominis actiui quibus modis ad recipiendum Spiritum S. disponatur.

illud

illud .n. festum deputatum erat ad quietem. Is. 66. *Super quē requiescet Spiritus meus nisi super humilem & quietum?* Secundò debetis esse dilectione uniti, cùm d. *Erāt oēs pariter.* Erat .n. Apostolis, qñ receperunt Spiritum S. cor vnum & anima vna. Sicut .n. spiritus hominis non viuificat membra corporis, nisi vnita, sic nec Spiritus S. membra spiritualia. Et sicut ignis lignorum diuisione extinguit, sic Spiritus per diuisionem in hominibus. Ideo cantatur de Apostolis *Inuenit eos concordes charitate, & illustrauit eos mundans diuinitas Deitatis.* Tertiò debetis esse loci secreti, cùm d. In eodē loco sc. cænaculo. Ose. 2. *Ducā eā in solitudinē, & loquar ad cor eius.* Quartò oratione assidui, cùm d. Erant perseuerantes in oratione. Sap. 8. *Inuocaui, sc. p oratione, & venit in me spiritus sapientiæ.* Io. 14. *Rogabo Patrē & alium paracletum dabit vobis* Et de Apostolis d. *Orantibus Apostolis Deum venisse nuntiat*, Quintò, Humilitate pditi, cùm d. *sedentes.* Ps. *Qui emittis fontes in cōuallib.* i. gratiam Spiritus S. donas humilibus. Sextò, Pace coniuncti, cùm d. *In Ierusalem*, quæ est visio pacis. Vnde Christus discipulis suis primò obtulit pacem d. *Pax vobis, deinde insufflauit & dixit: Accipite Spiritum S.* Septimò, Contemplatione erecti. cùm d. *Receperant Spiritum S. in superiori cænaculo*, Vbi dic. glos. *Qui Spiritum S. desiderat, carnis domiciliū mente contemplationes transcendat.* XIII. Vos mechanicos, artes vestras in subsidium vitæ vestræ, qualescunq; ab vrbe, & vsq; nunc sunt, & erunt. XIV. Vos pœnitentes, sex vobis necessaria ad iustificationem. I. Consolationem, ideò dicitur Ioan. 14. *Paracletus*, quod est Consolator. Isa. 61. *Spiritus Domini super me.* II. Viuificationem, ideo dicitur, *Spiritus.* Quia *Spiritus est qui viuificat*, scil. peccatores pœnitentes. III. Sanctificationem, ideo dicitur *Sanctus*, quia sanctificat & mundat. Vnde Sanctus, id est, mundus. Psal. *Fluminis impetus*, id est, abundans gratia Spiritus sancti, *Lætificat cor Dei*, id est Ecclesiam Dei. IV. Dilectionem, Ideo dicitur, *Quem mittet Pater.* Dicitur enim *Pater*, quia naturaliter nos diligit, Ioan. 13. *Ipse enim Pater amat vos.* Si ipse est Pater, & nos filij. Sed inter filios eius & eius patris debet esse naturalis dilectio. V. Saluationem. Ideo dicitur, *In nomine meo*, q est Iesus, id est, Saluator, Quia in nomine salutis, Pater misit Spiritum S. ad saluandas gentes. Matth. 1. *Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum.* Sextò, Instructionem, ideo dicitur, *Ille vos docebit omnia*, quia eramus ignari eius per quod poteramus saluari.

Spiritus S. docet mechanicos.
Item pœnitentes quæ ad iustificationem necessaria sex.
Psalm. 90.

Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis.] Pax hæc est de qua Paulus Phil. 4. *Pax Dei quæ exuperat omnem sensum, custodiat corda vestra, & intelligentias vestras in Christo Iesu.* Cōtinet autem pax hæc, Primò amicitiam cum Deo. Secundò trāquillitatem animi, & serenitatem in tentationibus, & persecutionibus. Tertiò, mutuam inter ipsos concordiā. Hæc homines facit fortes in omni periculo, & in omni molestia adhibet cōsolationem. Hanc Dñs relinquit suis, non diuitias aut temporales possessiones, Super omnes .n. diuitias huius sæculi, pax eminet. Magnum igitur & singulare suis relinquit Dñs solatium, & quo maximè indigebant in hoc sæculo, victuri. Verbum *Relinquo*, hæreditatem indicat, vt Cypr. l. de vnitate Ecclesiæ exponit, vbi legit, *Pacem dimitto.* In libro autem 3. ad Quirinum c. 3. legit *Remitto.* Ne aūt pacem relinquere eam, quam solent homines dare, temporalem, & mundanam censeretur, addit *Pacem meam*, scil. quam ego veni in mundum stabilire, eam do vobis Ne aūt eam precari tantum, aut iniungere videretur, sicut nos facimus, dixit. *Do*, sc. ea authoritate & potestate, qua author sum pacis huius. Propterea etiam subiunxit. *Non quomodo mundus dat.* Mundus enim nudis & aliquando fictis verbis dat, & quam ipse non habet, nec quę vera est, dat. At ego nō sic, sed cœlestem & meam, & ex corde, & ipso effectu & propria authoritate vobis do. Est etiam pax, quam Christ⁹ inter patrem & nos sua passione sanxit. Col. 1. Est pax conscientiæ, quando homo per pœnitentiam, fidem & Baptismum se facit participem reconciliationis per Christum in cruce factæ. Est pax cum proximo Est pax in religionis articulis. Est pax cum manifestissimis inimicis. Mundus autem dat pacem quam ineunt Pilatus & Herodes, quam ineunt adhuc mali Abbates & Prælati, qui vt familiaritatem conseruent cum hæreticis, relinquunt monasteria diripi, Religionem destrui, omnia mala fieri.

Pax Christi qua cōtineat.
Omnibus mundi opibus eminentior pax.

Non turbetur cor vestrum neq; formidet. Audistis: quia ego dixi vobis Vado & venio ad vos.] Non turbetur tristitia cor vestrū, nec timore corripiatur, salutationem mei animam recedentes audientes. Recordamini enim quæ paulò ante de meo recessu dixerim, & de meo celerrimo reditu ad vos post meam resurrectionem. De his alias dixi.

Si diligeretis me gauderetis vtiq; quia vado ad Patrem, quia pater maior me est.] Vado exaltandus & glorificandus depositam exinanitione, humilitate, & paupertate mea, completa dispensatione quam suscepi. Patrem maiorem appellat ratione gloriæ & maiestatis in qua semper erat. Non enim se exinaniuerat Pater forma serui sumpta in similitudinem hominum peccatorum factus: Christus autem Dei filius ratione humanæ naturæ, *inglorius & egenus factus est quasi leprosus, & percussus à Deo, & nouissimus virorum.* Isa. 53. Ire igitur ad Patrem, qui maior me est, significat gloriam & maiestatem dignam filio Dei accipere in ea natura, in qua se depresserat, vt impleatur illud Phil. 2. *Propter quod & Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen.*

Qua ratione pater dictus maior filio.

Et nunc dixi vobis, priusquam fiat vt cùm factū fuerit, credatis.] Est etiam argumentum consolationis. q. d. Non vos de recessu meo certiores facio, antequam fiat, vt tristitia aliqua aut timore vos afficiam, vel vt mihi condoleatis, vel vt vobis consulatis, vt solent hi facere qui timent, sed propter fidem vestram, vt cū facta fuerint, quæ ante à me prædicta sunt, credatis, & fidem diuinitatis meæ firmiùs concipiatis, cognoscentes voluntatiè à me omnia facta esse & ex diuino consilio, non casu, non necessitate. Gaudium ergo est vobis in meis verbis, quæ propter vestram in me fidem prænuntiata sunt. Perpende causam, cur à Domino futura prædicebantur, quam etiam reperies & conforme illud est Io. 2. *Recordati sunt discipuli quia hæc dicebat, & crediderunt.*

Cur à Domino futura prædicentur.

Iam non multa loquar vobiscū: Venit .n. princeps huius mundi et in me non habet quicquā.] Prædicit aduentū satellitum & Iudæorum, vt minus turbentur, & in fide sint stabiles *Præuisa .n. iacula minus feriunt.* Itaq; iam non superest tempus plura vobis dicendi. Iam .n. diabolus Iudæos incitans, vt me cōprehendant & occidant, venit, hoc dicit propter cohortē, quæ vt ipsum comprehenderet, iam appropinquabat. Ministri .n. erant dæmonis, ideircò ipse venire dicitur Luc. 22. *Hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum.* At nihil habet suum in me, princeps mundi, nulla mei culpa patiar, nihil in me mali est, propter quod me iure comprehendant, quia innocens sum & morti non sum obnoxius propter aliquod meum peccatum. Non habere diabolum, & ministros eius quicquam in Christo, est in eo nullam esse culpā aut fuisse, nec causam, cum iure ipsi mala infligerent, quæ tamen illi intulerunt comprehendentes, malè tractantes, & occidētes. Obserua quod diabolus maximè hominem infestet, occupet & solicitet circa finem vitæ aut circa vltimam horam. Vtinam diabolus tum nihil in nos haberet mali.

Sed vt cognoscat mundus: quia diligo Patrē, & sicut mandatum dedit mihi Pater, sic facio.] Causam mortis nunc exponit. Vt mundus cognoscat me diligere Patrem, & quæ mandauit, promptè me exequi, obedientia ergo sola & dilectio propter quam fit obedientia causa mortis est Christi.

Sic facite Auditores mei, cognoscat mundus, vos mundum non diligere, neq; ad eius pompas & vanitates vos esse tam prōptos, imò state pro Deo cū Deo, & pro illo mori, qęqđ mundus cāriller, minetur, promittat Ecce in hunc finem, quia Deum diligere debemus, sicut Christus Patrem. Hodiè Euangelium hoc legitur, quo Spiritus S. qui charitas est, solenniter colitur & adoratur, vt omnes viæ, cogitationes, verba & opera, & omnia soli Deo deseruiant, & obsequantur, quicquid tandem caro, mundus aut diabolus contra nos meditetur & machinetur. O vtinam diuina gratia nos tandem aliquando ad ista omnia rectè. promptè, sanctè & cum salute nostra exequenda dirigat & adiuuet, vtq; hanc gratiam possimus impetrare cum S. Ecclesia oremus: *Veni S. Spiritus reple tuorum corda fidelium, & tui amoris in eis ignem accende, qui per diuersitatem linguarum cunctarum gentes in vnitate fidei congregasti Halelu-iah Halelu-iah.*

Pompa & vanitates mundi abiicienda.

Laus DEO, *& Beatissimæ* MARIÆ *Virgini, & omnibus Sanctis.*

FERIA

FERIA SECVNDA PENTECOSTES.

Sic Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret, Ioan. 3.

HOc est tempus gratiæ, Auditores, tempus dilectionis & misericordiæ, quo completa sunt omnia quæ per Prophetas primò, vltimò autem per Christum sunt prænunciata, ad quod Apostoli semper tremuli, quo etiã illi dicere possint, *In hoc cognouimus charitatem Dei in nobis, quoniam de Spiritu sancto suo dedit nobis.* De hoc S. Chry. ser. 26. *Hodie nobis terra facta est cælum, non stellis in terram descendentibus, sed Apostolis ad cælos ascendentibus, quia effusa est copiosa gratia Spiritus Sancti & vniuersum orbem operata est, & cælum, non commutãs naturam sed voluntatem emendans: Inuenit namq; publicanum & Euangelistam effecit.* Et D. Amb. ser. 61. *Pulcherrimus ille flos Iesus pullulauit in horto, prodiens ex tumulo in die resurrectionis.* hodierna autem die mirabilis flos ille profert suũ florem, nimirum dona Spiritus Sanct. Idem festum agimus quod heri, & quia Spiritus Sanctus est amor Patris & Filij, ideo hoc festum plenum est suauitate amoris. Ideò heri lectum est Euangelium de charitate adoptionis, qua Deus Pater dando Spiritum Sanctum adoptauit seruos in filios, in hodierno verò Euangelio agitur de charitate redemptionis, qua per filium suũ de manu hostis redemit seruos. *Sic enim Deus dilexit mundum*, &c. Præterea omnes qui fuerunt, qui sunt & qui futuri sunt coniuncti in Spiritu Sancto, illi habent hodie festum & memoriam, atque vtinam ex toto corde & anima. Nam rationes ad id dabit nobis

Festi Pentecostes cõmendatio.

EVANGELIVM.

SIc Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret, vt omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat vitam æternam.] Cùm filium hominis, vt serpentem, in ligno exaltandum dixisset, causam huius exaltationis exponit, tacitè falsas aliquas opiniones, quæ ex verbis præcedentibus cõcipi poterant, remouens. Cum enim dictum sit *Oportet*, ne quis aut necessitati fati id ascriberet, quasi vitari non posset, aut diuinæ impotentiæ, quasi aliter Deus hominem saluare non posset, aut infirmitati Christi, qui se ab aduersarijs defendere nequiret, aut culpæ ipsius, quia pro proprijs culpis pateretur, maximè quia crucis pœna sceleratis infligi solita erat, & se vt filium hominis exaltandum dixisset, hæc omnia tollens, & præterea veram causam efficientem ac primam aperiẽs addit: *Sic enim Deus dilexit mundum.* id est, exaltandus est filius hominis, quia tantus est Dei erga homines amor, vt dederit filium suum exaltandum, pro ipsorum salute. Ac si clarius dicat, ô Nicodeme. Dixi filium hominis exaltari debere: Ne arbitreris hanc exaltationem culpæ meæ & peccati futuram, quia exaltandum dixi, vt serpentem in ligno, nec tribuas necessitati fati alicuius, quasi id vitari non possit, quia dixi, *Oportet*, nec impotentiæ diuinæ ascribas, quasi Deus non posset aliter hominum saluti consulere, nec infirmitati, quasi me defendere non valeam, quia dixi me filium hominis esse; sed causam disce, q. a *Sic Deus dilexit mũdũ*, vt me vnigenitum filium, factum filium hominis dederit exaltandum pro mundi salute. Immensus Dei amor, causa est huius tanti mysterij, & hic expressè mysterium Trinitatis aperit, reuelatã Patris & Filij personã, similiter & incarnationis, dum se, quem filium hominis dicebat, filium vnigenitum esse ostendit. Causam etiam incarnationis & mortis docet, immensum Patris amorem erga mundum. Finem seu fructum, qui duplex est, homo ne pereat, id est, vt à peccato & æterna morte eripiatur: Neque hoc tantum, sed vt simul à peccato & æterna morte liber, æternam vitam adipiscatur.

Filius hõis cur fuerit exaltãdus

Filij hõis exaltatio soli attribuitur d. le ctioni.

Particula *Vt*, secundo loco posita, limitat pcedens verbum in hunc sensum. *Sic Deus dilexit mundũ, vt filiũ suum daret* ad hoc, *vt omnis q. credit in eum nõ pereat*. Potuisset quidem Deus dare filium suum, vt mundum iudicaret & damnaret: non autem vt qui credit in eum nõ periret; Et tunc non ex dilectione, sed ex iustitia dedisse diceretur: At dare filium suum ad hoc, *vt qui credit in eum, nõ pereat, sed habeat vitã æternam*, ex nimia dilectione erga mundum factum est. Duo sunt hic omni admiratione digna. Et Deum mundum dilexisse, & sic dilexisse. Per mundum hoc loco homo significatur, & per dilectionem, non ea, qua cuncta quæ fecit Deus diligit, sed ea qua hõies singulari modo quodam eos ad bonum supernaturale ordinans & extollens, & ad se ptrahens, prosecutus est. Non ergo hoc miramur, q. Deus amet & quod se amet, tanquã bonum infinitum; sed quod homines & quidem tali amore amet. Causa prima admirationis est. Si, quis Deus sit cõsideremus, quod Exo. 33. aliquo modo exponitur. *Ostẽdã tibi, inquit, omne bonum.* Quod Aug. li. 8. Trinit. ca 3. explicans dic. *Tolle hoc, tolle illud, respice bonum ipsum si potes, hoc est Deus.* Significat per hoc oẽm rationem bonitatis in Deo esse, imo ipsum bonum esse Deũ, hoc igitur est mirabile. Deum q. in se habet oẽm bonitatem, omnẽ perfectionem, omnem rationem amabilitatis, estq; in se bonum & amabile infinitum, extendere amorem extra se ad homines, quasi non haberet in se obiectum quod totum suum infinitum amorẽ adæquaret. Fuit aũt hic amor antiquus. Amauit.n. nos ab æterno. Tam vetus est amor erga homines, quam pprius amor erga se. Eph. 1. *Elegit nos in ipso ante mundi constitutionẽ.* Effectus quidem amoris huius in tẽpore fuit, tamen amor erga nos sine tẽpore. Quod Aug. li. 12. de C. D. ca. 17. pulchrè docet cõsilium sc. Dei æternum fuisse de his quæ futura erant, opus tamẽ nouum. Secunda causa maioris est admirationis, si cõsideremus Deum sine necessitate vlla mundũ dilexisse: Si.n. aliter facere non posset, non ita miraremur, ad necessitatem quadam & naturã referentes; Tamen amauit mundũ liberè & sponte, cum posset non amare, neq; hæc est impotẽtia, sicut nec impotentia est, non posse mori. Sed magna potentia, & ex hoc amore necessario Spiritus S. æqualis Patri & Filio procedit: At mundi amor necessarius illi non fuit. Poterat non amare, poterat mundum non facere & hominem factum potuit supernaturali bono non diligere. Tertia adhuc maior est, Si consideremus absq; vtilitate sua illum dilexisse Si .n. ea mundi aut hominum dilectione vel exiguam reportaret vtilitatem, etiamsi necessarius amor non esset, non ita mirabilis foret: Quia cogitare possemus, eum propter propriam vtilitatem dilexisse, vt faciunt homines. Deus autem nulla re extra se indiget, omnem intra se sufficientiam & pfectionem habens, & creata omnia perfectiù. sunt in Deo, quam in seipsis secundum Dion. c. 5. di D. u. nom. *Sicut argentum perfectum est in auro, quàm in seipso, & minimum inferior in superiori.* Iren. li. 4. c. 28. Deum dicit fecisse Abraham sibi amicum, non ob propriam, sed propter ipsius Abrahæ vtilitatem. *Nihil ei attulimus* dic Cyril. *à nihilo ad esse producti, & si ad nihil redigeremur, nihil ei detraheremus.* Superfluus ergo Deo est productio creaturarum, quantum ad Dei perfectionem attinet: hoc enim erat Deus, antequam nos creati essemus, q. nunc est. Attende hæc tria prædicta, quod Deus extra se ab æterno amauerit, quod sponte & quod sine vtilitate, cõmunia esse amori, quo Deus cuncta diligit, sed amorem erga homines hunc, de quo agimus, mirabiliorem hæc eadem faciunt: Non enim satis fuit Deo amore naturali, sed etiam tanto, quantus est supernaturalis, homines diligere, cum is amor neque necessarius, neq; vtilis ei esset. Quarta auget admirationem. Dilexit enim hominem nulla præcedente in homine ratione aut merito, propter q. amaretur. Aduerte inter diuinum & nostrum amorem esse differẽtiam. Nostrum præcedit ratio in eo qui amatur, propter q̃ diligitur, Amor enim noster inuenit, quod amet, non autem facit: At diuinus non sic, Non enim inuenit in amato rationem amandi, sed ipse amabilem fecit hominem & amat. Vt etiam in naturali amore, quo cuncta amauit vt ell. nt. nullum naturale bonum in creatura præcessit quod amaret, sed Deus amando fecit. Quinta, adhuc magis auget. Non enim solũ non inuenit Deus in homine, quod amaret bonum aut me-

Admirabile, O. ã dilexisse mũdũ, & sic dilexisse.

Deus vltro ac sine necessitate mundum dilexit.

Aliter Deus, aliter nos amamus.

titum ꝑpter quod diligeret, sed inuenit malum & demeritum ꝑpter quod odio & pœna ꝓsequeretur. Quam rationem Paulus annotat. Ro. 5. dic. *Cõmendat Deus charitatem suam in nobis, quoniã cum inimici essemus, Christus pro nobis mortuus est*, quasi dicat. Mira est in hoc Dei charitas erga homines, q̃ cum odio & pœna digni essent, eos dilexerit. Sexta, maior est. Si.n. odio tantũ digni essent hões, tamen dilecti à Deo grati futuri essent, aliqua ex parte admirationis causa cessaret: At non sic est, sed cum ꝓcognouisset plurimos ingratos futuros tanto amori, imo maiorem eorũ partem ingratã, etiam postq̃ amoris sui effectum experti essent, peccatum peccato accumulantes, adhuc tamẽ dilexit mundũ & filium ꝓ ipsismet futuris ingratis dedit. Quod Chrysost. ho. 26. annotans dic. *Cõmendat Deus charitatem suã q̃ pro ingratis filiũ dederit*. Septima, adhuc maior. Si cõsideremus Dei amorẽ cum summa sapientia & æquitate esse coniunctum. Si.n. in Deo appetitus, passiones inordinatæ, aut aliqua esset ignorantia, dici posset amasse ex ignorantia: q̃a hõinum imperfectioné non nouit, aut ex passione, quæ q̃ amabile non est, sæpe amore dignum facit apparere, & hac ratione nõ esset, cur vehementer admiraremur: At non sic euenit; Sũma sapientia & scientia sine vlla ignorãtia, sũma æquitas sine deordinatione passionũ est. Cũ tanta ergo sapiẽtia & æquitate mundũ dilexisse, ꝓ lictis omnibus ex affectibus, mirabilem supra oẽm modum facit amorem. Obijciet aliquis: Talis amor videtur temerarius, Incõsideratũ.n. est amare, q̃ amandum nulla ꝑsuadet ratio. Respondetur non ita esse; Quauis.n. in ijs, quæ amantur nulla causa inueniatur, tamen in ipso amante summa est diligendi ratio. Vt.n. Chrys. hom. 7. in epist. ad Tim. aduertit. *Infinita Dei bonitas radix est, & ratio amandi homines etiã dilectione indignos*. Est .n. tanta diuina bonitas, vt ipsa sola sufficiat ad rationem & causam amãdi, non expectata, nec requisita causa ex parte eorũ qui amantur. Solent inter homines inueniri, qui etiã ignotis & indignis benefaciunt, de quibus affirmamus eos esse tã bonos ac clementes, vt etiam ignotis & indignis benefaciãt, ipsa bonitate inducti: multo hoc verius de nostro Deo ꝑdicamus, qui tam bonus est, vt inutilibus, indignis, immeritis benefaciat eosq̃, diligat. Non hoc igitur à ratione alienum aut stultum, sed sapientissimũ potius ac rationi congruentissimum iudicandum est. Vnde rectè Paulus Tit. 3. hanc Dei dilectionem vocauit, benignitatem dic. *Apparuit benignitas & humanitas Saluatoris*.

Deus cum summa sapientia & æquitate mundum dilexit.

Alterum q̃ mirabile diximus est, Deum sic dilexisse, id est, tanta amoris vehementia & conatu mundum dilexisse. Ista.n. particula *sic* vehementiam & magnitudinem diuini amoris exprimit, quam magnitudinem ipsemet verbis sequentibus declarat, quorum singula sunt ꝑpendenda. Primo, Filium dedit non alium hominem, non angelum, non mundum alterum, sed quod maius his omnib. est, Filium: Quod verbum annotarunt Cyril. li. 2. ca. 51. & Chrys. hom 26. Ex quo dono infert Paulus Rom. 8. *Qui proprio filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Quomodo ille non omnia nobis donauit?* Magnitudo amoris ex re data cognoscitur. Secundo, Suum, non alienum. Nos nihil damus omni ex parte nostrum, quia quæ habemus omnia ab illo accepimus, nempe à Deo & adhuc ipsius sunt. Matth. 7. *Si vos cũ sitis mali, nostis bona data dare filijs vestris*. Nota, *bona data*. Præterea filij hominum plus sui q̃ patrum sunt, nam substantia filiorum, alia est substantia parentũ; Quamuis ergo homo filium suum det, non solum ꝑfectè dat: At Pater æternus filium suum dedit, suum verè, quia eiusdẽ est substantiæ cũ ipso, ex se habet eum, non ab alio accepit. Et hunc dedit ex amore. Tertio, Vnigenitũ. Si plures haberet & vnũ daret, non tã magnum esset, vt fuit, vnicũ filium, quem habet & hunc non adoptionis, sed naturalem dare. Quarto, Dedit non vendidit, pretioá mundo accepto, non mutauit, nec cõmutauit sed donauit. Quinto, Cui dedit seu pro quo, intellig. hõiem. Inauditum hoc est, vt filius pro seruo, innocens ꝓ iniquo, iudex pro reo, creator pro creatura detur. Sexto, Si suppleas ad quid dedit, intellige exaltandũ, Quis .n. vnquam tale quid vidit aut audiuit, aut imaginari potuit? si dedisset, vt nobis imperaret, vt à nobis coleretur, magna esset gratia tantũ nobis filium in Regẽ dare: at exaltandum in cruce tanquam sceleratum, dare, oẽs profecto limites amoris transcendit. Septimo, *Vt omnis qui credit in eum*. Nouum id est, Cur non saltẽ par ratio fuit, vt omnis qui credit, etiam exaltetur pro eo? Quis hoc si factũ esset, admiratos non commendaret Dei amorem, q̃ exaltationem á seruo posceret pro Filij exaltatione? Et tamen non hoc fecit, sed Filium exaltari voluit in cruce: à nobis autẽ rem facillimam petijt; vt omnis qui credit in illum: Ipse quidẽ moritur in cruce, nos cõmorimur in Baptismo, ipse pendet, nos fide viua in eum respicimus. Octauo, *Non pereat*. Quis non ex tantis ꝑmissis verbis magnum aliquẽ finctum Christo prouenturum expectasset? Non sic se res habet, sed tota vtilitas nostra est, ne nos pereamus, sed erepti à ꝑditione, vitam æternã cõsequamur. Nono, Hic de quo dicitur, *Ne pereat*, homo est, nõ angelus, qui priùs creat⁹ est quam homo, ꝑfectior in natura quam homo reparabilis vt homo. Si.n. Deus etiam eum voluisset eripere potuisset vtique, Noluit tamen Deus. Nusquam enim angelos apprehendit, sed relicta maiori & perfectiori creatura ad minorem se conuertit, & ne hæc pereat, tantas fecit expensas. Decimo, Quia potuit Deus facere, ne homo periret, sed vitam æternam haberet, sine tot expensis & absque eo, quod filium suum exaltandum in cruce mitteret. Non potuit Euangelista tantum amorem exprimere, itaq; omnia vno verbo conclusit. *Sic Deus dilexit mundum, &c.* Sic Deus dilexit mundum, vt cum non esses, crearet te, peccati seruũ & diaboli te feceras & redemit te, in mũdi periculo ambulabas, Angelũ dedit tibi custodem, per se venit ad te, mortem sustinuit turpissimam pro te, vt viuificaret te. *Sic ergò Deus dilexit mundum, vt filium daret*, & mundus illum crucifixit, & maiorib⁹ si potuisset, affecisset supplicijs, & quomodo ille relationem bonam apud Patrẽ de mundo & nobis omnibus debuisset facere, tamen & huius obliuisci voluit filius & pater, & pater ad filij instantiam adhuc misit Spiritum sanctum, & insuper omnia adhuc à Deo petere possumus, non obstante priori mundi malitia. Insuper dicit Gregor. *Ille verè credit qui exercet operando quod credit*. Iacob. 2. *Fides sine operibus mortua est*. Iterum, *In Christum credit, qui charitatem habet*. In Christum credere est amando in ipsum tendere. *Hæc enim est fides*, vt definit Apostolus, *quæ per dilectionem operatur*.

Filiũ crucifigendũ prabere pro mũdo excedit omnẽ dilectionis modum.

Christus ita mundũ dilexit, & tamen eũ crucifixit mundus.

Circa illud, Sic dilexisse, ꝑpendũtur, quæ.

Non enim misit Deus filium suum in mundum, vt iudicet mundum, sed vt saluetur mundus per ipsum. Causam adfert, cur nõ periret mundus, quia *non misit Deus filium suum*. ad ferendũ sententiã contra mundum, sed ad saluãdum eum. Insinuat Euangelista mundũ iustè damnari, iusteq; in eum sententiam ferri potuisse: q̃ si Deus ad iudicandum mundũ misisset filium, iam non ex dilectione erga mundum, sed ex iustitia dedisse, dictum fuisset: q̃ contra eum exercere iustè decreuisset, sicq; mundus perijsset ꝑpter peccata sua, sine quibus nemo tunc inueniebatur. Verum non sic factum est, non.n. misit filium ad ferendum damnationis sententiam, nec ad dãnandum, sed ad saluandum. Propterea ex dilectione datus dicitur, ne hõo pereat, sed vt habeat vitã æternã. Venit ergo filius Dei in mundũ, non vt iudex, sed vt Saluator; non ad iustitiã contra mundum exequẽdam, sed ad misericordiam effundendã: Ideo mundus nõ perit, sed habet vitam æternam. Ideo etiam ex dilectione Patris erga mundum, non ex iustitiá contra eum missus est.

Nota. Si prius non venisset ad redimendũ, neminem inuenisset quẽ saluasset; Oẽs.n. erant in peccato & digni dãnatione: Pri⁹ ergo liberat ex misericordia, & dat vt possint recta facere, postea ex iustitia iudicaturus est. Vnde rectè Gre. ho. 30. in Euan. *Quis enim, inquit, iustitiam ferret, si prius, quam nos per mansuetudinem colligeret, culpas nostras per zelum rectitudinis examinare voluisset?* Augustinus etiam in Psa. 17. in illud, *Iudica me Domine, Da mihi, inquit, per misericordiam, bonam voluntatem, & hanc postea per iustitiam iudica*.

Nisi prius misset Christus ad redimendũ, nullũ inuenisset saluandũ.

Aduertendũ rursus. Quãdo Christ⁹ venit, aliquos hões esse iustos inuẽtos. Simeõ iustus erat, Zacharias iust⁹ erat, alij etiã multi. Omnis tñ eorũ iustitia data erat virtute aduẽtus ipsius ad saluandũ. Si.n. venturus esset ad iudicandũ, & non ad redimendũ, nemo hominum ab Adam vsque ad vltimũ hominem liber esset à peccato, nec iustus inuentus esset in terra. Aduentus ergo eius ex misericordia ad saluãdum causa est & fuit, vt iusti inuenirẽtur in terra. Aduertẽ-

dum

dum insuper illud, *Vt saluetur per ipsum mūdus*, comprehendere illa duo, *Non pereat, sed habeat vitam æternam.* Saluat.n. mundum, eum non solum facit, ne pereat homo, sed etiā vt habeat vitam æternam. Postremo Cyri. li.2.ca.51.totam hanc sententiam dicit habere quandam contrapositionē, cum illa superiori, *Sicut Moyses exaltauit.* Moyses.n. fuit merus iudex, non Saluator, leges imposuit, non tamē vires ad seruandum dedit, nec peccata in quibus homines inuenit, deleuit. Vt ergo Christ⁹, se non, vt Moysen, venisse demōstret, ne forsan Nicodem⁹ ex illis verbis colligeret, venisse ad simplicem aliquā legem dandam, aut ad iudicandum: quia sæpè in scriptura Deus ad iudicandum venturus legebatur, addit, *Non misit.* Missionis nomine aduentum eius per carnem significans. Basil. hom. in Psalm. 7. explicans illud, *Dominus iudicat populos*, annotat tribus modis verbum hoc *Iudicare*, in scriptura vsurpari. Primo quidem modo, pro actu iustitiæ secundum quam iudex iudicat vel probando, vel reprobando, vt iudicare sit ferre sententiā tam approbationis quā reprobationis. Sic accipitur in illo loco Psal. 7. *Dominus iudicat populos.* Isa.11. *Non secundum visionē oculorum iudicabit.* Sic Christ⁹ dicitur venturus iudicare viuos & mortuos. Secundum hanc significationem vox communis est. Nam non solū iudicatur innocens, quādo eius innocentia declaratur, & liberatur ab iniusta oppressione, & quod suū est recuperat, sed iudicatur nocens, cū damnatur. Iudicati.n. bonorum est & malorum. Altero modo sumitur pro quodam actu iustitiæ, vt idem sit iudicare quod discutere & examinare. Sic Basil. exponit illud Psal. 25. *Iudica me, quoniā ego in innocentia mea ingressus sum.* Hoc iudicium præcedere solet sententiam, Prius.n. iudex iudicat discutiendo, quam ferendo sententiam. Tertio, pro quodam actu iustitiæ, nempe vt idem sit, quod damnare seu condemnatoriam sententiam ferre in aliquem. Sic Psal. 5. *Iudica eos Deus*, & Ioa. 5. *Qui verò mala, in resurrectionem iudicij*, id est, damnationis. Sed vt est, manebimus penes latam expositionem. Ex antithesi enim vno, nempe vt saluetur mundus, deprehenditur alterum, nempe vt iudicetur. Debet enim contraria esse vtriusque significatio. Positum est ergo in hoc loco, pro eo quod est ferre sententiā contra mundum. Certum enim erat omnes esse peccatores, Dei remorā gratiā.

Qui credit in eum, non iudicatur. Qui autem non credit, iam iudicatus est: Quia non credit in nomine vnigeniti filij Dei.] Probat. Nam vel credit in Christō vel non: At neuter in hoc primo aduentu iudicatur. Qui.n. credit, non iudicatur, id est, non exercet Deus iustitiam suam contra eum sed misericordiam, remittens peccata & donans gratiam credentibus. Hoc autē non est iudicare, sed misereri. Ioan. 5. *Qui credit ei, qui misit me, habet vitam æternam, & in iudicium non venit, sed transijt à morte in vitā*, id est, quia in iudicium non venit, nec iudicatur, ideo transit de morte in vitam. Vbi aduerte gratiam primum, quia credentibus peccata remittuntur & Deo conciliantur, & ad filiorum Dei adoptionem admittuntur, non dari ex iustitia, sed ex misericordia Dei. Nemo.n. ex iustitia dignus est gratia & venia. Misericordia est q̄ remittit peccata & dat primā gratiam, si consideremus ipsum peccatorem; Nam quamuis Christus de iustitia remissionem meruerit peccatorū nostrorū, si tamen peccator seu homo ipse consideretur, ex misericordia iustificatur. Credens igitur, qui ad Christum conuertitur, non iudicatur: Si quis verò non est credens, & ille non iudicatur à Christo, iam.n. ille iudicatus est, seu sententia lata condemnatus, & morti æternæ adiudicatus, etiamsi Christus non venisset.

Explicatius accipe. In Adam oēs peccauimus, nascimur oēs peccatores, Deus à principio tulit mortis sententiam contra oēs peccatores, quāuis nundum sit contra oēs executioni mandata, misit filium, vt eos, qui crederent in eū, saluos faceret. Iam aliqui credūt, aliqui non. Qui credunt à sententia lata liberantur, & ex misericordia Dei eis peccata condonantur. Qui verò non credunt, Christus veniens non fecit sententiam contra eos, iam.n. lata est à principio quasi dicat Christus. Ego veniens in mundū, inueni oēs homines sub æternæ mortis lata sententia à Deo. Veni, vt qui in me crederent, salui fierent: qui verò non, sub veteri damnatione manerent. Qui ergò credunt, nō iudicantur, imò à sententia damnationis lata liberantur; Qui verò nō credunt, à me non damnantur, nec contra eos sententiam statuo: quia iam lata est, sed ipsi volunt sub sententia & mortis iudicio permanere. Hæc eadē inferius apertioribus verbis dicuntur, cum in huius capitis fine dicetur. Qui incredulus est filio, non habebit vitā, sed ira Dei manet super eum. Et ca. 5. *Qui credit in me, in iudicium non venit, sed transit de morte ad vitam.* Examina verba. *Manet ira Dei, sed transit de morte*, quasi dicat. Nō meo aduentu factus est filius iræ, nec sub morte: Iam.n. ipse homo in tali statu erat, & ego veni vt eū liberarem, Nō igitur missus sum, vt iudicem mundum. Hoc ad Colos. 2. optimè exponit Paulus dic. *Donans vobis omnia delicta, delens quod aduersum vos erat, chirographum decreti quod erat contrarium vobis.* Omnes sub hoc chirographo eramus; qui crediderunt, condonationem acceperunt; Qui non crediderunt, sub eo manserunt. Exemplū sit serpens ille æneus, qui omnibus morsu serpentum tactis in se aspicientibus ad salutem erat propositus, qui aspiciebant, sanabantur, qui secus, moriebantur. Non quod serpens æneus occideret eos, sed quia ipsi iā mortis causam habebant & remedio vti noluerunt. Hoc est quod dic. *Iam iudicatus est*, id est, iam sententiæ damnationis est ipse subiectus & adiudicatus. *Quia non credit*, id est, quia non accepit salutis remedium, per quod ab illa sententia mortis liberaretur. Augu. tract. 12. ponit exemplum de medico, qui omnes infirmos sanare venit, qui nolunt eius operā vti, moriuntur: non propter medicum, quasi veoerit, vt illi morerentur, sed propter infirmitatem, quam ipsi contraxerunt, & per medicum sanari noluerunt.

Hoc est autem iudicium, quia lux venit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras, quam lucem.] Hæc est ergo forma & ratio, qua iudicatus & dānatus dicitur, quia venit lux in mundum, & multi elegerunt potiùs in suis tenebris permanere, quā lucem recipere. Erāt ipsi in tenebris & propterea iudicati & damnationi adscripti. Lux.n. non attulit tenebras, sed homines in eis inuenit. Venit autem vt fugatis tenebris vitæ lumen cōmunicaret, quod recipere nolentes potiùs in suis tenebris manere elegerunt: proptereà dānati iam & iudicio adscripti dicuntur, Non quod eos sua damnationi ascripserit vel adiudicarit, sed quod ipsi met sese à damnatione eripi, & lumen recipere noluerint. Christus hic lux est. Ioa. 12. *Ego lux veni in mundum, vt omnis qui credit in me, in tenebris non maneat.* Nota quam verè dictum sit, Christum ad saluandum venisse, non ad dānandum: Nam lux venit spōte sua, nemo suo merito obtinuit, nemo sua potestate attulit, aut sua diligentia inuenit, vt Chrysost. hom. 27. annotat. Rursus: Dilexerunt homines tenebras, liberum illis erat luce recipere, oblata est lux hominibus, at ipsi dilexerunt tenebras nempe Dei ignorationem & errores, in quibus erant. Obserua quod sint tenebræ interiores quæ significant cordiū obscuritatem vel culparum iniquitatem & sunt tenebræ ignorantiæ & peccati. Sicut.n. tenebræ lumini contradicunt, colores rerum abscondūt, verecundiā tollunt, timorem incutiunt, & alunt somnolentiam, sic peccatum lumē veritatis repellit per ignorantiā, colorem honestæ conuersationis abscondit per insolentiam, verecundiā tollit per impudentiam, timorē desperationis incutit per spei carentiam, somnolentiā malæ delectationis nutrit per acediam & pigritiam. Quod lumen veræ cognitionis repellat, constat, quia ita obnubilat oculum intellectus, quod non videt q̄ pertinent ad salutem. Vnde Io. 11. *Qui ambulat de nocte, offendit, quia lux in eo non est.* & 1. Ioa. 2. *Qui odit fratrem suum, ambulat in tenebris, & nescit vnde veniat aut quo vadat.* Quia peccator non aduertit, vnde venit per vilem natiuitatē aut quo vadat per tristē mortis aduersitatem: ideo breuiter possumus dicere illud Isa. 59. *Palpauimus quasi cæci parietem & quasi absque oculis attrectauimus, impegimus meridie quasi in tenebris.* Abscondit colorē conuersationis aut honestatis, Peccator.n. vix ostendit bonæ conuersationis honestatem, Matt. 6. *Si oculus tuus*, id est, conscientia tua, *nequam est, totum corpus tuum erit tenebrosum.* Tollit pudorem, Peccator.n. & obstinatus existens in tenebris peccati non verecundatur de suis sceleribus, quod tamen faceret, si esset in lumine gratiæ, dicens illud Isa. 25. *Tenebræ circundant me, parietes cooperiunt me, & nemo circumspicit me: quam vereor, delictorum meorum non memorabitur altissimus.* Incutit timorem, Peccatores.n. trepidauerunt timore, vbi non erat timor. Tenebræ.n. pec-

Christus alter venit, quam Moyses.

Mundus vt saluetur iudicā dus erit.

Serpens æneus, quē memorat, fuit serpens, in se intuentibus erat salutifer.

Verè dictū, Quod Christus venerit ad saluandum.

Peccator obstinatus de suis admissis non erubescit.

cati faciunt eos desperare de salute & p cõsequens timere mortẽ & iudicij aduersitatem. Psal. 54. *Timor & tremor venerunt super me, & contexerunt me tenebræ.* Facit somnolentiam. Quia illi qui peccati tenebris delectãtur dicũtur dormire, ꝓpterea q ad exercitium bonorum non vigilant & occupantur, Psa. 138. *Tenebræ conculcabũt me, & nox illuminatio mea in delitijs meis.* Et ideo qui sũt in tenebris peccati nõ possunt benefacere, nec bene incedere. *Via n. peccatorum tenebrosa, nesciunt vbi corruunt*, Prouer. 4. Multa tamen turpia & enormia perpetrant, quia istæ tenebræ peccatoribus præstant audaciam. Illa etiam q̃ in tenebris fiunt, sunt turpia & vitiosa. Isai. 29. *Væ qui profundi estis corde, vt à Domino abscondatis consilium, quorũ sunt in tenebris opera.* Consueuerunt aũt quatuor genera operum fieri in tenebris, vt auaritiæ cõtractus, immunditiæ contactus, detractorij latratus, & inuidiosi sufflatus. De auaritia patet. Iob. 5. *Per diem incurrent tenebras, & quasi nocte, sic palpabunt in meridie.* Et de mercatoribus pãnorum, quorum domus sunt tenebrosæ. Et luxuriosorum tactus fiunt in tenebris. Prouer. 7. *Considera vecordem iuuenem qui transit per plateas, iuxta angulos domus mulieris mala, graditur in obscuro aduesperascente die, in noctis tenebris & caligine.* De detractione habetur Eccl. 5. vbi dicitur, Quod *cunctis diebus vita sua comedit in tenebris & in curis multis, & ærumna & tristitia, in tenebris*, hoc est, in absentia & in occulto. De inuidis verò, quia semper viri inuidi sunt tenebrosi, pallidi & obscuri, Inuidia etiam in tenebris solet latere, & nunquã in publicum venire, Vnde inuidus potest dicere illud Iob. 7. *Replebor doloribus meis vsque ad tenebras.* Sed tenebræ in scriptura, aut Dei ignorationem quæ infidelitas est, aut ipsum infidelem significant 1. Per. 2. *Qui vos de tenebris vocauit in admirabile lumen suum*, id est, de errore, infidelitate, & Dei ignoratione. Et Eph. 5. *Eratis aliquando tenebræ*, id est, homines sine Dei cognitione, Nunquam peccata dicũtur tenebræ, sed opera tenebrarum, Et etiãsi peccata tenebræ dici possent, in hoc tamen loco non possunt talẽ habere significationem. Diligere ergo plus tenebras q̃ lucem, est præponere Dei ignorationem & errorem, cognitioni & veritatis fidei quam Christus lux mundum illuminans ducuit.

Inuidorũ attributa quæ.

Sed h. oritur difficilis dubitatio: Qua ratione infideles dici possunt diligere magis tenebras q̃ lucẽ, aut veritatem? Nam nemo infidelium putat se esse in tenebris, sed veritatem existimat esse, q̃ credit, nec Christi doctrinã cognoscit esse lucẽ. Respõdetur locus hic non est intelligendus, quasi infidelis cognoscat doctrinã Christi esse verã & lucẽ, nolit q; eam recipere, Suum aũt errorem cognoscat esse errorem, & velit in eo manere, sicut fit in luce, & tenebris sẽsibilibus; Multi n. fugiunt lucem & tenebras eligunt, cognoscentes tenebras & lucẽ: non sic fit infidelibus, sed dicuntur diligere magis tenebras q̃ lucẽ, quia potuerunt facile suum errorẽ cognoscere, & in veritatis venire notitiã, noluerunt tamen inquirere & attendere. Sunt n. multi, qui timentes cõscientiæ scrupulũ, ne, si aliquid verum credant, prohibeantur id retinere q diligunt, hi veritatem nolunt inquirere, nec oblatam aduertere. Eorũ igitur ignoratio culpabilis est & affectata. Scire aũt dicuntur quia scire potuerunt & debuerunt: qua ratione dicitur Ioa. 7. *Et me scitis, & vnde sim scitis.* Cum tamen postea Ioa. 7. dicatur, *Neque me scitis*, Scire dicti sunt, quia scire potuerunt, Hoc est ergo diligere tenebras potius q̃ lucẽ, quia potuerunt cognoscere se esse in tenebris, & lucem Christi esse doctrinam & tamen noluerunt; Ne si cognoscerent, opera, quæ diligebant, iniqua & mala esse intelligerẽt, & à veritate redarguerentur. Ita euenit Iudæis incredulis & multis gentibus infidelibus, q noluerunt suis operibus prauis inhærere, & ne male se agere à ꝓpria cõscientia & ab alijs etiã cõuincerentur, nec veritatis fidẽ inquirere, nec oblatã recipere voluerunt. Nã fides nõ inducit necessario ad assensum audientes, nisi adsit voluntatis affectus inclinans intellectum.

Infideles quomodo magis tenebras diligãt, quã lucem.

Adhuc tñ aduertendum est, multo aliter gentiles quam Iudæos se habuisse: Gentes. n. erant priùs in tenebris infidelitatis & nolentes recipere lucẽ fidei, manserunt in tenebris, in quibus erant: at Iudæi ante Christi aduentũ non erant in tenebris, quia fidẽ habebant: at dum noluerunt recipere Christum, fides cõuersa est in tenebras & in eis manere voluerunt, in quas non à Christo, sed à seipsis coniecti sunt, nolentes adhærere Christo, & sententiæ damnationis rei effecti sunt.

Erant enim eorum mala opera. Omnis enim qui male agit, odit lucem, & non venit ad lucem, vt non arguantur opera eius.] Rem difficilem creditu visus est, Christus dixisse: Nam tenebræ sua natura non diliguntur maximè lucis collatione. Priuatio enim est non esse: hoc autem per se nemo diligit. Propterea causam Dominus adiungit & explicat, qua ratione tenebræ non solum dilectæ; sed etiã magis q̃ ipsa lux amatæ fuerunt: Causa ergo est quia opera hominum mala erãt. Qui aũt mala agit, odit lucem & non venit ad eam: non ꝓpter ipsam lucem, sed quia lux opera mala reuelat, vnde argui & reprehendi possint. Odio ergo habetur lux ꝓpter reprehensionem, q̃ sequitur ex lucis effectu: Sic etiam tenebræ nõ ꝓpter se diliguntur, sed quia operiũt mala opera ne videantur & redarguãtur. Qui vero mala agit, lucẽ odit & fugit, & tenebras diligit, neutrũ ꝓpter se sed ꝓpter mala opera q̃ facit, dum ea nõ argui, sed celari cupit & occultari. Verba hæc sũt similitudo lucis corporeæ, ad lumẽ fidei & veritatis Christi. Vt. n. qui male agit, lucẽ sensibilem fugit, & tenebras ne videat, q̃rit, sic qui mala opera etiã occulta, quantũ ad sensũ faciunt, fugiunt lumen veritatis internũ, q talia opera manifestat & arguit. Qui male agit, eũ lucẽ odisse intellige, in quãtum male egit. Nã aliqui male agẽtes lucẽ q̃runt, nõ vt malum cernatur, sed quia inde lucrũ aut gloriã q̃runt. Affectus. n. hominum vitijs inhærens, & ea relinquere recusãs, impedit, ne intellectus fidei veritati assentiat, & mauult homo credere, q eius malefacta excuset, q̃ quod condemnet, cum reuera quod condemnat veritas sit, q excusat, ignoratio: Quamuis autem homo ipse non intelligat, tamẽ potuit & habuit vnde discerneret, si malo affectu impeditus non fuisset. Nota quod multi ad Catholicã fidem venirẽt, sed timẽt quia deberent reddere bona Ecclesiæ quæ possident, alij timent confessionẽ, alij ne cogãt à cõcubinatu, vsura & alijs desistere, & ita potius manent in peccatis & moriuntur. Videant hæretici iã; quid illi de sola fide inique blandiantur exclusis operibus, cum opera mala damnent hominem, habita etiam fide vera, Christiana, Catholica, Apostolica, Romana.

Tenebræ suapte natura odiosæ.

Aliqui agẽtes mala, cur etiam lucem quærant.

Qui autem facit veritatem, venit ad lucem, vt manifestentur opera eius, quia in Deo facta sunt.] Alteram partem similitudinis ponit, q̃ priori est opposita. Qui mala facit opera, tenebras diligit; at verò qui bona ad lucem venit, quia p lucem non arguuntur eius opera, sed manifestantur esse secũdum Deum, siue secundum legem Dei facta, hoc autem non est arguendum sed laude dignum. Veritatẽ in hoc loco legem iustitiæ & rectitudinis vocat, Lex. n. recta & iusta veritas dicitur. Psalm. 118. *Lex tua veritas, & omnia mandata tua veritas* Facere ergo veritatem est operari secundum legẽ iustitiæ, rectitudinis & honestatis. In Deo facta opera dicit, nõ quod virtute Dei facta sint opera, licet enim id verum sit, tamen ad præsentem locũ nõ facit: Sed in Deo facta sunt opera, quæ secundum Deum, & diuinæ volũtati, & legi cõformia sunt. Hæc. n. phrasis est scripturæ, & præpositio, *In* talem habet significationem. 1. Cor. *Nubat in Domino*, id est secundum Domini voluntatem & legem. Psa. 100. *Facta in veritate & æquitate*, id est, secundum veritatem. Psalm. 118. *Qui ambulat in lege Domini*, id est secundum legẽ, lex enim opus bonum iuxta diuinum præceptum & legẽ esse factum ostendit. Attende rursus nõ esse sẽsum. Qui bona facit, venire eum ad lucẽ, vt opera eius manifestẽtur esse rectè & secundum legem Dei facta. Sed est sensus: Qui bene vult operari, venit ad lucem, vt p eam cognoscat opera sua rectè & secundum Deum esse facta: Ita experientia docet eos, qui bene agere student, libenter amplecti doctrinã veritatis, per quam intelligãt se recte & secundũ Deum operari. Christi enim doctrina quę bona quæue mala sint opera, & quæ secundum Dei voluntatem, quæ vero contra eãdem sint, perfectè tradit: Non ergo intelligat hæc verba de operibus bonis iam factis, sed de faciendis, cũ facere veritatẽ dicãtur, qui student & desiderant æqua & iusta facere. Sic ergo Deus dilexit mundũ, vt omnia hæc faceret, quatenus homo Deum cognosceret & vitam æternã possideret. Amor apud Romanos pingebatur, iuuenis, discooperto capite, tunica rudi indutus, in illius fimbria erat scriptum,

In Deo facta quæ dicantur opera.

Amor vt apud Romanos effigiat.

Mors

Mors & vita, in fronte, *Aestas & hyems*, latus erat apertum vsque ad cor, & brachium inclinatum, & digito ostendebat cor, vbi scriptum erat, *longe & prope.* Sunt multa dilectionis exempla, sed nullum, huic est maius aut efficacius. Si respicis amorem creationis, ecce quanta præstitit: Nullo pretio emeretur oculus, nullo restituetur amissus, & hic tibi corpus dedit & animam cum omnibus pertinentijs, fecit te capacẽ beatitudinis, qui bonorum nostrorum non eget, non fecit te brutum aut arborẽ, sed ad imaginẽ suam, hic te tibi dedit postea se tibi, quid ergo mag's experts si omnia discutis? Si conseruationis; Omne quod est naturale appetit cõseruationẽ sui, Ille pascit, vestit, sanat, illius est terra & plenitudo eius, & tanta facit quod merito exclamet Psalmista. *Quid est homo quia magnificas eum?* Hæc tamen facit etiam sacrilegis, superbis, hæreticis. Solem facit oriri & terram fructificare. Si associationis: Ecce Angelus ad custodiam hominis deputatus non deserit eum etiam in peccatis obstinatum, ne labatur in peius. Sicut nec medicus infirmum etiã si cesset à dandis remedijs. *Angelis suis mandauit de te.* Nec vnus Angelus datur pro illuminatione intellectus & inflammatione affectus, sed omnes nouem chori Angelorum concurrunt in adiutorium peccatorum vt saluentur. Tot erunt qui clamabunt in iudicio vindictam, quot Angelos in auxilium habuistis qui seruant vos. Præpositionis; Quia peccatorem magis, quàm 99. iustos amat, & magnum est gaudium Angelorum super eos, qui ad pœnitentiam confugiunt. Supportationis. Posset Dominus statim priuare sensibus, bonis temporalibus, vita, terra posset deglutire sicut Dathan & Abyron, sed non vult mortem peccatoris. *Misereris omnium Domine*, Sap. 11. *quoniam omnia potes & dissimulas peccata hominum propter pœnitentiam.* Videtur ergo obstinati ne sibi iram thesaurizent in die iræ, Nisi enim conuersi fueritis gladium suum vibrabit. Remissionis. Mandata contempsistis non terreni regis, sed regum, suæ sc. similitudinis sigillum falsificastis, hostes introduxistis, cor humanũ interimere voluistis, quia peccatum, vt dicit D. Greg. est gladi⁹ quo occiditur, Pater, Filius, & Spiritus sanctus. Ab hac remissione nec quãtitas criminis, nec breuitas temporis, nec horæ extremitas excludit, si adest pura voluntatis mutatio. Ps. *Nisi quia Dominus adiuuit me, paulominùs habitasset in inferno anima mea.* Humiliationis. *Vt daret filium suum vnigenitum, qui venit peccatores saluos facere.* 1. Tim. 1. Propagationis, quia voluitẽ peccatorib. nasci, Thamar Ruth Moabitis, & Bersabee. Vocationis: quam facit per inspirationem prædicationum. *Audi filia & vide*, & Ps. 44. Hoc & per Christum, qui cũ Maria Magdalena conuiuabatur, factum est, vt eam conuerteret. Sic cum Zachæo, & alijs. Sic in cruce, clamauit. *Sitio*, Et, *Venite ad me.* Et in cruce eleuatus extensis brachijs, voce magna nos omnes vocat, & inuitat. Susceptionis, per verba, beneficia, obsequia, & mortem. Reputationis: Cum esset Sanctus Sanctorum, tamen in hoc improperium De⁹ eum dedit. Sic post illum Petrus qui Christum negauit factus est Vicarius ipsius. Magdalenæ peccatrici primo apparuit, Paulus magnus persecutor ad Apostolatus apicem erectus, & dictus vas electionis. Matthæus publicanus ad Apostolatum vocatus est. Zachæo raptori facta est salus.

Angelus homi custos, nõ deserit in peccatis obstinatũ.

Obstinatis in peccato quod imminet periculum.

Videtis ergo auditores, quomodo Deus dilexit mundũ & fili⁹ & Spiritus sanct⁹. Nullus pater suos filios, nec frater fratrem ita diligit, quam creator creaturam hanc. Quod si noster amor venalis est certè nullus emet carius, quia Deus dat regnum cælorum, nullus ad emendum digitos. Si violentiam requirit, etiam illam adhibet. Augustinus dic. *Domine quid sum ipse, vt amari te iubeas à me. vt nisi hoc faciam irascaris mihi & minaris ingentes miserias.* Insuper. *Quid habes homo quod non accepisti?* & si habes, quam ingratus es: Hunc si diligis eum, potest te liberare ab infirmitate & omni miseria, quod alij nequeunt, & à morte, quando alij te deserunt, & in iudicio vbi nullum habebis amicum & maximè indigeres, imo omnia sunt inimica inimicis Dei.

Quicquid habemus a Deo accepimus.

Ecce Christus die ac nocte portat nos scriptos in manib. suis, claui fuerunt calami, atramentum sanguis suus pretiosus, scriptores perfidi Iudæi ac milites, charta, caro eius delicata in cruce extensa, minores scripturæ fuerunt flagellorum livores, maiores, cicatrices in manibus, pedibus & latere. Ita tu vobis in templis, in domibus, in vijs, equæstantem, vt intelligatis, vt memores & grati sitis pro dilectione qua nos omnes dilexit, nec ab eo vllo modo diuellamini, ita fiet vt per amorem sui hic gratiam & benedictionem, & in futuro beatitudinem sempiternam consequamini.

Laus Deo, & Beatissimæ Mariæ Virgini, & omnibus Sanctis.

FERIA TERTIA PENTECOSTES.

Qui non intrat per ostium in ouile ouium, sed ascendit aliundè, illè fur est & latro, Ioan. 10.

Videmus Auditores, qui paulò magis munitiones & præsidia explorata habent, quòd in quibusdam turribus ad custodiendum aliqua loca deputatis habeatur ostium eleuatum à terra, per quod non nisi à fidelioribus intratur, & est iterum qui sit in medio turris vt nullus possit ingredi sine consensu & adiutorio illius, qui turrim custodit. Vnde si quis vult illuc intrare, proijcit sibi funiculum & illum sua virtute trahit de terra vsq; ad ostiũ. quo aperto intrat securiùs. Sic Auditores, est spiritualis et cælum Empyreum fortissima turris, per quod cuncta custodiuntur, cuius ostium est eleuatum à terrenis, quia ibi est ipse Dei filius, secunda persona in Trinitate, sine cuius consensu & adiutorio illuc venire non possumus. Vnde Ioan. 6. *Nemo potest venire ad me, nisi Pater meus traxerit illum.* Hæc tractio fit per aduentum Spiritus S. ad nos, ob cuius virtutem homo trahitur ad superna. Vnde ita est de eo sicut de vento turbinis. De quo dicit Philosophus, quòd de nubibus missus ad terram descendens superiùs trahit paleas & puluerem, & quandoque hominem. Sic Spiritus S. à Patre & Filio missus descendens ad nos, in altum rapit paleas & puluerem, id est peccatores, & aliquando homines, id est, iustos secundum rationem viuentes, Act. 8. *Spiritus Domini rapuit Philippum.* De isto turbine dicitur 4. Reg. 2. sub figura: *Cum Dominus vellet eleuare Eliam per turbinem in cælum, ecce currus igneus & equi ignei, & ascendit Elias per turbinẽ in cælum.* Quod si nos cupimus illuc ascendere, sicut omnium fert animus, & æternam salutem inuenire, oportet q hoc fiat per ostium, id est, Christum & ostiarium, id est, Spiritum Sanctum. Quia ipse dixit Ioa. 14 *Nemo venit ad Patrem nisi per me.* Et hodie. *Ego sum ostium*, prout latius

Cælũ Empyreum ipse spiritualiter quid.

Nemo venit ad Deũ nisi per Christum.

EVANGELIVM.

Amen, Amen dico vobis. Qui non intrat per ostium in ouile ouium, sed ascendit aliunde, ille fur est & latro.] Attendendum est Pharisæos illo facto impio, quo cæcum à Christo illuminatum, propter eius confessionem eiecerunt, duo mundo significasse: Vnum est, eos Christum non verum Messiam, sed pseudoprophetam ac seductorem reputare, & talem ab omnibus esse habendum iudicare, quales tunc proximis dieb. aliquos experti erant seditiosos, de quorũ similibus Act. 5. & apud Iosephum lib. 2ç. de antiq. ca. 4. & 5. fit mentio. Alterum est, quod ex priori consequebatur, omnes qui ipsum confitebantur, & in eum credebant esse seductos & errantes, quales apud nos sunt hæretici, aut à fide Apostatæ, idcirco eos à synagoga velut à fidelium numero separatos eijciebant. Dominus ergo causam hanc, tanquam rem magni momenti suscipiens, has imposturas tanquam veritati diuinæ contrarias repellere decreuit, vt

Christus semper pseudopropheta reputatus à Pharisæis.

qui vel parua data occasione solet multa in audientium vtilitatem docere. Tanta nunc proposita loquendi opportunitate, silentio rem præterire noluit, cum vita hominũ æterna sit, vt cognoscant verum Deum & quem misit Iesum Christum. Primò, igitur ipsorum cæcitatem redarguit, quod nõ videant nec agnoscant veritatem, quam Idiotæ & humiles erant assecuti. Contra eorum itaq; impositiones, duas statuit contrarias veritates certissimas. Vna est se nõ solum seductorem & pseudoprophetam non esse, sed potius eos omnes esse seductores & pseudoprophetas, qui per ipsum non intrant tanquam verum ostium ouilis, illos verò esse veros & ligitimos pastores & prophetas, qui per ipsũ intrant. Altera est, eos qui in eum credunt, ipsumq; recipiunt, non solum non esse extra numerum fidelium, imò neminem esse de ouili Dei, nec inter oues & fideles cõputandum qui in eum non credit, nec per ipsum intrat. Parabola igitur de fure, pastore & ostio priorem harum veritatem docet, quod valde est attendendum. Nam eo tendit, vt ostendat se esse velut ostium ouilis, per quod non intrantes, fures sunt & latrones: qui verò intrant, pastores sunt. Nec hæc parabola assumpta est, vt Dominus se esse pastorẽ significet; Hoc enim postea ipse adiunxit, ne ostium solum esse crederetur, quasi, non esset etiam pastor. Nunc autem ostium se esse declarat, per quod intrarunt illi, qui pastores in ouili sunt Dei, & qui non intrant, latrones sunt. Et hoc ea ratione factum est, quia illum Iudæi tanquam pseudoprophetam habebant eum, & proclamabant. In quo etiam insinuat, nisi ipsi in eum crediderint, & non credentes, potestatem in oues Christi exercere voluerint, futuros etiam latrones & fures, non pastores. Cum autem quæ dicenda erant maioris sint momenti, vtitur asseueratione in arduis docendis familiari dic. *Amen amen dico vobis.*

Di Christo sunt ouile, credentes in eum.

Qui non intrat per ostium in ouile ouium, sed ascendit aliunde, ille fur est & latro. Qui autem intrat per ostium, pastor est ouium.] Qui in ouile per ostium intrat, pastor est: qui vero aliunde ascendit, fur est & latro. Ostium igitur ouilis discernit pastores à furibus & latronibus. Fures, quia latere & securè rapere quærunt, ostium fugiunt, ne in eos pastores insurgant & deprehendãtur: latrones aditum & ingressum facilem per ostium non sperantes, ab ostio diuertunt; Vtriq; ergo sibi viam facientes septa aut maceriem transiliunt, ideo aliunde dicuntur ascendere: at pastor ingressum facilẽ habens nec latere quærens, cum nihil timeat non ascendit aliunde, sed intrat per ostium. fures, vt docet Hiero. Oseæ 7. insidiantur, & occulta fraude decipiunt, Latrones audacter aliena diripiunt. Adde fures rebus, latrones etiam vitæ insidiari. Hæreticos furibus Ecclesiæ, Tyrannos latronibus comparare possumus. Fur arte, latro potentia nocent. Et attende verba. *Qui intrat per ostium.* pastorem esse ouium, intellige de ijs, qui intrant propter oues ipsas (de his enim est sermo.) Nam oues etiam præter pastorem intrant per ostium.

Fures & latrones viam sibi, per septa & maceriam transiliẽtes, faciunt.

Obsecro, ouile est multiplex. Primum est Ecclesia militans sc. congregatio populi fidelis. Matt. 2. *Congregabo populum Iacob totum in vnum, & ponam eos quasi gregem in ouili*, cuius pastor est Christus. Io. 10. *Ego sum pastor bonus.* Reuera bon[us], quia cibat oues suas in Ecclesia, corpore suo & sanguine. Ostium est sacra scriptura. Colos. 4. *Orantes vt aperiat nobis Deus ostium sermonis ad loquendum mysterium Christi.* Quia per ostium apertum manifestantur interiora domus, & per scripturas cognitio Dei delitiosa manifestatur. Apocal. 4. *Vidi ostium apertum in calo*, id est, intellectum mysteriorum veteris, & noui testamenti, quem scripsit & apertum fecit electis ipse Spiritus sanctus. Item S. Scriptura dicitur ostiũ; Nam sicut ostium prohibet lupos intrare ouile, sic sacra Scriptura munit Ecclesiam ne lupi, scil. infideles occidant oues, id est, animas fideles eorum falsitate. 2. Tim. 3. *Omnis scriptura diuinitus inspirata vtilis est ad docendum, arguendum, & corripiendum*, sc. hostes Ecclesiæ, sed ostiarius, id est, Spiritus S. debet nobis aperire hoc ostium Scripturæ. Ioan. 4. *Paracletus Spiritus sanctus suggeret vobis omnia.* & Ioa. 15. *Docebit vos omnem veritatem.* Ideo, quando volumus hoc ostium apertũ habere, oportet nos ostiarium, id est, Spiritum S. inuocare. Quia dic. Ambros. *Veritas à quocunq; dicitur, à Spiritu S. est* Et qui nõ intrat per hoc ostium, id est per Christũ, qui veritas est, in ouile sacræ Scripturæ, sed per falsas expositiones, fur est & latro. 1. Tim. 6. *Si quis aliter docet & non acquiescit sanis sermonibus Domini nostri Iesu Christi & ei qui secundum pietatẽ est doctrinæ, superbus est & nihil sciens* imo verus hæreticus. Illud ostium voluitur in duobus cardinibus sc. in dilectione Dei & proximi. Matth. 22. Hoc aũt ostium non est apertum, secundum Chrys. sup Matt. 10. ideo vt sit ordo inter Doctores & discipulos; Si. n. omnia in sacra Scriptura essent nuda & aperta, quis indigeret interprete? Ideo dixit per Isaiam. *Loquimini sacerdotes in sordibus populi.* Nam si oẽs omnia scirent, Doctor non esset necessarius & sic ordo esset cõfusus, voluit. n. alios discendo cognoscere, Deute. 32. *Interroga patrem tuum, & annunciabit tibi, maiores tuos, & dicent tibi.* Secundo, Vt homines studiosè laborantes & labore scientiã acquirentes, mereantur hoc quod otiosi non possunt, & per orationes impetrent scientiam. Ideo Chrysost. *Non est obstructa in scripturis veritas, sed obscurata, vt qui quærunt, inueniant, qui nolunt quærere non videant, quærentibus datur in salutẽ, non quærentibus absconditur in damnationem: nec poterit esse excusatio damnationis, ignorantia veritatis* .1. Corint. 14. *Ignorans ignorabitur.* Sapien. 13. *Vani sunt omnes homines, in quibus non est scientia Dei.* Nam sicut ostium facit euitare damnum in ouili, sic sacra Scriptura facit euitare multa crimina: Ioa. 5. *Scrutamini scripturas, in quibus putatis vos habere vitã æternam.* Ideo bene subditur, *Qui ascendit aliunde*, id est, per superbiam, proprium intellectum secutus, sicut Iudæi. Matth. 15. *Irritum fecistis mãdatum Dei propter traditionẽ vestram.* Tales sunt fures, quia rapiũt gloriã æternam, & latrones quia alios in animo occidunt, vt fuit tẽpore Pauli Gal. 1. *Sunt aliqui qui vos cõturbant, & volunt cõuertere Euangeliũ Christi*, &c. Ideo aũt Deus permittit multos lupos, id est, hæreticos in ouili Ecclesiæ, vt refugium habeamus ad hoc ostiũ, id est, ad sacrã Scripturã.

Sacra Scriptura munit Ecclesiã aduersus hæreticos & infideles

Sacra Scriptura bene scita multa euitantur crimina.

Secundum ouile est pœnitentialis vita vel vita virtuosa. Hanc debemus intrare, duobus pedibus scil. intellectu & affectu; intellectu veritatis, & affectu bonitatis, & pedes, id est, affectus debent esse mundi. Ioan. 13. *Qui lotus est, non indiget nisi vt pedes lauet.* Attamen introitus debet fieri per ostium, id est, per rectam intentionem.

Tertium, est beneficium Ecclesiasticum vt Ecclesia, Canonica, altare, & similia *Et quicunq; non intrat per ostium*, id est, per Christũ, *hic fur est & latro.* Nam fures multipliciter intrãt in domũ, vt furentur. Primo, effodiunt domum, Sic & spirituales aliqui vt intrent prælaturam Ecclesiæ, effodiunt n. cõtem collatoris per munera: sicut Simon Magus Act. 8. voluit emere gratiam Spiritus S. sic tales perdunt animas eorum: Matt. 10. *Gratis accepistis, gratis date.* Si habes collationẽ beneficij à Deo, da pure propter Deum. Secundo, Fur volens intrare domũ à latere ciuit postes, & sũt illi dicẽtes, se collaterales & amicos. De illis Psa. *Dixerũt hæreditate possideamus sanctuariũ Dei.* Figuratur Ioa. 18. Victus fuit Petrus per ancillam, id est, per amicitiam carnalem: quia negauit Christum. Sic tales qui propter amicitiã indigno conferunt beneficia, de quib[us] Mich. 4. *Væ qui ædificatis Sion in sanguinibus.* & Psa. *Si nõ fuerint dãnati mei, tunc emundabor à delicto maximo.* Tertio, intrat fur domũ desup irruens, & sunt qui per potentiã intrant in aliq̃ dignitatẽ spiritualẽ, vt patet 4. Reg. 15. & 2. Par. 26. de Ozia qui sua potentia sua accepit thuribulũ, exercẽs officiũ sacerdotale, & fuit percussus lepra. Idem. Nu. 16. Dathan & Abyron voluerunt potẽter vsurpare spiritualẽ dignitatem, propter quod terra eos degluttiuit. Volens igitur verus esse pastor, debet intrare per ostium, id est, per Christum. Vnde Episcopi scribunt, *Ioan. Dei gratia Episcopus.* Sed multi iam deberent scribere: Nostræ potẽtiæ, vel amicorũ, vel pecuniæ gratia: cũ dicat Apo. Heb. 5. *Nemo assumat sibi honorẽ, nisi qui vocatur à Deo tanquam Aaron.* Ideo reprobantur, Oseæ. 8. *Ipsi regnãt, & non cogniti*, id est, non approbati: Et iterum, *Ipsi regnauerunt, & non ex me, principes extiterunt & non cognoui.* Sicut aũt ostiũ vertitur duobus cardinibus, sic Christus duabus de causis intrauit in ouile Ecclesiæ scil. ratione instructionis. Ioa. 19. *Vt testimonium perhibeam veritati.* Secundo, ratione dilectionis. Ier. 31. *In charitate perfecta dilexi te.*

Fures multis modis irrumpunt in domum.

Veri pastoris est, intrare per ostium.

Quartum ouile est regnum cælorum. Ioan. 10. *Erit vnum ouile & vnus pastor*, vbi & ostium Christus est.

Huic ostiarius aperit, & oues vocẽ eius audiũt, & proprias oues vocat nominatim, & educit eas.] Hæc verba cõditiones pastoris

distin-

Verum pastorem sua conditiones ab alijs distinguunt.

distinguunt ab alijs, vt Christus verus pastor manifestetur. Nam primus & princeps pastorum Christus, aliqua habet communia cum pastoribus suis, quos vt ministros & Vicarios in ouili constituit. Primò igitur accedenti ad ostiū pastori aperit ostiarius, non autē furibus aut latronibus. Secundò, Ingredientis pastoris vocem oues discernūt, & pastorem agnoscunt ea consuetudinē & conscientia vocis, Hoc enim significat, *Vocem eius audiunt*, id est, cum ex voce discernunt. Tertio, Proprijs nominibus oues vocat. Quarto, *Educit eas ad pascua.* Hæc sic intellige. Ingreditur pastor ouile, vt ad pascua educat oues, nominatim eas vocat, & ipsę pastoris vocē agnoscentes, obediunt & veniunt, ipsū sequentes, & sic est ordo. Ipse ergo est ostiū, quatenus per ipsi⁹ fidē ingressus patet in ouilē Ecclesiæ pastoribus & ouibus, & per ipsū discernūtur latrones & fures à veris pastoribus Ecclesiæ, & sēper discreti sūt, ēt ante ei⁹ aduētū. Nā qui creditur nunc venisse, prius venturus credebatur. Hoc igitur est quod statuit docere se esse hoc ostium, adeoq; à veritate abesse calumniam Pharisæorum, eum seductorē dicentium, vt ij sint potius seductores, qui ipsum non recipiunt, ij veri pastores & prophetæ, qui ipsum non recipiunt, ij veri pastores & prophetæ, qui eum confitentur, & confessi sunt. Adde scripturam non esse ostium Christi, sed ipsum Christum esse earum ostium, quod constat ex Prouerb. 8 *Beatus vir qui audit me, & vigilat ad fores meas quotidie, & obseruat ad postes ostij mei.* Ostium hoc Christus est, per quem ad Deum ingredimur. Fores & postes ostij huius scripturæ sunt, ad quarum studium & obseruationem Spirit⁹ sanctus exhortans dicit: *Beatus ille qui intentus est postibus & foribus ostij mei.* id est, vigilat & considerat scripturas, vt dum videt impleri, quæ prædicta sunt in eis, sciat & discernat tempus aduentus Christi, sicut qui intentus foribus & postibus ostij clausi, quando motum aut strepitum percipit, iam apertā ianuam cognoscit. Christus ergo ostium ipsum est, clausum scripturis legis & Prophetarum, velut foribus & postibus.

Fores & postes ostij, quod Christus est, sacra sunt scriptura.

Præterea Moyses non aperit ostium scripturarum credentibus in Christum, sed potius ipse Spiritus sanctus. Nec solis scripturis Moysis continebatur Christus, sed Prophetarum: nō igitur ipse est ostiarius. Ostium igitur Christus est nō fur, quia de se nō loquitur in parabola, vt velit significare, se esse pastorem: Solum enim docere conatur se non esse seductorem, sed eum per quem in ouile Ecclesiæ ingrediendum est, & qui per eum intrat, verum esse pastorem: qui verò aliunde, furem & latronem.

Veri igitur pastores & Prælati per Christum intrant, his Spiritus sanct⁹ aperit ianuam, quia fides ipsa, per quam ingreditur, donum est Spiritus sancti, potestatem veram eis impertit, vt quæ faciunt, rata sint: Oues etiam vocem agnoscunt, quia verus pastor doctrinam antiquam, & iam in Ecclesia receptam ducet, & per legitimam potestatem, & veram doctrinam pascit, & ad pastum educit oues, & si, vt debet, officium exercet, nominatim vocat. Vide hic vbi sunt illi qui scripturam tam apertam asserunt, vt ab omnibus legentibus possit intelligi, quam longe errant.

Multi pro posse reuolunt intrare, vt sint pastores.

Nota etiam quod multi volunt intrare cum scripturarū ignoratione, etiam vt sint pastores. Item nolunt Christum imitari per viam humilitatis, sed volunt dominari, aut gloriam propriam, non Christi quærere. Humilis autem ianua Christus est, qui intrat per hanc ianuam, oportet humilem esse, vt sano capite possit ingredi. Qui autem se non humiliat, sed extollit, per murum vult ascendere, ideò exaltatur vt cadat. Aliqui ingrediuntur per hypocrisin, ita multi fanum quærunt, sed ad damnationem.

Et cùm proprias oues miserit, ante eas vadit. & oues illum sequuntur; quia sciunt vocem eius: alienum autem non sequuntur, sed fugiunt ab eo, quia non nouerunt vocem alienorum.] Ex his breuiter nota, quod aliquando pastor, tanquam dux viæ soleat præcedere, vt audientes oues vocem sequantur. Aliquando sequitur oues, ne aliqua ouis defessa maneat, aut aliquā de causā recedat à grege, indigent enim oues & greges, non ductore solùm, sed & custode. Hinc est quod in scriptura aliquando vnum, aliquando alterum legimus. Psalm. 77. *De post fœtantes accepit eum* & 2. Reg. 7. *Ego te tuli de pascuā sequentem greges.* Est enim vilius officium sequi, & solet esse famulorum. Psal. verò 79. dicitur, *Qui regis Israël intende, qui deducis velut ouem Ioseph.* Qui autem ducit præcedit: & sic Christus hodie dicit: *Ante eas vadit.*

Bona magistratuum tam Ecclesiasticorum, quàm sæcularis exempla, Reipublicæ salutaria.

O quàm salutare est, quando vterque magistratus verbo & exemplo suos præcedit, quando obsequuntur subditi mandatis salutaribus, quando nō patiuntur se abstrahi malis consilijs ab obedientia aut malis doctrinis, à vera Ecclesia & religione, quando summo Pontifici morem gerunt, & quæ ab Ecclesia & bonis moribus aliena sunt, non amplectuntur. Sic quidem gratia & benedictio Dei certo aduenit, manet, & certa spes est salutis æternæ.

Hoc prouerbium dixit eis Iesus. illi autem non cognouerunt, quid loqueretur eis.] Sic fit, si hæreticis de sacramentis miraculis, purgatorio, & alijs articulis fidei proponis, rident, nihil intelligunt, nec volunt intelligere. Sic si vsurarijs, potatoribus, lusoribus, concubinarijs & similibus aliquid de Deo, de extremo iudicio, de confessione, satisfactione, de pœna Dei, & similibus dixeris, parabolam te dixisse arbitrabuntur. Adeò difficile est homini obstinato in peccatis veram viam salutis ostendere.

Dixit ergò eis iterum Iesus: Amen amen dico vobis, quia ego sum ostium ouium.] Vt enim per ostium aditus & ingressus patet in ouile: Sic per Christum & fidem in ipsum ingrediendum est in Ecclesiā Dei, & in regnum cæleste. Qui enim de Christo non rectè sensit, ab ouili hoc excluditur, nec ei patet ingressus. Quibus verbis significat illos Pharisæos esse extra Dei & Christi Ecclesiam, quamuis sibi maximè præcipuum locum in synagoga tenere viderentur. Cęcum autem illum ab eis reiectum non esse verè exclusum ab ouili Dei, Hic enim per verum ostium intrauit, illi autem ostium hoc, per quod oportebat ingredi respuerunt. Hinc patet causa, cur Dominus se ostium esse dixerit, Quamuis enim pastor sit, tamen quia parabula hæc eo tendebat, vt ostenderet Pharisæos de ouili Dei non futuros, nisi in Christum crederēt, & decipi valdè, putantes, de synagoga meritò eiectum cæcum, qui in eum crediderat, cùm ipsi potiùs extra veram synagogam essent. Propterea dixit, *Ego sum ostium.* Si enim pastorem se diceret, non videretur eos ab ouili excludere, sicut manifestè excludit, quando ostium se esse dicit. Qui enim non intrant per ostium, fures sunt.

Christus notabiliter dixit, Ostium se esse ouium

Et attende, non simpliciter ostium se esse dixisse, sed ostium ouium, vt doceret non ostium tantùm pastorum, sed etiam ouium esse, vt nec quidem inter oues Dei sit, qui per ipsum non intrauerit. Et rursus, omnes intrantes esse oues, siue pastores sunt, siue oues tantùm. Hæc verba satis pronunciant ostium illud, de quo superius mentio facta est, non esse scripturam, sed ipsum Christum. Nec eam sententiam esse pronontiatam propter Christum, sed propter alios ministros & pastores, qui veri non sunt, nisi per eum ingrediantur, vt ex eo Pharisæos argueret, qui se veros pastores & prælatos existimabant, cùm tamen Christum, qui ostium est, reiecerint, verumq́ue illum excluserint, qui verè per ostium intrauerat.

Omnes quotquot venerunt, fures sunt & latrones.] Omnes fuerunt fures & latrones, quia se ostium ouilis & ouium faciebant, & eas à vero Christo auertebant, sibi pastoris officiū vsurpantes, & est sensus: Omnes qui venerunt, se pastores ouium dicentes, aut Christum se esse iactantes, quia per ostium verum non intrarunt, fures fuisse & latrones, cùm nō sit aliud ostium præter Christum, & qui per eum non intrant, oues non sunt, multo minus pastores. Hoc dicit propter nonnullos, qui ante eius aduentum se tanquam Christum & Messiam populo annunciarunt, vel quod Christi proprium erat, sibi vsurparunt, quales fuerunt Theodas & Iudas, Actor. 5. & si qui sunt alij. Hi enim deceperunt multos Iudæorum eis persuadentes, se esse promissum Christum, id quod Christi erat profitentes.

Theodas & Iudas Galilæus, pro Messia sese impiè vendicarunt.

Cogitate quæso, si quis iam hæreticos omnes vocaret fures & latrones, indignarentur, imò iure coram sæculari magistratu agerent, & tamen sunt & manebunt: sicut & nequam nolunt audire multi, qui sunt nequissimi.

Sed non audierunt eos oues.] Hęc est probatio, quòd falsi illi fuerint pastores. Oues enim non audierunt eos: quia nō in eâ voce audiendâ perseuerarunt, quāuis enim aliqui electi

ad tempus falsos Doctores & pseudoprophetas audiant, in resipiscunt & recedunt ab eis, & ad suum verũ pastorem reuertuntur, vt ait Aug. Possemus etiã dicere vt non de electis tantum & prædestinatis hæc exponamus. Nam oues fideles oẽs sunt, siue reprobi, siue electi, & ad ouile tam hi, quàm illi pertinent. Oues igitur nõ eos audisse dicuntur, quia illi qui populum à lege & prophetis auertebant paucos sui erroris defensores & discipulos habuerunt, breuique omnes perierunt: at verum Christum non pauci, sed innumeri populi ex Iudæis & gentib. erant audituri, nec nomen eius vnquam cessaturum. Sic etiam si quis sit inter hæreticos Catholicus ciuis, nõ tamen debet audire hæretici doctrinam, nec eum tanquam pastorem verum agnoscere.

Ego sum ostium. per me si quis introierit, saluabitur, & ingredietur & egredietur, & pascua inueniet.] Prius se ostium dixerat ratione pastorum, nunc se asserit respectu ouium. Sicut autẽ oues in ouile per ostium intrantes, conseruantur, & securæ manent à lupis vitę eorum insidiantibus, sic qui in Ecclesiã per Christum intrant, vitã habent, & ab hostium potestate liberantur, extra q̃ Ecclesiam salus & spiritualis vita nõ est.

Per Christum in Ecclesiam intrantes, vitam habent.

Argumentum veri ostij est, quando per ipsum in ouile verum salutis intratur, illi fures ostia fuerunt, non ouilis, sed macelli. Perierunt enim oẽs illi, qui illos sunt secuti, Act. 5. Ad hoc alludit Dominus dic. *Per me si quis introierit, saluabitur.* quasi ostium non sit macelli, sed ouilis, vbi non mactãtur, sed saluantur oues. Nec solum qui per Christum ingreditur in ouile Ecclesię salutem, & vitam consequitur, sed in omnibus suis actionib. & operibus, siue occultis, siue manifestis dirigitur & prosperatur, iuxta illud: *Omnia quæcunq; faciet prosperabuntur.* Tanta est autem fœcunditas & vbertas ouilis Christi, quæ est S. Ecclesia, vt quocunq; se oues conuertant, pascua inueniant. Phrasis Hebræa est, egressum & ingressum appellare omnia negotia & opera hominis, Sic 2. Re 3. Ioab dixit ad David: *Ignoras Abner filium Ner, quoniã ad hoc venit ad te, vt deciperet te, & sciret exitũ tuum & introitum tuum.* i. omnia opera tua, siue quę in secreto, siue quę in manifesto agis, & 3. Re 3. *Ego sum puer paruulus, ignorans ingressum meum & exitum,* id est, nesciens quæ me oportet facere, siue in his quæ ad me, siue in his quę ad regni administrationem pertinent. Ps. 120 *Dominus custodiat introitum & exitum tuum,* id est, in omnibus operibus tuis, siue quæ ad te, siue quæ ad alios spectant siue publica, siue secreta protegat & conseruet te, sic etiam nunc dicitur, vbiq; inueniet pascua diuinæ doctrinæ & gratiæ, iuxta illud Ps. 22. *Dominus regit me, & nihil mihi deerit, in loco pascuæ ibi me collocauit.* Ezech. 34. *In pascuis vberrimis pascã eos, & in montibus excelsis Israel erunt pascua eorum:* quę Hieronymus de militante & triumphante Ecclesia exponit. Exponitur etiam à S. Augustino, vt per introitum intelligamus ingressum p viuam fidem in Ecclesiam militãtẽ, vbi pascua salutis sunt: p egressum mortem temporalem, p q̃ fit transitus in Ecclesiam triumphantem, & regnum cæleste, vbi sunt pascua perennia & perfecta. Mirabile est, q homines suis ouibus velint bonos pastores, bona pascua, & sibi non. Item quod curãt hinc inde & bene saginent corpus, sed non animam. Et quæ pro corpore non faciunt?

Ingressus & Egressus quid hoc loco.

Magna porro est pascuorum diuersitas sũt enim pascua immundorum & carnalium, qui non nisi delitias carnales expetunt, similes porcis, qui rebus fœdis & vilibus depascuntur, Ge 41 *Septem boues crassi pascebantur in locis palustribus.* Sunt & pascua auarorum, qui non nisi temporalib. diuitijs volunt pasci, similes bestijs laniorũ, qui ad hoc primo pascuntur, vt postea occidantur, Zach. 11. *Pasce pecora occisionis. quæ qui possederãt, occidebant* Sunt & hominũ discretorum, & illa sunt scientiarum genera, vt pectus & cor possit per sapientiã impinguari, similes ouibus, quę inter cætera animalia herbis mundissimis volunt pasci, 1. Pe. 5. *Pascite qui in vobis est gregẽ Dei.* Sunt & pascua deuotorum hominum, qui nõ nisi in viridario spirituali gratiarum volunt pasci, cantando cãtilenam angelorum, quam continuè cantant coram Deo, sc. *Deo gratias.* Cant. 6. *Dilectus meus descendit in hortum suum, vt colligat aromata & pascatur in hortis.* Sunt pascua hominum egenorum, & isti semper debent pasci in pascuis virtualiũ Eleëmosynarum, sicut dicitur Ge. 41. [illegible] vaccæ macie cõfectæ pascebantur in ipsa amnis ripa. Isa. 14. *Pascentur primogeniti pauperum.* Vltima sunt hominum beatorũ, & sunt pascua

Deuotorũ hominum pascua.

cælestium eminentiarũ, Ezec. 34. *In pascuis pinguib. pascentur sup montib. Israel.* ad quæ nos Christus verus pastor deducat.

Nota etiam illud verbum, *Saluabitur.* Salus nobis ante oculos semper posita esse debet, vt Deum amemus, & sic salutem consequamur. Saluat Deus homines à miserijs temporalibus. Ps. *Clamauerunt ad Dominũ, cùm tribularentur, & de omnibus tribulationibus eorũ seruauit eos.* Saluat à nequitijs cordis. Psal. *Iuxta est Dominus his qui tribulato sunt corde & humiles spiritu saluabit.* Saluat ab æternis supplicijs. Psal. *Salua me ex ore leonis.* Saluat Deus primo per mentis illustrationem, fidẽ & gratiam offerendo. Dicitur enim ille saluare hominem à periculo, qui lucernam ei accendit, & periculum ei ostendit, & modum ipsum euadendi sibi declarat. Sic Deus hominem saluare dicitur inquantum in obscura domo cõscientiæ pectoris, lucerna fidei & gratiæ per ipsum accẽditur, & periculum peccati, modusq; euadendi dictum periculũ ostenditur. Nulla est maior salus cæco, quàm sibi visum restituere. Bar. 4. *Viderunt in celeritate salutem.* Iob 19 *Videbo in carne mea Deum Saluatorem meum.* Sic nec illi qui mentaliter est cæcatus est, donum maius conferri potest, quàm si visus debitæ discretionis in eo reperiatur. Vnde cæcus à Domino interrogatus, dixit, *Domine vt videam.* Mar. 10. Vt autẽ ad saluãdum visum tria sunt naturaliter necessaria, organi dispositio, luminis apparitio, collyrij appositio. Sic ad salutem istam facit gratia, quæ disponit mentem, & aufert omne impediens, sc. peccata, & per consequens operatur salutem, Act. 15. *Credimus saluari per gratiam.* Item apparitio luminis, sc. fidei, q̃ est lumen dirigens & erigens rationem, & per consequens lumen faciens salutem. Mar. 10. *Fides tua te saluam fecit.* Item appositio collyrij, sc. sacræ scripturæ & scientiæ, *quæ data est in salutem omnium credentium,* Luc. 1. *Ad dandam scientiam salutis pl. eius* Secundo, saluat per hostis expugnationem & defensionem sui vasalli. Sic verè Dominus noster etiam nos vasallos, qui corpus & animam tenemus ab eo, si ipsum per deuotam orationis instantiam requirimus, contra inimicos nostros salutem sui adiutorij sentire faciet. Psal. *Domine Deus salutis meæ, obumbrasti super caput meum in die belli* Iste enim est iustus Dominus, qui non patitur nos tentari, vltra quam possumus sustinere: quinimò statim paratus est defendere, & saluare quãdo eius auxilium imploramus, dum tamen de repugnando tentationibus & tribulationibus nostrum debitum primitùs faciamus. Psal. *Ad ipsum ore meo clamaui, & Dominum saluauit me.* Saluat suos à tẽtationibus hostilibus & diabuli. Ier. 15 *Ego tecum sum, vt saluem te.* Psal. *Deus saluauit eos de manu odientium, vt notam faceret potẽtiam suam.* Item ab infestationibus carnalibus, Ezec. 36. *Ego ero vobis in Deum, & saluabo vos ab omnibus inquinamentis vestris.* Item à tribulationibus temporalibus, à fulgure & tempestate, Matt. 8. *Clamabant discipuli. Domine salua nos, perimus. Et imperauit ventis & mari.* Saluat vel temperando tentationes, vel fortitudinem concedendo, vel tentantes auferendo. Psalm. *Saluasti nos de affligentib. nos, & odientes nos disperdidisti.* Isai. 43. Ipsè valde consolatoriè loquitur cuilibet tribulato, sic dic. *Noli timere, seruus meus Iacob, quia ego tecum sum, cùm transieris per aquas, tecum ero, & flumina non cooperient te. cùm ambulaueris per ignem, non combureris, & flamma non ardebit in te, quia ego Dominus Deus tuus Israël, saluator tuus* Saluat ab infectione criminum, Matt. 1. *Iste saluum faciet populum suum à peccatis eorum.* Item à passionibus corporalibus, Marc. 6. *Quicunque eum tangebant, salui fiebant ab infirmitatibus suis.* Tertio saluat per carnis inspectionem, sicut medicus. Nam Deus humanum genus tunc propriè saluauit, quando per beatam incarnationem faciem suam personaliter declarauit, & quando facie ad faciem mundum vidit. Istud videbatur prætendisse David, cùm dicebat in Psal. *Veni ad liberandum nos Domine Deus virtutum, ostende fac. tu. & salui erimus.* Venit filius hominis saluare animas, non perdere. Luc. 19. *Sciens enim Dei filius, quia vana salus hominum, & longè à peccatoribus salus, operatus est salutem in medio terræ, vt ipse daret salutem regibus, & redimeret David seruum suum.* Et tunc saluauit mundum à diaboli potestate, Isai. 49. *Quod oblatum fuerit à robusto saluabitur.* A captiuitate inferni, Ierem. 30. *Saluabo te de terra longinqua* A malignitate peccati, 1. Tim. 1. *Dominus Iesus Christus venit in hunc mundum peccatores saluos facere.* Quarto, Saluat per cæli retributionem, quæ fiet in iudicio, quando

Notandum illud, Saluabitur.

Ad visus conseruationem, tria necessaria.

Deus tribulatis, valdè loquitur consolatoriè.

Salua-

Salus perpetua retributionem in iudicio.

Saluatorem expectamus Dominum nostrum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ, Phil. 3. *Tunc saluabitur populus omnis, qui inuentus fuerit scriptus in libro vitæ.* Sicut dicitur Dan. 12. Et ista salus dabitur, Fugientibus peccata, Ezec. 7. *Qui fugerint saluabuntur.* Vnde Dauid 1. Reg. 27. *Melius est vt fugiam & saluer.* Tormenta sustinentibus. Tob. 13. *Tu flagellas & saluas, deducis ad inferos, & reducis.* Mat. 10. *Qui perseuerauerit vsq; in finem saluus erit.* In Deo confidentibus. Ps. *Saluabit eos, qui sperauerunt in te.* Dominum inuocantibus. Psal. *Clamaui, & Dominus saluabit me.* & Ioel. 2. *Omnis qui inuocauerit nomen Domini, saluus erit.* Humilibus & timentibus. Ps. *Humiles spiritu saluabit.* Castis. Prou. 9. *Qui abscesserit ab ea*, sc. à muliere, *saluabitur.* Pœnitentibus, Is. 45. *Conuertimini ad me*, s. per pœnitentiam, *& salui eritis.* Quiescentibus in pace, Is. 30. *Si reuertimini & quiescatis salui eritis.* Confitentibus, Ier. 32 & 33. *In diebus illis saluabitur Iuda*, qui interpretatur confitens. Cõtemplantibus, Ps. *Dabo in Sion salutem, & in Ierusalem gloriam meam.* Sion, id est, specula. Legitimè intrantibus Ecclesiam & dignitates. Ioan. 10. *Per me si quis introierit, saluabitur.* Cogitantes sanctè. Ps. *Saluos facit rectos corde.* De corde autem exeunt cogitationes, Mat. 11. Affligentibus seipsos, Lu. 9. *Qui perdiderit animam suam propter me saluam faciet eam.* Permanẽtibus in fide, Luc. 7. *Fides tua te saluam fecit.* Baptismum profitentibus. Tit. 3. *Saluos nos fecit per lauacrum regenerationis & renouationis.* Perseuerantibus Math. 24.

Fur non venit, nisi vt furetur, & mactet, & perdat. Ego veni, vt vitam habeant, & abundantius habeant. Alludit ad illud Act. 5. *Vt vitam habeant, & abundantiùs habeant*, nempe vitam habeant gratiæ in hoc sæculo, & abundantius in futuro æternam consequantur. Viuit enim iustus in hoc sæculo vita gratiæ, perfectiorem postea etiam per Christum consecuturus vitam, beatam sc. in gloria. Aug. tract. 45. & Chrys. ho. 38. exponunt. Adhuc in hoc sæculo vita gratiæ datur & abundãtiùs datur, quia iustus in gratia augetur, & magis ac magis crescit, 1. Thess. 4. *Sic ambuletis, vt abundetis magis.* Rursus, *vt vitam habeant*, id est, liberentur à malis, *& abundantius habeant*, id est, fruantur bonis. Venit enim, vt qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam. Rursus, *vt vitam habeant*, quam per fidem in me venturum habebant, *& abundantius habeant.* Nam maior & copiosior est Euangelij, quàm quæ in lege dabatur, gratia.

Iustus in hoc sæculo viuit vita gratiæ.

Necessarius est itaque Spiritus sanctus, Auditores, vt colatur, vt inuocetur, vt impetretur, vt conseruetur. D. Bern. in hom. Pentec. dic. *Per oculos non intrat Spiritus S. quia non est coloratus, neque per aures, quia non insonat, neque per nares, quia nõ admiscetur aeri, sed menti, neque per fauces, quia non est haustus, nec per tactum corporis, quia non est palpabilis.* Quæritur ergò, cùm inuestigabiles sint viæ eius, qualiter ipsum adesse nouerim. Sed ex motu cordis intellexi eius præsentiam, ex fuga vitiorum aduerti potentem virtutem eius, ex qualicunq; discussione occultorum meorum expertus sum profunditatem bonitatis eius, ex emendatione delictorum meorum vidi eius pietatem, ex renouatione & reformatione mentis meæ percepi vtrumque speciem decoris eius, & ex contuitu omnium horum simul expaui multitudinem eius magnitudinis. Verè multiplex spiritus, qui tam multipliciter filijs hominum inspiratur, vt non sit qui se abscondat à calore eius. Datur ad vsum, communia bona abundantissime tribuens. Ad miraculum, vt ex præsentibus fides astruatur præteritorum. Ad salutem si conuertatur quis in toto corde. Ad auxilium, quia adiuuat infirmitatem nostram. Ad feruorem, vt igne charitatis & S. Spiritus omnes tribulationes constantiùs toleret. Clamemus itaque toto corde & animo dispositi ad Spiritum S. *O lux beatissima reple cordis intima tuorum fidelium, sine tuo numine nihil est in homine, nihil est innoxium.*

Spiritus S. viæ cũ sint inuestigabiles, quomodo illum adesse mihi sentiam.

Laus Deo, & Beatissimæ Mariæ Virgini, & omnibus Sanctis.

FERIA QVARTA PENTECOSTES.

Nemo potest venire ad me, nisi pater, qui misit me traxerit eum, Iohann. 6.

CONSVEVIT hactenus sancta mater Ecclesia Auditores in ipsis Bacchanalibus proponere Euãgelium de passione & resurrectione Christi, *Ecce ascendimus Ierosolymam*, vt ad vtrumque nos præparatos moneat. Sic diebus passionis de Resurrectione. Sic ante Ascensionem & Spiritus S. missionem fecit, vt paulatim intelligeremus mysteria, beneficia diuina, festiuitates Ecclesiæ, & ea quæ ad gloriam Dei & nostrarum animarum salutem sunt efficacia. Hodie, hoc est peracta tertia feria Pentecostes, cùm iam etiam de Spiritu S. egerit, vt fieret præparatio ad sanctissimum festum indiuiduæ Trinitatis, nos partim hoc Euangelio in cælos eleuat, vt contemplemur, vbi Christus qui resurrexit, ascendit, & Spiritum S. misit, ad dexteram patris sui sedeat, in qua gloria & maiestate, vbi mansiones nobis præparauit, & nos inuitat & expectat. Sed audite quid iã ille in solio suo maiestatis nobis aperit. *Nemo potest venire ad me, nisi pater traxerit eum.* Ecce humilitas, quia patri attractionem & missionem attribuit, nihil sibi. Ecce difficultas ascendendi, quia nisi tractus fuerit non ascendet. Trahit pater vt hic auditis, trahit filius, Ioan. 12. *Ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsũ.* Trahit Spiritus S. sicut orat prudens anima, Cant. 1. *Trahe me post te, curr. in od. vng. tuo.* Pater funiculo potentiæ, filius funiculo potentiæ, Spiritus S. funiculo charitatis. Et eo magis necessaria est attractio, quo magis nituntur mundus, caro, diabolus, & omnia peccata deprimere. Quare optima de causa hodie hoc Euangelium nobis proponitur. Deinde obseruat suum morem iterum & consuetudinẽ: Quia post octo dies festum est sanctissimi corporis Christi, vt iterum disponantur mentes & corda nostra ad adorandum, ad sumendum, ad celebrandum corpus & sanguinem Iesu Christi, Saluatoris & Redemptoris nostri, qui in hoc sacramento memoriam mirabilium suorum esse voluit & fecit, ideò media pars Euangelij aut pars posterior de venerabilissimo Eucharistiæ sacramento tractat. Sed nunc ad

Hoc Euangelio in cælos eleuamur ad Christi, Spiritum S. mittentis contemplationẽ.

EVANGELIVM.

NEmo potest venire ad me, nisi pater qui misit me, traxerit eum] Si non capitis hæc verba, ô Pharisæi, non ideò nõ vera sunt aut incredibilia. Sed quia non habetis in vobis lumen illud diuinum, quod necessarium est, ad veniendum ad me, & ad credendum verbis meis. Nemo enim venit ad me, nisi à patre tractus, & à patre illustratus: at vos cùm nõ sitis tales, non capitis verba mea quæ sunt verissima. Est sicut si rustici ad audiendum concionantem de rebus & mysterijs altissimis, ad quæ capienda, necesse erat prius multa in scholis didicisse, accessissent: Illi aũt hac præparatione carentes non intelligerẽt, ac propterea inter se de veritate illorum dubitarent, sanè concionator ille dicere posset: Ne murmuretis; nemo enim intelligit meam doctrinam, nisi qui satis diu est in scholis versatus: non est doctrinæ meæ falsitas, & incredibilitas, sed vestra ignorantia causa, quod nõ capiatis, nec assensum præbeatis. Ita nunc dic. Dominus, *Nolite murmurare.* Nemo enim mihi credit, nemo verba mea capit, nisi qui à patre tractus & illustratus est. Ideò debent lumen fidei à Deo petere. Et paternè illos non durè arguit, tum vt suam doctrinam cælestem & diuinam com-

Per diuinum lumẽ necesse est ad Christum.

men-

n ciuaret, tum, ne si hoc in eum hominis arbitrio solū tribuere videretur, quasi homo per se sufficeret, tum etiā vt eos sic terreret, quasi destitutos paterno & diuino lumine, vtē vt doctrinam suam non falsam, nec cōtra Deum, sed verā & secundum diuinam voluntatem significaret.

Quibus modis homo trahatur. Obserua q̄ homo trahitur primo per supernam delectationem, quia obiectū delectabile trahit & mouet potētiam, vt pulchritudo oculū, & per gustum. Sic homo considerat ratione bonitatis diuinæ, & supernæ fælicitatis, ad Deū trahitur, & ratione suæ pfectionis ad eum inclinatur, & ad eum diligendū. & se ad eū conuertendum spiritualiter inuitatur. Can. 1. *Trahe me post te.* Amoris aūt iste tractus est duplex: Quia homo trahitur à re amata; Deus vero trahit ad se rem amatam. Et sicut sol putos vapores ad se trahit, sic charitas & feruor amoris solis iustitiæ Christi, puros ad se trahit, & ipsos ad bonum inducit, Iere. 31. *In charitate perpet. dil. te. Et ideo attraxi te miserans.* Secundo, per diuinam inspirationem: sicut magnes ferrum naturaliter, & luna ad se aquam. Sic Paulus & alij attracti fuerunt. Iob. 34. *Quod si homo ad Deum direxerit cor suum, spiritū eius & flatum ad se trahet.* Tertio, per apertam tribulationem. Sunt n. quidam infixi in Deo per gratiam & amorem, scil. boni & iusti, & isti procul dubio ab ipsa potentia & gratia diuina trahuntur, vbi voluerint, inde volūtariè non coactè, Os. 11. *In funiculis Adā trahā eos in vinc. charitatis.* Alij verò sunt qui nō sunt in Deo fixi, vt peccatores qui etiā & ætiatici dici possunt, & sic isti à Deo voluntariè non trahuntur, sed cōtra impetū proprij cursus & ppriæ voluntatis ab ipso quoque ad gratiam per tribulationū violentiā trahuntur. Vnde d. Paulo, quasi p violentiā reducto & conuerso dicitur, Act. 9. q̄ ad manus ipsum trahentes introduxerunt Damascum. Figuratus est in illo magno pisce. quid. flumine extractus & exēteratus Tobiæ factus est medicina. Tob. 6. Quarto per sui æternam commotionem, sicut. n. vnus anulus tenetur attractus, & tractus ab Adamante, trahit secum plures annulos alios. Et sicut in virtute primi motoris, prima sua motiua trahit & mouet secundam, sic vnus homo iustus à Deo spiritualiter motus, plures alios ad bonum trahit, & eos suis doctrinis & exemplis ad bonum excitat & inducit. *Vnus homo iustus à Deo spiritualiter motus ad bonum plures alios trahit.*

Et ego resuscitabo eum in nouissimo die.] Secundo argumento veritatem dictorum confirmat, eorum q̄, murmurationē arguit, q. d. Nolite murmurare, & falsam meam doctrinam iudicare, tum quia vos non habetis lumen diuinum à patre communicatum, sine quo ad me venire, & meam doctrinā non potestis capere; tum quia ego sum qui credentes in me, suscitabo in die nouissimo: Qui aūt talem ac tantam potestatem habet, profectò non est de terra, & filius hominis tantum, sed simul etiam de cælo descendit. Ru. scsi suscitaturus sum credentes in me, vitæ panis sum. Non. n. suscitat mortuos, nisi qui dare potest vitā æternam. Quib⁹ verbis & terret & allicit, & se patri æqualem ostendit. Ne. n. cū n dictum esset, *Nemo potest venire ad me, nisi pater eum traxerit*, existimarent illum esse patre minorem. Propterea dic. *Ego resuscitabo eum*, quod non est minoris potestatis, q̄ trahere, imo eiusdem. Manichæi, vt refert Chry. hom. 45. & idipsum insinuat Aug. tract. 26. hoc loco abutebantur, vt liberum hominis negarent arbitrium, quasi id trahi dicatur, q̄ vi & violentia venire cogitur; Sed stulta est hæc argumentatio, tum quia verbū trahi non semp violentiam aliquam significat, tum quia & apud prophanos authores trahi sæpè idem significat, q̄ inclinatione vehemēti in aliq̄ rem duci. Trahi. n. multi appetitu gloriæ, alij appetitu scientiæ dicuntur, & vt Aug. Poëtam allegat. *Trahit sua quemq; voluptas.* Non tamen vi trahuntur aut aliqua necessitate, qa etiam scriptura infinitis penè locis huic vi & necessitati aduersatur, dum sæpè inuitat peccatores, vt veniant ad fidē, & ad diuinæ legis obseruantiā; Si autē vi & necessitate traherētur, non esset, q̄ venire inuitarentur & admonerētur. *Nō vi aut necessitate trahimur.* Vtitur autem scriptura hoc verbo, vt efficaciam diuinæ vocationis explicet, q̄ homines suis vitijs maximè immersos, & diuturno tempore in eis enutritos, nihil nisi carnale sapientes, tēporis momento conuertit, vt omnibus q̄ summopere & diu dilexerunt, relictis, Christū sequantur. Hæc efficax & subitus diuinæ dextræ mutatio, tractio dicitur, non quod vi & necessitate ad Deum trahantur, sed n. mirus efficax esset motio, sed quod ab his q̄ sola & vehementissimè diligebantur, & propter quæ prius omnia contēnebantur, volens & libens homo ad omnino contraria repente conuertatur, q̄ experiētia cōprobatum est frequētissimè, dum homines inimici crucis Christi psecutores carnales iam diu vitijs dediti, vno verbo in spirituales viros omnia præterita dānantes, diuinæ lucis radio sunt conuersi. Quo argumēto vtitur Orig. l. 2. contra Celsum in fine ad probandā Christi diuinitatem ex Gentium cōuersione, cuius verba hęc sunt: *At ego nescio an homo ausus vniuersum orbem ad suam fidem suamque doctrinā attrahere potuisset sine Deo, tātum successum habere & superare omnia sua doctrinæ obstacula etiam Reges, Imperatores, senatum Romanum, & omnium populorū principes. Quomodo enim homo natus & nullius præstantioris naturæ particeps, tantam ad se multitudinem conuertere, & q̄ magis admirabile est non sapientem tantummodo, sed contrariam affectibus magnaq; amentia obsequentium ita vt mox versa fiant e brutis prudentes? Sed quoniam potentia Dei Christus erat & patris sui sapientia adeo talia fecit & facit nunc quoque.* Hæc Orig. Ex qua doctrina aliā causā elicere possumus, cur verbo *trahendi* Euangelista sit vsus, nempe vt in ea tractione etiam vis & violentia magna illata & inferenda significaretur. S. d non hominis arbitrio, vt Manichæi impie arbitrabantur, sed vi persecutionibus, consuetudinibus & moribus prauissimis, dæmonibus, nominis Christi inimicis & persecutoribus vis est illata. & diuina potentia superatis erepti sunt homines, vt ad Christum sponte & libenter venirent. De qua violentia dictum est Matt. 11. *Regnum cælorum vim patitur & violenti rapiunt illud.* Et sic Ioan. 12. dictum est, *Si exaltatus fuero, omnia traham ad meipsum.* Et aduerte q̄ magis exprimatur, q̄ proprie est diuinæ naturæ, q̄ patri attribuitur: Nam cùm ipse Christus sit homo & Deus, non ita facilè declararet, quid sit, quod facit, vt Deus, quid verò vt homo, quàm cùm patri tribuitur, q̄ modo tale non est id, de quo est sermo, vt manifestum fit esse proprium. *Verbo, Trahendi cur sit vsus Euangelista.* Vt igitur diuinum opus significaret esse venire ad se, & per hoc doctrinæ suæ veritatem confirmaret, ideò hoc in loco id patri tribuit, Nam contra murmurantes & incredulos id exprimere necessarium videbatur. Et nota q̄ ideò possum⁹ trahi, secundum Aug. quia possumus stante natura tracti à Deo, & generali eius influxu velle trahi, quod aliq̄ ñ volumus imperfectè & conditionaliter, eo modo quo piger vellet esse extra lectum, de quo ñ non curat surgere. Talibus orandum est vt trahantur, id est, vt Deus det eis voluntatē perfectā ad volendum trahi. Præterea propter malas inclinationes & obiecta sensibilia, quæ nos alliciunt, habem⁹ difficultatē ad faciēdum id q̄ facere possumus, quo facto trahimur. Vnde plerunque amando illicita, experimur quod vix possumus appetere, vt Deus det nobis, vt prompte & perfectè & facilius velimus & faciamus totū, quod possumus, vt trahamur, imò si trahimur, vt feruentius trahamur. *Cur trahi possimus, secundum D. August.*

Resurrectio insuper Christi est causa nostræ efficiens, inquātum humanitas Christi secūdum q̄ resurrexit est deitatis instrumentum, & consequenter sicut alia q̄ Christus in humanitate egit, vel pertulit, sūt nobis virtute deitatis salutaria, ita & resurrectio est causa resurrectiōis cōtactu virtuali. *Resurrectio Christi nostræ resurrectionis efficiens causa.*

Attende verum q̄ murmurabant, nec tñ in faciem ei qdquam dicebant: quia adhuc eum venerabantur, & quia recens erat signum de 5. panibus, & propterea non manifestè contradicebant. Nec dicebat se filium semp virginis, & ex Spiritu S. conceptum, quia Iudæi non poterant audire aliū partum mirabilem. Si verò eum qui est secundùm carnem, non poterant manifestè audire, multo magis nec superiorē incredibilem. Et ideò Iudæi nō valētes intelligere mysteriū conceptionis Christi, non poterant venire ad eum per fidem. Theod. *Nemo venit ad me*, vt credat me esse filium Dei, *nisi tractus*, id est, inspiratus, *à patre meo.* Quia nihil potest ascendere, supra naturam suā nisi tractus ab alio, & ideo cùm non possumus cōiungi Christo, nisi per fidē charitate formatam, q̄ est maximum donum Dei, ideò oportet, q̄ trahamur per patrem. Dices, si nemo potest habere fidem, nisi tractus à patre, ergo iniustè dānantur infideles? Respondet S. Th. 3. contra gentiles, c. 159. q̄ iustè imputatur & non imputatur homini, si ad Deum nō conuertatur, q̄ as hunc sine gratia Dei facere non possit. Vnde considerandum est, q̄ licet aliquis p motum liberi arbitrij diuinā gratiam promereri

non

non possit potest in seipsum impedire, ne eam recipiat. Dicitur enim Io. 21. *Recede à nobis, scientiam viarum tuarum nolumus.* & 24. *Ipsi fuerunt rebelles lumini.* Et cùm sit liberi arbitrij impedire diuinæ gratiæ acceptionem, vel non impedire, non immerito in culpam imputatur ei, qui impedimentum præstat gratiæ receptioni. Deus enim quantum in se est, paratus est omnibus gratiam dare, Vult enim omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, 1. Tim. 2. Sed illi soli gratia priuantur, qui in seipsis gratiæ impedimentum præstant, sicut sole mundum illuminante in culpam ei imputatur, qui oculus claudit, si ex hoc aliquod malũ sequatur, licet videre non possit, nisi lumine solis præueniatur. Trahi item secundum August. est delectari beatitudine, iustitia, veritate, vita sempiterna, quod totum Christus est.

Et scriptũ est in Prophetis: Erunt oẽs docibiles Dei.] Confirmat tractationẽ illã verbo prophetico futurum tempus in quo Deus doctturus esset & illuminaturus homines, vt Deus Doctor & Magister, homines autẽ discipuli eius futuri essent, quod quidẽ in fide reuelata per Christum impletum est. *Erunt*, inquit, *docibiles*, id est, docti & eruditi à Deo. Testimonium est. Is. 54. *Ponã vniuersos filios tuos doctos à Domino.* Iere. 31. *Dabo legem meã in mentib. eorũ, & super cor eorũ scribã eã, & nequaquam docebunt singuli proximos suos, & fratres suos dicentes cognosce Dominum, sed oẽs scient me a minimo vsq; ad maximum.* Non allegat Prophetã, quia secundum aliquos dicitur, quod est in Prophetis virtualiter, hoc est in sensu, non in verbis & quod possit colligi ex diuersis prophetis, sicut authoritates allegat. Omnes ergò docentur à Deo tanquam à supremo Magistro, licet aliqui ex parte sui non doceantur. Hæretici verò quia noluẽr doceri à Catholica Ecclesia, ideò idonei non sunt impedimento, sicut & peccatores qui nolunt audire monẽtem.

Omnes doceantur à Deo tanquam à summo magistro.

Omnis qui audiuit à patre, & didicit venit ad me.] Applicat allatum testimonium. Cùm enim dixisset, neminem venire ad Christum, nisi à patre tractum, & allegasset prophetiam de Fore vt homines docerentur à Deo, addit: Omnis qui doctus fuerit à patre venit ad me, q. d. hæc verba prophetiæ de his dicta sunt, qui ad me venturi sunt, & in me credituri. Nemo igitur venit ad me, nisi ductus à patre. Attende, quod audire & discere significationẽ exprimãt vnius verbi, sc. doceri à patre, Doceri. n. est audire & discere: Audit is qui per reuelationẽ mysteria fidei apprehendit, Discit autẽ qui his quæ audit, assensum præbet. Non semper omnis qui audit discit, at omnis qui discit, audit. Qui verò audiunt & addiscunt edocti sunt à patre, & hic venit credendo. Non. n. aliud est audire & discere, quàm credere. Credere autẽ in Christũ est venire ad eum. Quamuis etiam venire cõprehendat cõfessionem fidei & obedientiam mandatorum Christi: at in hoc loco magis propter fidẽ positum est, de qua præcipuus hic sermo. Cætera tñ non excluduntur. Sunt autẽ hæc à Deo, audire & discere. Ipse enim est, cuius gratia reuelantur diuina mysteria. Ipse etiam est, cuius gratia & auxilio liberum hominis arbitrium iuuatur, vt credat, & quod credit cõfiteatur & faciat. Quibus verbis & arbitrium simul hominis & simul gratiæ adiutorium cõprehenduntur, quod doctè Augu. l. de gra. Christi contra Pelagianos & Cælestinos, c. 14. explicat. *Omnis qui didicit venit, quisquis non venit, certè non didicit: Quis autem non discat, & venire queaquã, & non venire arbitrio voluntatis: sed hoc arbitrium potest esse solum, si non venit. Nõ potest autẽ nisi adiutum esse si venit, & sit adiutum, vt non solum quod faciendum sit sciat, sed quod scierit, etiam faciat: atque hoc, quando Deus docet, non per legis litteram, sed per spiritum gratiam ita docet, vt quod quisque didicerit, non tantum cognoscendo videat, sed etiam volendo appetat.* Atque hæc August.

Deus iuuat liberum homini arbitrium.

Aduerte tamen per hæc & præcedentia verba non tolli, prædicationem externam hominum Ecclesiasticorum & in Ecclesia, Nam Ro. 8. *Fides ex auditu*, & auditus ex prædicatione Apostolorum & eorum qui missi sunt, nec tollitur magisterium Ecclesiæ, quæ est columna & firmamẽtum veritatis, 1. Tim. 3. sed docet Dominus his verbis, omne exterius magisterium non sufficere ad credendum, nisi interiùs Deus illuminet & moueat cor ad credendum, 1. Cor. 3. *Neq; qui plantat, neque qui rigat est aliquid, sed qui incrementũ dat Deus.* Eph. 1. *Deus qui est pater Domini nostri Iesu Christi gloriæ, det vobis spiritum sapientiæ & reuelationis, in agnitionẽ eius & illuminet oculos cordis vestri.* Docet etiam his verbis, quamuis exterior sit prædicatio & magisterium, tamen verbum & doctrinã nõ esse hominum, sed Dei ipsius, qui per ministros loquitur, 1. Th. 2. *Gratias agimus Deo sine intermissione, quoniam cùm accepissetis à nobis verbum auditus Dei, accepistis illud, non vt verbũ hominũ, sed sicut est verè verbum Dei, qui operatur in vobis qui credidistis.* Perpende duo, verbum esse Dei, quod per prædicatores annũtiatur, & in ipsis audientib. Deum operari fidem, hac vtraque de causa fideles didicisse & audisse à Deo, dicimus. His igitur verbis explicuit & confirmauit Christus superiorem sententiam, *Nemo potest venire ad me, nisi pater, qui misit me, traxerit eum.* Dicit autem potius de patre, quod doceat, quia filius & spiritus de ipso procedit, inseparabilia tamen sunt opera Trinitatis, & pater docet inspirationes, addiscimus verò, si eas percipimus & sequimur.

Verbũ & doctrina sunt, non ecclesiasticorum, sed Dei.

Non quia patrem viderit quisquam, nisi is, qui est à Deo, hic vidit patrem.] Docet modum, quo pater auditur: Non enim carnis auribus, nec visu, sed corde. Nemo enim talis est, nisi filius solus qui est à patre, hic est qui videt & vidit patrem. Quibus verbis significat omnes ex auditu docendos, nõ ex visu, si enim visus esset, fides non esset. Significat etiam se solum esse eum, qui nouit ea visu patrem, & cuius audiuit oportet nos obtemperare. His etiam verbis aliud insinuat, nec etiam prophetas vidisse, quamuis docti fuerint à patre, Nam mentionem eorum fecerat, testimonium eorum allegando, at nec hi viderunt: Ideò ipse est omnib. prophetis superior Similis est illa sententia, Ioan. 1. *Deum nemo vidit vnquam.* Ne autem Iudæi dicerent, Nunquam vidimus patrem, & quomodo possumus ab eo discere? Respondit Christus secundum Augustinum, *Ideò à me ipso audite, quia ego nom, & ab ipso sum, & sum verbum eius.* Patrem autem nemo vidit vnquam, sc. eo modo, quo est nudè & apertè, quamuis aliqui viderint eum per similitudines corporum, vt Abraham, Gen. 27. Vel nemo vidit patrem perfectè, hoc est, comprehensiuè, licet eum aliqui viderint apertè per miraculum, vt de Moyse & Paulo dicitur. Ipsi enim viderunt in quodam raptu, sed illa visio non erat similis visioni Christi, qui ab instanti conceptionis suæ, vidit diuinam essentiam per modum habitus permanentis.

Christ & parem eandem doctrina.

Amen amen dico vobis, qui credit in me, habet vitam æternam.] Prius confutauit ipsorum murmurationes, obijciendo eis defectum luminis, & doctrinæ paternæ ipsorum culpa, sine quib. nemo venit ad Christum, postea dicit se esse, qui suscitabit in nouissimo die credentes, quod non fieret nisi panis esset vitæ. Primum horum explicuit & confirmauit prophetiæ testimonio, & eius declaratione, nunc secundũ cõfirmat. *Ego resuscitabo eum in nouissimo die*, di. *Amen qui credit in me.* Assertione vtitur geminata loco argumẽti. Cuius enim tot ac tanta signa viderant, debuit profectò eius verbũ tanta assertione prolatum, magnum eis esse veritatis argumentum. Hanc autem sententiam Dominus sæpè repetit, se se, panem esse vitæ, & credentes in eum habere vitam æternã, vt vel ipsa frequens monitio vel repetitio eos ad fidem cõmoueat, vt & factis & dictis, & ipsa dictorum repetitione tanta veritatẽ confirmet, nullumq; veritatem annunciandi relinquatur argumentum. *Qui credit ergò in me, vitam habet æternam*, non quod tunc quando credit habeat iam re, sed in die nouissimo. Quando verò credit, habere dicitur: quia ius ad rem habet: fides enim viua fidelis est, velut pignus, & ius quoddam ad vitam æternam. Vel si non habeat eam vitam actualiter, habet tamen eam virtualiter.

Sæpe Christum inculcat, se panem esse vitæ.

Ego sum panis vitæ. Patres vestri manducauerunt manna in deserto, & mortui sunt: hic est panis de cælo desc. vt si quis ex ipso mand. non moriatur.] Causa cur credẽtes habituri sint vitam æternam, est, quia credentib. in me panẽ vitæ, qui sum ego, ministro, eosq; me ipso cibo Panis vitæ dicitus non solum, quia viuit in se, quod nullus alius cibus habet, sed quia causa est vitæ & panis viuificans. Cuius & qualis vitæ panis sit explicat, eum præferens mannæ dato patribus, quod non præstitit vitam immortalem: nam illi mortui sunt. Dicit notanter *Patres vestri*, non *nostri*. Nam quamuis secundum carnem descendebat ab eis, tamen quia tunc secundùm suam diuinitatem loquebatur, ab eis se separat, quasi dic. alium ego patrem habeo, quia ipse est Deus vestrorum patrum & omnium Dominus. Differunt autem panis, & manna. Nam qui manducat hunc panem Christi, moritur quidem corpore, tamen virtute eius in vitam æternam suscitatur, &

Panis & Manna differunt.

bonus

huius vitæ gratia datur. Non enim panis hic ad vitam hanc corruptibilem sustentandam confertur, sed ad immortalē & æternam ac beatam, & eam efficit post hanc corruptibilē, at manna illud datum erat duntaxat, ad vitam hanc corruptibilem tuendam, neq; tamen eam ita tueri potuit, vt à morte præseruarentur. Ille panis paruo tempore durauit, dum in deserto vixerunt, in terra autem promissionis non acceperunt manna, quia nō habuit efficaciam vitę æternę.

Ego sum panis viuus, qui de cœlo descendi, si quis manduc. ex hoc pane, viuet in æternum, & panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita.] Causa hæc est optima & efficacissima, *Ego sum panis viuus*, id est, in me habens vitam: non ergo mirum, si viuere facio manducantes me. Qui enim panis est viuus, panis etiam vitæ est, id est, dans vitam. Secundo, *Sum panis viuus*, non quocunque communi modo, sed, *Qui descendi de cœlo*, id est, viuus vita cælesti & diuina, quæ æterna est. Si ergò panis sum, manducantem pasco, si viuus sum, vitam præsto, si viuo vitam immortalem & æternam ac cælestem, viuere alios facio simili vita. Et ideò, *si quis manducat hunc panem, viuet in æternum*. Addit præterea, carnem suam hunc panem, quem se daturum promisit esse, & in hoc passionem suam pro mundi salute futuram prædicit. q. d. *Panis quem ego dabo*, id est, caro mea, quam ego daturus sum *pro mundi vita* & salute. Illud enim, *Pro mundi vita*, coniungitur cum carne, id est, caro, quę pro mundi vita in mortem danda est, hæc ipsa panis est, quem ego dabo. Non sine magno mysterio passionis suæ meminit, hunc panem promittens. Nō enim caro eius in cibum & panem datur, nisi post suam mortem & passionem, & vt memoria quædam passionis eius; quamuis paulò ante passionem sacramentorum hoc sit institutum. Et attende, *Ego dabo pro mundi vita*, carnem, quia sponte mortuus est, ublatus quia voluit.

Non sine magno mysterio meminit suæ passionis Christus.

Rursus si id quod pro mundi vita datur, per carnem intelligatur, certè non debemus de sola carne verba intelligere, sed de Christo toto, totus enim Christ⁹ pro nobis datus est. Et quę est manducatio carnis & corporis, nisi ea qua realiter caro eius & in sacramento sumitur, sed hoc ex vi sua totum Christum continet non solum carnem. Ex quibus quoque patet, quod manducatio carnis Christi non sit intelligenda de sola fide, vt malè nostri Nouatores asserūt.

Christum dupliciter participamus.

Obserua, duob. modis Christum cibum ac potum esse, Dupliciter enim Christum participam⁹. Vno modo secundum virtutem, cuius nobis effectus communicatur, hac ratione, qui credunt in eum fide perfectâ & viuâ, ipsum manducant, & eis est cibus, quia virtus eius in eis operatur infundendo gratiam, remittendo peccata & dona impertiendo. Spiritus siue quantum ad principium, siue quantum ad augmentum, vt in his qui de nouo ad ipsum à peccato conuertuntur, & in his qui iam conuersi ab eodem perfectionem spiritus & augmentum suscipiunt. His omnib. per Metaphoram & similitudinem cibus & potus, Christus dicitur, quia animam reficit, confortat & recreat, sicut cib. & potus materialis corpora, mortuis autem spiritualiter per peccatum, dat vitam, quod corporales cibi nō faciunt. Altero modo cibus est Christus, non secundum virtutem tantum, sed etiam realiter, quia ipsemet miro & ineffabili modo sub panis & vini speciebus nobis secundum suam substantiam datur & communicatur, quam manducationem sacramentalem sacri Doctores vocant, in qua Christus panis dicitur, quia secundùm suam substantiam nobis communicatur, sub veri panis speciebus contentam. Spiritualis manducationis meminit Paulus. 1. Co. 8 *Eandem spiritualem escam manducauerunt, & eundem potum spiritualem biberunt*. De reali & sacramentali dicitur, 1. Cor. 11. *Accipite & manducate, hoc est corpus meum*. Quas duas manducationes ita debemus intelligere, vt illa spiritualis necessaria semper sit & prosit, quamuis non adsit sacramentalis: at hæc vtilis non est, nisi adsit simul spiritualis, quæ est per fidem in Christum. Non ergò Christus in cibum secundum suam substantiam se nobis communicat, quasi sine fide & dilectione velit nos talem cibum suscipere, sed vult nos fide & affectu & puritate disponi, vt simul & mente & corpore cibum hunc manducemus. Propterea Paulus 1. Corinth. 11 præcipit, vt *prob. et seipsum homo, & sic de hoc pane edat*. Qui enim non probatus suscipit, non ad vtilitatem, sed nocumentum sibi suscipit.

Christi corporis manducatio sacramentalis.

Nota etiam quod Dominus in hoc suo miro sermone intenderit, ita māducationem sacramentalem & realem ducere, vt eos ad spiritualem induceret, sine qua realis hæc non prodest, sed obest; Erant enim increduli, quibus cum loquebatur, Ideircò dum ad cibum hunc inuitat, simul ad fidem exhortatur, vt credant in eum sic habituri ipsum vitæ cibum, non sola fide, sed reipsa. Prima igitur verba superius exposita adiunctam habent spiritualem manducationem per fidem, vt credant: At hæc posteriora realem manducationem expressius continent, cū dicitur, *Panis quē ego dabo, caro mea est*. Prius etiam hanc eandem significauit mānducationem, sed minus distinctè, dum fidem in seipsum ab eis postulabat: at hæc iam vltima distinctè & adeò apertè, vt ipsi intellexerint realem carnis eius manducationem, sed mysterium ignorantes, & nimis crassè sentientes, ad modum carnis communis manducandæ arbitrantes, dixerunt, *Quomodo potest hic carnem suam dare ad manducandū?* Testimonium habemus Tertull. l. de Orat. Exponens enim illud verbum, *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie*, inquit *spiritualiter potius intelligamus. Christus enim panis noster est, quia vita Christus & vita panis. Ego, inquit, sum panis vitæ*. Et paulò supra: *Panis est sermo Dei viui quod descendit de cælo, tum quia & corpus eius in pane censetur. Hoc est corpus meum. Itaque petendo panem quotidianum, perpetuitatem postulamus in Christo, & indiuiduitatem à corpore eius* Hæc Tertull.

Quid in hoc sermone suo Christus intendere voluerit.

Perpende carnem Christi, & carnem verbi, quod appellat sermonem Dei viui, esse illum panem, de quo dicitur, *Hoc est corpus meum*, & verba Ioannis cum verbis Matthæi de Eucharistia coniungit, & hunc panem peti docet in Oratione. Cyprianus etiam in expositione Orationis Dominicę explicans illud, *Panem nostrum quotidianum*. Sic dicit, *Panis vitæ, Christus est. & panis hic omnium non est, sed noster est. & quomodo dicimus, Pater noster, quia intelligentium & credentium pater est: sic & panē nostrum vocamus, quia Christus noster, qui corpus eius contingimus, panis est. Hunc autem panē nobis dari quotidie postulamus, ne qui in Christo sumus, & Eucharistiā quotidie ad cibum salutis accipimus, intercedente aliquo grauiore delicto dum abstinētes & non cōmunicantes à cælesti pane prohibemur, à Christi corpore separemur, ipso prædicante & monente. Ego sum panis vitæ q. de cælo descendi. Si quis ederit de meo pane, viuet in æternum: Panis autem quem ego dedero, caro mea est pro seculi vita. Quando ergò dicit, æternum viuere, si quis ederit de eius pane (vt manifestum est eos viuere, qui corpus eius attingunt, & Eucharistiam iure communicationis accipiunt) ita contra timendum est & orandum, ne dum quis abstinēs separetur à Christi corpore, procul remaneat à salute, comminante ipso & dicente: Nisi comederitis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis*. Hæc Cyprianus.

Caro Christi & caro verbi, quis panis.

Quod autem hæretici obijciant illud Augustini, *Ad quid paras dentem & ventrem? crede & manducasti*. Non intelligunt illi. Declarat se S. August. tract. 26. explicans illud, *Patres vestri manducauerunt*, vbi exhortans, ne nos hunc panem vitæ sine fide & innocentia manducemus, inquit: *Videte fratres panem cælestem spiritualiter manducate, innocentiam ad altare portate, peccata & si sint quotidiana, vel non sint mortifera, antequam ad altare accedatis, attendite quod dicatis, Dimitte nobis debita nostra*. Vide apertè Augustinum, manducationem spiritualem eam appellare, quæ cum fide & puritate Christi in sacramento sumitur. Quando ergò dicit, *Quid paras dentem & ventrem?* Id solum significare voluit, hanc manducationem, qua Christus in sacramento sumitur, non esse sicut est ciborum communium esus, sed cum fide & mentis innocentia sumi debere, aliter non prodesse panem hunc. Et inferiùs explicans illud, Et si quis ex eo manducauerit, non morietur, dic. Quod pertinet ad virtutem sacramenti, non quod pertinet ad visibile sacramentum. Qui manducat intus, non qui manducat foris: Qui manducat in corde, non qui premit dente. Comparat ergò Augustinus manducantem tantum sacramentum sine fide & affectu, ei qui cum tali dispositione accipit, & hunc percipere effectum sacramenti, non illum docet: Tamen vterque sacramentum accipit, & realiter Christum suscipit. Hoc iterum inferius confirmat, exponens illud, *Qui manducat meam carnem*, inquit, *Qui non manet in Christo, & in quo non manet Christus, procul dubio nec manducat spiritualiter carnem eius, nec bibit eius sanguinem, licet carnaliter & visibiliter premat dentibus sa-*

Panis vitæ non sine fide & innocentia manducandus.

bus sa-

bus sacramentum corporis & sanguinis Christi: sed magis tantæ rei sacramentum ad iudicium sibi manducat & bibit, quia immundus præsumpsit ad Christi sacramenta accedere, quæ aliquis non dignè sumit, nisi qui mundus est.

Fusior confirmatio quòd manducatio Eucharistiæ non fit per fidem.

Sed hæc eadem ex ipso S. Ioanne, octo rationibus confirmatur. Primo, nouum cibum & manducationem his verbis magnificat & promittit, at manducatio per fidem noua non erat. Nam & Iudæi multò ante per fidem Christum manducauerunt, dicente Paulo, 1. Cor. 8. *Eandem escam manducauerunt, & eundem potum spiritualem biberunt.* Noua ergò est esca, quā nemo patrum in deserto mortuus, nec eorum qui ante tempus illud fuerunt, manducauit. Secundo, credentibus in se promittit, se daturum hunc cibum; Prius igitur est credere in Christum, & postea cibum hunc accipere. Tertio, Quia hunc panem præfert mannæ; Hoc enim manducantibus nō præstat vitam æternam, ille autem panis est vitæ, Ergò conuenire debent manna & panis iste in manducatiōe: Nam vtrumq; ore corporis manducabatur. Quarto, si de fide sola sermo est, seu de manducatiōe, quæ per fidem fit, ad quid tot ac tam multiplicatis sententijs vtitur, in quibus de pane & potu & carne sua & sanguine manducando & bibendo sermo est, cùm satis superq; fuissent verba, quibus vt crederent in se exhortabatur, & credentibus vitam promittebat æternam? Quinto, Quia si de manducatione per fidem sermo esset, nulla esset causa, cur caro sæpe cibus dictus sit; Nam fides non in carnem, sed in totum Christum est, & diuinitas & tota humanitas fidei est obiectum, & fide percipitur, & manducatur. Singulari igitur modo caro cibus dicitur, nimirum quia in cibum verum & realem datur. Sexto, quia tunc esset sermo totus metaphoricus, si de fidei manducatiōe sermo iste esset: at Dominus cum tanto scandalo auditorum & discipulorum nō esset vsus continuatâ metaphorâ, nisi quia reuera de reali & vero cibo loquebatur. Septimo, Cum Iudæi cibum realem carnem Christi futuram intelligerent, nec modum, quo id fieri posset comprehenderent, & propterea scandalizarentur, Dominus non remouit scandalum, aperiendo se de fide in se loqui, sed potius confirmauit potentiam carnis suæ dicens: *Si videritis filium hominis ascendentem, vbi erat priùs*, quasi se posse modo ineffabili & supra naturam illud efficere, non erat necessaria hæc responsio, si de fide sermo esset. Octauo, Quando sunt verba expressa, quæ remouent omnem metaphoram, locutio propriè est exponenda, *At caro*, inquit, *mea verè est cibus sanguis meus verè est potus*. Qua ergò ratione aliquis dicere potest, carnem esse cibum metaphoricum, cùm dicatur verus cibus? Adde non esse vllam rationem, nec argumentum alicuius roboris, quo se tueri valeant, qui hanc intelligētiam excludunt, nec authoritatem vllam alicuius momenti.

Fides non in Christi carnem, sed in totū Christum est.

Iam ego nescio quid dicam vobis, Auditores, ita se Christus explicat, ita se familiarem & communem nobis facit, vt certè nisi credamus in filium Dei, nisi docibiles simus, & audiamus à patre suas inspirationes, non veniemus ad Christum: si non veniemus, iam damnati sumus. Trahit pater, trahit filius, trahit Spiritus S. nisi nos velimus ab illis trahi, sed contra niti, iam damnati sumus Christus est panis vitæ de cælo descendens, non manna, ex quo comedentes mortui sunt, si ex illo pane non manducauerimus, damnati sumus. Ecce omnia à nobis & ex mala nostra voluntate proueniunt, quę summam Dei bonitatem & nostram salutem contemnunt. Agite ergò & vestram malam voluntatē tollite, vt trahamini. Docibiles sitis, vt ad Christum veniatis, ad panem vitæ, cuius festum iam proxime instat, accurrite, fugite mortem, quæ est in indigna vel nulla communione, vt viuatis in æternum.

Trahimur à patre filio, & Spiritu S. quibus contra ducentes damnabimur.

Laus DEO, & Beatissimæ MARIÆ Virgini, & omnibus Sanctis.

FERIA QVINTA PENTECOSTES.

Conuocatis autem duodecim Apostolis, dedit illis virtutem & potestatem super omnia dæmonia, & vt languores curarent, Luc. 9.

INTER Dei magnalia, Auditores, consideratione dignum existimo, modum & ordinem quo Deus salutem nostram operatus est, attendere. Poterat enim Deus, qui omnia creauit ex nihilo, vtens sua omnipotentia, totum mundum ad se conuertere, sine adminiculo Apostolorum, aut hominum aliquorum: sed sicut in cælestibus per angelos multa operatur, ita in terra elegit Prophetas, Apostolos & Doctores, per quos populum erudiret. In hoc certè suam benignitatem ostendit, quia tam dulciter & benignè homines allicit, suamque sapientiam declarauit, qui totum mundum per discipulos simplices & pauperes edocuit. Iam D. Lucas ca. 9. ostendit, quomodo Dominus ex multitudine suorum discipulorum segregauit duodecim, quos Apostolos nominauit: nunc autem eos honorat, mittens illos ad prædicandum, & tradens potestatem, vt miracula facerent. Et rectè hoc Euangelium legitur, quia adhuc memoria missionis discipulorum in orbem terræ, & Spiritus sancti venientis super discipulos in linguis igneis, in Ecclesia celebratur, de quibus bene deseruit hoc

Christus in mundi conuersione cur adminiculo sit vsus Apostolorum.

EVANGELIVM

CONuocatis autem Iesus duodecim Apostolis, dedit illis virtutem & potestatem super omnia dæmonia, & vt languores curarent.] Ostenditur hic Deitatis Christi excellentia, quia non solùm ipse facit miracula, sed discipulis concessit hanc authoritatem, tanta est, vt facile superet omnem naturam. Si enim super terram non est potestas, quæ dæmonibus comparetur, planum fit, vt Christus dans potestatem super spiritus det & super omnem terram. Habent ergò Apostoli potestatem super cælos, elementa, & super omnem carnē, quantum necesse est ad negotium Euangelij, quod ipsa experientia monstrauit. Hæc autem potestas non fuit absoluta in Apostolis, vt possent quicquid vellent super dæmones, sed solùm vt possent eos è corporibus eijcere, sicut dicitur Matth. 10. Non enim poterant quicquid vellent super eos, sc. claudere eos in abyssum, vel eis eripere potestatem tentandi homines: imò nec facere quod ipsimet Apostoli non tentarentur. Nam Iudam, cui & hæc data est potestas, tentauit satanas, & post buccellam introiuit in illum, & Petrum etiam valdè tentauit, Luc. 22. *Ecce satanas expetiuit vos.* Aduertendum quod ista potestas non fuit in Apostolis aliqua qualitas, siue virtus actiua existens, per quam possent aliquid facere, quod prius non poterant, quia potestas faciendi miracula est infinita, ideò homini non potest dari, ita q; efficiatur aliquid ipsius hominis, sicut potētia visiua est aliquid hominis, nam tunc homo efficeretur Deus, quod est impossibile. Præterea si talis potestas verè esset in Apostolis, possent quandocunq; vellent, miracula facere: sed non poterant, quia post collationem potestatis istius, oblatus est is dęmoniacus, & non potuerunt eum sanare. Non ergo erat ista potestas verè aliquid in Apostolis sicut character est in sacerdote, qui quantumcunq; impius est, consecrat si vult: Sed ista potestas verè in Deo erat, qui faciebat miracula, sed cōcessit illam Apostolis taliter, quod

Iob 41.

Apostolis non fuit in diabolum potestas omnis.

quandocunq; ipsi inuocarent nomen Christi ad operationem alicuius miraculi, statim illud fieret, si peterent cum fide, aliàs non: sicut dæmoniaco illi non præstiterunt sanitatem (vt Christus eis dixit) propter ipsorum incredulitatem. De hac fide Christus Matth. 21. *Si habueritis fidem & non hæsitaueritis, non solũ de ficulnea facietis* &c. Et subiungit: *Et omnia quæcunq; petieritis* Matth. 17. *in oratione credentes accipietis.* Hac fidem nunc dedit Apostolis, & illam conferendo insinuabatur, conferri eis potestatem faciendi miracula. Ideoque non erit alia potestas data Apostolis, vt miracula ederent, quæ esset in eis aliqua potentia actiua, sed solum ista fides, per quam volentes poterant ea facere; Aliquando autem deficiente in eis fide defecerunt & miracula.

Christus Apostolis infundendo fidem, contulit quoq; miracula faciendi potestatem.

Rursus obseruandum, quod virtutem dicit & potestatẽ dedisse, quia discrimen est inter virtutem & potestatem: Virtus enim est in miraculis faciendis, & potestas in dæmonibus ejiciendis, Propterea dicit, quod misit illos, vt dæmones expellerent, & languores curarent, quia ad vtrumq; faciendum dedit eis potestatem plenariam. Fieri quidem solet, vt nonnulli principes huius mundi famulos ad itinerandum mittant, nec præbent illis necessaria ad viam perficiendam: vtuntur enim eis velut mancipijs & abiectis seruis. Similiter & Reges erigunt homines ad suprema officia & dignitates, nec tamen eis concedunt, nec præstare possunt virtutem nec merita, quibus cum dignitatem, ad quam assumuntur, exerceant: Non sic Deus, non sic, imò Apostolis suis ad culmen Apostolatus vocatis, virtutem & potestatẽ, ad ejiciendos dæmones & languores curandos plenissimè concessit. Differunt verò languor & infirmitas. Nam languor morbus inueteratus est atque difficilis ad curandum, Infirmitas verò pro quocunque morbo assumitur; Vt ergò insinuaret, quòd morbos periculo mortis proximos possint curare & inueteratos, explicuit languores. Vnde etiam liquet quòd sapientissimè dedit eis potestatem faciendi miracula, vt per ea fides persuaderetur hominibus. Licet homines ducti à Spiritu S. & lumine fidei illuminati credant, nihilominus tamen ad stabilitatem credendorum necesse fuit miracula edere, nõ enim moueretur homo ad credendum, nisi miraculorum testimonio adductus. Præterea in hac donatione Apostolis facta, vehementer humiliata est altitudo diabolicæ superbiæ, dum hominibus literis destitutis atq; simplicibus piscatoribus & egenis, super omnia dæmonia potestas est distributa Sic enim decuit superbiam dæmoniorum opprimi & dejici. Et iustè luunt pœnas, quia factum est, vt illi qui maiestatem numinis assimulare intendebant, pauperculis piscatoribus subijcerentur. Principes & huius mundi reges, cùm ministros vel dilectos ad aliquod munus vel honorem promouendos decernunt, solent quidem eos, quos præficere decreuerunt, quam plurimum honorare, ijsq; auxilium præstare, & hoc sanè, vt à subditis talia videntibus in magno pretio habeantur, ipsiq; illos reuereantur: Sic Dominus instituere volens Iosue in principem, Num. 27. dixit Moysi, *Tolle Iosue filium Nun, & pone manum tuam super eum, qui stabit coram Eleazaro sacerdote & omni multitudine, & dabis ei præcepta cunctis videntibus. & partem gloriæ tuæ, vt audiat eũ omnis synagoga filiorũ Israel.* Sic pater æternus cùm Christũ Doctorẽ cælestẽ in orbẽ misit, dixit, Mat. 17. *Hic est filius meus dilectus,* Et sic facit Christus cũ Apostolis.

Languor & infirmitas differunt.

Docet locus iste, homines non ex meritis, sed ex vocatione diuina eligi. De hoc habes Gen. 52. de Esau & Iacub, *Maior seruiet minori.* Et Paulus Rom. 9. Isa. 49. *Dominus ab vtero vocauit me.* Vocat ergò in vnum duodecim Apostolos, vt eos mittat prædicare Euangelium, quod vt efficaciùs faciant, dat potestatem & virtutem ejiciendi dæmonia à corporibus hominum & infirmitates curandi, quibus audientium fidem sibi concilient. Nam per talia opera virtus Dei in illis agnoscebatur & hominum beneuolentia, quæ ad fidem suscipiendam multum conducit, comparabatur. Dedit illis potestatem sacerdotalem in cœna, quando dixit: *Hoc facite in meã commemorationẽ.* Sed quantũ ad actum clauium, qui est ligare & absoluere, post resurrectionem expectauit, scilicet, quando ligârat dæmones, & patres à limbo soluerat, & ille etiam liber erat à morte, & ab illis miserijs, & iam gloriosus & ascensurus in cælum, & miseros illos Apostolos in vniuersum mundum.

Homo non ex meritis eligitur, sed ex diuina.

Et misit illos prædicare regnum Dei, & sanare infirmos.] Ex hoc verbo confunduntur hæretici, quia *Misit*, non illi ex se currebant. Isa. 6. *Ecce ego, mitte me.* Cui dixit Dominus: *Vade & dic populo huic.* Ideo Rom. 10. *Quomodo prædicabunt nisi mittantur?* Ier. 23. Conqueritur Dominus. *Ipsi currebant, & ego non mittebã eos.* Præterea Apostoli non sunt missi ad prædicandum parua, imò potius magna, hoc est regnum Dei, quod est diuina gratia, vera doctrina & æterna gloria, non terrena promittẽs, sed cælestia, Talia nec Moyses, nec Prophetæ promittebant. Si ergò regnum Dei prædicandum est, ô Concionator, quid tu placida, quid risum, quid inania infulsè enomis, ne dicam mendacia? Discant & Episcopi more Apostolorum, & ad præceptum Concil. Tridentini ipsimet prædicare. Mittuntur secundo, vt miracula edant, & languores curent, Et cùm Deus solus sit author miraculorum, & prima veritas, cui non possit subesse falsum, impossibile erat mentiri in doctrina, quam Deus tantis miraculis approbabat. Igitur vt mundus eis fidem adhiberet, miracula operabantur, quę nunc superuacuum esset edere, quia iam creditur his, quæ de Christo prædicantur: & si talia miracula fierent, potiùs infirmarent fidem quàm adiuuarent. Perinde ac si quis haberet in iudicio aliquid sufficienter notum & probatum, si rursus vellet probare illud. per hoc redderetur negotium dubium, ac si probatione indigeret, sic fieret de miraculis & fide.

Continetur autem eorum regnum Dei, nec placida nos vult cu[…], non ina[…]

Nec desunt modò miracula, etsi inuisibilia, quæ à concionatoribus diuino afflante Spiritu fiunt, idq; sanando ægritudines animæ, & infirmos curando à spiritualibus infirmitatibus, de his suo loco egimus. Matt. cap. 11. prædicationis verbum à Christo traditum explicuit, dic. *Appropinquat enim regnum cælorum.* Marcus cap. 6. alteram prædicationis partem enarrauit, vt pœnitentiam agerent, Illud ad fidem Christi, per quam salus & remissio accipienda erat, spectabat: hoc autem ad mores, vt abiectis prauis operibus per pœnitentiam, sine qua salus ac remissio peccatorum non confertur, bonis incumberent. Plura diuinæ virtutis opera Matthæus citato loco recenset, addens, *Gratis accepistis gratis date,* vt sic homines beneuoli redderẽtur. Cur iam non credunt homines tam facilè? quia vident exactiones, abusus, & simoniam, & alia.

Et ait ad illos. Nihil tuleritis in via, neq; virgam, neq; peram, neq; pecuniam, neq; duas tunicas habeatis.] Ecce quomodo concionator ædificaturus homines, & lucraturus animas, debet esse instructus, vt non quærat satietatem cibi aut vestium superbiam, aut thesauros, sed omnem solicitudinem projiciat in Deum, 1. Pet. 5. & Psal. *Iacta cogitationem tuam in Domino.* Non tamẽ hic prohibet studiosam prouidentiam, sed curiosam & superfluam solicitudinem dic. Matth. 6. *Nolite soliciti esse animæ vestræ, quid manducetis.* Et, *Nolite soliciti esse in crastinum. Sufficit diei malitia sua.* Solicitudo enim temporalium superflua, & cupiditas eorum, maximè impedit veritatem prædicationis. Nam qui talia quærunt, sequuntur viam Balaam, qui mercedem iniquitatis amauit. Num. 22. & 2. Pet. 2. Non autem sic Paulus scribens ab Athenis, ait, *Non autem fuimus in sermone adulationis, sicut scitis. neq; in occasione auaritiæ, Deus testis est.* Sciebat enim quod ex hoc iram Dei prouocaret, sicut dicitur Mich. 3. *Principes eius in muneribus iudicabant, & sacerdotes eius in mercede docebant, & prophetæ eius in pecunia diuinabant.* Ideò subditur: *Sion quasi ager arabitur, & Ierusalem quasi aceruus lapidum erit, & mons templi in excelsa syluarum.* Christum etiam summè paupertatem amauit, sic voluit, vt eius etiam vicarij hanc obseruarent, nec Ecclesiam super terram, sed super petram statuit. Sic essent ad prædicandum expeditiores, diuinæ prouidentiæ confidentiores, hominibus admirabiliores, ac ab omni auaritiæ suspicione liberiores. Dicit præterea, *Neque virgam.* q. d. Volo vos adeo inermes esse, ac armis carnalibus priuatos, vt neque virgam in defensionem aliquam feratis. Opera ad quæ peragenda vos mitto, vitæ vestræ innocentia, virtusq; mea, quæ in vobis est, erunt arma vestra.

Ad ædificandum & lucrandum animas, quid in concionatore quæratur.

Prælati paupertatis amatores, qui eo præstabiliores.

Facessit tamen negotium Marcus, qui contrarium videtur scribere, dic. *Præcepit eis, ne quid tollerent in via, nisi virgam tantum.* Sed distinguuntur virgæ, vt vna sit ad percutiendũ, in vindictam aut defensionem, altera quę est ad sustentandum, quasi fulcimen quoddam, quę virgæ significatę sunt.

Psalm.

Psalm. 22. *Virga tua, & baculum tuum, ipsa me consolata sunt.* Dicunt ergò aliqui priorem negatam Apostolis, quibus dictũ est, *Si aliquis te percusserit in maxilla, præbe ei alteram.* Et, *Nolite resistere malo.* Posteriorem verò concessam esse, quæ potius signum est paupertatis, illud Matthæus & Lucas, hoc Marcus narrarunt. Hęc sententia confirmari potest illo Luc. 22. Vbi Christus ad has prohibitiones alludens, inquit, *Quando misi vos sine pera & baculo, nunquid aliquid defuit vobis?*

Apostoli cur sine virga mittendi.

Cur autẽ sine virga voluit mittere Apostolos, audi mysterium. Primo, quia præsidium Domini habebant, qui erat virga Iesse. Isa. 11. *Ne potestate*, ait Hilar. *sæcularis ibi orerentur, quas eam à Christo habebant.* Ambros. dic. *Vt significaret Christus illos in spiritu mansuetudinis debere procedere.* Aut primo, vt doctrinam illis traditam obseruarent, non se defendendi nec vindicandi, quin potius omnia illata mala patienter sustinendi. Posterior, vt scirent eos non mitti, vt pastores & prælatos, sed verbi prædicantes. Differt .n. hæc missio ab ea, quæ facta est post aduentum Spiritus sancti, quando missi sunt per vniuersum orbem. Tunc enim non tantùm Verbi nuncij, sed etiam pastores ac Prælati, Christiq; Vicarij sunt constituti; at nunc ipso corporaliter præsente, non acceperunt potestatem præsidendi & iudicandi, tanquam Prælati & pastores Ecclesiæ, sed missi sunt ad annũciandum & prędicandũ, ideo sine virga percussionis, quæ potestatis signũ esse solet, mittuntur. Ac propterea distinctè explicuit eis Christus, quę facere deberent, nempe annunciare regnum Dei, pdicare pœnitẽtiã, eijcere dæmonia, & infirmos sanare.

Pera nomine quid intellectum.

Aude nec peram, nec panem. Peræ nomine intelligitur vas, in quo potus conseruatur, Panis nomine omnis cibus. Et quoad literalẽ sensum, fuerunt ciuitates & villæ, in quas mittebantur Apostoli, sic inter se vicinę, vt non esset necessarium pera vti, aut cibi asseruatione in via. Præterea, *Neque pecuniam*, vt eos ab omni auaritiæ suspicione liberos apud omnes reddat, & illis omnem occasionem ac prætextum cupiditatis amputet, vt gratis dent quæ gratis acceperunt, ac demum admirabiliores omnibus videntibus faciat: Itaque in via non asseruent pecuniam. *Nolite possidere aurum*, Matthæus scribit, nec ẽt in illis locis vbi manserint. Quod autem discipulis pecuniam & loculos ad emenda concesserit, & Ioan. 6. dicitur, *Vnde ememus panes?* nunc autem prohibeat, est quod istæ prohibitiones erant temporales, & missionis illius tẽpore tantum perduraturæ, vt dic. Chrysostomus. Et ita voluit Christus discipulos nondum perfectos instruere, qua ratione diuinæ suæ prouidentiæ deberent fidere, omnemq; solicitudinem temporalem deponere, vt prædicationi incumberent, & occasionem omnem auaritiæ amputarent. Ideò hęc præcepta dedit, quę postea, quando misit eos in vniuersum mundum Euangelizare, non erant necessaria illis, quippe qui gratiam Spiritus sancti abundantissimam acceperunt, qui ita perfecti euaserũt, qui eiusmodi exterioribus prohibitionibus non indigerẽt, sed ante huiusmodi acceptam gratiam docendi erant talibus præceptis, fiduciam omnem in Christo collocare, eiusque potentiam experientia agnoscere, quod ipse Dominus Luc. 22. significauit, dic. *Quando misi vos sine sacculo & pera.* Præterea quia longè alia ratio erat habenda in orbis totius peregrinatione, quàm in vnius prouinciæ, non ita latæ itinere conficiendo. Quod si Iudas loculus habuit, & conseruabat Eleemosynas, de mandatu Christi id factum est, quia cum Christo viuebant, non bini, & bini, sed simul omnes, & copiosiori viatico indigebant & tempore longiori. Nisi autem Eleemosynas conseruassent, viuere non potuissent, citra miraculum. Frequentissimè enim iter conficiebant, nec tunc Eleemosynas colligere poterant, Christus autem morem humanum amplecti in hoc voluit, non autem vti miraculo.

Christus discipulos nondum perfectos, diuinæ prouidentiæ fidere docuit consideræ.

Matt. 10.

Cur miseros Apostolos Christus.

Sed neque duas tunicas, Tunicas prohibet mutatorias, non necessarias, vt omnem futuri temporis solicitudinem amoueret. Hæc autem multo apertius & copiosius scribit Matthæus. Ex quo primo, vt causam intelligas, cur Dominus miserit Apostolos, expende mundi conditionem & statum eo tempore, quo Dominus cœpit in mundo prædicare, erat mundus in tenebris, & vmbra mortis, obductus errorum caligine, erantq; adeo manifesti errores, vt rectè palpabiles vocarentur tenebræ, quæ olim erãt in Ægypto. Erat mundus peccatis plenissimus, *Omnis quippe caro corruperat viam suam.* Et vt Paulus ait, Gal. 3. *Erant omnia conclusa sub peccato.* Erat mundus oppressus Tyrãnide dæmonis, qui erat princeps mundi, per Christum foras eijciendus. Operabatur .n. tunc diabolus in filijs diffidentiæ, in quibus nos omnes aliquando fuimus. Erat mundus Sodoma & Gomorrha, imò verò erat quidam infernus. Hac ratione eramus omnes ignorantissimi, euntes ad simulachra muta, prout ducebamur, eramus omnes Dei inimici. Pro inimicis enim Christus mortuus est. Eram⁹ imbecilles, & dormiebamus multi. Misit ergò Dominus discipulos vt soles; quibus mundi tenebræ pellerentur. Misit vt medicos, à quibus mundi lãguores curarẽtur. Misit, vt fortes, à quibus, fortis armatus vinceretur. Misit cælestes & diuinos, a quibus infernus noster in paradisum conuerterent.

Nota valde, quia vocantur Apostoli, id est, missi. Christus Dominus dictus est Silo. Ge. 49 *Non auferetur sceptrum donec veniat Silo*, id est, mittendus, & Moyses dicit, Ex. 4 *Mitte quẽ missurus es.* i. mitte mittẽdum. Suo ergo nomine Christus dignatus est Apostolos. Vnde Paulus Heb. 3. *Considerate Apostolum & Pontificem confessionis nostræ Iesum.* Itaque audi Dominum dicentem, Ioan. 20 *Sicut misit me pater, & ego mitto vos.* q. d. Eadem authoritate, potestate, maiestate, qua me pater misit, vos ego mitto. Vno vos regni solio præcedam vt dixit Pharao ad Ioseph, Gen. 41. reliqui Apostoli qui Christi sunt. Cùm ergo audis Christum missum intellige eum adduxisse apothecam, plenam omnibus remedijs contra omnia mala, quæ mundum premebant. Idem ergò intellige, cùm audis Apostolos missos. Angeli ergò sunt Apostoli, medici, Doctores, pastores, reges, & quid non? Sancti Christi, sunt demum Dij. Igitur sub hoc verbo, *Missi*, omnia officia concluduntur, siquidẽ Apostoli reuelata facie gloriam Christi, 2. Corint. 3. in sua anima susceperunt, Et idem Christum, p omnia retulerũt. Dices an non satis erat Christus Erat certè siquidem & nunc omnis sufficientia ab eo est Verum est, Christus sui profusus, buccellam panis non comedit, quin ex ea suis partem tribuat. Erat ipse Apostolus missus, & Pontifex, facit etiam tales seruos suos. Simul etiam vult respectum rerum supernaturalium ad naturales. V ergò in naturalibus per causas secũdas & medias operatur ita & in supernaturalibus Demum voluit homines quosdam in terra, sui vicarios, quibus reuerentiã exhiberemus, quam Christo præsenti.

Considera item, quòd dedit illis potestatem spirituum immundorum. Si enim super terram non est potestas, quæ comparetur spiritibus immundis, planè sit vt Christus, dã potestatem super spiritus, dat etiam super omnem natur. Habent ergò Apostoli potestatem super cælos, elemẽta, & super omnem carnem, quantum necesse sit ad negotium Euangelij. Quod ipsa experientia monstrauit, iusserunt ignem non comburere, non combussit, iusserunt mortem in vitam commutari, factum est.

Vocantur dæmones, spiritus immundi, sicut & vocatur Spiritus sanctus, spiritus sanctificationis. Huius enim desiderium, inclinatio, & opus, est sanctificatio nostra: Contraria machinatio dæmonis est immunditia nostra. *Quærens quem deuoret.* 1. Pet. 5. Et cum languores animæ veri sint languores, necessariò fit, vt Apostoli habeãt ius curandi amorem, animi dolorem, lætitiam, tristitiam & reliqua, quæ vel pellant, vel inducant. Adde, sapientissimè Christum dedisse potestatem faciendi miracula, vt per ea fides persuaderetur hominibus. Licet enim homines credant ducti à Spiritu S. & illustrati lumine fidei, ipsa enim fides est argumentum, euincens nos ad credenda ea, quæ non apparent, vt homines pulsanti Deo aperiant, necesse est miracula dete. Non enim mouetur homo ad credendum, nisi miraculorum testimonio adductus.

Præterea vide, quòd viles & abiectos Dominus miserit *quia non in fortitudine equi voluntatem habebit*, Psal. 156. *nec tibijs viri beneplacitum erit ei. Beneplacitum est ei, super timentes eum.* Hi verò vt plurimùm viri abiecti esse solent. *Elegit ignorantes, vt confundat sapientes* 2. Cor. 1. *& infirma, vt confundat fortia, & ea quæ non sunt, vt destruat, quæ sunt.* Ea autem ad quæ vocantur Apostoli, cælestia sunt, non terrena. Meritò igitur ad ea eliguntur, qui minus terræ habent. Vt enim

sæcularia eliguntur, qui sunt prudentiores in sæculo: ita ad res à sæculo semotas eligi debent, qui minus sæculi habent. Fecit verò Dominus in noua lege, sicut fecerat in veteri, in qua primus Rex Saul de minima tribu inter omnes tribus, & de minima familia inter suæ tribus familias delect⁹ est. 1. Reg 9. David eum eligitur, 1. Re. 17. minimus est inter suos fratres. Vnde & ius regni Israelitici erat, vt minimus inter filios regnum hæreditaret, vt docuit Philo, ita & regnum cælorum minimorum est. Quodq; iterum notari dignum occurrit, Nullus ferè antiquorum primogenitorum placebat Deo, minores diligebat vt Abelẽ, Isaac, Iacob, Ioseph. Et cõtra primogenitos Ægypti furor Domini desæuit, Exo. 10 Et velut odio primogenitorum Iacob moriens, manus commutauit, Gen. 48. vt dextera non maiori, sed minori subueniret.

Minores natu, primogenitis anteferebat Deus.

Cur Christus elegerit 12 Apostolos.

Ad hæc videamus cur duodecim eligantur. Et primò quidem debet esse proportio, & conceptus quidam inter mundum spiritualem & naturalem. In naturali sol per duodecim signa Zodiaci decurrit: Igitur in mundo gratiæ sol iustitiæ per duodecim Apostolos deducitur, & vt ab illis signis maximè vita nostra dependet, ita & ab his in vita spirituali dependemus. Secundò, Dies in duodecim horas diuisus est, ita & lux Christianæ doctrinæ per duodecim Apostolos est distributa. Tertiò, Duodecim fuerunt tribus Israel, ideo dantur eis duodecim iudices, qui sedentes super duodecim sedes, tribus iudicabant. Quarto, Apud Iosue legitur, quod postquam arca Domini transijt Iordane, Ius. 4. Iosuæ præcepit, vt duodecim viri è medio alueo Iordanis educerent duodecim petras, & in terram promissionis adferrent, rursumq; è terra promissionis afferrentur duodecim alij lapides in alueo Iordanis statuendos, Duodecim viri duodecim Apostoli sunt, qui è fluenti sæculo, sæcularia transtulerunt ad diuina, & è diuinis adduxerunt ad sæcularia: vt iam esset cæli terræque fœlix consortium. Quinto, Duodecim pueri Isboseth 2. Reg. 2. fortissimi pugnant cum duodecim pueris David, & licet omnes pueri David mortui sint, vicit tñ David. Ita licet duodecim Apostuli mortui fuerint, pugnantes cum principibus mundi, vicit tñ Apostolorum dux Christus. Sextu, Apud sanctos senarius numerus est laboris, quia sex diebus operatus est Deus. Vita ergò Apostolica fundatur in labore, non simplici, sed duplicato. Septimo, Dixit Moyses, quod altissimus diuisit gẽtes, Exo 32. separauitq; filios Adam, constituens duodecim mundi terminos iuxta numerũ filiorum Israel, vt sicut filij Israel erant duodecim, ita plagæ mundi essent totidem, ergò duodecim plagis mũdi assignantur duodecim Apostoli.

Licet Apostoli cum principib. mundi pugnantes mortui sint, tamẽ eorum dux Christus vicit ac triumphauit.

Aduerte insuper quòd bini mittantur: Certè bini boues mundum araturi, & Euangelicum semen sparsuri. Certè bigæ sunt, per mundum Christum circumlaturæ. Et quia dictum est, *Vbi duo sunt vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum.* vt vehementiùs esset cum Apostolis. Voluit esse binos simul, vt essent humilitatis amatores, minor .n. gloria ad duos diuisa venit, quam si ad vnum integra veniret. Atque etiam vt minùs dæmonis actus & hominum audacia, & carnis nostræ negligentia eos inuadere posset; minùs .n. audent pugnatures, duos aggredi quam vnum. Demum vt intelligerent, negotium esse, ad quos vnus sufficere non posset. Attende et Petrum respondere Abrahæ, cui et nomẽ mutatũ est, de quo Leo Papa. *Petrus infirmitatẽ petra quæ nullis impulsionib⁹ quateretur:* & sequit infra. Cũ ego (Christus ait) *sim inuiolabilis Petra, ego lapis angularis, tamen tu quoq; petra es, quia mea virtute solidaris, vt quæ mihi potestate sunt propria sint tibi mecum participatione cõmunia.* Hęc ille. Nullus ergo Apostolorum ita Christi authoritatem, sedem & maiestatem refert, vt Petrus, qui si confractus est negans, humiliatus est, vt dignius profundum esset Ecclesiæ fundamentũ, vt è tam profundo lapsu in excellius meritũ assurgeret.

Petrus ante reliquos Apostolos, proximè Christi refert authoritatem.

Duo fratres dicti sunt filij tonitrui. Quia si Ioannes in suo Euangelio altius intonuisset, suo tonitru totum mundum obtruisset Hieronymus dicit, illos filios tonitru, propter magnitudinem fidei & constantiæ. Isidorus dicit, quia excellentissime prædicauerunt, velut tonitrua mundo sonantia. Vel probabilius dicuntur, iuxta phrasin Hebraicã, quia vno & singularissimo amore, vnico & fidelissimo obsequio inseruierunt & adhæserunt Christo, illi verissimo mundi tonitrui. Est .n. tonitru cum luce, feruore, horrore & admiratione, tum vox est de cælo, & demum vox est pluuię nuncia. Quæ omnia Christo quàm optimè conueniunt, Primatus in Petro concessus est, quia erat senior, & reuerẽtia potissimum canis competit. Erat vero Petrus nec diues, nec nobilis, nec Domini cognatus. Iam ostendebat Dominus, quàm nihil horum erat aspiciendum, in electionibus Pontificum & Præsulum. Simul ostendit inter principatus meliorẽ esse monarchiã. Et demũ nota Domini modestiã. Passus est se viuẽte sui gregis designatũ habere monarchã.

Pecuniis Iudam proditorem de cælo deturbarunt.

Miraberis, cur Iudam periturum acceperit. Sed intellige, vt nemo quantumlibet sanctus, in sanctorum collegio de se securus sit: quid vero Apostolatu maius? At ex eo cadit Iudas. Secundo, Quam difficile, qui pecunias habẽt, regnũ Dei possidebunt. Tractauit pecunias Iudas, & ipsæ de cœlo eum deturbauerunt. Tertiu, Monemur, vt quisque caueat suos. *Inimici enim hominis domestici eius.* Mich. 7. *Is enim qui edebat panes meos, magnificauit super me supplantationem.* Psal. 40. Quarto, Vide hominis obduratissimi animum, qui tanti Magistri, tot discipulorum verbis, operibus & conuersatione ad meliora reuocari noluerit. Vbi exemplum habe sacerdotum nostrorum, qui quotidie ex mensa Christo comedunt, nec tamen ad vitæ melioris salutem cõuertuntur. Quinto, Videant Prædicatores casum Iudæ, ne & ipsi cadant. Magnorum .n. non nisi magna est & desperata ruina. Vide tamen & Christi patientiam, qui in collegio suo, tanto tempore, tam peruersum sustinuit hominem: Ita & nos sustinet, multo tempore mensæ suæ conuiuas, proditores tamen. Sustinuit etiam, vt sciremus per malos ministros vera sacramenta ministrari, & per malos prædicatores vera Dei verba seminari.

Christi humanitas vt sustinuerit in suo contubernio improbum Iudã.

Hos duodecim misit.] Quod iam non mittat eos ad prædicandum. Missionem hanc paulò fusius describit Matthæus cap. 10. quod hic addere visum fuit pro pleniori intellectu, tandem enim vterq; Euangelista simul cõcludit. Post enumerata igitur Apostolorum nomina subiungit. Sicut postea, præcepit omnibus gentibus, Matth. 28 & Mar. 16. fuit primo ad auferendam Iudæis occasionem murmurandi & abijciendi Christum; Nã Messias de gente Iudæorum erat, & ad ipsos pertinebat, & promissio ipsis fuerat facta. Rom. 9. Qui sunt Israelitæ, quorum adoptio est filiorum & gloria, & testamentum, & legislatio, & obsequium, & promissa, quorum patres sunt, ex quibus Christus secundum carnem: si autem viderent Iudæi, quod Christus prædicaret Gentibus, vel mitteret prædicare illis, dicerent. Iste non est Messias noster. Et verè mirarentur Iudæi, si Christus iret ad prædicandum gẽtibus, vel mitteret discipulos, quod patet Ioan. 7. cùm dixit, *Quæretis me, & non inuenietis, & vbi ego sum, vos non potestis venire.* Et ipsi quasi admirantes dixerunt. *Quo hic iturus est, quia non inueniemus eum? nunquid in dispersionem gentium iturus est, & docturus gentes?* Dicebat etiam quasi inconueniens, & de quo si faceret, valde obstupescerent. Secundo, Quia Christus non veniebat ad prædicandum personaliter nisi Iudæis, sicut ipse dixit, Matt. 15. *Non sum missus nisi ad oues,* &c. Et quia Christo viuente non erat decens, quod tenerent alium modum prædicãdi discipuli eius, quàm ipse, sicut ipse non prædicauit nisi Iudæis, ita nec debuerũt prædicare eo viuente discipuli eius. Tertio, Propter honorem quendam legis & gentis Iudæorum, & vt essent minus excusabiles. Erat enim Christus de gente Iudæorum secundùm carnem, debuit ergò honorare gentem suam, & maximè propter legẽ & Prophetas, quæ omnia fuerunt in gente illa. Itaque illis primis & solis prædicauit, & qui eum non receperunt, excusationem habent nullam. Quarto, Quia futurum erat, quod Iudæi repellerent prædicationẽ Christi & discipulorum, & transituri erant Apostoli ad gentes: Vt ergo esset rationabilior ille transitus, conueniens fuit, quod ita magna diligentia adhiberetur cõtra eos prædicãdo ipsis solis Iudæis. Quinto, Ad ostendendam maiorem Christi benignitatẽ, sc. quòd cùm Iudæi signa eius dæmonijs ascriberent, ipse cõtumeliam passus, nõ solùm non reliquit eos, sed etiam maiorem honorem impendit eis solis prædicando, vt ait Chrysost. Post mortem autem iussit prædicare Gentibus etiam, quia de eo dictum fuerat Gen. 49. *Ipse erit expectatio gentium,* & Isa. 11. *In ipso gentes sperabunt.* &

Cur iam non præcipiat Apostolis Euangelizare gentibus.

Cur Christus honorare gentem debuerit Iudæam.

hoe

hoc est, quia plures de gentibus ad ipsum conuersi sunt, quã de Iudæis. Hoc autem non potuit fieri, nisi per prædicationem, quia *fides ex auditu est*, Rom. 10. Christus autem non permisit viuens Apostolis prædicare gentibus, ergò oportuit, ꝙ Christus post mortem iuberet eos prædicare gentibus, & nunc illa causa cessabat, quia iam non poterant repellere Christum Iudæi, quasi nõ esset Messias, licet sui discipuli prædicarent gentibus, cùm ipse viuens semper prædicauerit Iudæis, & etiam discipuli eius: Nunc aũt repulsa doctrina Christi, cũ illum occidissent, & ẽt Apostolorũ, cũ ibidem post mortem prædicarent, iustè poterant Apostoli prædicare gentibus, Acto. 13 dixerunt Paulus & Barnabas, *Vobis oportebat primum loqui verbum Dei, sed quoniam repulistis illud, & indignos vos iudicastis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad Gentes.* Et sic sæpè Deus transfert Regna & beneficia ab indignis ad meliores. Sic Christus voluerat, ꝙ prius prædicaretur in Iudæa, Act. 1. *Eritis mihi testes in Ierusalem, & in omni Iudæa & Samaria, & vsq; ad vltimum terræ.* Nam iuxta ordinem istorum verborum fuit ordo prædicandi. Post Christi enim ascensionem prius Apostoli prædicauerunt in Ierusalem, & conuerterunt plurimos: quia Petrus cõuertit in primo sermone die Pentecostes tria millia, Act. 2. & 3. deinde per totam Iudæam prædicabant, & post aliquantum temporis aliqui discipuli prædicauerunt in Samaria, & conuerterunt gentes. Vnde dicitur Actor. 8. *Cùm audissent Apostoli qui erant Ierosolymis, quod recepisset Samaria verbum Dei, miserunt ad eos Petrum & Ioannem.* Post hoc autem cùm Iudæi essent valde obstinati, & persequerentur prędicantes, Apostoli recesserunt inde saltem plurimi, quia Iacobus Alphæi, quia erat Episcopus Ierusalem, semper ibi mansit, & ibi tandem occisus est. Et ita Christus voluerat, quod Apostoli nunquam desinerent prorsus prædicare Iudæis, quousq; ipsi omninò expellerent eos, vti dictum est de Paulo & Barnaba. *Sic. n. præcepit nobis Dominus, scil. quod iremus ad gentes, postquam vos expelleretis nos.* Per hoc autem fuit ablata Iudęis omnis occasio murmurandi de Christo, & discipulis, simul, & scandali, ꝙ p̃dicarent gentib. cùm iã ipsi nollẽt audire eos, sicut scandalizati fuerunt in Petro p̃dicante & baptizante. Act. 11.

Regna & beneficia quæ sæpe Deus transfert ab indignis ad meliora.

Nec fuit inconueniens hoc tẽpore non prædicare gentibus. Primo, Quia Christus fecit hoc ad vitandum scandalum, Ne Iudæi eum iustè repellerent, veritas enim doctrinæ sicut & disciplinæ relinqui potest ad tempus, ne scandalum oriatur; Veritas vero vitæ nunquam omittenda est propter scandalum. Secundo, Quia ista prædicatio, quæ facta est Christo viuente, magis fuit vt exordium prædicationis ad colligendum prædicatores, quàm ad faciendum credentes, sc. quia Christus tunc veniebat multos prædicatores colligere, qui post mortem suam vbiq; prædicarẽt. Et quia isti prædicatores eligendi erant de Iudæis, & non de gentibus, vt videretur, quod bonũ incipiebat à Iudæis, sicut Christus dixit Ioan. 4. *Salus ex Iudæis est.* Fuit conueniens eis prædicare à principio, & non fuit opus prædicari gentibus, quia nulli tunc admittendi erant de illis, qui essent principes prædicationis, licet multi postea fuerint, vt ait Greg.

Doctrina veritas relinqui potest ad tempus, non autem vitæ veritas.

Attende autem cur in viam gentium ire sunt prohibiti. Et hoc primo, vt intelligas, quã magnã curã paterfamilias debuit suis primum prospicere. Qui. n. suorum & maxime domesticorum curam non habet, fidem negauit. 1. Tim. 5. Meritò igitur laudatur illa fortis mulier, quæ de noctè cõsurgens dederit prædã domesticis suis. Prou. 31. Quia igitur Iudęi erãt domestici filij Dei, ideò primum eis consulit. Secundo, Admonet Dominus suos prædicatores, vt caueant omnia, q̃ auditoribus possunt esse scandalo. Ideò Apostoli prohibentur p̃dicare gentibus, vt q̃ Iudæis essent infensissimę. Nota verò. Præcepit non ire per viã gentium, sed non interdixit vijs Samaritanorũ, quia per eas erat in Galilæam iter. Tertio, Nota Iudæis magno dono fuisse, credita eloquia Dei, & ideò viuente synagoga non debebant thesauro suo spoliari. Quarto, Viuẽte Christo nõ erat paries aut maceria diruta, quæ Iudæos à Gentibus diuidebat, Eph. 2. nõdum parietes erant facti vnum, angulari lapide eos connectente, Isa. 28. nondũ erat propalata sanctorum via. Adhuc erat notus in sola Iudæa Deus, Heb. 9. Adhuc non venerat tempus, quãdo extra templum licebat adorare, Ioã. 4. nondum erat velum templi scissum. Luc. 23. Et quidẽ Ezechias Is. 83. ostendens Babylonijs thesauros suos, grauiter castigatur; Non enim licebat Gentes inducere in templum Dei. At vbi velum templi ruptum est, & cataractæ cœli apertæ sunt Gen 8 & fontes abyssi magnæ patuerunt. Zach. 13. tũc patens est fons domus Domini, tunc in omnem terram exiuit sonus eorum. Psal. 18. Et ideo ad spectacula venientis Spiritus S. ex omni terra nationes concurrunt.

Cur Apostoli in initio doctrinæ non ierunt in viam gentium.

Quod Iudæis essent eloquia Dei credita, magno fuit ipsis dono.

Scito etiam ex merito Patrum Iudęis concessum esse vetus testamentum & prædicationem salutis. At ex merito passionis Christi concessum est Euangeliũ mortalib⁹ cunctis. Dum igitur Passio nondum esset celebrata, nondum debuit cunctis Euangelium diuulgari. Hoc. n. est ꝙ dicit Rex *Tauri mei & altilia mea sunt occisa, & omnia parata. Venite.* Igitur ante occisionẽ tauri non erant mutandæ gẽtes. Cũ verò audis gentib⁹ & Samaritanis vetari Euangeliũ, time ne eorũ culpa vetetur. *Mandabo nubibus meis*, inquit, *ne pluant super vineam* Is. 5. Forsan Samaritani & finitimæ Gentes autes suas aggrauauerãt, vt digni Euangelio nõ essent.

Gentibus & Samaritanis cur interdictũ Euãgeliũ.

Quare aũt Apostolis ꝓhibuit ne pręedicarent Samaritanis, cum & illi obseruarent legem Moysi, sicut Iudæi, Primo factum est, ad tollendum scandalum Iudæorum, vt nõ haberent occasionem repellẽdi eum, ꝙ non esset Messias, si prædicaret eis, aut discipuli eius. Valde. n. scandalizabãtur Iudæi de Samaritanis, & in magno improperio habebant nomen Samaritanorũ. Ideò cum maledicerent Christo, dicebant, *Tu Samaritanus es, & dæmonium habes.* Ioan. 8. Scandalizabantur aũt Iudæi, si quis cum Samaritanis conuersaretur. Primo, quia ipsis generale erat non conuersari cum illis. Io. 4. *Iudæi non coutuntur Samaritanis.* Et ita mulier Samaritana dixit Christo: *Quomodo tu Iudæus cùm sis, poscis a me bibere, quæ sum mulier Samaritana.* Magis ergò admirarentur & indignarentur, si viderent Christum aut discipulos conuersantes aut docentes. Secundo, propter inimicitias, quæ semper manebant. Nam Samaritani persequebantur semper Iudæos, aut saltem oderant eos, cum persequi non poterant, & iungebantur inimicis eorum, sicut Ioseph. 11. Ant. Tertio, quia Samaritani non erãt verè Iudæi, nec tenebant omnia quæ Iudæi, sed solum recipiebant quinque libros Moysi & circumcisionem, libros verò Prophetarũ & cætera, quæ habebant Iudæi reijciebant, ideò computãbant sicut infideles. Quarto, Etiamsi Samaritani fuissent Iudæi, tñ propter templum, ꝙ constituerunt in monte Garizim, ad sacrificia admitti non merebantur. Iusserat. n. De⁹ vnicum tẽplum in Israël, Deut. 12. & alibi: Sub pœna mortis non licebat alicui sacrificia facere. Leu. 17. Vnde, qñ duę tribus & dimidia construxerunt altare magnum apud Iordanem, reliquæ nouem trib. & dimidia, putantes illud factum ad offerenda ibi sacrificia, parauerunt se ad bellum contra duas & dimidiam, vt delerent eas, quousq; illæ satisfecerunt ostendentes, ꝙ non fuerat altare factum ad sacrificia, sed solum in signum erat, quia Iordanis non diuidebat vtramq; gentem, sed oẽs erant vna gens, & pertinebant ad Deum Israël. Iosu. 22. Quia tñ Samaritani non erant de gente Iudæorum, nec aliquãdo fuerant in societate eorum, non pugnabant Iudæi contra illos, propter templũ & altare sacrilegum, quia de his quæ foris erant. nihil pertinebat ad eos iudicare, sicut nec pugnabant contra gentiles, licet colerent Idola: quia nunquam illi fuerant subiecti legi Iudæorum, ita de Samaritanis erat, & tñ habebant Iudæi indignationis causas contra Samaritanos, & non contra gentiles, eo ꝙ in contemptum eorum illud templũ factum erat: Nam si Samaritani essent Iudæi, aut legem Iudæorum vellent obseruare, execrabile esset in eis illud tẽplum facere, cum esset contra legem. Quinto, Quod ad maiorem indignationem mouebat Iudæos: Quia Samaritani dicebant eos errare, quia faciebant sacrificia in Ierusalem, asserentes, quòd solùm deberent facere illa in templo suo, in monte Garizim, Io. 4. Et sic propter multa non cõuersabantur Iudæi cum Samaritanis.

Templũ in monte Garizim, contra Dei præceptũ.

Iudæorum templum Hierosolymis ex lege Dei, Samaritanorum in monte Garizim contra Dei præceptũ.

Ite potius ad oues, quæ perierant domus Israël.] Oues sunt de quib⁹ habet̃, Ezech. 34. quod essent pascendæ in pascuis vberrimis, sc. prædestinati, qui erant inter reprobos illos dispersi, horum gratia missi sunt Apostoli. Nam & Apostolus dicit 2. Tim. 2. se multa pati propter electos, vt salui

fiant. Hic electi oues merito vocantur, statuendæ ad dextrã Iudicis, Mat. 25. quia nullum animal est innocentius, simplicius, mansuetius, patientius, vilius, quę omnia quadrare debent ei, qui prædestinatus esse cupit.

Nota diligenter quod non dicat oues, Domus Abrahæ, Isaac, aut Iacob. Primo, Quia ex domo Abraham exijt Ismael, & ex Isaac exijt Esau, ad cœtũ fidelium non spectantes Gen. 32. Tum, quia Iacob ex pugna factus est Israel. Prædestinati n. ex pugna hęreditabunt cælum. *Si n. compatimur*, Ro. 8. *& conregnabimus.* Tum etiã quia Iacob in somnis pugnat cum Deo, Ge. 32. & eius pugna ad auroram durat, nec dimittit, donec ei benedicat. Prædestinati itaq; per totam vitam, quæ somnus est, cum Deo pugnant vsq; ad initium diei futuræ, nec dimittunt donec benedicantur à Deo benedictione perpetua, nec tamen benedicuntur, nisi marcido femore, id est carne emortua. Disce in hoc quã subtiliter

Subtiliter prælati venantur Episcopatus & beneficia.

quærunt Prælati beneficia & Episcopatus, vbi omnes Catholici sunt, vbi laboris habet nihil, vbi omnia in tuto sunt posita, pauci quærunt illas dignitates, vbi cũ hæreticis aut inter hęreticos viuere eos ad rectã normam fidei reducere, & his similia debẽt facere. Præcipiunt seriò cùm inter suos sunt, cùm apud eos qui extra Ecclesiã, & vbi non valet excommunicatio aut iugum obediẽtiæ, nec mutire quidem audent.

Prædicate regnum cælorum.]Expectabant Iudęi tempus, in quo Messias esset regnaturus tẽporaliter, in quo & ipsi cũ eo essent suorum hostium domini, in quo demum habituri essent rerum omnium imperium. Dicebant enim Lu. 24. *Nos sperabamus* Et Zebedæi. Matt. 20. optant sedere ad dextram & sinistram in hoc regno. At cõtra Dominus cupiens nos auocare à terrenis, & promoueri ad cælestia illud regnum, non terræ, sed cæli prædicare iubet. Instat, inquit, regnum cæli, rex cælestis, reges cælestes, opes cælestes, ciues cælestes. Instat tempus, in quo (in nostra hac terra) illa vita inuentatur, q̃ fuit hactenus in cęlo. In cęlo fuit iustitia, pax, gaudium in spiritu. Fuit cognitio & amor Dei, fuit ingressus in gaudium Domini. Matth. 25. Fuit cælestium Deificatio: hæc omnia appropinquant terræ nostræ. Antequam spiritus veniret, appropinquabant: Nunc iam in medio nostri & intra nos est regnum Dei. O verè beatos Christianos, *sua si bona nôrint.* In medio igitur regni cælestis sumus. Hoc est tã magnificum nuntium, vt indignum sit ipsum silentio præterire. Regnauerat mors ab Adã vsq; ad Moysen, non solũ

Mors ob Adamo ad Mosen vsque in Iudæos & gentes dominata.

regnauerat in Iudæos, sed etiã in gentes. Porrò regnabat nõ solùm, quia moriebantur homines in corpore, sed infœlicius, quia moriebantur in spiritu. Imò etiam ea vita, quam viuebant, adeò vexabatur languoribus, & dæmonibus vt penè mors dici posset. Dicit ergò Dominus, Prædicate Apostoli, iam venire tẽmpus in quo destruatur peccatum, in quo destruatur corpus & machina peccati. Venit tempus, in quo languores vestri sanentur per Euangeliũ. Venit tempus, in quo si quæ mortis remanent reliquię, iam non mors dicendæ sunt, sed loco vitæ habeãtur. Venit igitur tempus, in quo destructo diabolo, qui habet mortis imperium & peccato expulso, Hebr. 2. ingrediatur sempiterna iustitia, quã ingressã regnat Deus in nobis. Igitur quia per Christi mortem vetus homo noster crucifixus est, iniquitas abolita, dæmon eiectus, & mors Christi nondum erat exhibita, sed breui erat exhibenda, ideò dicit, *Appropinquauit.* Nondũ verò venit omninò. Eleganter poriò dicit, *Appropinquauit regnum nobis*, non vos illi. *Quia non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, accessit, sed secundum magnã misericordiam suam accessit ille nobis.* Tit. 1. Rursum eleganter dixit, *Accessit*, vt non sit nobis multo labore sudandum, vt accedamus ad illud, Rom. 10. Quin potius ipsum accessit ad nos; Nõ est nobis ascendendum in cælum, vt inde deducamus, nec est descendendum in infernum, vt nos adducamus: propè est verbum regni in ore & in corde. Item eleganter dicit, *Regnum cæli*, non terræ, vt arbitreris te in cælo esse, teq́, viuere & conuersari

Regnum Dei nobis absentum nisi arrigamus, in culpa sumus.

in cælo, nihil abesse te à cęlo, nisi quantum corpus hoc obsistit, ne in cælum commigremus. Cùm verò dicitur, *Regnũ*, *& cælorum.* Videbatur iam nullos non optaturus, & apertis vlnis tantas opes ad se venientes excepturus. Sed certè Regnum ipsum ad nos venit, culpa nostra est, si non exceperimus. Habent ergo prædicatores, quid prædicaturi sint.

Sũma enim hæc est: Regnum iam venit, nihil deest quo minus Reges sitis & reges cælestes, nisi vestra voluntas. Quia quod homo assequatur Regnum cælorum, id est, vitam æternam, est & ab ipso & à Deo. Ab ipso quidem inquãtum se disponit subijciendo se Deo, & hoc est meritum vitæ æternæ. A Deo autem inquantum infundit nobis charitatẽ & gratiam, per quam meremur, & postea confert ipsam vitam æternam quando vult. Primum, quod est ex parte hominis, quia omni tempore homo liberi arbitrij existẽs, potest seipsum Deo subijcere. Quod autem est ex parte Dei, scilicet, infundendo charitatem & gratiam, per quam mereamur etiã semper fuit: quia quandocunque homo quantum in se, conuertit se ad Deum, Deus infundit ei gratiam, per quam mereatur vitam æternam, & quantum ad hoc semper regnum cælorum prope nos est, quia propinquum est homini, conuertere se ad Deum, & quod Deus infundat ei gratiam. Quod autem vita ipsa æterna actualiter cõferatur homini à Deo, hoc non semper est æqualiter ꝓpinquum: quia ante Christi aduentum, nemo vnquam, quantumcunq; sanctus potuit assequi vitam ęternam, nec etiam vsq; ad mortem eius, sed oẽs qui viuentes vitam æternam meruerunt, detinebantur in sinu Abrahę. Post mortem autem Christi quilibet moriens, qui cùm viueret, meruit vitã æternam, statim moriens istam assequitur. Ideò iam Regnũ cælorum est in nobis, & sicut Paulus dicebat, *Regnum Dei intra vos est.* Et quia quando Apostoli cœperunt ista prædicare, citò post hoc Christus mortuus est, scil. ante duos annos, erat verum, quod appropinquabat regnum cælorum, quia post duos annos quilibet poterat habere regnum cælorum. Et de hoc dixit latro pendens in cruce, cui Christus respondit, *Hodie mecum eris in paradiso.*

Hic obseruabis adhuc clarius, quare Christus iusserit Apostolis prædicare, quod appropinquaret regnum cælorũ.

Cur Apostolis prædicare iussi, appropinquare regnum cælorum.

Factum enim est primo, quia istud erat maximum bonum, quod homini annuntiari poterat, Christ⁹ ergò cùm posset illud annuntiare, maximè hoc annuntiare debuit. Secundo, ad ostendendum Christi dignitatem, quia ad ipsum tanquam ad Messiam & Deum pertinebat, annuntiare hominib. vitam æternam, quia ipse solus poterat eam dare. Lex enim & Prophetæ vitam æternã non dabant, nec expressè promittebant obseruatorib. suis, quia dare non poterant: Christus aũt daturus erat eam nobis per mortem suã: ideò conueniebat ei illam nobis annunciare, & ita ipse dixit, ꝙ missus sit ad hoc annunciandum, Lu. 4. Aperuit Christus librum Isaiæ, & legit illud, *Spiritus Domini super me.* Et dicitur ibi. *Hodie completa est scriptura hæc in auribus vestris.* Et sic innuebat ꝙ non pertinebat ad alium prædicare vitam ęternam, nisi ad ipsum, & consequenter ad eius discipulos. Tertio, ad ostendendum differentiã istius stat⁹, qui tunc sequebatur, sc. noui testamenti à statu priori veteris testamenti, in quo non promittebantur expressè bona vitæ æternę, & hic principium noui testamenti erat vita æterna, & nihil aliud

Moyses & Prophetæ bona tantum terrena prædicauerũt.

promittebatur, Moyses enim & prophetæ tantùm terrena bona prædicauerunt. Quarto, ad alliciendum homines, vt sequerentur istam doctrinam, cùm nihil homini meli⁹ dici posset, propter quod omnia faceret, & omnia contemneret, quàm vita æterna. Et ista prædicatio cœpit à tẽpore Ioannis Baptistæ, Ipse enim dixit, *Pœnitentiam agite.* & hoc q̃a tempus Ioannis coincidebat cum tempore Christi, & ipse venit vt præcursor Christi, Luc. 1. Ideò prænuntiabat illa q̃ Christus annuntiaturus esset, & in hoc innuebat Messiam venisse, per quem dandum erat regnum cęlorum. Christus autem idem prædicauit, sc. Pœnitentiam agite, Mat. 4. Apostoli autem nunc prædicauerunt regnum cælorum: quia legitur hic & Marc 6. quod dixerint, *Pœnitentiam agite*, non quidem quod non esset necessaria pœnitentia ad habendã vitam æternam, sed quia iam prædicata fuerat per Ioãnem & Christum, ideò etiã præsupponenda, & alia dicenda erant quæ ad regnum Dei pertinebant.

Infirmos curate, mortuos suscitate, leprosos mundate, dæmones eijcite, gratis accepistis, gratis date.]Siquidẽ Euangelij prædicatio non *est in persuasibilib. humanæ sapientiæ verbis.* 1. Cor. 2. *sed in virtute Spiritus S.* merito ineffabili prædicationi ineffabilem adiungit potentiã & virtutem curandi, sc. morbos corporis

Animi languorũ gradus quinam.

p quos significantur lãguores animi. Quorum gradationẽ

& de-

& descẽsum sic intellige. Primo loco sunt infirmi hi, q primo peccare cæperunt; Sunt deinde leprosi, qui alios velut cõtagio suis peccatis inficiunt; sunt postea mortui, de quorũ vita desperandũ ferè sit; sunt deniq; dæmones, qui alios in vitia cõtendunt trahere. Hos oẽs curandi virtutẽ acceperunt Apostoli, sed speciatim habẽt potentiam eijciendi dæmones. Quia qui alios ad malũ trahere conãtur, per excõmunicationẽ sunt ab Ecclesia reijciendi, ne gregem Domini deglubãt & destruant. Attende tñ nomine infirmorũ multa cõprehendi, scilicet morbũ & debilitatẽ & orbationẽ & mutationẽ. Morbi n. dicuntur propriæ ægritudines, q proueniunt ex mala corporis habitudine, vt febris, paralysis & hydropisis, & similia. Debilitas est qñ existente bona corporis habitudine homo minores sẽtit vires, sicut in illis, qui incipiunt conualescere de ægritudine, quia nõ est in eis iam morbus & tñ viribus carent. Orbatio aũt est defectus naturalis alicuius partis corporis vel virtutis, sicut eius q cæcus natus est vel claudus, mutus, vel surdus, vel sine manib. aut deficiẽte aliqua alia parte corporis, & maximè cũ organica pars, in qua viget operatio, abscissa est: vt si pedes vel manus pr. induntur, aut oculus eruitur, hæc omnia largè nomine infirmitatis cõprehenduntur, vel saltem his cõprehendi necesse est, quia ab omnibus istis malis Apostoli liberabant homines, cùm Christus sæpè hoc fecerit, & tñ Apostoli faciebant eadem miracula, quæ Christus Ioan 14. *Qui credit in me, opera quæ ego facio ipse faciet.* Secundũ est mortuos suscitare, hoc aũt nullo modo intelligi potest nomine infirmitatis, quia infirmitas est in viuẽte, mortuus autẽ infirmitatẽ nullam habet. Æquale quidẽ quantum ad potestatẽ facientis, maius quantum ad rem ipsam. Tertium est dæmones eijcere, & istud differt à præcedentib. in duobus. Primo, Quia miraculum est hic in creatura spirituali, & in duobus præcedentibus est in creatura corporali. Nam dæmones eijcere non est dare homini aliquam sanitatem, sed expellere dæmonem, ne nocere possit. Secundo, Quia in alijs confertur aliquid ipsi homini, & aufertur quoddam malum, quod verè in ipso est, siue sit mortuum esse, siue infirmitas. Auferre autẽ dæmonem, non est auferre malum intrinsecum, sed extrinsecum, quia dæmon non est in homine sicut febris & lepra, sed sicut flagellans, & percutiens & ideo ad alterum genus miraculi pertinet. Quia vero multi tum temporis erant leprosi & arreptitij, ideo ista duo exprimuntur, & sanati fuerunt à Christo, & ab Apostolis. Luc. 17. Et obserua quod Deus specialiter dedit potestatẽ Apostolis istorum trium generum miraculorum. Primo, vt dictum est, quia conueniebant ista illis, quibus Apostoli prædicabant. Nam Christus misit Apostolos ad prædicandum per diuersa loca, vt turbæ non vexarentur sequendo Christum, quocunque iret, & tamen turbæ vt plurimum veniebant ad Christũ propter miracula, quæ faciebat super infirmos, Ioan. 6. *& sequebatur eum multitudo magna, quia videbant signa quæ faciebat super his, qui infirmabantur.* Si autem Apostoli non accepissent potestatem faciendi ista miracula, adhuc omnes turbæ venirent ad Christum vt curaret infirmos eorum. Oportuit ergo dari potestẽ istorum miraculorum Apostolis, ne turbæ vexarentur. Secundo, Quia miracula erant necessaria Apostolis ad duo scilicet, ad notificationem eorum quæ prædicabantur, & ad vtilitatẽ ipsorum quibus prædicabatur. De primo dic. Gregorius, *Adiuncta sunt autem prædicatoribus miracula, vt fidem verbi daret virtus ostensa, & noua facerent, qui noua prædicarent.* Et Hieronymus. *Ne enim hominibus rusticanis & absq; eloquij venustate indoctis & illiteratis nemo crederet, pollicentibus regna cælorum, dat potestatem prædicta faciendi.* De Secundo, Quia vt ipsi audientes faciliores essent ad credendum, potius facienda erant miracula, quæ illis prodessent, quam quæ non prodessent, vt sunt magorum, scilicet, volare, videre in speculo, per vtilitatem ergo differunt vera à falsis miraculis.

Attende iterum, licet Apostoli haberent facultatem faciendi alia miracula, ista tamen expresè concessit illis CHRISTVS. Prima, quia vt dictum est miracula fiebant ad notificationem veritatis & ad vtilitatẽ audientium, Ista aũt duo cõueniebant istis miraculis: Nã per quodlibet eorum sufficienter probabatur esse verum, q Apostoli prædicabant, quia tanta miracula exigunt potestatẽ infinitam, sed illa non est nisi Dei, ideo quodlibet miraculum exigit, quod à Deo sit, & necesse est, quod omne quod per id probatur, verum sit. Quod autem pauca vel nulla fiant, non differt ad ostendendam istam veritatem. Secundo, Quia Apostoli nõ habebant in se aliquam potestatem, per quam ista miracula facerẽt, sed solum fidem habebant, per quam Deus ei petentibus miracula faciebat, & ideo sicut poterãt per fidem facere vnum miraculũ, ita poterãt facere quodcunque. Nam poterant transferre montes, Matth 17. & transferre arbores in mare, & radicare eas super aquam. Luc. 17. & quodcunque aliud facere, Matth 21. *Si habueritis fidem, & non hæsitaueritis,* &c. Poterant ergo facere quodcunque genus miraculi, quia non erant minores ipsi quam patres veteris testamenti, Et tum iubente Iosue, sol stetit, Ios. 10. & orante Ezechia, & Isaia, sol reuersus est per decem lineas 4. Regum 20. ergo etiam istud poterant facere Apostoli. Tertio, Quia poterant ipsi facere quicquid Christus faciebat. Ioan. 14. *Qui credit in me,* Etiam quia multa alia concessit Christus omnibus credentibus in se, Marc. 16. vt tollere serpentes, & non nocere eis venenum, quæ hic non habentur. Christus tamen ambulabat super aquas, & pascebat turbas paucis piscibus. Matthæi decimo quarto, & decimo quinto: ergo etiam Apostoli hoc facere poterant, & illa quæ habentur Marc. 16. cum ipsi maiores essent omnibus credentibus: imò omnia poterant facere. Matth. 17. *Si habueritis fidem, sicut granum sinapis, nihil impossibile erit vobis.* Verumtamen est, quod licet post eorum alia miracula facere, nunquam fecerunt, dum sic Christus mitteret eos, nisi miracula illa quæ Christus hic expressit. Et ratio est, quia ipsi non faciebant nisi miracula quæ petebantur à credentibus, vel credere nolentibus, & quæ ipsi videbant bonum esse fieri iam illis non petentibus. Homines autem non petunt, nisi ea, quæ putant sibi esse vtilia, qualia erant quæ Christus commisit hic Apostolis & ista sola faciebant. Præterea Christus dedit Apostolis miracula facere, & tot & tanta, quòd ex nulla parte possent apparere defectus potestatis eius qui mittebant illos: & quia si quædam miracula facerent, & alia petiti facere non possent, videretur defectus potestatis ipsorum, vel mittentis eos. Ideo concessit illis Christus tot genera miraculorum, quod quicquid audientes peterent ab eis, ipsi facere possent. Nam illi non peterent, nisi quod eis esset vtile, & omnia hæc Apostolis concessa erant. Si autem peterent, quod facerent stare solem vel retrocedere, aut aliquid huiusmodi, etiamsi Apostoli possent facere, non deberent, quia istud non esset ad vtilitatem, sed ad curiositatem, Pro curiosis enim opera Dei petenda non sunt. Nam Christus talia & miracula facere nolebant, petente aliquo, vt Matth. 16. & 12. Et ne fecerunt Apostoli ea tantum miracula, quæ Christus expressit, & ad quæ dedit illis fidem, sine qua non fit miraculum.

Restrinxit autem Christus Apostolos ad aliqua specialiter & non concessit omnia. Primo, Quia Christus volebat Apostolis concedere, q sufficiebat ad officium prædicationis, conuenienter exercendum: Quicquid autem superabundat, non fuit necesse tradi, Ista autem ad officium pdicationis sufficiebãt Secundo, ad tollẽdum curiositatẽ Quia si dedisset Apostolis simpliciter potestatem faciendi quæcunq; miracula, vellent interdum forte facere aliqua potius curiosa, q vtilia cũ adhuc essent viri imperfecti. Et tamen quæ diuina sunt, debent ordinatissimè, & non ad curiositatem ministrari. Tertio, ad tollendum eis occasionem inanis gloriæ. Erant enim adhuc teneri & nondum perfecti in virtute, & si viderent se, posse facere quæcunq; vellent, maximè in quibusdam rebus multum curiosis, sicut stare solem vel retrocedere, & similia, extollerentur supra seipsos. & esset eis occasio peccati. Quia Luc. 10. venerunt discipuli ad Christum cum gaudio, dic. quod etiã dæmonia eis subijciantur, in nomine Christi, quib. respondit Christus: ne in hoc gaudeãt, Si enim debitè gauisi fuissent, Christus non prohibuisset ipsorum gaudium. Et sic nun habebant etiam sufficientem fidem viuente Christo. vnde Matthæi decimo septimo: dic. *Adauge nobis fidem* Sed Spiritu san. accepto, non est dubium quin habuerint potestatem ad omnia miracula, & sufficientem fidẽ. Quarto, Quia

Infirmitatis nomine comprehendit multa

Dæmones eijcere differt ab incuratione, & mortuorum resuscitatione.

Apostolis data specialis potestas curandi miracula, & quasi ...

Miraculorum in Apostolis necessitas ob duo.

Apostoli omnia (?) facere possunt miracula.

Cur miracula quædam non fecerint Apostoli, cum possent.

... non fecerunt Apostoli.

Christus Apostolis non concessit omnia.

Spiritu S. accepto Apostolos omnia potuisse.

Christus voluit eis dare potestatē ad bonum & non ad malum. Si .n. concederetur eis miracula facere, sicut poterant miraculosè prodesse, ita poterāt miraculosè nocere, vt occidendo homines, subuertendo vrbes. Erat tum affectus eorum adhuc inordinatus, quia inuidebant interdum, & iniustè irascebantur & desiderabant vindictam indebitè, & sic haberent instrumenta ad nocendum, Luc. 9. Samaritani non recipiebant Christum in quadam vrbe, & dixerunt Iacobus & Ioannes. *Domine vis dicamus, vt ignis descendat de cælo*, quos Christus redarguit. Quinto, Quia Christus voluit sibi reseruare excellentiam dum viueret, vt saltem simplices, non haberent occasionem errādi circa ipsum. Nam si dedisset Apostolis potestatem faciendi omnia, sicut ipse faciebat, aliqui simplices putarent eos æquales Christo. Et hoc erat inconueniens, sibi ergo reliquit excellentiam & plenitudinem: illis dedit, quod erat ad sufficientiam. Nam viuente Christo, & deficientibus in aliquo Apostolis, semper erat recursus ad Christum.

Christus volens excellentiam sibi praeseruare, non omnia concessit Apostolis.

Vltimo obserua, quia facile erat ditescere eos, qui hos morbos curassent, ideo dicit, *Gratis accepistis, gratis date*. Cùm enim impossibile sit pretium in terris inuenire, quo hæc diuina dona possè vendi queant, iniuria fieret rei non venali, si venderetur. Sicut si adamantē generosissimum, vili venderes obulo. Vbi nota, quod licet prima gratia non cadat sub merito, (vt Theologis est confessum) omnis tamen gratia post primam, & etiam gloria sub merito cadit. Qui enim operatur ea gratia, merces ei debetur, non iam secundum gratiā, sed secundum meritum & iustitiam. Hinc Concil. Tridentin. fatetur, opera nostra ex condigno & iustitia gloriam mereri. Cùm igitur omnia pretium suum habeant, (etiam cælum) Dona tamen miracula faciendi, omni pretio carēt, neq; sub vllo merito cadunt, sed purè gratis dantur, adeo vt inde nomen acceperint, & gratiæ gratis datæ dicantur. Et elegantissimè dicit, *Gratis accepistis*, vt si acceperis, ne credas tuis ipsa meritis habere. Procul sit à te ista superbia. Si verò ea non habueris ne credas te ideo esse peiorem, Non enim propter merita dantur, sed ut Reipubl. vtilitatē. Imò is, cui nō datur, magno onere leuatur, tractandi cum hominibus, quorum conuersatio, tam est difficilis & periculosa, quàm diuina est facilis & iucunda. Expendamus tamen paululum, cur gratis dari, Dominus præcipiat.

Omnis gratia post primā gratiā cadit sub merito.

Gratis dari, cur Dominus præcipiat.

Et primum est, Quia maximam authoritatem Euangelio pauperum, paupertas ipsa conciliat. Vehementer enim suspicimus & adoramus eos, qui opes tam magnificas, (quibus alios ditant,) sine pretio largiuntur. Mirariq; satis non possumus eos, qui quam omnes fugiunt paupertatem, ipsi vt prædicant ita & amant. Secundo, Quia gratis dantes, minus sunt oneri populo accepturo. Siquidem Paulus ne quem grauaret 2. Thessal 13. manibus suis victum sibi & suis quæritabat. Tertio, Quia cum vbique sit otiosa cupiditas, maximè verò in prædicatore. Quarto, Quia quo magis prædicator curam sui à se reijcit, hoc magis eam Dominus suscipit. Quinto, Quia si pretio daretis, donum Dei aliquando daretur immerentibus, si pecuniam afferrent. Sexto, Quia iocundum est, videre iustum dantem gratis, non solum sua, sed & animam propriam dare cupientem. Quis enim nō amet Christum dantem animam suam in redemptionem pro multis? & Paulum viscera sua 1. Thess. 2. quia *charissimi*, inquit, *facti estis nobis*. Vltimam rationem ex sequentibus colliges. Tullit his & superbiam & auaritiam, & intelligitur tam de miraculis quam de doctrina.

Nolite possidere aurum nec argentum, nec pecuniam in zonis vestris, non peram in via, nec duas tunicas, nec calciamēta, nec virgā.] Verisimile est Dominum hæc mandasse, non solum Apostolis iter facturis, sed etiam in ciuitate consistentibus. Primum enim dicit: Nolite possidere simpliciter, aurum, argentum, neq; minoris æra appendatis in zonæ crumena. Secundo, Speciatim de itinere, Ne afferatis peram in via. Si igitur Dominus omnia hæc præcepta iter facientibus dedisset, profectò dixisset in principio: Ne in itinere habeatis aurum, argentum, peram, Nunc verò cùm apertè distinxerit primum mandatum à secundo, & in secundo addiderit. *Iter*, planè fit, primum mandatum esse absolutè intelligendum. Et ita etiam absolutè debet intelligi. Tertium ne habeatis duas tunicas, calceamēta, neq; virgam. Cur .n. potius duas habeant tunicas in ciuitate, & non in via? Ergo simpliciter interdicitur Apostolis, auro & argento, & reliquis. In itinere vero iuxta Lucam, virga, pera, pane, pecunia. Dominus enim qui illorum curam in itinere gerebat, gerebat etiam in ciuitate.

Apostolis mandata, non iter tantū facturis, sed etiam consistentibus alicubi.

Causa verò huius tam arcti præcepti hæc fuit: Christus fuit paupertatis amantissimus illud semper iactans, Psalmo decimo nono: *Ego mendicus sum & pauper. Dominus solicitus est mei*, & illud Psalmo octogesimo septimo: *Pauper sum ego & à laboribus in iuuentute mea.* Vt impleretur in eo vaticinium. Isaiæ quinquagesimo tertio: quod ascenderet sicut virgultum, & sicut radix de terra sitienti. At radix siccæ terræ nudissima res est. Si igitur in beato Francisco fuit paupertatis amor, scintilla in eo fuit, collata ad ignem illum in Christi pectore flammantem, quo pauper esse cupiebat. Arbitrandum, nunquam sibi Christum adeo placuisse, quàm cùm se cruci affixum conspexerit, verè (vt esse cupiebat) omnibus egentem. Cum igitur paupertatis amator relinqueret suos in terra Vicarios, voluit etiam paupertatis amatores relinquere. Qua causa eis interdixit auro, argento, & ære, quod diuites solent turgentibus zonis appendere. Interdixit etiam duabus tunicis, calceis & baculis, quos populares homines solent nonnunquam grauitatis causa circumferre. Hæc enim omnia reiecit paupertatis amator. Quæres: Si Apostolis calceis & baculis interdictum fuit, quomodo Marcus dicit esse concessa? Respondetur, Vnico contextu vtrumque Dominum dixisse, vt sit sensus: Discipuli mei, nolo vos omni re terrena carere, solumque summè necessaria possidere, & in omnibus pauperes esse, ideo calceos & virgam veto. Sed, quia sandalia solent etiam pauperes afferre & bacillos, ideo horum vsum vobis tantummodo concedo, vt quæ paupertati non repugnent. Quæ ita ad literam seruata fuisse ab Apostolis, acta eorum facile docent. Petrus enim ait. *Argentum & aurum non est mihi.* Actorum tertio: Certè si æra minuta habuisset in pera, petenti dedisset. Rursum Angelus excitans Petrum dixit. Actorum duodecimo: *Surge, præcingere tunica*, scilicet ea, quam vnicam habebat, *& subliga sandalia tua.* Habebat igitur non calceos, sed vilia sandalia, quæ subliganda erant sibi. Audi etiam nonnihil mysticum. Bethlehem apud Michæam minima est: quia quæ in se erat minima, ex Christo erat maxima. Ita & potestas Apostolis concessa, Marco virga est, Matthæo non est virga. Siquidem potestas data Apostolis ex se virga est, quia tamen non debent ea vti ad destructionem, sed ad ædificationem, non ad rigorem, sed ad benignitatem, non ad iram, sed ad misericordiam, ideo dicitur, *Non virgam. Reges enim gentium dominantur eorum.* Luc. 22. Habent quippe virgam, nec enim sine causa gladium portant. *Vos autem Apostoli non sic, sed qui maior est inter vos sit sicut minor.* Similiter calcei, Matthæo, Marco sunt sandalia. Cum etiam necesse sit Apostolis pede terram contingere, ne ab ea lædantur, fauorem terrenum habere debent. At his terrenus fauor, non totum pedem adumbret, reliquat super sum pedis partem liberam. Non igitur Apostoli fauoribus humanis se totos ingerant, nisi quantum, ne lædantur, necesse fuerit. Olim quidem sandalijs soli principes vsi sunt. Forsan ergo sandalia concedit Christus Apostolis, vt Ecclesiæ principibus. Sed iterum quæret hic aliquis, an hæc Domini præcepta obligabant ad mortale? Respondetur, si Apostolicus prædicator animum gerat paupertatis amicum, id satis est, etiamsi aurum & argentum abundè possideat. Præceptum enim est, non, ne possideatis, sed nolite possidere, Iam si nonnunquam cupiat aurum, crimen non est putandum. Hæc enim mandata perfecta perfectis data ad mortale non obligant.

Paupertatis amator Christus, & Vicarios reliquit paupertatis amatores.

Mysterium de Bethlehem apud Michaeam minima.

Calcei Matthæo, Sandalia sunt Marco.

In quamcunque autem ciuitatem (Lucas habet, *domum*) *aut castellum intraueritis, interrogate quis in ea dignus sit, & ibi manete donec exeatis.*] Intellige hic, quod Apostoli ante omnia prædicabant verbum Dei, vt Acta Apostolorum cap. 12. & 14. facile docent. Post prædicationem vero, si quis exibat eos hospitio suscepturus, apud eum manebant, & non quærebant ante prędicationem hospitium, vt nostrates faciunt: Si vero nemo eos inuitabat, tunc quærebant, quis in populo dignus esset. Nam legimus Dominum aliquando prædicasse, & quia à nemine inuitabatur, in

Apostoli ante concionabantur, quàm quærerent hospitium.

Betha-

Bethaniam redijsse. Vnam itaque domum sic eligant, in quam se recipiant nec inde exeant, vt in aliam diuertant hospitium mutantes, sed perseuerent donec in ea ciuitate aut castello permanserint, ne domum mutantes, contristēt ac perturbent eum, à quo recepti sunt, & ne etiam ipsi aut leues aut inconstantes, aut ventri dediti alijs videantur, & ne dum hospitia mutant, in locum parum conuenientem incidant, aut se errasse, prius ostendāt. Eligēdi ergo optionem Apostolis concedit, sed mutādi facultatem amputat. *Interrogate* ergo inquit. Via enim credibile est in toto populo non esse virum dignum vnum. Equidem non consisteret ciuitas, nisi aliqui essent digni. Ideo enim corruit Sodoma Genes. 18. quia non sunt in ea decem aut quinque iusti. Et alioqui reliquit sibi Deus septem millia virorum, qui nō curuauit genua ante Baal. 3. Regum 19. Et certè, si volt Deus præstare misericordiam alicui populo, aliquem dignum præparat, apud quem suus recipiatur prædicator: Si non parauit, neq; etiam misereri populi voluit. Certè cum Macedoniæ fauere vellet, parauit Lydiam, Actorum decimo sexto, apud quam Paulus hospitaretur. Habes vero ex hoc textu, vix virum dignū latere posse, quin agnoscatur. Alioqui dignus esse posset, qui non reciperet Apostolos hospitio, Vt ergo lux latere non potest & ignis in sinu nequit abscondi, ita nec viri dignitas. Testis est Isaias cap. 58. dic. *Orietur quasi mane iudicium tuum & iustitia tua sicut meridies.* Porrò licet sanctus Hieronymus putet virum dignum esse, virum bonæ opinionis, tamen & ille vir dignus censendus est, qui operibus misericordiæ est intentus. Neque enim alius dignus iudicaretur qui hospitio reciperet, nisi cui illud est exercitio. Quam verò scriptura est sibi concinna? Vbiq; charitas proximorum laudatur, vbique ipsa sola iudicatur digna cælo, siquidem dictum est: Matth. 25. *Hospes eram, & collegistis me. Itaque venite benedicti.* Iam merito & sapienter Dominus quæri iubet dignum suo Apostolo hospitem. Quia nonnihil authoritatis & gratiæ recipiet prædicator ab hospite digno, imò & nonnihil etiam præsidij. Minus enim obgannient homines contra eum, quem cul meo viri digni protegit.

Deus alicuius populi misertus aliquem dignum concionatorem præficit.

Charitas vbiq; proximorum laudata.

Manendum insuper præcepit: Primo, vt maius sit vestræ sanctitatis testimonium. Facile n. est per breue tempus, specimen sanctitatis ostendere, at diu sanctitatem simulare, difficile est. Admirans ergo hospes vester sanctitatem vestram, Euangelium vestrum promouebit. Secundo, Vt cauti sitis, ne quid molestiæ hospiti tam benefico, & tam in benefactis perseueranti inferatis. Non enim admodum offendere cauemus eum, cum quo breui tempore commoramur. Tertio, Vt vel à principio hospitij, temperātiæ & abstinentiæ studeatis. Vt enim quiuis hospes fastidit gulæ deditum conuiuam, ita amplectitur temperantem. Quarto, Quia futura erat tam mirabilis Apostolorum cōuersatio, vt reliqui ciues eos hospitio suscipere contenderent, vt quiuis tantis hospitibus frueretur; Ne igitur contentionis occasio detur, iubeo vos ab vno hospite non discedere. Quinto, In hac te volo vos mei esse similes. Ego nunquam desero suspicientem me, nisi prius me ille deseruerit, adeo sum illi gratus: ita vos estote grati, ita immutabiles vt doleat hospes vester, si quando vos abire sentiat: Sexto, Libero vos ingenti molestia. Quiuis enim nouo hospitio susceptus (si sapit) mille oculis circumspectat, vt animum hospitum agnoscat, quò illis morem gerat: Ne igitur necesse sit sæpius hoc fastidium deuorare, in vno loco manete. Septimo, Animus meus est hospitem vestrum ditare: Vt ergo mea magnificentia sit dignior magisq; per vos demereatur, manete apud eum. Vt enim Israeli apud Ægyptios gratiam dedit, Exod. 19. vt ei omnia sua etiam pretiosa commendarentur: ita ego polliceor, me gratiam vobis apud hospitem daturum, vt libentissimè vos recipiat.

In aeterno semel hospitio manere cur Dominus præcepit Apostolis.

Christus suscipientē se non deserit vnquā nisi prior deseratur ab illo.

Illud autem sciant omnes, qui prædicatores suo recipiunt hospitio, quod sicut Dominus benedixit domui Obededom, 2 Reg. 6. quia arcam Domini domi suæ seruauit, ita benedicet domui prædicatores suscipienti. Tanto enim dignior est sanctus prædicator quā arca Dei, quāto dignior est Christus existens in prædicatore, vrna & virga existentibus in arca. Sed sicut prædicatores nostro tempore plus gloriæ, auaritiæ & proprio commodo studeut, ita deserun-tur à Deo nec curantur à populo. Debet autem popul^9 maximè solicitus esse de alendo eo & excipiendo, à quo doctrinam Euangelicam, regnum cœlorum, & omnia salutis beneficia accipit. Addit Lucas

Sancti prædicatores quanta dignitas.

Et quicunque non receperint vos, exeuntes de ciuitate illa, etiam puluerem pedum vestrorum excutite in testimonium super illos] Sensus est. Si alicuius loci, in quem diuerteritis, homines vos recipere & prædicationi vestræ noluerint acquiescere, tūc exite de loco illo, ciuitate, aut castello, atque etiam puluerem pedum excutite aut extergite, hoc puluere testātes nō vos, sed eos in culpa esse, & discipulos nihil ab eis quæsiuisse, nec proprijs commodis inseruire voluisse, sed illorū tm̄ saluti consuluisse. Igitur exire iubet, vt tempus, quod inutiliter ibi consumendum erat, alijs ciuitatibus annunciando fructuosè expendant. Huius pulueris excussionis exēplum habemus in Paulo & Barnaba Act. 13. qui cum Antiochia Pisidiæ à Iudæis alijs concinibus Euangelium audire detrectantibus expulsi essent excusso puluere pedum in eos, venerunt Iconium. Et nota. Apostoli intrantes domum alicuius, potius beneficium dabant, quam recipiebant, eo quòd curabant infirmos, qui in domo erant & familiariter docebant domesticos & honorabant præsentia sua: Ad præstandum tamen talia beneficia iustum erat eligi eos, quibus tribuerentur. Et apparet quod hoc Christus voluit, quia dixit, *Interrogate quis dignus sit,* & non, *Quis sit bonus.* Item, quia dixit: *si fuerit domus digna:* scilicet, ad recipiendum vos, & benedictionem quam imprecamini.

Pulueris excussione quid Apostoli testabantur.

Apostoli intrantes alicuius hospitia, conferebant potius beneficium quam accipiebant.

Attende autem quod non omnia eis tribuit, cum potuisset. Nec n. eis largitor, vt sciant quis sit dignus, sed iubet scrutari. Et hoc propter multa. Primo, Quia illud est generale, quod Deus nunquam concedit miracula, nisi quando humanitùs fieri non potest, quod per miracula quæretur. Vnde si fides & prædicatio Apostolorum potuisset cōuenietèr suscipi, sine miraculis, sicut cū miraculis suscepta est, non concessisset Christus Apostolis miraculū aliquod facere, & in quia non poterant, concessit illis facere miracula, Poterant aūt quærere hospitē sine miraculo. Secūdo, Ne superbirent: si n. eis in omnibus miracula concederet, homines adhuc rudes superbirent. Nā si Paulus post acceptum Spiritum S. dicebat 2. Cor. 12. *Ne magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi angelus Satanæ.* A fortiori ergo, Apostoli nondum recepto Spiritu S. superbirent propter quotidianas reuelationes & miracula. Tertio, ad ostendēdam virtutē ipsorum eis, quibus prædicabant, cū tantam diligentiam viderent eos facere quærendo, quis esset vir bonus apud quem hospitarentur. Et erat decens q̄ non solū potestatem eorum miraculis, sed virtus etiam ipsorū in opere appareret, quod fiebat, sic quærendo bonum hospitem, apud quem virtuosè cōuersarentur, vt sentit Chrysostomus. Quarto, Propter nos. Vt cum Apostoli qui erant principes Ecclesiæ, tantam diligentiam circa hospitē inueniendum facerent, vt sine suspicione viuerent, quāto magis nos, quibus ex malorū conuersatione non solum suspicio, sed etiam periculum videndi mores eorum incidit, cauere debemus malorum consortia, quia non solū vita malorum, sed etiā *eloquia mala corrumpunt bonos mores.* 1. Cor. 15. Solicitè agere debemus, vt inter bonos maneamus. Quinto, & principaliter. Vt posset verbum Christi impleri, quia ipse dixit q̄ si essent digni hospites reciperēt eos ibi prædicantes & miracula facientes. Si aūt non reciperent eos excuterent pedum puluerē contra ciuitatem in testimonium illius & Luc. 10. Non tm̄ posset hoc impleri, si reuelaretur eis quis esset dignus hospes. Aut si reuelaretur eis neminē ibi esse dignum, non irent ad petendū, & si nemo deliquisset contra eos viderentur insani potius, si recedentes excuterent puluerem. Et sic oportebat quod non intrarēt in talem vrbem, vel quod recederent nihil loquentes aut facientes, quod tamen erat inconueniēs, quia Christ^9 volebat, q̄ illi, qui mali essent, haberent testimonium malitiæ suæ scilicet, quod constaret eis, quod Apostolos Christi à se repulerant, ideo oportuit dari modum, vt Apostoli conuenienter possint excutere puluerem pedum. Sexto, Quia Christus concessit Apostolis inuenire hospitium per miraculum, sed non per miraculum reuelationis cogitationum, quia non erat illud conueniens: & patet, quia vix aut nun-

Christus nō tribuit Apostolis, vt sciant, qui digni essent à quibus reciperētur.

Imitandi nobis Apostolis in deligendis, cum quib. versemur.

Quanta virtus esset in Apostolorũ benedictione. Pax huic domui.

nunquam Apostoli inuenissent hospitium sine miraculo. Quãdo .n. ipsi dicebãt. *Pax huic domui*, tanta erat virtus Dei in verbis istis, quod si vir bonus erat & ad vitam æternam præordinatus necesse erat, quod hospitium daret illis, quia Deus mouebat cor illius. Si autem non erat vir bonus, non poterat eis dare hospitium, quia malitia sua turbabat cor eius. Sic Christus innuit dic. *Si fuerit domus digna, veniet pax vestra super eã*, &c. quasi dicat. Si fuerit dignus hospes recipiet vos, si autem indignus est, non recipiet: Alias enim non poterant certi esse Apostoli, an apud virum bonum vel malum hospitarentur. Quia contingit interdum viros malos aliqua bona facere, & viros bonos à quibusdam bonis abstinere. Et tamen per istud verbum Christi certificati erant Apostoli, quod apud quemcunq; manerẽt, vir bonus erat, & qui repellebat eos, erat indignus. Oportebat ergo quod per miraculum non semper hospites inuenirent. Non autẽ te moueat, quod Christus cum publicanis conuersabatur & manducabat, quia per tale conuiuium conuertebat illos ad se. Sic ipse Christus ibidẽ dixit: *Non est opus sanis medicus, sed male habentibus*. Et, *Non veni vocare iustos, sed peccatores.*

Cur non licuerit Apostolis habere cũ malis consuetudinem, sicut Christo.

Et licet mittebantur Apostoli etiam tanquam medici animarum, non licebat tñ illis conuersari cum malis, sicut Christo. Primo, Quia Apostoli nondum per Spiritum S. confirmati peccare poterãt, & ea malorum consortijs, poterat eis accidere malum: Christo autem nequaquam, sed potius ipse ex consortio suo homines bonos reddebat. Secundo, Quia Christus, qñ conuersabatur cum Iudæis inter publicanos, iam erat nota conuersatio eius inter Iudæos, & nemo poterat ẽi detrahere nisi maleuolus. Secus autem de Apostolis, quia cum introibant in loca, ante omnia (secundum Tostatum hoc loco) accipiebant hospitium. Si ergo viros indignos acciperent, anteq̃ agnosceretur eorum bona conuersatio, esset suspitio de malo, cùm malos hospites elegissent & hoc multum derogasset futuræ prædicationi eorum. Tertio, Quia si malos hospites interdũ elegissent, & ex hoc secuta fuisset murmuratio contra eos, cùm adhuc infirmi essent, forte scandalizarentur, & non bene ferrent: Christus aũt tolerabat, licet contra eum murmuraretur, vt Matt. 9. dicentibus Pharisæis. *Quare cum Publicanis manducat Magister vester?* & qñ dixerunt, *Ecce homo vorax & potator vini publicanorũ & peccatorũ amicus*. Non tñ ita intelligas, quasi & in domo & angulis ẽt prædicassent, quia excundum eis nõ erat, sicut faciunt Picardiæ & alij hæretici. sed q̃ manerent ibi, id est, non mutarent hospitium, quamdiu in vrbe illis manere cõtingeret, q̃ apertiùs dicitur Lu. 10. *Nolite transire de domo ad domum*, id est. non mutetis hospitia, ne vnde leuitatis arguendi aut voracitatis, causæ huius rei supra annotatæ sunt. Nec licebat ill' aliò ire extra hospitia, etiamsi inuitati fuissent. Primo, Quia Christus non vetuit Apostolis transire de domo in domũ, quasi malũ esset intrare in alias domos aut non licitũ esset ire ad sanandũ infirmos, sicut Christus ibat, verbi gratia ad sanandũ puellã, sed vetabat propter conuersationẽ domesticã, q̃ est in cibo & potu. Secundo, Quia vt dic. Chrysost. ne arguerentur voracitatis q̃ fieret, si non mutato hospitio alibi manducarent. Tertio, Quia Christus Luc. 10. expressè prohibuit. *In eadẽ aũt domo manete, edentes & bibentes, quæ apud illos sunt, & nolite transire de domo in domũ*. Quarto, Quia faciliùs esset permitti eis mutare hospitium q̃ ire ad conuiuia, quia ibi pascũtur homines abundantius & delectabilius, & ita indulgetur gulæ potiùs, quã in quotidianis cibis. Hic ẽt aduerte distinctionẽ inter hospites, qui quoscunq; aduenientes, siue bonos siue malos quia ipsis noti non sunt, propter curã hospitalitatis tenentur excipere, & inter Apostolos qui debent eligere hospitẽ dignum, quia plus beneficij conferendi secum afferunt, quàm auferent. Multi iam veniunt nomine prędicatorum, qui hæretici sunt, quos vt pauperes alere oportet, si cognoscuntur seductores, ipso momento ẽt è ciuitate essent eijciendi. Vide etiam quam ingrata sit ætas nostra, & maximè apud magnates hoc communissimum est, cum concionem feceris, Missam celebraueris, cõfessionem audieris & cõmunicaueris, baptizaueris aut copulaueris, nemo te post hæc respiciet, nemo inuitabit, nemo te dignabitur aliquo honore, nisi forte ad horas aliquot expectans cum infima familia comedere tibi liceat: adeò gratiæ diuinæ in nullo pretio habentur ampliùs. Et tamdiu durat honor sacerdotis, quamdiu ipsius vsus & necessitas.

Apostolis nõ licebat hospitium suum exire alio.

Quid differant Apostoli hospites ab alijs.

Vt angeli pacẽ nunciauerunt orbi & domui, ita & Apostoli.

Intrantes aũt domum dicite; Pax huic domui. Et si quidem fuerit domus digna, veniet pax vestra super eam: si autem non fuerit digna, pax vestra ad vos reuertetur.] Angeli annuntiauerunt orbi pacem, quãdo nascebatur orbi Deus: alij angeli in carne existentes annunciant domui sui hospitij pacem, quia ei vult Dominus nasci. Illi angeli annunciant orbi pacem, quia volebat ei Deus reconciliari: Hi ẽt annunciant pacem domui hospitij sui, quia ei vult reconciliari & benedicere. Perinde igitur valet q̃ Apostoli annunciant, ac si dicant, Dominus nasci vult in domo hac, vultq; ei suam dare benignitatem Secundo, Christus resurgens dicit Apostolis, *Pax vobis, & insufflans ait, Accipite Spiritum S.* Ioann. 20. Ita Apostoli dicentibus *Pax vobis*, præparauit hospites, vt ea Apostolico halitu Spiritum S. reciperent. Tertio, Dominus moriturus dat discipulis suis pacem, non autem quomodo mundus dat, Ioã. 14. Est perinde ac si aliquis roget quam pacem dat: Ille ait, *Non turbetur cor vestrum neq; formidet*. Ergo pax Christi est, nõn turbari, non formidare. Id si expendas quantum sit, fateberis in tota vita nihil esse præclarius. Ego quidem vellem potius non turbari, non formidare, quam omnia mundi regna possidere, Illa enim habent secum omnem turbationem omnemq; formidinem testis Herodes est, si alius nemo. Hanc igitur pacem dant discipuli hospiti suo. Nec credas eos solo verbo eam dare. Ait enim Dominus: *Si in domo fuerit filius ideoque pacis respiciunda, requiescet pax vestra super eum.* Verbo igitur pacẽ dant, sed ad eorum verborum prolationem Deus etiam opere præstat. Denique si secundum Apostolum Phil. 4. pax non solum res mundi excedit, sed etiam omnem sensum eam petat, vide nunc quam diuite dono Apostoli hospites ditent suos. Iussit autem salutare Christus. Primo, ea vrbanitate, qa homines in exordijs verborum suorum maximè ad ignotos salutatione vtuntur, vt in precatio bonorum quæ per salutationem fit, sit eis locutionis initium, vt captent eis iam beneuolentiam: qui secus facit, rudis & indoctus imo rusticus iudicatur. Secundo, Quia inter homines, cùm sit salutatio quasi iam necessaria ea cõsuetudine in locutionis exordijs instruat Christus Apostolos, vt ipsi præuenirent alios salutando, quia virtutis est prius honorem impendere quàm recipere, Rom. 12. *Honore vos inuicẽ præuenientes.* Tertio, Ad eligendum hospitium: quia salutatio erat exordium loquendi cum hospite, quem eligere intendebant & erat honestius, vt non viderentur se ingerere petendo, sed qñ salutarent dicentes. *Pax huic domui*, hospites reciperent eos rogando, vt intrarẽt in domũ. Quarto, & principaliter, quia ista salutatio erat signum certum ad eligendum hospitem: quia aut accipiendo dignũ, aut non accipiendo indignũ se manifestabat Præterea hũc modum scil. *Pax huic domui*, singulariter voluit obseruari: Primo. Quia forte apud Hebræos & Syros inter quos nunc manebant Apostoli, erat iste modus salutationis. Secundo; Quia nullus mod' salutatiõis videtur plura bona cõprehẽdere. Nam omnis salutatio est bonorum imprecatio porro in nulla salutatione plura concluduntur quam in hac, quia pax est tranquillitas ordinis, vt dicit Aug. 19. de C. Dei. Nullum aũt bonũ deest, vbi tranquillitas ordinis manet, Est. n. quilibet homo in beatitudinẽ ordinatus. Si aũt tranquillitas ordinis manet, nec esse est illuc peruenire, cùm nihil impediat ordinẽ si tranquillitas est. Desiderat ẽt homo temporalem quietem, & ordinat se ad illam. Si aũt impediat ordinem, non poterit illam consequi. Sic etiam in actibus omnium potentiarum cuiuscunq; generis: Quia quælibet earum ordinatur in suum actum & obiectum perfectiori modo, quo fieri potest secundum naturam suam. Si ergo nõ impediuntur, omnes habebunt perfectionẽ illã quam desiderant. Si aũt habere impediuntur, iam non est pax, cũ non sit tranquillitas ordinis. Item est de rebus separatis, habentib' inter se aliquam habitudinẽ, sicut est de toto vniuerso & maximè de corporibus excellentissimę naturę. Nã in istis est pax. Iob 25. *Qui facit concordiam in sublimibus suis*, id est, Deus ponit cõcordiam & ordinem nunquam impeditum, inter omnes res naturæ & maximè inter sublimia à quibus potiùs dependet totus status naturæ. Idem est in communicationibus humanis, vbi est aliqua habi-

Christus Apostolis cur iusserit vt salutarent intrãdo in hospitium.

Hanc salutationem, Pax huic domui, singulariter voluit Christus obseruari.

Pax ẽt in excellentissimis quibusq; naturę corporibus.

tudo

tudo partium, ibi est ordo & pax, & generaliter cùm homo appetat omne bonum cuiuscūq; generis, possibile sibi aduenire, necesse est, q istud consequatur vel impediatur. Si consequitur perfectus est, si impeditur, iam non habet pacem, & sic necesse est, q si fuerit omnimoda, pax sit omne bonum. Nihil ergo melius potest optari quàm pax alteri. Tertiò, Quia Christus illa salutatione vtebatur, Ioa. 22. qñ post resurrectionem venit ad discipulos, & qñcunq; apparebat eis. & Lu. 24. Apostoli ergo debuerunt etiam ista salutatione vti, maximè, quia Christus cōmēdauit valdè istā pacem Apostolis. Io. 14. *Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis.* Quartò, Quia istud conueniebat ad petēdum hospitium, nam per ista verba significatur tota inquisitio de hospite. Sic.n. dicit Remig. *Hæc pax paucorum verborum ad totam explorationem dignæ domus, vel hospitis, potest referri.* Et magis conuenit istud verbum, quàm cætera, sc. *Pax huic domui*, i. sit pax inter domum istam, & vos, sc. vt recipiat vos, Quia si pax, id est, concordia erit inter eos, recipient illos, si non erit pax, non recipient. Et sic tacitè per hoc videbatur hospitium petere. Aduerte hoc loco, q dicatur, *si fuerit domus digna, veniet pax vestra super eam.* Hoc enim erat, quod Apostoli imprecabantur pacem & bonum, & tñ nō erat in potestate eorum, q hoc eueniret, sed in sola Dei voluntate, & hoc fieret, si digna esset domus. Apostoli enim quærebāt hospitem per famam populi & testimonium vicinorum, vt ait Hieron. Interdum tñ contingit, q illi, quos populus bonos putat, mali sūt, quia homo iudicat exteriora, Deus verò ea intuetur, vbi est bonitas vel malitia, 1. Re. 16. Contingebat ergo quod Apostoli hospitium petebant ab eis, qui mali erant, & quia Deus nolebat, q ad malos diuerterent, non concurrebat cum eis ad hoc bonum, vt Apostolos hospitio reciperent, cùm tanto bono essent indigni, & sic iniquitates suæ turbabant eos ne reciperent Apostolos; In bonis aūt Deus mouebat corda ipsorum & recipiebant illos. Ex hoc patet, quod oratio nostra, quantumcunque fiat à viris sanctissimis, nunquam exauditur, ita vt petitum impetretur, nisi Deus disposuerit illud facere, & ex hoc iudicet dignum ad recipiendum q petitur illum, pro quo oratur. Nam Apostoli erant sanctissimi & pacem imprecabantur & tamen non veniebat super omne quibus optabant, sed solum super illos qui digni erant. Et ex hoc etiā sequitur, quod Apostoli non dabant istam pacem sed petebant; quia aliàs quandocunq; salutarent aliquem, veniret ista pax super eos. & tamen pendebat à Deo, si illā dare vellet. Et si esset hæc aliqua benedictio, tñ benedictionis effectus & ipse depēdet à Deo, qui solus pōt benedicere.

Illud, Pax huic domui, monet qua valeat ad explorationem dignæ domus.

Orationes etiā quā tumlibet sanctissimorum, cur non semper exaudiātur.

Insuper nota q sit pax Christi, & illa non est pax absoluta, sed specialis pax. Phil. 4. *Et pax quæ exuperat omnem sensum, custodiat corda vestra.* Et ob hoc Christus specialiter pacem suā vocabat innuens, q præter illam esset pax alia. Io. 14. *Pacem meā relinquo vobis, non quomodo mundus dat.* Hæc aūt pax veniebat super eos qui digni erant, nam merito Apostolorum imprecantium eis pacem disponebantur efficaciꝰ ad vitā æternam, non aūt importabat vitam æternam.

Pax Christi non absoluta, sed specialis.

Porrò primò quidem reuertetur pax, si domus digna nō fuerit, vt eam alijs dignis concedant. Si enim ille hospes noluit tenere pacem, quæ illi offerebatur, alius accipiet eiꝰ coronam, Apoc. 3. Vt ergo alius accipiat de manu Apostolica ad eos redit. Ita factum planè est. Quia enim Iudæi pacem oblatam repudiauerunt, eam dederunt Apostoli Gētibus. Act. 13. Hæc enim Dominica dispensatio est, vt Iudæi non credant quatenus hac ratione gentes credant: Siquidem olim gentes non crediderunt, vt Iudæi credebant: Ita ergo pax ab vno hospite repudiatur, & ad Apostolos redit, vt alteri tribuatur. Secundò, profectò necesse erat pacem datam ad datorem reuerti: ne quia nō reciperetur, ira sucensus incandesceret, & ignem de cœlo in contemptores venire iuberet. Nemo enim nouit quanta sit rabies Euangelicam pacem multo sudore oblatam reijcere, ac si infinitus thesaurus non esset, & ac si qui reijciunt nonnisi pauperes, & nimium pauperes essent. Redeat ergo ad vos pax vestra, pacato animo reliquū operis vestri cōsumetis. Tertiò, Redibit ad vos, vt intelligatis, malū alienū in vestrum cōmodum redondare, ac ideo vos fuisse cōtemptos, ne ex prospero prædicationis successu extolleremini. Datus est.n. Paulo stimulus, 1. Cor. 12. carnis, ne multitudine reuelationum superbiret. At profectò potentior est prædicatio sœlia pdicatorē erigerem, quàm reuelationum multitudo. Et pungentior stimulus est ad reprimendō superbiam, ab auditorib. negligi, quam carne extimulari. Quartò, Pax redibit, vt illa neglecta pax testis sit in die iudicij, cōtra repudiatorē suum. Vt.n. vulnera Christi in testimonium in eius carne perseuerant, ita & graue illud vulnus, quo prædicator susceptus non est, ad testimonium in eo pseuerat. Quintò, Redibit, vt ea ratione, qua neglecti estis, facti humiliores, Deo magis placeatis. Et forsan eo fluentis aquæ cursus cohibitus est, vt maiori postea flueret impetu. Virescit.n. vulnere virtus. Obserua ēt, q cùm pax reuertatur ad eos, intelligant adhuc eos habere locum petendi hospitium ab alijs: quia non perit virtus huius pacis oblatæ. licet interdum eā inutiliter offerant, ppter eorum quibus offertur indignitatē. Et pax ad eos reuertetur, quia meritū non perdiderunt, quia eis à Domino pro labore operum suorum recompensabitur, vt Rabanus explicat, quia Dominus non ita opus vt mentis feruorem considerat. Ex mente.n. & optima voluntate quisque iudicatur, qui maiori qui minori charitate flagrat. Ideo non sufficit per sex septem annos in pulpito declamasse, nisi mentem & charitatem parem habueris.

Cur datus Paulo stimulus.

Ex mente, optimaq; voluntate charitas de aestimatur.

Et quicunq; non receperit vos, & non audierit sermones vestros, exeuntes de domo excutite puluerē de pedibus vestris.] Apud Iosue mandat Dominus cap. 7. vt victor Israel ex hoste deuicto nihil penitùs contingeret; Siquidē omnia quæ hostis haberet, essent Deo anathema. Et quia Saul, 1. Re. 15 hoc præceptum violauit, regno priuari meruit. Similiter ergo qui Apostolos non reciperent, anathema Deo sunt. & maledictio, adeò vt nec eorum puluis sit attingendus, quē ita odit Dñs, vt nec pedibus Apostolorum hærere patiatur. Secundo, Adhærere Deo bonum est: adhærere Apostolis ēt bonū; non adhærere malum: excuti vero res desperata est. *Qui.n. elongant se à te, peribunt.* Ps. 72. Quò nisi in infernum potenti manu proijcientur? Erat vero signum proiectio, pulueris peccatorum hominū. Puluis.n. sumus in puluerē reuersuri. Ge. 3. Tertio, Petrus Act. 10. occidit immūdos & eos manducat. Ex cibo vero comesto pars capiti adhæret, pars corpori, pars verò pedibus Siquidē ex fidelibus quidam à Petro statuuntur in dignitate, quasi in capite, quidam in loco medio, quasi in corpore, quidā in vilibus functionib. quasi in pedibus: Porrò q nec in pedibus Apostolorū locum habeas, sed q excutiaris, non nisi magna miseria est. Quartò, Puluis est cibus colubri. Dictum.n. est ei. Gen. 3. *Super pectus tuum gradieris, & terrā comedes*, verum non potest comedere puluerē pedibus Apostolicis inhærentem, quia ab eis ipse calcatur, Habent.n. potestatē calcādi super serpentē, Matt. 10. tu igitur puluis à pedibus Apostolicis excussus, manes serpenti deuorandus. Quinto, Sancti dicere solent, pedes significare affectus. Iam quā horrendō est à pedibus, id est, affectu Apostolorū excuti: sanè affectum habent Apostoli ēt erga inimicos, Peior ergò est, qui ab eorum affectu excutitur quàm inimicus. Ita quidē qui hæretici sunt, aut Euangelio resistunt, peiores sont hostibus, & ita deuitari & excuti iubentur vt Alexāder, Arthius, Hymenæus & Philetus. Sexto. Puluis significat peccata. Est.n. puluis pedibus hærens, pedū sordes. Iā sacerdotes peccata populi mādacāt, i. portant & suis affectib. hærere patiuntur nō vt ea faciāt, sed vt ea defleāt. Si igitur hæc peccata excutiūt Apostoli, ea lugere nolētes. puluerē de pedib. excutiūt. Quasi dicāt, Peccata vestra vobis maneant, Et q nos eramus portaturi, vos ipsi portate: At peccata q nō absoluunt Apostoli, retēta manēt. Manebūt igitur vsq; ad infernū cum factoribus suis. Septimo, Sunt Apostoli sal terræ, sal pulueris: hæc terra salida fit cibus Dño, Sine sale vero insulsus est cibus, edi à Deo non pt. Si igitur exteris ab Apostolis, excutitur à sale puluis: Nō te Christus edet. Obserua rationabile esse, vt cùm ab vno nō digno ad alterū nō dignum & sic deinceps vsq; ad vltimum venerūt nec hospitiō inuenerunt, tandē puluerē excusserint, & non prius. Excutiebant aūt in tribus casibus puluerem. Primo, Si nemo eos excipiebat hospitio, q magna iniquitas & signum q nec verbum Christi audire vellēt per Apostolos, nec vlli bono vacarēt. Secōdo, Quando non audiebant verbum eorū, id est, non permittebant eos

Apostolorum pedib. excuti, magna miseria.

Apostoli sal terra, sal pulueris.

In tribus casibus excutiebant Apostoli puluerē.

præ-

p̃dicare. Quia licet aliquis bonus Apostolos hospitio susciperet, forte reliqui mali erant, & nolebāt audire verbū Dei. Isto duo casus hic cōprehenduntur, & Mat. 6. Potest autem fieri ꝙ vel tota ciuitas vel pars ciuitatis eos eijciat. Tertio, Si interdum Apostoli longo tēpore p̃dicarent in ciuitate aliqua, & illi audirent verbum eorum, & viderent miracula, nemo tñ cōuerti vellet, erat signum quòd illi oēs damnandi erant, & tunc recedere debebant Apostoli, cum esset p̃dicatio infructuosa & inutilis & excutere puluerē, in signū cōdemnationis eorum. Sic. n. Christus c. sequenti maledixit ciuitatibus illis, in quibus p̃dicauerat, & miracula fecerat, pænitentiā tñ non egerant. Et apparet ꝙ in talibus puluis debet excuti, quia ponuntur eadē verba q̃ hic. Nam de ciuitatibus nō recipientibus, nec audientib. verbum ipsorum, dicitur hic, ꝙ *tolerabilius erit terræ Sodomorū*. Idem dicitur c. seq. & Lu. 10. Si tñ aliqui conuerterentur, aliqui non; non excutiebatur puluis super eos, quia nullus magn⁹ populus est, vbi oēs sunt p̃destinati licet esse possit. Conuertuntur ergo illi qui p̃destinati sunt, sicut dicitur Act. 13. *Audientes gentes, gauisa sunt, & glorificabāt verbū Dei, & crediderūt, quotquot erāt præordinati ad vitā æternā.* Excussio pulueris fiebat. Primo, Quia qui eos nolebāt recipere, vel audire damnandi erāt in perpetuū dic Christo. *Tolerabilius erit.* Vt ergo manerēt inexcusabiles in testimoniū, sicut dicitur Marc. 6. & Lu. 9. ꝙ *excutientes* excutiebant puluerē. Secundo ad significandū ꝙ nihil volebant habere cōmune cum illa vrbe & ibi existentibus dānandis, vt p hoc terrorē damnationis incuterent. Sic est Lu. 10. *Etiā puluerem, qui adhæsit nobis de ciuitate vestra, extergimus.* Tertio, ad ostendendum, ꝙ Apostoli nihil p̃ceperant. Quia sicut ab eis nihil receperant, ita nec ipsi relinquebāt aliquid vrbi de vtilitate p̃dicationis & miraculorū, sed secum portabant excutientes puluerē. vt eis maneret, ꝙ suum erat, & vrbi quod illius erat, sic sentit Hilarius. Quarto, ad ostendendum quod nihil ab eis volebāt recipere nec cibum nec potum, cum etiam puluerem, qui nullius valoris erat, excuterent, vt vult Hieronym.

Pulueris è pedibus excussio cur fieret.

Nota autem de pedibus, & non de alijs partibus. Primo, ad significandum rem minimam. quia nil vilius esse potest quam puluis pedibus & calceamentis adhærens, Et illam rem minimam secum auferre detestabantur. Secundo, & præcipuè: Quia hoc erat testimonium, quod pedibus suis ingressi fuissent in vrbem vt in prædicatione proficerent, & exclusi sunt. Excusserunt autem in plateis recedentes ab vrbe, cum qua nil commune volebant habere, Tamen nō excutiebant quamdiu manebant in vrbe, & aliqui conuertebantur, licet plurimi audire nollent, dum tamen qui non conuertebantur non persequerentur Apostolos excludendo eos ex vrbe, vel cogendo nō prædicare. Si autem veniebant ad aliquam domum quæ sola erat, sicut in agris & petentes hospitium repellebantur, tunc excutiebant puluerē exeuntes de illa domo. Exeuntes autem de ciuitate & in plateis & extra ciuitatem excutiebant puluerē. Propter minas tamen & verbera tantum non debebant cessare à prædicatione, si alias non impediebantur vel eijciebantur.

Excussio pulueris de pedibus, & non de alijs dicta partibus.

Amen dico vobis, tolerabilius erit terræ Sodomorum & Gomorrhæorum in die iudicij, quàm illi ciuitati.] Duo peccata admiserunt illi in Sodoma. Alterū, nō recipere angelos hospitio, In platea. n. mansissent, nisi Loth Ge. 19. eos in suā domum compulisset. Alterum fuit multo grauius: Voluerunt. n. angelos constuprare, vim ēt hospiti inferentes, Ergò non recipere Apostolos malum erat, eos verò vocare impostores & nouorum dæmoniorum annuntiatores, id erat eos velle cōstuprare. ꝙ magnum malum est Sed non his contenti, p̃dicatores flagellare & occidere, intolerabile peccatum est. Igitur Sodomæi lapsi habent nonnihil excusationis, ꝙ carnem haberent, q̃ eorum mētem in lege peccati captiuaret, quodq; in iniquitatib. cōcepti essent, & in peccatis eos sua mater cōcepisset; nihilq; mirandū si illā voluptuosam iniquitatē, in qua concepti essent, postea augere sint ausi. At q̃ excusatio erit ei qui Euangelium non recepit. Lustra & perlustra, lege & perlege Euangelium, quid inuenies, nisi cultum Dei & amorē proximi? Benedicere Deo, & benefacere proximo? quid inuenies nisi puram & merā sanctitatē? quid nisi rationi consentanea? Et si quæ dissentanea videntur, ea supra rationem sunt, non contra rationem. Ergo Euangelium ex se acceptari erat dignissimum. Adde, prædicabatur hoc non ab Apostolis, sed à Deo ipso Dicit enim Christus Matth. 10. *Non enim estis vos, qui loquimini, sed spiritus in, qui loquitur in vobis.* Non ergo qui audiebant, hominum vocem in corde suo: Sed Dei efficaciā adesse sentiebant. His addebatur miraculorum claritas, q̃ repugnantem intellectum captiuare solent. Si igitur primo ictu Euangelium non placet excipere, placeat certè ipsum excutere, expendere & examinare, vt videas, si antiquis vaticinijs respondet, si aliquid falsum, Deo contumeliosum, hominum rationi contrarium cōtineat. Alioquin reiecisse rem, quę tibi æternam aut salutem promittit aut pœnam comminatur, non nisi scelus est inexpiabile. Cadat in mentem tuam, vel hic vnicus timor, ne forte vera sint, quæ hoc Euangelium continet, Hic enim faciet te intentè, quam vera sint.

Sodoma cur duo peccata.

Benedicere Deo, & benefacere proximo, mera sanctitas.

Attende quod jam regio illa non erat, sed terra versa in stagnum, sed loquitur Christus de animabus defunctorum quæ olim manserant in regione illa. Et hoc Primo, ad significandum grauitatem peccati repellentium Apostolos: ideo comparauit hoc illi peccato, quod grauissimum reputabatur, scil. peccato Sodomorum. Et hoc primo, ex deordinatione sua, quia non solum est illud vitium contra rationem, sed etiam contra naturam vel naturæ ordinem. Secundo, ex pœna, quia nunquam aliqua pœna tam grauis inflicta fuit alicui vrbi, sicut illi, quæ penitus subuersa est misso igne & sulphure de cælo. Ge. 19. Tertio, Propter memoriam Iudæorum, quia Iudęi habebant istud factum valde in memoria, eo ꝙ regio Sodomorum est in terra Iudæorum in latere Australi, vbi coniungitur cum latere Orientali, vti colligitur Num. 34. & propter hoc in scriptura sæpissimè ponitur destructio terræ Sodomorum in exemplū. Sicut dicitur Deu. 29. scil. in exemplum subuersionis Sodomæ & Gomorrhæ, quas subuertit Dominus in ira sua. Sic etiam Thren. 4. *Maior effecta est iniquitas filiæ populi mei peccato filiæ Sodomorum, quæ subuersa est in momento.* Et hoc etiam Sap. 10. *Descendente igne in Pentapolim, quibus in testimonium nequitiæ fumigabunda constat deserta terra.* Quarto, ad ostendendum, quod est aliqua iniquitas in ciuitatibus repellentibus Apostolos, quæ non fuit in viris Sodomæ, quia illi hospitales erant isti autem non, Et inter Sodomitas saltem aliquis bonus fuit, nam Loth vir iustus erat. 2. Pet. 2. Quinto, Quia Sodomitæ nullum prædicantem à se repulerunt, isti verò Apostolos repellebant, & propter hoc qñ Christus vult significare peccatum alicuius esse magnum, comparat illud peccato Sodomorum. Sic patet c. seq. *Terra Sodomorum remissius erit in die iudicij.* Cùm aūt hic dicitur terræ Sodomitarū & Gomorrhæorū, non est intelligendū de istis duab. solis, quia quatuor fuerunt subuersæ, Deu. 29. sed quia istæ erant principales, Quinta sc. Segor Dñs reseruauit ad preces Loth vt in ea saluaretur, Gen. 19. Ita ergo dicendum, ꝙ verè maiora peccata erāt ciuitatū repellentium Apostolos, quā Sodomorum, & ideo maior pœna erit eis in die iudicij quā Sodomitis, & hoc siue peccatum istarum ciuitatum, quod erat repellere, & persequi Apostolos esset maius ex genere suo, vitio Sodomorum, siue peccata priora eorum essent grauiora, per hoc eis adiunctum. *In die aūt iudicij* intellige particularis & generalis, quia vtrūq; sensum admittit.

Qua ratione repellendi Apostoli comparentur Sodomorum.

Sodomitæ [illegible] Apostolos [illegible] non repellebāt.

O magnum Dei donum, magna Dei liberalitas & prouidentia, quæ tanta quoad corpus & animā disposuerit & dederit. Quis ex vobis est, Auditores, qui cū minimo dolore crucietur, nō statim de medicina sit solicitus, aut de medico vocādo statuat. At si magni sunt languores corporis, magnæ & maiores longè sunt infirmitates animę, vt ex illis has cognoscatis. Quod si medicos honorib. & munerib. cumulatis, qui corpori sanitatē restituunt, & medicinā tanquam rem pretiosam vobus commendatam habetis, quid putatis de predicatoribus & curatoribus animarum vestrarum de verbo diuino, & Euangelio sentiendū? Vtiq; expāsis vlnis illis obuiam p̃cedere deberetis, & nō nisi sicut angelos, sicut Deum ipsum excipere, quia ab illo missi sunt, ipsius causam apud vos agunt, vestras itē apud Deum solicitāt. Si vos non mouet vtilitas & necessitas & sal⁹ & gratia & gloria futura animarū vestrarum, moueat imò terreat vos commi natio æternæ damnationis, & peccati grauitas, ꝙ est super Sodomęos & Gomorrhęos, quo vitio quid potest esse turpius

Medici animarum, nempe concionatores pluris faciendi, q̃ medici corporum.

pius, enormius, execrabilius? Agite, vt possitis esse digni hospites ad excipiendum Domini discipulos, vt possitis beneficiorum quæ ipsi conferunt esse particeps, vt sit pax in cordibus vestris, in animis vestris, & Deus pacis vobiscū & vos cum illo, vt sitis domus digna, cui pax optetur & detur, vt in hac pace dum viuitis permanentes ad regnum cælorum, quod vobis magis magisque appropinquat, vbi est æterna pax, securitas, gaudium & fœlicitas & retributio, peruenjatis. Amen.

Laus DEO *& Beatæ* MARIAE *Virgini, & omnibus Sanctis.*

FERIA SEXTA PENTECOSTES.

Et factum est in vna dierum, & ipse sedebat docens. Et erāt Pharisæi sedentes, & legis Doctores, qui venerant ex omni Castello Galilææ, & Iudææ, & Ierusalem, & virtus Domini erat ad sanandum eos, Luc. 5.

SAcrosancta Ecclesia Catholica, Auditores, hodierna die, qua quasi videtur solennitatem & gaudia è donis Spiritus sancti concepta concludere, iterum magno iubilo in consideratione omnium eorum, quæ his diebus dicta & facta sunt, intonat in S. Missæ officij introitu, dum sic canit. *Repleatur os meum laude tua, vt possim cātare gaudebunt labia mea dum cantauero tibi. In te Domine speraui, non confundar in æternum, in iustitia tua libera me, & eripe me.* Huic accinit illa D. Petri ex Apostolorum actibus desumpta oratio, quam de Christi virtutibus, prodigijs & signis ad populum facit, & allegata Regij Psalmistæ authoritas. *Prouidebam Dominum coram me semper, quoniam à dextris est mihi, ne commouear. Propter hoc lætatum est cor meum & exultauit lingua mea insuper, & caro mea requiescet in spe.* Vtique tanta per Spiritum sanctum diffusa & distributa fuerunt, vnde tota Ecclesia & tota Christianitas consolationem, auxiliū, fidem, spem, charitatem, gratiam, & gloriam consequitur. Et quis illa omnia speciatim enumerabit? quis satis prædicare potest? Vt autem intelligatis quid sit homo, qui sine Spiritus sancti gratia viuit, & è contra ipsius dona & diuinam potentiam agnoscatis, ecce proponitur nobis hodiè paralyticus, miser & miserabilis, toto corde conuulsus, qui nec regere, nec mouere se, nisi ad portantium motum & voluntatem potest, vno tamen verbo, & iussu Saluatoris sanitati pristinæ melius vtiq; quàm ante redditus est. *Non ingreditur Spiritus sancti gratia, vbi obstant peccatorum repagula.* Et sic Auditores credite, nisi à peccatis abstineatis, nisi ab illis liberemini, non erit in vobis virtus Spiritus sancti. Vt dimissa sont illi peccata, secuta est, & sanitas, & successit diuina gratia. Paralysin vestram æternam, hoc est, animæ non aduertitis, ideo non curatis, ideò semper inutiles estis, & gratia Dei in vobis non est. Petrus etiam hodiè dicit de Christo. *Quem Deus suscitauit, solutis doloribus inferni, iuxta quod impossibile erat teneri illum ab eo.* Sic Christus hodiè voluit idipsum declarare, paralyticum à morte corporis & animæ suscitans, à doloribus paralysis & inferni, quibus propter peccata erat subiectus, liberans & in domum suam quæ spiritualis Ecclesia est remittens, cum magno populi stupore, timore, applausu tandem & acclamatione mirabilia fecit in populo. Et si rectè consideratis Spiritus sancti dona, & cum hoc Euangelio conferatis, inuenietis facilè quod in principio dictum est, quid sit donis Spiritus sancti esse præditum, quid destitutum illis: vnde nil magis nobis quam Spiritus sancti gratia est desideranda & imploranda. Et quia hoc Euangelium idem est, quod 19 Dominica Trinitatis legitur, ideò quantum hic satis erit pertractabimus: reliqua eo loci, si Deus gratiam & vitam dederit remittentes, nunc autem ad

Petri Apostolorum oratio de Christi virtutib. & signis.

Paralysis animæ nō curanda negligitur.

EVANGELIVM.

ET *factum est in vna dierum.*] Quemadmodum Christus Bethlehem suo ortu nobilitauit, & Naxarethe duratione illustrem fecit, & Ægyptum sua fuga fœlicem reddidit, ita Capharnaum ciuitatem suæ habitationis & domicilij, in qua hoc miraculum factum est, frequenti prædicatione & miraculis adoptauit in patriam. Vt tu intelligas, quod quia hic populus Dei verbum audiebat factus erat suus: tu autem cum illud audire nolueris alienus & extraneus factus es, iuxta illud. Ioan. 8. *Qui ex Deo est, verba Dei audit, propterea vos nō auditis, quia ex Deo nō estis.* Et alibi. *Oues meæ vocem meam audiunt.* In hoc cognoscitur, quis sub vexillo Christi militet, quis non: Ex hoc etiam intelliges illud prouerbium. *Non satis esse Ierosolymis fuisse, sed ibi bene vixisse.* Et pulchrum est nobilitasse locum quem incolit, quem possidet, vt ab eo gloria in locum redundet. Ita dicitur, in hoc loco fuit S. Paulus S. Petrus iste & alius talia & tanta bic operatus est. Quod in impijs execrandum est, qui nullum locum incontaminatum relinquunt, vbi non dico flagitiorum vestigia, sed facies ipsas imprimunt, & post se relinquunt. Magno autem consilio dictum est, *Prima die* propter duo. Vnum est, Quia Christus docuisse narrabatur. Ne quis autem Sabbatum, eum diem existimasset, additur non Sabbatum, sed proximum diem post Sabbatum esse, eo maximè, quod domi suæ docebat, Sabbato autem, non domi, sed in Synagogis docebat, vt erat mos apud Iudæos. Alterum est propter id quod statim describitur. Paralyticus enim portatus est & super tectum delatus & per tectum demissus, quæ omnia Sabbato facta, non fuissent absque maxima Pharisæorum concertatione, quasi contra legem. Idcirco Euangelista dixit, *prima dierum.* Nam ex vna parte prædicatio indicabat diem esse Sabbati, quia frequentius Christus diebus Sabbatinis prædicabat: ex altera, opus seruile in paralytico deportando, non esse tunc Sabbatum ostendebat. Ideò tempus & diem Euangelista declarauit. Tanta autem erat illius doctrinæ & miraculorum fama, vt vndique conuenirent ad Christum, non solum turbæ aut plebs, vt audirent eum docentem, sed ex omni castello, & ex media Ierusalem ciuitate omnium nobilissima, ac primi Pharisæi & Doctores conuolabant. Multos alios conuenisse Marcus cap. 2. refert, ita vt non caperet domus. Lucas vero dic. *Non inuenientes qua parte illum inferrent præ turba* Nunc verò Pharisæorum & Doctorum legis meminit Lucas, tum vt Christi doctrinam commendaret, quam distantibus locis ipsi Doctores auidè audire quærebant, tum quia narraturus erat, ex his non paucos Christum postea obmurmurasse, quod Paralytico dixerit, *Remittuntur tibi peccata tua.* tum etiam vt ostenderet responso Christi illos condictos & confusos remansisse, nec habuisse, quid illi præsenti responderent. Quæ omnia non essent tanta admiratione digna, si soli homines fuissent de media plebe Ex hoc loco etiam disce cauere & dolere de bonis omissis & malis commissis præsertim, cum bonæ sunt occasiones quæ non semper habentur, vt cum sunt Indulgentiæ, conciones, tempus Quadragesimæ, festiuitates, quæ circumstantiæ etiam peccatum aggrauant, & sic de cæteris. Docebat Christus non fabulas, non iocos quibus risus, sed ea quibus regnum cœlorum acquiritur, sedebat ipse qui erat Doctor Doctorum, qui Doctores sedent super Cathedram Doctoralem, sedent & auditores: quia anima sedendo & quiescendo fit prudens. Esse autem virtutem Dei ad sanandum, significat actum & exercitium faciendi diuina opera erga infirmos: quod verbum ideo præmis

Euangelista, vt indicaret occasionem oblati Paralytici ad sanandum, quod non fuit factum dum doceret, sed quando iam doctrina completa, ad diuina miracula se conuerteret, infirmos sanando. Illud autem *eos*, non ad Pharisæos & Doctores tantum, sed generaliter ad omnes qui aderant refertur, quique curatione indigebant, quibus curandis, se iam Christus paratum exhibebat post sermonem. Vide quæso præclarum emporium, præclaras nundinas, à Christo institui, vbi ea comparanda proponit, quæ in toto mundo non inueniuntur, quæ totius mundi pretio non possunt solui, quæ nullibi nisi apud Christum & per eum apud suos Vicarios & Agentes inueniuntur, & facile compendio, nec magno labore, pretio aut studio conquiruntur, sed vili pretio imo gratis habentur & magis obtruduntur. Ecce hic omnium infirmitatum certissima curatio, quam nemo hominum habet, ecce Euangelium, ecce regnum cælorum, ecce sacramentum & gratia, ecce vita æterna, vt de alijs taceam.

Præclara nundina à Christo instituta.

Et ecce viri portantes in lecto hominem, qui erat Paralyticus, & quærebant eum inferre & ponere ante eum.] Necessarium erat, vt Cyrillus, vbi tanta scribarum & Pharisæorum turba conuenerat, aliquid fieri ex his, quæ virtutem attestarentur ipsius coram eis, qui eius ore pendebant. Venerat itaque Christus nuper à regione Genezareth, & offerunt ei paralyticum. Hoc ne donum illi tanto viro offertis, hanc lepram, hanc putredinem? Cibus & munus Christi gratissimum est conuertere peccatores, ideo offerunt ei hunc paralyticum, idque omnes ei offerre deberemus. Nam si aliquis vir nobilis infirmatur, & perdicem assatam comedere iuuat, statim ministri, qui eius salutem cupiunt, illam diligenter quærunt, & ei afferunt. Ita vult Dominus animas lassatas quæ ab vnguibus Dæmonis sint ereptæ, Christi oblectamentum & delitiæ sinæ animæ sint, dicente Io. 4. *Ego habeo cibum manducare, quem vos nescitis.* Quod dixit ob animas, quas conuersurus erat illorum Samaritanorum. Hoc dono isti obsequium Christo præstant, & hunc cibum nimis sapidum mundi Redemptori offerunt. Idem enim est, quando peccatorem cum suis peccatis Christo offers, vt illa in se recipiat, ac si hominem vlceribus plenū offerres, vt saniem & putredinem comederet. Ecce quæ offers peccator, non te pudeat? & tamen Christo cibus est iucundissimus. Ideo Dauid Psalm. 28. *Afferte Domino filij Dei, afferte Domino filios arietum.* Sic illi ostendamus animas nostras peccatrices in domum, vt eas comedat & curet. Ex his iterum portatoribus discrimen hominum bonorum & malorum cognosces; Nam boni, vt hi portantes, se mutuò & inuicem adiuuant, Sic Paulus 2. Cor. 11. *Quis infirmatur, & ego non infirmor?* Ideo consulit dic. Gal. 6. *Alter alterius onera portate.* At mali non ad bonum faciendum seipsos iuuant, imo tanquam lapides mali, in quantum mali, immobiles sunt. *Fiant immobiles sicut lapis,* scriptura ait. Quatuor homines huic paralytico fuerunt adiutorio, vt ad Christum tenderet, & vt ad salutem animæ & corporis consequeretur. At nunc quatuor non inuenies, qui te ad Christum ducant, imò mille qui te ab eo semoueant, & in infernum trahant. Computa aleatores, potatores, vsurarios, fornicatores, Magos, lenones, & id genus homines, & videbis quanta sit eorum congregatio, quanta seductio. Imò inuenies, si incipis Deo seruire, qui tibi dicā, & ad aures Spiritu diabolico canāt: Ne modò hæc cures, quia hypocrisis est. Nōdum iniquus Siba finē verbis imposuerat. *Non est nobis pars in Dauid.* 1. Reg. 10. cum statim omnis populus fuit eum secutus. Eodem modo cum Amilech Iud. 9. regnum Israël vsurparet in suū auxilium, statim habuit omnes vagos, inopesque & populum Sichem. Sic etiam cum perfidus Adonias regnum paternum vsurpare vellet. (cum adhuc Dauid pater eius viueret) statim in auxilium suum venerunt Ioab & Ioathar 3. Reg. 1. qui magnates erant in regno. Sic bellum rusticorum cœpit. Sic Ziska multos complices habuit per quos monasteria & vrbes incendit & depopulatus est, & similia exempla non desunt, verùm quidem non essent. Sic Luthero populus statim adhæsit, & Episcopatus, monasteria, & ipsa Religio euersa est. Ad malum fautores plurimos inuenies, si te in infernum præcipitare volueris, non deerit qui tibi calcaria admoueret. Vnde

C. bus Christo manducandus conuersio Samaritanorum.

Ad improbos duces, multitudo scelerotorum flagitio constans.

Dominus per Zachariam cap. tertio, minatur eis, qui adiuuabant gentes in destructione Ierusalem. *Ira magna irascor super gentes opulentas, quia ego iratus sum parum, ipsi verò adiuuerunt in malum.* Ad bonum verò sunt innumeri, qui impediunt, vt turba hodierna fuit impedita. Expende etiam ex his portatoribus, quòd paralyticus fuerit diues, quia pauper, solus in cubili, aut in fimo, platea iacet, solus suam indigentiam lamentatur. Ad diuites autem cateruatim curritur, si ipse vel vxor, vel filij infirmantur, vt consolentur, vt manus adiutrices adhibeant. Ioram qui Rex erat statim cum ægrotaret, venit ad eum visitandum Rex Ochozias 4. Reg. 9. Etiam ad Ezechiam, qui diues erat, statim vt in ægritudinem incidisset, Berodach rex Babyloniæ nuncios misit & munera. 4. Reg. 20. Pauperes autem, nec medicus, nec proximus visitat, imò amiculi los fugiunt, & fastidiunt. Ægyptius ille, qui mancipium erat, & pauper, solus relinquitur. 1. Reg. 30. cum ægrotaret & moreretur, vtique coactus fame & siti, nisi Dauid ei subuenisset. O miserum pauperem, qui in ægritudine ab omnibus solus relinquitur, in tribulatione & angustia non est, qui consoletur eum. In labore & indigentia ab amicis non agnoscitur, in periculis spernitur, & denique miseriam eius sortem seno complorandam, super quem omnes labores & calamitates, sicut aquæ ex præcipiti monte magno feruntur impetu. Et nisi Deus esset qui consolaretur, de pauperibus multoties iam actū fuisset. Et hoc est, quod dicitur in Euangelio. *Et virtus Domini erat ad sanandum.* Paratus est enim omnibus calamitosis & afflictis suam opem implorantib⁹ succurrere, & gaudet dum illa præstat.

Pauperes nec à medicis, nec à proximis visitantur.

Et quærebant eum inferre, & ponere ante eum. & non inuenientes, qua parte eum inferrent præ turba, ascenderunt supra tectum, & per tegulas submiserunt eum cum lecto in medium ante Iesum.] Primo vide, quod tanta auiditas erat populi videndi aut experiendi in se miracula & audiendi doctrinam, vt nec compareretur huic paralytico, & locum vel transitum illi concederet. Præterea omnes cogitationes, actus, opera, laboresque tuos quære inferre & ponere ante Iesum, vt in ipsius honorem tantum fiant, vt illi soli placeant, vt illis solus benedicat, vt illa sibi grata & accepta faciat.

Vereans etiam, quando diaboli sua opera quærent inferre & ponere ante Christum iudicem, ne non tantum confundaris, sed & in æternum damneris, cum pro bonis operibus & virtutibus potuisses & debuisses saluari. Quod si hæc cogitares homo, non ita impune in tuo statu, quicunque iam tuus est, peccares. Insuper turba hic impedit. In turba est confusio, quæ nullis consilijs iam facile flectitur, aut emollitur, ad malum quam ad bonum longe procliuior. Sic 1. Esd. 4. habetur, quod populus terræ impediebat populum Iudæ, in ædificando. Populus terræ, scilicet, qui terrena sapiunt & amant, impedit populum Dei. Vnde Eccl. septimo. *Ne pecces in multitudine, nec te immittas in populum.* Fugienda ergo turba. Exod. trigesimo tertio. *Ne sequaris turbam.* Et 4. Reg. 7. legitur de quodam Samariæ, conculcatum esse à turba & interemptum in ingressu portæ. Chirurgus nunquam in platea infirmum curabit, quia magis eum in cubile à populi frequentia abstrahet, ita facit Dominus curaturus animam, ita surdum & mutum curare voluit. Marc. septimo. Sic si vis animæ tuæ consulere, turbam fuge. Attende etiam quod charitati nihil laboriosum, nihil asperum, nihil difficile, & quomodo quærit remedium, vt id faciat, quod intendit.

Cauendū nobis, ne peruersa diabolus offerat nostra Christo.

Sic vtique nos, si charitatem haberemus, multa possemus perficere, quæ nobis difficilia videntur. Sicut & duris corde etiam obulus, vel buccella panis, vel modica intercessio est difficillima. Vide quam bene se gesserunt omnes, qui huic actui interfuerunt. Qui portarunt, non veriti sunt domum fodere, & tectum aperire & infirmum demittere. Multitudo gentis bene se habuit, nec dum hæc ita fierēt super tectum nō murmurarunt, aut fecerunt strepitum. Vos autem turbamini in concione vnius muscæ volatu aut minima re quapiam. Christus etiam illorum importunitatem non exprobrauit, vt erat mitissimus, sed potius approbauit fidem baiulantium. Et nos discamus, non fastidire, non contemnere pauperes & infirmos, suam

Charitati nihil asperum, nihil difficile.

indigen-

indigentiam manifestantes, sed benignè audite, & tractate eos.

Paralytici portatores quatenus imitandi nobis.

Discamus etiam ab his paralyticum deferentibus, quantum debemus facere pro salute animæ nostræ, si hi tantum pro salute paralytici corporali fecerunt. Cogitemus & nos miseros, pauperes, infirmos, exulceratos coram Deo, qui ipsius summè indigemus. Quanta quæso homines pro salute corporali impendunt, quanta pericula subeunt, quantas amaritudines sustinent, quarum minimam partem pro animæ salute tolerare nolunt. Maximam corporis curam habuit Ochozias rex Israël, 4. Reg. 1. nullam autem de recta animæ valetudine. Infirmabatur in corpore simul & anima, ac ipse tantum solicitus erat de corporis salute, ideo misit nuntios ad consulendum Beelzebub, an viueret postea & sanus fieret ab illa infirmitate, & alios nuntios misit, nihil de anima agebat. Hieroboam quoque rex Israël. 3. Reg. 14. magnam curam habuit de corporis incolumitate filij sui, quapropter Abiam prophetam consulit & misit illi vxorem suam, vt filij incolumitatem ageret. Sic Naaman Syrus 4. Reg. 5. venit in regnum Israël, quærens salutem corporis, & longum iter peregit, vt à lepra corporis mundaretur, & nunc etiam multi longius iter agunt, & cœlum mutant, & rem omnem consumunt, & optimos quærunt medicos, vt salutem corporis obtineant, at nec tantillum laboris assumunt, vt concionem audiant, quæ animæ medicina est salutifera. Attendendum etiam est, non solas voces exteriores aut opera, sed etiam desideria interiora esse petitiones & clamores apud Deum.

Non exte-riores tātū voces & o-pera, sed interiora quoq; desi-deria, sunt clamores & petitio-nes apud Deum.

Dictum est enim Psalm. 3. *Desiderium pauperum exaudiuit Dominus.* Vnde isti gestatores opere, fide, desiderio petebant sanitatem illi, et non vocibus. Et satis altè clamat, qui ex profundo cordis Deo loquitur; non enim in clamore, sed in feruore vis orationis posita est.

Quorum fidem vt vidit, dixit.] Nostrates deposuissent illum ad ianuam, vt recessissent, iubentes, vt ille expectaret occasionem, sed est modica charitas: longe alia est in his portantibus, qui nec finem concionis, nec opportunitatem aliam volunt expectare. Fides enim multoties aggreditur ea facere, quæ intellectui humano manifestissimæ videntur insaniæ, cùm potius sit summa prudentia & sapientia. Etenim vt Paulus inquit 1. Cor. 2. *Sapientia huius saeculi, stultitia est apud Deum.* Qui infirmantur, nec festiuitates, nec ieiunia respiciunt, quando medicinis & præscriptionibus medicorum vtuntur: at qui languent anima nullum tempus respiciunt, quod in suam salutem conuertant, semper nectunt moras.

Infirmitas corporis quomodo sanari pos-sit etiam sine fide propria.

Obserua etiam quod infirmitas corporis bene sanari potest, sine fide propria, si adsit alterius fides & preces. Sic Centurio impetrauit seruo suo sua ardenti fide sanitatem. Matth. octauo. Sic Cananæa filiæ. Matth. decimo quinto. Et si hic paralyticus fidem non habuit, succurrit fides portantium. Sed si curanda est anima, scilicet, vt ei remittantur peccata, necessaria est fides propria, quia nequaquam fieri potest, vt alicui peccata remittantur sine fide propria. Sed id intellige de adulto seu qui iam ad vsum rationis peruenit, in eo enim non satis est aliena fides, quod dicitur propter infantes, qui in aliena fide baptizantur. Huic autem paralytico non solum restituit Dominus pristinam corporis valetudinem, sed etiam salutem animæ donauit, quapropter dicendum est, fidem propriam habuisse, nec pateretur se ab alijs portari, nisi fidem ipse haberet.

Fidei du-plex acce-ptio.

Est autem duplex fides. Altera, qua creditur, hæc est virtus Theologica, & dicitur etiam fides dogmatica. Altera est fides quæ confidentia quædam est, scilicet, qua credimus, quod donabit Dominus, id quod ab eo petimus. Vtraque autem in eo requiritur, cui peccata dimittenda sunt. De priori patet. Quia infideli in sua infidelitate permanenti non possunt dimitti peccata. Ideo Marc. decimoquarto habetur, *Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit, qui vero non crediderit, condemnabitur.* Et tamen si homini remittuntur peccata, necesse de lege est vt saluetur, si in gratia discedat. Infidelis autem saluus fieri nequit, ergo infideli non possunt peccata dimitti, stando in sensu composito. Sic per Ioannem capit. tertio die. Dominus. *Qui non credit, iam iudicatus est,* id est condemnatus. Ergo prior fides, per quam creditur quicquid credendum est, requiritur ad remissionem peccati.

In paruulo autem licet non sit fides, quia non potest actum habere proprium, tamen nec vlla infidelitas, cum infidelitas aliquid positiuum afferat, & est per actum proprium ipsius hominis infidelis. Et quia illa inducta est per actum proprium hominis, necesse est vt per actum proprium tollatur, vel vt concurrat actus eius ad tollendum, consentiendo Deo illam tollenti. Paruuli autem non habent nisi peccatum Originale, quod non est peccatum propriè personale, cum factum non sit per proprium actū, sed per originem ab Adam transfusum. Cùm ergo sine proprio actu peccatum in eos traductum sit, iustum est, vt sine proprio deleatur, & sine fide propria per solam fidem Ecclesiæ, communicando ei fidem, vt iam fidem propriam habeat. Peccata autem adultorum sunt propriè personalia, quia per proprium actum ex electione commissa sunt, Vnde rationi consentaneum est, vt non nisi per proprium actum deleantur. Ideo necesse est, vt propriam fidem habeat is, cui peccata sunt remittenda, si adultus fuerit; Quia primus motus ad iustificationem est ipsius fides, quæ quidem radix est iustificationis. De altera autem fide, id est, confidentia, dicendum est, quod sine illa non possunt dimitti peccata: Nam quamuis aliquis credat omnia, quæ in sacra scriptura continentur, & quæ Ecclesia credit, si non confidat Dominum ei remissurum peccata, si ipse doluerit, non vtique dimittentur; Imo etiamsi peteret illa dimitti, si non confideret, & certissimè crederet, illa sibi dimittenda, non dimitterentur. Vnde Iac. primo. *Postulet in fide nihil hæsitans.*

In paruu-lis peccatū duntaxat est origina-le.

Obserua autem quod loquendo de fide Theologica, vt communiter solet accipi quandocunque in scriptura sacra de fide mentio fit, semper accipi pro fide viua, quæ est formata charitate.

Fides in scripturis passim ob-uia, capi-tur pro fide viua, nēpe formata charitate.

Quis enim adeo insanus est & stupidus, vt si hominem proferas non addendo pictum, vel mortuum, hominem pro viuo homine accipitur. De viuo in sua potissima significatione, & de homine mortuo, & de eo qui artificis manu formatur aut depingitur. Si autem quis referret tibi in via se vidisse hominem, non vtique de picto aut mortuo intelligeres, sed viuo. Analogum enim per se sumptum stat pro potiori significato. Itaque cum sit fides mortua, & viua, cum de ea sermo suscipitur, de viua intellige, non de mortua, Quod autem sit fides mortua, Iacobus capit. secundo. *Fides sine operibus mortua est.* Illam autem quæ per charitatem operatur, vocamus viuam. Ideoque cum audieris in Euangelio fidem iustificantem, vt cum Christus dixit Magdal. Luc. septimo. *Fides tua te saluam fecit,* & alijs, intellige de fide viua, id est, charitate formata. Quod perinde est ac si dicatur. Fides charitate viua iustificat, non per se sola, sed per gratiā. Et virtus quæ dat vitam fidei illi est gratia, quæ dat vitam iustificationi, & ea est quæ impium iustificat. Et cum hic dicitur, *Videns fidem illorum,* intellige de viua fide. Et ideo etiam dixit, *Remittuntur tibi peccata tua.* Nam qui portabant, charitatem habuerunt in fructu, quæ est misericordia, & opera charitatis à charitate procedentia, quia si charitatem non haberent, non vtique proximum infirmum tanto ardore & feruore ad Christum duxissent. Et ipsemet paralyticus, qui portabatur, charitatem etiam interiorem habuit à Christo, & fidem formatam, quia hæc sola iustificat.

Homo di-citur, vi-uus, mor-tuus, pictus.

Cur sola fi-des non iustificet.

Animaduerte autem diligenter, cur fides sola non iustificet. Peccatorem iustificari, nihil aliud est, quam Deo in hac vita vniri, vt sic manens vnitus, vniatur cum eo postea in gloria. Vnimur autem per charitatem, ideo Ioan. primo Ephes. quarto. *Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo.* Non dixit, qui manet in fide, sed *qui manet in charitate.* Amans ergo & amatus amore coniunguntur, non cogitatione. Quapropter gratia vnit cum Deo & iustificat impium. Et Christus etiam Lucæ quarto. *Si quis diligit me, & Pater meus diliget illum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus.* Igitur isti prius habuerunt fidem, ea dono Dei. Quia *Fides,* vt Paulus ait Ephel. secundu. *donum Dei est.* Et Romanorum duodecimo. *Vnicuique diuisit Deus mensuram fidei.* Et primo Corinth. duodecimo.

Alteri datur fides in eodem Spiritu. Et Act.13. quod prædicante Paulo & Barnaba Antiochiæ, crediderunt quotquot præordinati erant à Deo. Et in ciuitate Philippis, quæ est prima partis Macedoniæ ciuitas Colonia, loquente Paulo quædam mulier nomine Lydia, purpuraria ciuitatis Tyatirenorum, colens Deum, audiuit: Act.16. *Cuius Dominus aperuit cor, vt intenderet his quæ dicebantur à Paulo.* Hanc fidem vocant Theologi infusam. Est enim diuinitus infusa nullis hominum meritis acquisita. Fides horum hominum inde cognoscitur, quia credidit Christũ potentem ad illum ægrũ sanandũ. Secundo fuit his omnibus fides acquisita ex bona fama, quam de Christo audierant & conceperant. Audierant clementissimum esse & benignissimum, neminemque ad eum accedere, qui absque consolatione abiret. Audierant omnibus opem conferre & multa miracula mirabili potestate fecisse. His igitur tam præclaris factis auditis, ad Christum confugiunt ducentes secum paralyticum. Paulus Rom.10. dic. *Fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi.* Ex diuinis scripturis deprehendemus, verbum diuinum instrumentum esse, quo Deus nos vocat ad fidem. Idem de miraculis patet in Sergio Paulo Act.13. Et Ioann. secundo cap. dic. multos Iudæorum credidisse in nomine eius videntes signa quæ faciebat. Et Christus dixit Iudæis Ioann.10. *Si mihi non vultis credere, credite operibus.* Credamus ergo Deum velle & posse nobis quoquo modo afflictis succurrere, dummodo gloriæ suæ & vtilitati animarum nostrarum sciat profuturum, ideo spem omnem in illum proijciamus. Spes non confundit Roman quinto. Psalm 24. *In Domino confido, non erubescam.* Docemur proximis afflictis, modis omnibus succurrere. In his namque duabus præclaris virtutibus fide & charitate simul, ipsa vniuersa ratio Christianæ vitæ consistit, quæ virtutes cum separari possint, altera sine altera ad salutem nihil prodesse potest.

Fides, quæ dicitur infusa.

Verbum Dei, & miracula nostra ad fidem vocationis.

Nota etiam quod quæ ad Deum nos portent, sunt quatuor. Fides, Spes, Charitas Dei & proximi. Vidit ergo fidem illorum, scilicet, & baiulantium, vt dicit Euangelium, & ad paralyticum propter eos se conuertit, quia etiam si paralyticus crediderit, vt dictum est, tamen multo præstantior erat fides gestantium, qui nulli labori pepercerunt, vt Christo offerrent infirmum. Portarunt enim paralyticum, ascenderunt tectum, illuc lectum funibus traxerunt, rectum nudarunt & foderunt, per quę illud funibus submiserunt. Magna fides hæc fuit, quam tam multiplex labor corporis non potuit auertere. Cùm igitur fides baiulantium oculis etiam corporeis per opera lucidior apparuerit, merito Christus hanc vidisse dicitur, tum demum quia paralytico dixit, *Confide*, ad perfectam fidem fiduciamque exhortans, quasi non ea fiducia præditus esset, qua, qui eũ obtulerant, præditi erant eo maximè, quia ille adhuc erat in peccato, nondum enim remissionem acceperat. Fidem ergo offerentium Christus vidisse dicitur.

Ad Deum nos portantia, sunt quatuor.

Aduerte hic Fidem dupliciter videri posse. Vno modo in se ipsa, sicque non patet oculis corporeis. Cum enim sit spiritualis & in solo intellectu consistens, sensibus corporeis est imperceptibilis. Altero modo in suis effectibus exterioribus, quæ ex fide procedunt. Qui enim opera efficit ea fide, quam intus habet, excitatus fidem suam facit cognoscibilem exterius, iuxta illud Iac.2. *Ego ostendam tibi fidem meam ex operibus.* Isti igitur gestatores Paralytici fidem habuerunt & opera ex fide emanantia, vnde vbique modo Christus fidem illorum vidit. Oculis quidem corporeis fidem in operibus, fidem tamen in se oculis diuinitatis suæ, & oculis animæ, quibus nihil erat occultum. Sola prior, nempe visio in operibus, seu per opera fallax est. Nam sæpe homo fictè operatur, quasi qui credit, cum tamen non credit: at posterior non potest falli. Nec fuit visio hæc nuda solum cognitio, sed cum quadam affectus approbatione. Vidit enim fidem, probauit & accepta fuit ei.

Fides dupliciter videri potest.

Videamus adhuc, quomodo propter fidem illorum qui offerebant, sanitatem contulit Christus Paralytico. Apud quam difficultatem nonnulla sunt attendenda. Inprimis fidem petentium impetrasse alijs etiam non petentibus, imò & non credentibus sanitatem corporis. Res est certa in Euangelio, Et manifestatur testimonijs sacræ scripturæ, Matth.9. Centurio impetrauit puero sanitatem fide sua. Et quidam Princeps filiæ suæ vitam. Et ca.15. Cananæa obtinuit fide liberationem filiæ à dæmonio. Et Ioan.4. Regulus quamuis fide imperfectę, consecutus etiam est filio vitam. Secundo, Fides aliorum, alijs etiam importat animæ salutem, non quidem vt corporis. Nam Christus propter fidem quorũdam sanitatem corporis concessit, alijs etiam nihil eo operantibus, sed tantum passiuè se habentibus, vt patet exemplis allegatis. Et Io.11. propter fidem sororum Lazaro mortuo & nihil operanti vitam restituit. At verò propter fidem aliquorum confert quidem alijs salutem animæ quæ in fide, charitate & gratia consistit, sed non hanc confert, nisi ipsis dispositis & cooperantibus per fidem & dilectionem propriam. Importat ergo fides petentium, vt Deus disponat, & excitet alios ad fidem & pœnitentiam & charitatem quibus sufficienter & salutem animæ assequantur. Exemplum habemus in Paolo, quem oratione credentis Stephani attraxit ad fidem & gratiam, operando in eo illa quibus arbitrium hominis excitatur. Tertio, Fides petentium importat quidem alijs hæc duo, non quidem ex iustitia & merito, vt dicitur, condigni, sed ex quadam Dei Christique clementia ac bonitate, qua suos fideles exaudire dignatur. Quod quidem meritum appellant de congruo. Sicque intelligendus est Ambrosius est in præsenti, quando dic. *Magnus Dominus qui aliorum merito ignoscit alijs, & dum alios probat alijs relaxat errata. Cur apud te homo collega non valeat, cum apud Deum seruus & interueniendi meritum & ius habeat impetrandi? Disce qui iudicas, ignoscere, disce qui ægres, impetrare.* Hæc ille. Quarto, Fides hæc gestantium quæ tacita erat per modum impetrauit paralytico vtramque sanitatem modo prædicto, corporis, scilicet & animæ peccatorum remissionem, & robur à Christo.

Fides petentium quid alijs importet.

Homo remittuntur tibi peccata tua] Matthæus dicit, eum vocasse filium. In quo ostenditur propria fide formata illum fuisse saluum. Hoc quippe nomine Christus credentes appellauit, quibus dedit potestatem filios Dei fieri. Neminem leges in Euangelio à Christo, nec ab Apostolis vocatum fuisse filium nisi hunc paralyticum. Videas ergo rogo quomodo Deus laudat pauperibus afflictis & infimis. Nam beneficium hoc vt aliquem appellet filium nõ Christus diuitibus mundi & primis confert, sed egenis & mœstis, diuitibus autem in fide vina. Quis ergo tam iniquus & stupidus peccator est, qui in Deum suum tam bonum & propitium non conuertat, cum videat quam blandis & suauibus verbis hunc paralyticum alloquatur & consoletur. Obserua autem quod Christus tanquam agricola herbam malam radicitus euellit, & tanquam expertus medicus infirmitatis causam tollit; Hic namque paralyticus salutem corporis volebat: at Christus illi prius peccata condonat, quæ causæ erant ægritudinis corporis. Quando chirurgus intra vulnus relinquit assulam lanceæ, vel aculei, talis vtique verè non sanat, sed apparenter, & infirmum potius mittit ad sepulturam, Opus est intus malum extrahere: Nam cum salutem petis à Domino, cùm intus habeas causam infirmitatis, quæ peccatum est, te non vult exaudire. Non in pristinam valetudinem deuenies, nisi prius ferrum lanceæ, quod tuam animam transfixam habet, euellas. *Esau magnis precibus Deum orabat*, Heb.12. *& lachrymis fundebat, at*, inquit Paulus, *misericordiam non est consecutus.* Quare obsecro? Quia peccatum intra animam habebat, & orabat, cum odio haberet fratrem suum. Si ægrotas propter peccata tua, tolle prius peccata & sanus eris; Ita namque Christus huius prius sanat animam; postea corpus: Nam etiamsi Deus soleat immittere ægritudinem alijs multis rationibus, vt maius sit eorum meritum, & vt magis virtus eorum clarescat, vt fecit cum Iob 1. & etiam vt gloriam suam manifestet, vt cum cæco à natiuitate Ioan. nono. & ad initium tormenti & crucis in hac vita, vt cum Antiocho & Herode 1. Mach. nono. Actor. duodecimo. & denique multis alijs de causis. At hoc certum est quod multoties ægritudines mittat ob scelera nostra, & peccata, vt ad meliorem mentem redeamus, & vt in viam mandatorum eius reuertamur. Denique vt plus quam certum est, quod clementissimus Dominus his infirmitatibus salutem & commodum animæ nostræ semper quęrit. Nam propter peccata sua

Christus cum agricola comparatus, & cum medico

Multoties ob scelera nostra nobis immittuntur ægritudines

Paralytico sanitas collata propter fidem baiulorum.

ta sua iacuit triginta octo annos in piscina ille infirmus, Ioann. quinto, Cui Dominus dixit: *Ecce sanus factus es, noli amplius peccare.* Quod Moyses clarissimis indicat verbis, Deut. vigesimo octauo. dic. *Nisi audieris vocem Domini Dei tui, percutiet te pestilentia & morbis, scabie quoque & prurigine.* Quando Tyrannus ille Aman populum Dei voluit enecare, quia non adorauit eum Mardochæus, conuersa ad Dominum Hester. capit. decimo quarto. dic. *Peccauimus in conspectu tuo, ideo traditi sumus in manum inimicorum nostrorum.* Tantas atque tam graues animaduersiones solum in peccati retecit sancta illa fœmina, nam hæc verius inferebant bellum quam Rex & superbus Aman. Et hæc erat causa potissima, radix & origo omnium laborum quos patiebantur. Atque ita Regina sancta non conuersa est ad Regem, nec aduersus Aman, sed aduersus scelera populi. Legimus etiam de sancto Tobia capit. tertio. quod cum Iudæi capti essent in Niniue à Rege Assyriorum Salmanasar, quod cum videret tanta mala, quæ Iudæi patiebantur, conuersus ad Deum dixit: *Quoniam non obediuimus tibi, traditi sumus in direptionem, & captiuitatem, & mortem.* Ideo Salomon. Prouerb. decimo quarto. *Miseros facit peccatum populos.* Sic Ecclesia alloquens Deum, de populo Christiano ait: *Nulla nocebit ei aduersitas, si nulla dominetur iniquitas.* Et hoc Euangelium merito hoc tempore legitur, quo bella, morbi, & id genus alia proueniunt, vt sciatis dolorum & laborum causam. Solent Domini præcipere suis præfectis domus vel penus vt delinquentibus suam portionem subtrahant: Sic Deus præcipit terræ alicui, vt sit sterilis, nubibus ne pluant. Sic temporibus Achab & Iezabel 3. Reg. decimo octauo. propter eorum flagitia non pluit annis tribus, & sex mensibus & facta est fames & sterilitas maxima. Sic Salomon in oratione, quam habuit, Domino Israël, in templo dixit, 3. Reg. 8. *Si clauso cœlo pluuia non fluxerit, propter peccata populi tui.* Huius causa puniuit Dominus Sodomam. Ablata autem causa tollitur effectus, vt in Niniue pœnitentiam agente Ion. tertio. factum est. Cur ergo Auditores, & nos pœnitentiam non facimus qui tot malis vndique cingimur & circumuallamur? De nobis potius illud Isaiæ capit. vigesimo secundo. dici potest. *Vocauit Dominum exercituum in die illa ad fletum, planctum, & caluitium, & ad cingulum sacci, & ecce gaudium & lætitia.* Ille verus est Deus exercituum & ille rogandus est, vt pro nobis pugnet, & illi nos debemus dare stipendium, illi obsequi, illi nos committere, nec contra illum verbis aut factis agere. Cessante ergo peccatum, cessat ira Dei & flagellum, statim vt fluuius clauditur, omnes riuuli ab eo procedentes desiccantur. Sic Ecclesia S. Dei præcipit medicis corporalibus, vt prius gerant curam animarum eorum quæ infirmantur, quam corporum, præcipientes, vt illis omnia ministrentur viatica, sacramenta. Discamus patientiam habere in infirmitate, considerantes peccata quæ in Deum commisimus, & quod ea quæ patimur digna sunt nostris criminibus. Corripit enim Deus & flagellat filium, quem suscipit. Heb. 11. & 12. *Secti sunt, tentati sunt.* Agnoscamus, quam graue malum sit peccatum, quando illius tam acre est flagellum, vt est Paralysis. Si autem Deus in hac vita sic punit peccatum, in alia quid faciet? Intueamur Christi liberalitatē, qui plura contulit beneficia paralytico, quam petijt. Sic Salomoni petenti Sapientiam, dedit Sapientiam & diuitias. 3. Reg. 19. Abrahæ qui vitam tantum petebat Ismaëli, dic. *Vtinam viuat Ismaël coram te.* Genes. decimo septimo. dedit illi Isaac & Reges orti sunt de Ismaële. Ezechiæ qui vitam petebat, non solum dedit vitam, sed & addidit quindecim annos. 4. Reg. 20. Sic latro pendens in cruce rogabat Christum, vt eius memoriam haberet, quod non solum donauit Christus. Luc. vigesimo tertio, sed æternam etiam patriam, quam S. martyres mille tormentis, & mille ignominiæ generibus ingressi sunt. Tres etiam Reges pugnaturi contra Moab. petierunt ab Elisæo, vt rogaret Dominum pro pluuia, quibus dixit Dominus in manu Elisæi. 4. Reg. 3. *Hæc dic. Dominus: Alueus replebitur aquis, & bibetis vos, & familia vestra, & iumenta vestra. Paruumque est in conspectu Domini? Insuper tradet etiam Moab in manus vestras.* Regulus etiam salutem petebat filio suo tantum, sed & Dominus salutem dedit filio & Patri fidem, quam non petebat. Sic petijt Moyses à Domino, vt gloriam suam illi videndam concederet. Exod. trigesimo tertio. ipse vero pollicetur, vniuersa bona sua illi ostensurum. Non sic mundus qui promittit maxima, largitur autem & vix minima. Promittit vitam longæuam & fœlicem cum illa breuis sit & plena laboribus.

Ester ac Tobias Iudæorum afflictiones suas ob scelera populi sui retecerunt.

Cessante peccato, Dei cessat flagellum.

Christus plura petitis contulit Paralytico, Salomoni, Abrahæ, Ezechiæ.

Regibus pugnaturis contra Moab.

Regulo.

Obseruemus etiam, quomodo Deus quem castigauit paralysi propter peccata, postea eum consoletur, filium appellans Sic in Deut. 33. Moyses consolatur Ruben potius, quam alium, dic. *Viuat Ruben & non moriatur.* Hunc filium pater Iacob grauiter corripuerat, quem substitutus Moyses consolatur. Sic Dominus qui Israëlem corripuerat consolatur eos per prophetas suos, Genes. quadragesimo nono. Sic Dominus postquam grauiter populum suū arguerat, consolatur eum per Isaiam capit. quadragesimo dic. *Consolamini, consolamini, popule meus.* Sic pater post virgas, pomum exhibet aut nummum filio. Et post tenebras lux, post frigus calor, post pluuiam serenitas.

Propter peccata castigatū paralysi. Deus consolatur, appellans filium.

Expende iterum, quam facile Deus placetur, Vtinam homines tam facile iram suam deponerent, nemo est, qui tam faciliter & alias tam difficulter placetur, quam Deus. Audi Deum, quasi nunquam iram depositurum. Ezech. vigesimo quarto. *Non retrocedam, nec parcam, & non pœnitebit me.* & Oseæ quinto. *Ibunt cum bobus & muneribus suis, in gregibus suis, & in armentis suis vadent, ad quærendum Dominum, & non inuenient, ablatus est ab eis.* & hoc per totum caput. Audi iterum Deum mansuetum & placabilem. Ierem. trigesimo primo. *Nonne filius pretiosus est Ephraim, si puer delicatus ex quo locutus sum de eo.* Et Isa. trigesimo. *Populus enim Siō habitabit in Ierusalem. Plorans nequaquam plorabis. miserens miserebitur tui.* Ita Dominus in hac vita facile iram aduersus nos conceptam deponit, nunc lachrymis vel gemitu, vel contritione parcit peccatori, quantumuis peccatis inquinatus fuerit. At post mortem nunquam placabitur. Fieri enim non potest, vt tecum sua benignitate & misericordia vtatur. Nam etiamsi clamores extollas, si cœlum & terram inuoces, si sanctos omnes aduocatos interpelles, nihil proficiet, obturatas habebit aures. Quocirca Ezech. 1. Propheta in mirabili illa visione dicit. quod *facies hominis, & facies leonis, à dextris ipsorum quatuor.* Habet namque Dominus faciem hominis peccatoris, qui in hac vita ad eum confugit, & habet etiam faciem leonis, vt in eum animaduertat grauiter, nisi pœnitentiam egerit. Si igitur tu attente considerauetis Christi benignitatem & dulcia verba, quibus infirmum alloquitur, & eum consolatur, non dubito, nisi quod statim in manus suas te iactabis, nec tempus expectabis, in quo illum inexorabilem inuenies. Iterum considera, quod non satis erat dicere, *Remittuntur peccata tua*, nisi adderetur Tibi, ac si diceret, Tibi remissa sunt peccata tua, absolutus ab eis manes, quod deest tibi, vt satisfacias, ego pro te rependam. Magna quidem solutio & pretium pro satisfactione tuorum peccatorum erat necessaria, nam ex omni parte caperis à peccatis, & paralyticus es: at ego vt plenam & integram satisfactionem expleam, acerbissimā & ignominiosam crucem libenter amplectar, etenim sola tua pœnitentia non est sufficiens. Sic Dauidi, postquam pœnitentiam egit, dixit illi Nathan propheta 2. Reg 12. *Dominus transtulit peccatum tuum.* In quod transtulit? In filium Dauid secundum carnem, qui Christus Redemptor est, quasi dicat: Hæc satisfactio sufficiens non est, at coniuncta cum satisfactione Christi sufficientissima est. O beatum hominem, quem Deus liberauit à debito, quod soluturus erat in inferno. Vnde Psalm. 31. *Beati, quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata.* Dicit ergo quod sumus peccatores, alias non diceret, nisi *Beati*, qui non peccauerunt. Mundus beatos appellat diuites possidentes argentum & aurum: at Dauid beatos dicit eos, quibus remissa sunt peccata Beatus iste qui audire meruit. *Remittuntur tibi peccata tua.* Quod quidem tu audies, si ad Christum abieris, ea fide & deuotione, qua hic incedebat. Insuper dicit, *Remittuntur*, non autem, *Remitto*, ne significaret se tantum vt Dñum, & non etiam vt hominem peccata remittere Adde quod dicat Christus *Homo*, quia ille *recordatus est, quod puluis sumus homo sicut fœnum, dies eius tanquam flos agri sic efflorebit. Quoniam Spiritus pertransibit in illo & non*

Deus facile placabilis.

Deus nisi placatus nobis in vita, post mortem nō placabitur.

Christi ad sanandum paralyticum prosopopœia.

Dauidis peccatū Deus trāstulit in Christum.

Homo non minor angelis, iumentis nō est comparandum.

subsistet, & non cognoscet amplius locum suum, *Misericordia autem Domini super timentes eum* Psalm. 102. Et si homo est non multo maior Angelis, & in honore constitutus, non debet iumentis comparari, & illis fieri similis. Et quia Christus humanam carnem assumpsit, non plane vult obliuisci suæ carnis, quod hominem multum debet consolari,

Et cœperunt cogitare Scribæ & Pharisæi dicentes: Quis est hic, qui loquitur blasphemias? Quis potest dimittere peccata, nisi solus Deus? Non audent manifestè loqui, timentes confundi à Christo, sed intra seipsos cogitabant, & inuidebant. Obserua quam difficilem fructum miraculum istud attulerit, Pharisæis namque scandalum erat, sed turbæ Deum laudauerunt: Offendebantur, & in Christi humanitatem impingebant, quoniam nouerant Deum per prophetam dixisse. Isa. quadragesimo tertio. *Ego sum qui deleo iniquitates tuas.* In Christo autem videbant humanam fragilitatem, ideo minime credere poterant, quod peccata posset dimittere. Et talis de Christo cogitatio tunc etiam plurimos offendit, Sicut illi qui de Saule dicebant primo Reg. cap. decimo. *Nunquid poterit nos liberare iste?* Sic omnes infideles in Christo scandalizantur, & omnes mali Christiani, quoniam aiunt: A peccatis & à morte liberare poterit, qui nos in tantis periculis dereliquit? Alij autem dicunt: Quid solatij habere possumus ex promissionibus Christi, cum contrarium experiamur? Sic offendit mundus ad Christi humilitatẽ. Ideo ipsemet dic. Matth. 11. *Beatus qui non fuerit scandalizatus in me.* Vide etiam quomodo ipsi fateantur Christum esse Deum. Quia si solus Deus potest dimittere peccata, & Christus dimittit: ergo Christus est Deus. Et quod dimittat, probat ex miraculo facto, quia dixit, *quid est facilius?* Itaque Iudæi suam perfidiam produnt iudicio suo, vt opus attestant, personam negant. Ab ipsis etenim Christus Dei filius accepit testimonium, quãuis nec propter hoc crediderunt, esto apertum viderent testimonium. Perfidia namque confiteri potest, credere autem minimè, Itaque testimonium non deest diuinitati, fides deest saluti. Nam firmius est ad fidem quod confitentur inuiti, & perniciosius ad culpam quod negant, quia nolunt credere in eum, quem ore confitentur esse filium Dei. Maxima igitur horum fuit amentia, quia cum confessi fuerint, solius Dei esse peccata dimittere, non credunt Christo, qui miraculo probat se peccata dimittere. Porro blasphemia est, quando Deo tribuitur, quod ei non conuenit, vel negatur de Deo quod ei conuenit. Blasphemia fuit illud Sennacherib, cum dixit 3. Reg. 18. *Non potest Deus vester facere quod liberet vos de manibus meis.* Et propter hanc Blasphemiam occidit Angelus Domini in vna nocte de exercitu suo centum octoginta quinque millia. Et in lege veteri Leuit. quinquagesimo quarto. pœna mortis plectebantur blasphemi. *Qui blasphemauerit nomen Domini, morte moriatur.* Expende autem quod malè & benè locuti sunt Pharisæi. Bene quidẽ, quia blasphemiã abominãtur, & gloriæ Dei vindices sunt; Male autem, quia ex operibus Christum non agnoscunt, sed temerè pronuntiant sententiam. Blasphemiam ergo & blasphemos execremur, nec impiè aut temerè alium iudicemus, ne nobis eueniat, quod Pharisæis qui blasphemiæ arguentes Christum, ipsi blasphemi facti sunt. Et in hoc blasphemia est grauior reliquis peccatis, quia qui Deo contumeliam infert ex proposito & industria & cõsulto & præmediatè Deum aggreditur immediatè quod non ita in alijs videtur, vellet enim auarus se citra læsionem honoris diuini multas diuitias possidere; quod si tamẽ id non velit, iam cum auaritia coniunctam habet blasphemiam.

Si solus Deus peccata potest dimittere, ergo & Christus.

Pharisæi detestãdo blasphemiã quomodo tamen de Christo malè sint locuti.

Perpende etiam verba: cœperunt. Quia antequam Christus diceret, *Remittuntur tibi peccata*, nihil tale dixerant, Eo tamen audito confestim in id proruperunt. Prætereà non dicitur *cogitarunt*, quia qui cogitant nondum affirmant aut negant, Nec tantum dicitur, *Dixerunt*, ne exterius locuti credantur, sed simul vtrunque. *Cogitantes dixerunt.* Quia in cordibus suis locuti sunt, & affirmatunt Christum blasphemasse.

Quis est hic? vox est indignantium & contemnentium. Sed bene possumus dicere, de quouis hæretico seductore, qui se curatorem animarum asserit. Quis est hic? qui venit Wittenberga, Lipsia, & ex illis locis, qui portat literas & ordines ab illis, qui nec ordines habent, nec absoluere possunt, nec venerabile sacramentum Eucharistiæ conficere, nec S. Sacramenta distribuere possunt, vtpote Laici, Hæretici ab Ecclesia Catholica segregati, indigni qui peccata subinde pescant. Quis est hic? Seductor & blasphemus, qui non tantum ex vrbibus eliminandus, sed extremis supplicijs conficiendus. Sed ad Euangelium reuertamur.

Et pro intelligentia præcedentium & sequentium sententiarum sunt nonnulla maximè notanda. Primo potestatem faciendi miracula esse duplicem. Vna est prima, independens & incommunicata, & hæc in solo Deo est; Cum enim miracula sint supra virtutem creaturarũ, illius est principaliter, & primo ea facere, qui est supra omnes creaturas & ipsarum auctor. Altera est secunda, dependens & communicata, quæ à prima deriuatur, & hæc in homine est. Cui enim Deus virtutem tribuit, potest etiam miracula facere nõ quod sola hæc potestas sit causa miraculi, sicut Deus per suam primam potestatem potest solus miracula operari, sed quod Deus potestatem talem det homini, vt vna cum ipso & per ipsum operetur; Quamuis autem hæc duplex sit potestas vtraque tamen diuina est, quæ vel Dei ipsius est, vel quæ à Deo communicatur supra naturę virtutem. Secundo, similiter etiam ratione duplex est potestas remittendi peccata. Vna est prima, incommunicata. Altera communicata & secunda, quæ à priore deriuatur. Prior solius est Dei. Nam ipsi soli incumbit primo & principaliter peccata remittere, quod Isa. quadragesimo tertio. testimonium confirmat, vbi Deus loquens ait: *Ego sum qui deleo iniquitates tuas*, quasi id proprium sibi vendicans.

Miracula faciendi potestas duplex.

Hoc argumento doctè comprobat Irenæus lib. quinto capit. decimoseptimo. nempe peccatum est iniuria quędam contra Deum, Igitur Dei est remittere; Nemo enim remittere potest iniuriã, nisi is contra quem est facta. Adde etiam huic aliud. Nam remissio peccati non fit, nisi qui peccauit, restituatur in gratiam eius, quem per peccatum offendit, quis ergo potest restituere vnum in gratiam alterius, nisi interueniat voluntas huius? Adde rursus. In remissione peccati est condonatio æternæ pœnæ lege Dei peccanti decretæ: Nemo ergo potest legem Dei tollere, nisi Deus ipse, si loquamur de prima potestate, Secunda vero potestas potest esse in homine. Cui enim Dominus vices concedit condonandi iniuriam sibi illatam & reuocandi in gratiam illius & condonandi pœnam, absque dubio potestatem dat remittendi peccata. Sicut inter homines potest vnus, contra quẽ iniuria allata est, & condonare eã per se & alteri dare facultatem condonandi. Semper tamen potestas prima Dei cooperatur secundæ hominis. Pari ergo ratione procedunt potestas miraculorum & potestas remittendi peccata in his quæ dicta sunt. Tertio, Inter hanc vtramq; potestatem vnum est, quod ad rem nostrã facit discrimen, scilicet, in veteri testamento potestatem miraculorum inuentam fuisse, tum apud Deum, tum etiam apud homines. Fecit enim mirabilia Deus, per se solum, & etiam per homines. Nam legimus prophetas & mortuos suscitasse & admiranda fecisse, non quidem propria virtute, sed diuina. Exempla huius manifesta sunt vnicuiq;. Potestas vero remittendi peccata mansit semper apud Deum, nec vlli hominum fuit communicata. Hoc fuit priuilegiũ noui testamenti, vt homini etiam daretur potestas remittendi peccata, sicut data est faciendi miracula. Ioan. 20. *Accipite Spiritum sanctum.* Noluit etiam Deus dare homini potestatem remittendi peccata, quousque solutum esset pretium remissionis peccatorum morte Christi. Ideirco statim à mortuis resurgens eam dedit, nõ quod non potuisset dare etiam in veteri testamento. Quarto, Ex præcedentibus duo facilè reprehenduntur, nempe error Scribarũ & Pharisæorum istorum, & erroris causa; Error quidem in eo quod dicitur, *Quis potest dimittere peccata nisi solus Deus?* Nam potest etiã homo diuinã potestate, sicut quis potest mortuos suscitare nisi Deus? tamen homo sibi datã diuinã virtute

In remissione peccati, est æterna pœnæ cõdonatio.

Christus quare statim à resurrectione potestatem dedit peccata remittendi.

tute etiam suscitauit, potestque suscitare. Errarunt ergo in hoc. Dicunt etiam, *blasphemat.* Quia dixit, *Remittuntur tibi peccata tua.* Quia quod Dei est, sibi vsurpare videtur. Errarunt etiam in hoc: Nam si homo potestatem haberet remittendi peccata, etsi Deus non esset, non blasphemaret, si diceret, *Remitto tibi peccata tua.* Sicut nunc non blasphemant sacerdotes, dic. *Ego absoluo te à peccato.* Errarunt igitur in cogitationibus suis. Erroris tamen ea fuit occasio, quia in veteri testamento non erant illi experti, nec viderunt vnquam potestatem remittendi peccata hominibus concessam, sed soli Deo reseruatam. Audientes ergo hominem dicentem, *Remittuntur tibi peccata,* prolapsi sunt in errorem & dixerunt, *Blasphemat.* Nam ignorabant illum esse Deum & habere à Deo potestatem remittendi peccata. Hoc enim certum erat potestatem remittendi peccata Dei esse solius siue eius, cui Deus dederit. Quinto, Ex his etiam manifestũ est, Christum non expressisse, se vt Deum peccata remittere, sed solum absolutè remissionem peccatorum dedisse, quod poterat intelligi, aut potestate prima, vt Deus, aut secunda & communicata vt homo erat. Vnde ex verbis ipsius non potuit colligi Deum esse, aut potestatem diuinam, & à Deo habere. Ideo existimandum non dixisse, *Ego remitto tibi peccata.* Sed, *Remittuntur tibi peccata tua.* Quamuis enim vtrumque ambiguum est, tamen illud expressius significabat propria potestate, & vt Deum peccata remittere. Exemplum huius sit, ex hoc quod dixit. *Surge & tolle lectum tuum.* Non sequitur ipsum esse Deum, sed aut Deum esse aut diuinam potestatem habere. Ita similiter ex eo quod dixit. *Remittuntur peccata,* non sequitur definitè Deum esse & potestate propria id facere, sed aut esse Deum, aut potestate diuina remisisse peccata.

Pharisæi Christum ignorabant esse Deum, & habere potestatem peccata remittendi.

Postremo notandum est Christum, cum esset Deus & homo duplicem potestatem habuisse remittendi peccata. Primam & independentem, vt Deum, secundam etiam & communicatam vt hominem: Sicut etiam in miraculis faciendis duplici virtute vtebatur, Vt Deus enim erat auctor & causa prima, vt homo aũt causa secunda & velut instrumentalis. Illã primã remittendi peccata potestatẽ nemini cõmunicauit, quia nulli homini alteri vnitus est filius Dei hypostaticè. Hanc vero secundã cõmunicauit Apostolis & cæteris noui testamẽti sacerdotibus, nõ quidẽ ita perfectã, qualis in eius humanitate erat, q̃ perfectio in multis consistebat, à quibus nunc enumerandis ne ab instituto recedamus, abstinendũ est. Ea.n. causa à Theologis appellata est potestas excellentiæ. Ex hoc sensum verũ huius contextus sic dedocimus. Quamuis.n. Christus vtramq; potestatem remittendi peccata haberet, vt Deus & homo, tamen præcipuè nunc intendit ostendere, se etiam vt hominem habere potestatẽ remittendi peccata, nec tam Deum sibi soli retinere eam potestatem, sed etiam datã esse homini, non distinguendo, an eam haberet ex vnione diuinitatis quia Deus erat, an ex concessione Dei, sed absolutè & indistinctè docuit, se etiamsi homo esset, habere potestatem remittendi peccata, non quidẽ humanam, sed diuinam, sicut ẽt potestatem miraculorum. Vide ergo, quãta dignitas sacerdotalis vt sacerdos sic Deo coniunctus, vt possit loco Dei peccata remittere. Vide autem tuam ignauiam & perditionem ô homo, qui peccas quotidie & grauiter, cum possis absolui à peccatis, gratiam mereri, & Deo reconciliari, & coniungi, tamen lata via ad infernum properas. Et quando confiteris, debes omnia manifestare, quia sacerdos non videt in te peccata sicut Deus.

In Christo vt Deo & homine duplex peccata remittendi potestas.

Vt cognouit autem Iesus cogitationes eorum, respondens dixit ad illos: Quid cogitatis in cordibus vestris? Quid est facilius dicere. Dimittuntur tibi peccata tua. An dicere? surge & ambula.] Ex his Christi verbis, nisi deprauato fuissent animo, potuissent colligere, Christum esse Deum & posse peccata dimittere. Nam cum solius Dei est dimittere peccata, etiam solius Dei est cognoscere cogitationes hominum. Psal. 7. *Scrutans corda & renes Deus.* Et Dominus ad Samuelem 1. Reg. 17. *Homo videt quæ foris apparent, Deus autem intuetur cor.* Paulus etiam huic cõsonat Heb. 4. dic. *Omnia nuda & aperta sunt oculis eius.* Volens itaq; Christus ostendere, se posse peccata dimittere, voluit ad cogitationes respõdere. Vnde tibi cogitandũ est, qui peccas in occulto & existimas aliquid latere Deo, q̃ teneat ipsum intuetor. Vtinã hæc peccatores intelligerẽt, puderet eos iã enormiter & impunè peccare, q̃ corã hominib. non audent facere. Existimat autẽ peccator, q̃ sicut ipse non videt Deum, q̃ nec ipse videtur à Deo, & sicut ipse cæcus est, quod ita etiam Deus habet clausos oculos.

Sacerdotales dignitas quanta.

Obserua sicut remissio peccatorum & opera miraculosa absolutè sumpta, possunt & à Deo solo per potestatẽ supremam, & ab homine etiam p potestatem a Deo cõmunicatã fieri; ita etiam cordium & cogitationũ cognitio potest Dei esse, tanquam eius qui primo & principaliter ac per se cognoscit: Hominis etiam non quidem virtute propria, sed diuina concessa & communicata. Vnde prophetis cõcessum est aliquando occultas aliorum cogitationes cognoscere, Deo id reuelante. Doctrina hæc expressa est Pauli 1. Co. 14 vbi de Spiritu prophetarum loquens ait: *Occulta cordis eius manifesta fiunt.* Est etiam doctrina Patrũ. Ambrosius explicans locum, Lu. 3. existimante populo & cogitante, ne forte esset Christus, & respondente Ioanne, se non esse Christum, vbi visus est cogitationes populi nouisse, inquit. Videbat ergo occulta cordis, Dei munus est, qui reuelat, non virtus hominis, Atque res adeo certa est, vt superfluum sit probare pluribus, Nosse igitur occulta cordium aut Dei est, aut hominis virtute Dei, cuius est proprium suamet virtute ea nosse & intueri. Non ergo occultarum cordis cogitationum cognitio argumentum & signum efficax est, cognitorẽ esse Deum, sed aut Deum esse, aut virtute diuina præditum. Aliter.n. Ioannes Baptista probaretur Deus qui cogitationes nouerat multorum. Ex quo sequitur Christum nõ reuelasse cogitationes illorum, vt se probaret esse Deũ, sed vt ostenderet se habere virtutem Dei, quia non poterat aliter talia intueri, nisi diuina potestate & virtute. Et hoc argumento inciperet indicare illis, se etiam habere potestatẽ remittendi peccata. Sicut enim potestas Dei hęc dicitur, ita etiam & illa: Nam Dei est remittere & occulta cordis nosse, Si igitur nouit occulta, cur non etiam poterit habere potestatem remittendi peccata, etiãsi homo sit? Nõdum hoc argumento probat se habere potestatem remittendi peccata. Non enim Ioannes Baptista habuit potestatem remittendi peccata, quia non nouit occultas cogitationes hominum, sed id nõ debere illis videri impossibile, nec eum statim iudicare blasphemum, vt illi fecerunt, cum diuinam habeat in se virtutem, nec argumentum hoc ab aduersarijs solui potuit. Nihil ergo in hoc contextu Christus de sua diuinitate distinctè concludit, sed habere se potestatem dimittendi peccata, etiamsi homo sit, sicut habet potestatem occultã cordium intuendi, & sicut habet potestatem sanandi supra naturam, vt statim ipse Dominus probat, Nã omnia hęc diuinę sunt potestatis & excedunt creaturę virtutem. Non ergo affirmat se expressè Deum, neq; negat, sed solum docet, & confirmat se habere virtutem & potestatẽ diuinam cuius est remittere peccata, siue per se, siue per homines. *Quid autem cogitatis in cordibus vestris?* Nulla enim maior reprehensio aut manifestatio efficacior, q̃ veritatis irrefragibilis probatio. Quid cogitatis in cordibus vestris, vos falsi fictiq; amici, dum verba lactea, mellita, & sesquipedalia loquimini homini amicus? quid cogitatis in cordib. vestris? tibi est venenum, gladius & omne malum, q̃ amico intentatis. Videre an cor vestris verbis & linguæ correspõdeat. Quoad argumentationem Christi in hoc loco, videtur Christus non bene argumentari: Nam maius est dimittere peccata, quam sanare infirmum, quia ad remissionem peccati necessaria est motio liberi arbitrij, quod vtiq; necessarium non est ad sanandum corpus. Grauius.n. est pondus in me, quod solus leuare non possum, quam id q̃ nemine adiuuante possum, Etenim vt vniuersum orbẽ cœlum & terrã conderet Dominus, non indiguit alterius ope, ipse solus sine alterius adiutorio cõdidit. Et idem dico ad sanandum quoduis ægrotum corpus. *Ipse dixit, & facta sunt,* nihil aliud est opus, q̃ sola Dei voluntas, Nam statum vt vult, fit, nullo contradicente aut impediente: At vt Deus parcat peccatis, nõ satis est, si Deus velit, nã præter hoc requiritur peccatoris consensus, q̃quidem illo reluctante nihil fieri in hac re potest. Ex quo manifestè liquet, plus esse peccatorem iustũ efficere, quàm vniuersitatẽ mundi cõdere. Et plus est huic paralytico peccata demittere quàm paralysin curare,

Deus est peccatorũ remissor, & author miraculorum, sic & cardiognostes.

Vt Dei est, occulta cordium cognoscere, sic & peccata remittere.

Opus Dei nihil est, nisi Dei voluntas.

Ergo argumentum Christi non valet, nam sic argumentatur: Possum facere quod minus est, ergo possum facere quod maius est. Quia dicit, possum sanare corpus ergo & animam. Facit namq; istam consequentiam: Possum sanare hunc Paralyticum ab hac infirmitate corporis, ergo possũ sanare animam remittendo peccata. Ad quod responderi potest. Quod corpus curare hoc modo, scilicet, Imperatiuè: *Tibi dico surge*, æqualis est potentiæ: Quia sicut solius Dei est dimittere peccata; ita solius Dei est hoc modo sanare infirmum. Nam tanta virtus requiritur ad faciendum miraculum isto modo præcipiendo, sicut ad dimittendum peccata: quia vtrumq; est Dei. Præterea si sanare corporaliter accipiatur sub potẽtia naturæ creatæ, quo ad factum & modum, minus est sanare corporaliter quam spiritualiter: Sed si accipitur supra posse naturæ creatæ & solitum cursum, vel quoad factum, vel quoad modum, sic æque magnum est sanare corporaliter atque spiritualiter: Sic in proposito Iustificare maius dicitur, quam creare, quo ad factũ, sed quoad modum faciendi potentia facientis æqualis est. Igitur vnum miraculum non est ma' alio ex ea parte, qua superat potestatem naturæ creatæ, quia fit per potentiam infinitam; Et non est in ea accipere ma' aut minus & nullum est miraculum, quantumuis minimum, quod non sibi postulet virtutem infinitam. quia alias non esset miraculum. Si autem consideretur miraculum ex parte rei, in qua fit, vnum potest dici maius altero: quia in alijs miraculis plus distat natura ab ipso opere, quàm in alijs. Vt si aliquis homo ignar' & nihil sciẽs in momẽto, aut minimo tẽporis articulo efficiatur magnus Philosophus, sicut D. Basilius eundem obtinuit, vt Græcas literas statim sciret, miraculũ quidem est, sed si alius homo qui penitus nec prima didicit rudimenta, omnes scientias & sacram scripturam in tẽporis articulo calleret, hoc vtique maius esset miraculum. Itaque ex parte potentiæ non est miraculum vnum maius altero, quia res sibi ab eo asciscit denominationem, quod per se, non ab eo, quod est per accidens. Quocirca bene argumentatur Christus: Quia si authoritate mea possum hũc hominem in instanti sanare, possum etiam peccata dimittere. Aduerte autem quod adhuc nihil probauimus, nisi q ex parte potentiæ Dei vnum miraculum non sit maius altero, quod quidem difficultatem non euacuat. Quia Christus argumentatur à minori ad maius. Quia vt esset bona consequentia argumentum in hunc modum deberet formari: Possum facere quod maius est, ergo & quod minus. Igitur vt locus hic D. Lucæ bene explicatus maneat & vt Christi argumentatio vim habeat & robur, operæ pretium est explicem', quomodo maioris potentiæ sit Christo corpus quam animam sanare. Ideo aduerte quod tantum potest Deus, quantum vult, & omne quod vult etiam potest. Psal. 134. *Omnia quæcunque voluit, fecit in cœlo & in terra.* Potentia mensuratur suâ solâ voluntate, atque ita etiamsi omnipotens sit, hanc tamen omnipotentiam non extendit nisi ad id quod vult: Atq; ita dum aliquid magis vult, magis ad illud omnipotentiam suam, & ad id, quod minus vult, minus suam potentiam applicat. Quod igitur Dominus potius vult sanitatem animæ quam corporis, manifestum est, quod animam potius sanam cupit, & id vehemẽter desiderat. Si igitur magis desiderat salutem animæ & eã magis vult, certum est, quod magis potentiam suam applicat ad salutem animæ: quandoquidem potentiæ executio regulatur & mensuratur sua voluntate. Ea igitur quæ nos magis volumus & possumus, maiori facilitate operamur, citius enim pro amico laborem vel iter suscipio licet magnum, quam pro eo, quem non ita noui: Ita in Deo eadem est potentia infinita, & omnia æqualiter operatur: At iuxta modum nostrum loquendi (siquidem filius Dei hominibus loquebatur) facilius ei dicimus: Peccata dimittere, quam sanare corpus, nam magis optat animæ salutem quã corporis. Si igitur quod ipse minus vult scilicet corporis salutem, tam facilè id operatur, vt solo verbo. *Surge & ambula*, statim paralyticus sanus fiat, quanto melius & facilius peccata dimittet, quandoquidem plus animæ salutem expetit; & potentiam suam magis ad hunc effectum extendit. Et satis probasse constat ex hoc miraculo filiũ Dei esse, quia miraculum factum fuit, ad probandũ quod posset dimittere peccata; Ideo impossibile erat, vt fieret, nisi verum esset, illud ad quod inducebatur. Cum itaque omne miraculum à Deo sit, & Deus non possit testis esse falsitatis, ideo miraculũ non facit, nisi ad confirmationẽ rei veræ: sic autẽ hic contingit, quia Christ' dixerat, se remittere peccata, & induxit miraculũ ad hoc probandum: ergo impossibile erat, falsũ esse q dixerat. Quod manifestè patet Nam dixit, *Vt autem sciatis, quòd filius hominis.* &c. *Tibi dico*, &c. Et ita factum est, ergo necessario probauit se filiũ esse Dei. Nullus vnquam fecit miraculum, ad probãdum quod posset peccata dimittere, nisi solus Christus: ideo ex miraculis Christi, etiamsi non maiora essent quam miracula prophetarũ, sufficientissimè probauit esse Deum, quia ad hoc probandum adducebatur. Ideo ipse dixit Iudæis. *Si non fecissem opera quæ nullus alius fecit*, Io. 19. *peccatum non haberent.* Hoc est, ea miracula feci, ad virtutis meæ ostensionem, quæ nemo prophetarum fecit ad ostendendum suam potentiam, sed ad Dei gloriam, vel ad alios fines Hæc opera non possunt intelligi de sola differentia magnitudinis operum suorum ab alijs: quia tunc potius crederemus aliquem illorũ esse Deum quã Christũ, quia maiora opera fecerant aliqui quã ipse Christus, vti Petrus qui sua vmbra sanabat. Actor. 5. Et Dñs Ioan. 14. *Qui credit in me, opera maiora faciet.* Tamen nemo Apostolorũ miracula faciebat ad ostendendũ potestatem, vel Deitatẽ suã, sed ad ostensionẽ gloriæ Christi, & ad confirmationẽ legis, quã prædicabant. Vnde Marc. 16. *Illi autem profecti, prædicauerunt vbique Domino, & sermonem confirmante, sequentibus signis.* Præterea quamuis Christus hoc miraculo probauerit se esse filium Dei, tñ noluit apertè hoc dicere, sed etiã filiũ hominis se vocauit, vt magis occultũ hoc esset, ne passio eius impediretur; Nemo nãq; esset, qui Deũ vellet occidere, Vnde Paulus, *Si Dominum gloriæ cognouissent, non vtique crucifixissent.* Hoc autẽ esset maximũ inconueniens. Quia nos salui fieri non poteramus, nisi per mortẽ Christi, quocirca cũ B. Petrus Christo dixit, eũ esse filium Dei, præcipit Christus Petro, ne cui hoc diceret, Matt. 16. quia oportebat illũ pati, & reprobari à senioribus. Ideò non apertè manifestauit se esse Messiã aut Deũ. Et licet Samaritanæ, aut cæco illi à natiuitate id dixerit, nõ ideo mors Christi impediretur, secus autẽ si scirent Iudæi. Cũ autẽ iamiam proximus esset morti, in publico manifestauit, se esse Deum, Nam quando sacerdos interrogauit. Esset ne filius Dei, respondit, *Ego sum.* Quia iam benignissimus Dñs rectè nouerat, quam irati, quã cupidi vindictæ essent aduersus eum. Qui quamuis tunc veritatẽ diceret, non ideò impedituri erant passionem, imò verius suam explerent sæuitiã & credulitatem, putantes, quod se filiũ Dei faceret. Secundo. Nunc apertè hoc non dixit, quia magis scandalizarentur, & nemo audiret doctrinam eius, sed potius omnes simul ad occidendũ eũ insurgerent. Nã aliquoties hoc obscurè etiam dicens, ortum est scandalum ingens. vt cum dixit, Ioann. 10. *Antequam Abraham fieret, ego sum.* Et cũ dixit, Ioann. 10. *Ego & Pater vnum sumus.* Voluerunt lapides in eum proijcere, & causã lapidationis dicebant, quia cũ homo esset, se ipsum Deũ faciebat: Ideo cautius fuit hic locutus, & non ita apertè, tamen bene possent, si ipsi aduerterent, colligere, ipsum esse filium Dei.

Expende etiam non dixisse, *Ego possum dimittere peccata.* Sed, *Filius hominis potest dimittere peccata*, quod ad laudem & exaltationem naturæ dixit, vt totam hominum vniuersitatem Christus ostenderet exaltatam, per illam humanitatem, quam ipse assumpserat, vt videatur, quod ista operatio communicata est homini per vnionem humanæ naturæ ad diuinam personam, dicit, *Filium hominis.* Sic Caiphæ respondit, Matth. vigesimo sexto. *Videbis filium hominis sedentem à dextris virtutis Dei.* Sic significans potestatẽ iudicis sibi traditam super vniuersam creaturã dixit, Matt. vigesimo quarto. *Videbunt filium hominis venientem cum potestate magna, & maiestate.* Deinde non dicit, *Potestatem accepit*, sed *habet*, vt significet se æqualem Deo, secundũ naturam diuinã. Postremo obseruandum quod dicit, Hanc potestatem habere super terram, vt intelligas quod Christus peccata dimittit his qui sunt super terram & quamdiu viuunt: quia si in mortali peccato decesseris & descenderis in

Sanare corporaliter, minus est, quam spiritualiter.

D. Basil. miraculo id obtinuit vt quondam Græcas literas statim sciret.

Tantum Deus potest quantum vult.

Deus non operatur miracula, nisi ad cõfirmationẽ rei veræ.

Christus quamuis ostenderet prodigijs se filium esse Dei, noluit tamen hoc apertè profiteri.

Quare ita dictum. Ego possum dimittere peccata *sed*, Filius hominis pot. dim. pecc.

abys-

abyssum, vtique non dimittet. Vnde igitur dum in hac mortali peregrinatione ambulas, quantumuis peccatis coinquinatus fueris, Christus tibi potest parcere & peccata dimittere. Nam firma & stabilis illi est sententia. *In inferno nulla est Redemptio.* Ideo Sap. 11. *Memento creatoris tui in die iuuentutis, antequam obtenebrescat sol.* Itaque vos Auditores, qui infrigidati estis adeò, & totis viribus destituti ad bene agendum, cogitandum, & dicendum, rogate Sanctos Dei, vt vos sistant coram Christo, vobis gratiam impetrent & ignem diuini amoris, quatenus igne Spiritus sancti accensi & ipsius confirmati, à peccatis & torpore animi possitis surgere, & amplius coram Deo in vijs eius rectè & perpetuo ambulare.

Sanctis nobis rogādi vt sistant nos coram Christo.

Vt autem sciatis, quod filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata ait paralytico. Tibi dico, surge, tolle lectum tuū, & vade in domum tuam.] Suppositi in solius diuinæ virtutis esse, & hoc, & illud facere, inquit Christ⁹, in testimonium & vt sciatis, me posse primum, habere. scilicet, potestatem remittendi peccata, etiamsi homo sim, præcipio paralytico, vt surgat, lectum suum tollat & vadat, idque opere perficio. Si igitur negare non potestis me diuina virtute hoc quod videtis, facere, talemque potestatem non valetis negare in me, igitur necesse est fateamini etiā me habere potestatem remittendi peccata; nam opus vtrumque Dei est, & hoc fit in probationem illius. Vis argumenti consistit in hoc, quod miraculum visibile & quod ante conspectum illorum erat, nec alia virtute, quàm diuina fieri poterat, assumebatur in probationem & testimonium remittēdi peccata, quam nisi Christus habuisset, vtique non potuisset sanare paralyticum in testimonium illius, Deus enim, vt supra dictum est, non testificatur falsum: Aut ergo negare debebant, paralyticum sanatum esse diuina virtute, quod facere non poterant, aut si cōfitebantur virtute diuina factum, compellebantur fateri Christum, etiamsi homo esset, habere potestatem primum faciendi, scilicet, remittēdi peccata. Opus enim diuina virtute effici non potuit in testimonium & confirmationem illius, quod verum non esset. Propter hæc enim præmisit vtrumque opus esse sol⁹ diuinæ potestatis.

Quid est facilius? Hoc argumento non solum docet eos veritatem, sed etiam notā blasphemiæ repellit, quasi dicat Scitote igitur me vtrumque posse, & discite ex eo quod videtis, credere, quod non videtis, cum non sit minoris, sed eiusdem virtutis, scilicet, tam hoc quam illud facere. Et sicut non dicetis me blasphemare, cum dico, *Surge, Tolle, Vade*, etiamsi homo loquar id, quod Dei est, quia ipsa res visu vos compellit, ne blasphemare me dicatis, igitur nec me blasphemum cogitetis, cum dicā, *Remittuntur tibi peccata tua*, etiamsi hoc non videatis. Nota illud, *Filius hominis in terra*, opponi illorum cogitationi, *solus Deus remittit peccata*, quasi dicant, potestas remittendi peccata in solio cœlis est apud Deum, Christus autem dicit, etiam est in terra: Ego enim qui filius sum hominis, habeo etiam potestatem remittendi peccata, nec blasphemo, si dico, *Remittuntur peccata tibi.* Sicut etiam homo habeo potestatem sanandi paralyticum.

Vtrumque diuina potestatis fuit paralyticum sanare, & peccata remittere.

Attende adhuc, quod vt perfectius esset miraculū, magisq; illos conuinceret, non solum sanauit, sed tantas etiā vires corporisq; robur simul in momento contulit, vt posset lectum suum in quo à quatuor portabatur, solus ipse portare, & non ad vnum aut alterum passum, sed vsque in domum suam. Quod verbum etiam actū est, vt magis con firmaretur. Mittitur enim in domū suam, in qua testes erāt perpetui infirmitatis illius, ideoq; in hoc diuinā virtutem suam exercere, qui ostendebat se nosse, paralyticum, domū habere. Et considera vim verbi *Dico*, vt exprimat se verbo sanare verbumq; suum efficax esse, vt primum quando remisit peccata. Dixit autem, *Tibi*, vt magis potestatem ostenderet, quasi dicat: Non præcipio alijs, vt te iuuent & lectū portēt, sed tibi soli. Vide quod adhuc tales blasphemi sint, qui dicant quid debeo confiteri sacerdoti peccata mea, & ipse peccator est, ego confiteor Deo peccata mea, & ab illo remissionem peto & expecto: nunquid non blasphemant negantes potestatem sacerdotum à Deo datā & concessam, & quæ alia absurda ad hæc effutiunt?

Prodigij in curato paralytico vis quāta.

Dignum præterea est consideratione, cur Christus seipsum Filium hominis appellauerit. Et factum est multis & grauibus de causis. Prima, Vt non solum eius incarnatio, sed eius incarnationis modus significaretur. Potuisset Dei filius carnem accipere de nouo creatam, aut de iam creata partem accipere, sicut Euam de corpore Adæ eduxit: quod si fecisset, homo verè esset, tamen non filius hominis, sicut nec Adam, nec Eua filij hominis dici possunt, sed homines tantum: Vt ergo indicaret Christus se non tantum carnem accepisse, sed etiam id fecisse nascendo, ob id Fili⁹ hominis dici voluit quia natus est, quia parentes habuit, vt ait Tertullianus, quamuis non sit natus, aut conceptus de viro, sed de sola fœmina virtute Spiritus sancti supplente. Secunda, Vt hoc nomine coniunctio, quam nobiscum haberet, exprimeretur: Quia enim filius hominis est, & quidem ab Adam descendens, consecutum est, nos esse etiam secundum carnem fratres eius. Nisi enim filius hominis non esset, frater noster secundum carnem non esset. Fratres enim sunt, qui patrem aliquem communem habent, quamuis ab eo multis gradibus distent. Tertia, Vt hoc nomine promissiones factæ patribus iam completæ ostendantur. Promissum quippe fuit patribus, non solum Dei filium carnem accepturum, sed de semine eorum sumpturum. Psalm. *De fructu ventris tui ponam super sedem tuam.* Et Abrahamo dictum est. *In semine tuo benedicentur gentes.* Quarta, Vt filiationis nouæ, quam facturus venerat, signum aliquod daret. Quia enim filius Dei factus est filius hominis, homo effectus est filius Dei. Gal. 4. *Misit Deus filium suum factum ex muliere*, &c. Duo hic posteriora respondent duobus prioribus, sic. *Factum sub lege, vt eos qui sub lege erant, redimeret. Factum ex muliere, vt adoptionem filiorum reciperemus.* Quinta, Vt de se humiliter loqueretur, submisse enim de se loquens ait, *Filius hominis descendit.* Subiectionem quandam habet nomen hoc etiam relationem ad homines, Filius enim Patri subiectus est quod Christus non recusauit, quia subiectus erat illis, Luc. secūdo. Notanda præterea sunt quædam in hoc loco. Primo his tribus verbis: *Surge, tolle lectum, & vade.* Hilarius can. 8. in Matthæum significari dicit, totam redemptionem per Christum factam. Surge indicat peccatorum remissionem & reconciliationem per gratiam. *Tolle lectum tuum*, indicat corporum resurrectionem. Illud autem, *Vade in domum tuā*, introitum in cœleste regnum, ad quod creati sumus; & vbi nostra est patria, à qua peregrinamur. Secundo, Gregor. li. 4. Moral. capit. 28. illud *Domum tuam.* Spiritualiter propriā conscientiam interpretatur, Cuius verba sunt hæc. *Quid per domum, nisi conscientia designatur? Vnde sanato cuidam dicitur. Vade in domum tuam, ac si aperte audiat, post exterius miraculum ad conscientiam reuertere, & qualem te intrinsecus debeas exhibere, perpende.* Hæc ille. Tertio, Hieronymus etiam spiritualiter hæc interpretans, loquit, *Anima paralytica si resurrexerit, si pristinum robur recuperauerit, portat lectum suum, in quo iacebat, dissoluta, & portat illum in domum virtutum suarum.* Hæc ille. Per gratiam enim & passiones, quibus vincebatur prius, vincit; & opera bona quæ non volebat facere, efficit. Insuper in domum suam misit saluator illum, ne existimarent Iudæi, quod illi restituebat sanitatem, vt in ipsi⁹ obsequio & in ministerio ambularet, Ideo Christ⁹ hominē eorum quos curauit, voluit habere discipulum, quamuis aliqui id rogauerunt, vt fuit ille à quo legionem dæmonū expulerat, noluit mundi Saluator suum commodum quærere, sed nostram vtilitatem. Præterea dic. *Tolle lectum tuum*, quasi dicat: Is lectus qui te infirmum sustinuit semper & recepit, nunc illum portare debes humeris tuis, nam infirmos proximos adiuuare tenemur; Cum autem ipsi ab ægritudine valentes fuerint, tenentur etiam mutuum beneficium nobis præstare. Sic Paulus iubet, vt qui sani sunt, & in integra valetudine pro infirmis laborēt. 1. Thess. quinto. Deinde hoc mandato Christus miraculum illud illustrius reddit & celebrius: nam cum præcipiat ferre grabatum, omnibus manifestum fiet, eum verè sanatum, nam si membra firma & robusta non essent, non vtique tulisset lectum. Declarat potentiam suæ diuinitatis, quæ neque temporum interualla neque mortales respicit, sed statim omnem reddit sanitatem.

Cur filium hominis appellauerit se Christus.

Fratres sunt, habentes aliquem patrem communem, multis etiam ab illo gradibus inter se distantes.

Circa paralytici curationē notanda quæ.

Sanatum paralyticū cur domū suā statim remiserit Christus.

Obsecua

Præ gaudio paralyticus oblinuiscebatur lecti sui.

Obserua etiam quomodo gaudiũ huius paralytici, obliuisci eum faciat lecti sui; Licet enim res sit admodum necessaria, à paralytico tamen non attenditur, sed requiritur, qui eum commonefaciat. In quo quidem aduertendũ, quam parum de supernis & cœlestibus, deque Deo ipso sentiamus: Nam aliquid horum degustaremus, vtiq, mens nostra tam ad eum eleuata esset, vt recordatore indigeremus, ad curandum ea, quæ ad corpus attinent. Quod gaudium in Romanis Paulus desiderabat, cum dixit Rom. 15. *Deus replcat vos omni gaudio, & pace, in credendo in virtute Spiritus sancti.* Quod si gaudium terrenum facit homines rerum obliuisci suarum, vt recordatore indigeant, quid de gaudio illo supremo & æterno dicemus?

Denique disce, quod duo dicit Christus Paralytico. Primo *Surge.* Secundo, *Tolle lectum.* Primum erat delectabile & iucundum. Posterius vero laboriosum & molestum. Vtrique tamen mãdato obediuit. At nos volumus habere magna & pinguia beneficia, præclaras dignitates & officia, at labores in illis detrectamus & libenter alijs imponimus. Vt si nocte sub pluuia conducendus est sacerdos ad infirmum grauiter & contagiosum, & sic de alijs Samson vtique ille fortissimus in omnib⁹ Deo obediuit; Nã cũ præciperet illi Domin⁹, vt tolleret portas Gazæ Iud. 14. & 14. & in montẽ eas ferret, iussis obediuit, præcepit etiam vt mandibula asini mille viros interficeret, & huic etiam mandato libenter obediuit: Eodem igitur modo quemadmodum in his honorificis rebus Deo obtemperauit, ita etiam in laboriosis obediuit. Nã cum iuberet illi Domin⁹, vt columnas templi euelleret, & ibi cum Philisthæis illis interiret (vbi etiam de sua salute & discrimine vitæ agebatur) nihilominus tamen id mandatum sponte implere. Obediuit vtique in prosperis & Paulus Act. 21. cum diceret Agabo annuntiante quod in Ierusalem ligandus esset, & alij dolentes flebant. *Quid facitis flentes, & affligentes cor meum? Ego non solum alligari, sed mori in Ierusalem paratus sum, propter nomen Domini Iesu.* Et Iob secundo. *Si bona suscepimus de manu Domini.* Nos vero in prosperis canimus. *Te Deum laudamus.* In aduersis murmuramus. Israëlitici in fœlicitate & prosperitate, dũ mortuos viderent Ægyptios, Exod. 15. & 16. laudabant Domino & cantabant: at in tribulatione, cum indigerent victu, aduersus Dominum & aduersus Moysen murmurabant. Discamus vltimo ab hoc Paralytico, non solum credere, sed etiam à peccatis resurgere, & in via mandatorum Dei ambulare, nec vnquam quiescere donec ad domum nostram & veram patriam accedamus. Credunt Lutherani & hæretici, vt ipsi tamen falso iactitant, sed non resurgunt, non ambulant, non operantur.

Samson ille fortissimus in omnibus obtemperauit Deo.

Et confestim consurgens coram illis tulit lectum, in quo iacebat, & abijt in domum suam, magnificans Deum.] Secutus est exemplum Regij vatis canentis Psal. 102. *Benedic anima mea Domino & omnia quæ intra me sunt.* Quæ & Paralyticus iste merito canere potuit, quia à suis iniquitatibus Deus illum liberauit, & sua peccata dimisit, & integram corporis valetudinẽ illi restituit. Nos vero cur potiori iure hæc non canemus, quos quotidie à tantis periculis animæ & corporis eripit?

Infirmi & desolati negliguntur, vt paralyticus in lecto. Ioseph in carcere.

Nota etiam, quod huic paralytico cum infirmus esset, & in lecto iaceret, non concedebant locum (ita miseri, infirmi & desolati negliguntur, aut supprimuntur) vt transiret: Nunc verò cum sanus sit omnes descendunt, & dant locum, vt transeat, meliorem locum nunc inuenit, quam cum infirmus esset. Nemo recordabatur Ioseph afflicti & incarcerati, nec pincerna quidem Pharaonis & fratres qui eum vendiderant. Gen. decimo quarto & quadragesimo: At postquam honoratus fuit & ad amplissimam dignitatẽ euectus, omnes illi genua flectebant, & fratres eius ipsum adorabant. Et præter hæc populus Israël cum viueret Ioseph in summo honore habebatur, & æstimabatur in Ægypto, & in potiori sorte terræ viuebat: at mortuo Iosepho, & fauore perempto quem cum Rege habebat, statim mundus incepit Israëlem prosequi. Ergo ne hominum laudibus & honoribus capiaris, non te, sed diuitias tuas, potentiam tuam, fauorem tuum & similia adorant. Si ceciderit & ipsi lapides, vt obruaris, supra te projicient. Magnificabat hic Deum, id est, vt totis diuinæ magnitudinem in hac enarratione ostendam confitebatur & publicè per medias vias omnibus occurrentibus proclamabat.

De Paralytico sensus tropologicus.

De paralytico potest intelligi anima dissoluta membris, hoc est, bonis operibus. Christum quærere, id est, voluntatem verbi Dei; Impediri autem turbis, nisi tecta, id est, scripturas aperiat, vt per hæc ad veritatem Christi perueniat, hoc est, ad eius humilitatem, fidei pietate descendat. Hi autem à quibus deponitur, bonos in Ecclesia Doctores possunt significare. Quod autem cum lecto deponitur, significat ab homine in ista carne adhuc constituto, Christum debere cognosci, quem tamen lectum sanus postea iubetur portare, & ire in domum suam, vt remissione peccatorum conualescentibus per spem bonam memoriis animæ hoc corpus restaurare iret. Iligatur, vt iam non in carnalibus gaudijs tanquam in lecto requiescat infirmitas animi, sed magis ipsa contineat affectiones carnales, & tendat ad requiem secreto totum cordis sui. Hæc Augustinus.

Et stupor apprehendit omnes, & magnificabant Deum. Et repleti sunt timore dicentes, quia vidimus mirabilia hodie.] Magnificabant Deum, qui talem potestatem dedit hominibus, vt possent peccata dimittere & vnico verbum infirmos curare. Et hæc gratiæ nobis perpetuo sunt agendæ Deo. Hanc enim eandem mirabilem potestatem dedit sacerdotibus, quam nec angeli, nec Beatissima Virgo habuit, vnde dignitas sacerdotalis elucescit. Præterea isti amplius Deum magnificarent si attenderent, quantam dedit hominibus potestatem, scilicet, filios Dei fieri Ioann. 1. Nec hoc solo contentus, de facto etiam filios Dei nos fecit teste 1. Ioann. 3. *Videte qualem charitatem dedit nobis Pater, vt filij Dei nominemur & simus.* Magnificabant præterea, quia duo mirabilia viderant, animam & corpus sanari; ideò meritissime Isaias capit. nono, vocauit illum admirabilem, quia multos in admirationem rapuit suis prodigiosis operibus, & miraculis. Vnde Regius vates. Psalm. 138. *Mirabilia opera tua & anima mea cognoscet nimis.* Vide discrimen bonorum & malorum in vnitate, Pharisæi murmurabant & inuidebant, populus autem gaudebat & magnificabat Deum, quod & in illa tempestate Psalm. 33. *Qui timent te, videbunt & lætabuntur*, ergo non omnes hodie læti sunt, sed turbæ solum. Bonus gaudet viso bono, pudicus pudico, doctus docto, liberalis liberali, & sic similis simili; inuidus autem cũ nullo conuenit.

Misericors fuit Deus qui fecit Christum.

Paralytici curationi tria consecuta quæ

Tria præterea consecuta sunt tam insigne factum, in ijs qui viderunt. Primum est stupor, id est, vehemens quædam admiratio, quæ rei factæ rationem inueniendis viam præcludit, & in sola magnitudinis consideratione animum detinet. Maximum enim & præter omnium notitiam, & expectationem, opus erat, Vnde Marcus ait: *Mirabantur omnes dicentes, quia nunquam sic vidimus.* Secundum, Admirandæ Dei virtutis opus confitebantur, qui tantam potestatẽ Christo homini concessit, vt & paralyticum talẽ sanare, & peccata eundonare potuerit. Sic enim Matthæus hoc verbum interpretatur, *glorificabat*, inquit, *Deum, qui potestatem talem dedit hominibus*, Planè enim Christum diuina potestate & virtute præditum agnoscebant & fatebantur. Tertium, Magno timore correpti sunt, cuius timoris causam explicant dic. *Quia vidimus hodie mirabilia, quid hæc portendant, nescimus.* Admiranda quippe solent peccatoribus timorem incutere, ne forte patiantur aliquid mali propter peccata sua. Appellantur autem mirabilia hoc loco ea, quæ si narrarentur ijs, qui non viderant, mirabuntur difficiles se exhibebunt ad credendum præ rerum magnitudine. Superant enim humanam fidem, sicut illud Abacuc 1. *Opus fiet in diebus vestris, quod nemo credet, cum narrabitur.* Eorum autem qui viderunt, scientiã, & expectationem superant. Talia sunt hæc, quæ nunc fecit Dominus remittendo peccata & sanando verbo Paralyticum.

Mirabilia quæ hoc appellãtur loco.

Estne Auditores in vobis aliquis ignis, imò non ignis, sed scintilla ignis & amoris diuini, accensi estis aliquo modo virtute Spiritus sancti, cum fructu, vel sine fructu solẽnitas Spiritus sancti, & ipsius inuocatio abijt? Certè si repleti estis Spiritu sancto, quomodo nõ potestis operari, sed iuxto peccatorum volutari & computrescere Ecce tot pau-

peres

peres, tot infirmi, tot immundi, tot desolati, tot oppressi in hospitalibus & carceribus, in vijs, & plateis, in domibus, & in stabulis, plorant, lamentantantur, eiulant, opem vestrã expetunt, & nemo est qui illos visitet, respiciat, exaudiat, adiuuet, consoletur, liberet, alat, vestiat, sustentet & defendat. Aliter longè successit Paralytico. Certe, si quis veniret ad locum peregrinum, & inuenit hominem, qui se ob beneficia accepta, laudat & alijs commendat, maiora vellet tum præstitisse: quanto magis debetis hic emulare quotquot potestis beneficijs, vt vos in cœlo reddant commendatos, vbi velletis maiora facere, & maiora fecisse, sed tempus iam præterijt. O magnum vectigal Eleemosyna & bona opera, quæ remissionem peccatorum & cœlum imperant.

Eleemosyna, bona opera, magnum vectigal.

Ah: quid de illis dicam, qui omnipotentiam Dei sua cordis duritie, ita impediunt, vt illos nolentes non possit saluare? Quid dicam de illis, qui infirmitatibus constituti mortem timent, ad magos & superstitiones currunt magis, quam ad Deum, à quo sanitas, mors & vita, vt quasi velit nolitque Deus ipsi valetudinem pristinam recuperent, quod est cum Gigantibus cœlum velle expugnare? Nihil Auditores, nihil est iucundius & optabilius quam audire à Deo. *Remissa sunt tibi peccata*, hinc gratia diuina, hinc Spiritus sanctus in nos venit, & in nobis operatur, vt à languoribus animæ liberemur, surgamus, tollamus lectum, & vadamus in conscientiam nostram in Ecclesiam SS. & omnibus Dei mirabilia prædicemus in nobis facta, vt tandem & in domum Domini lætantes, & in regnum cœlorum triumphantes ire mereamur.

Laus DEO, *& Beatissimæ* MARIAE *Virgini, & omnibus Sanctis.*

SABBATO POST FESTVM PENTECOSTES.

Surgens autem Iesus de Synagoga intrauit in domum Simonis. Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus, Luc. 4.

NAtura humana Auditores pro tempore huius vitæ valde est languida, & in suis operibus multum imperfecta. *A planta vsque ad verticem non est in ea sanitas*. Isai. 1. & præmittitur. *Omne caput languidum, & omne cor mœrens*. Et quis vestrum nescit, quod dum hic vitam agimus, multis laboribus & miserijs sumus obnoxij, ideoque multi fuerunt antiquitùs, qui mortem vita beatiorem asseruerunt, qui in puerperijs plorarunt, & in morte amicorum gauisi sunt, quod quidem Thracibus familiare fuit. Sed & sacra scriptura habet, quod Spiritus sanctus per os Salomonis testatus est, Ecclesiast. trigesimo, quod melior sit mors, quam vita, & requies æterna, quam languor perseuerans. Languet autem natura per infirmitatem. 3. Reg. 17. *Factum est vt ægrotaret filius matris familias, & erat languor fortissimus*. Et 2. Par. 21. *Tu autem ægrotabis languore pessimo*. Languet per laborem & afflictionem. Psalm. *Oculi mei languerunt præ inopia*. Oseæ 5. *Vidit Ephraim languorem suum, & Iudas vinculum suum*. Languet per timorem & stuporem Sap. 17. *Hi cum derisu pleni dolore, vel timore languebant*. Languet per torporem & debilitatem. Mal. 1. *Si offeratis claudum, cæcum*, id est, languidum, *nonne malum est?* Languet etiam per errorem. Languent enim ingenia sicut corpora. Ille enim animo langoere dicitur, qui nulli certo inhæret, sed vndique per dubitationes & quæstiones vagatur. 1. Tim 6. *Qui non acquiescit sanis sermonibus, superbus est, & nihil sciens, sed languens circa quæstiones & pugnas verborum*. Languet per tristitiam. 1. Mach. 6. *Vt audiuit rex sermones istos, expauit & commotus est valde, & decidit in lectum & incidit in languorem præ tristitia*. Istos languores, vt in nobis curaret, Christus assumpsit, pro nobis languidus factus est, languores nostros ipse pertulit, & dolores nostros portauit. Quod cum in hesterno Euangelio clarè cognouimus, tum verò maximè in hodierno, vbi non tantum socrum Simonis à febre liberauit, sed plurimos quacunque infirmitate languidos, qui ad ipsum deferebantur curauit, vt se eum declararet, qui humani generis necessitates, & animas ipsas potest sanare. Quod quidem Euangelium Feria quinta tertiæ Dominicæ in Quadragesima legitur, quo & ego lectorem remitto, hic tamen illud iterum breuiter percurram

Thracum in homines natura te & obitumet.

Animo qui dicantur languere.

EVANGELIVM.

SVrgens Iesus de Synagoga, introiuit in domum Simonis.] Christum Dominum Nazareni adierant ira pleni, eo quod plura faceret signa apud exteros, quam apud proprios conciues, quibus eorum iudicio maiori vinculo erat astrictus, vt eis frequentiora & plura exhibere debuisset beneficia, quam alijs, cuius causa, cum eum à supercilio montis vellent præcipitare, discessit ab eis, & iterum Capharnaum reuersus est, vbi hæc quæ in Euangelio recen-

Christi miracula apud exteros plura quã apud suos.

recensentur facta sunt. Hoc fœlicissimũ exordium prædicationis Christi fuit, cum tãtum quatuor tunc haberet discipulos, cum baptizatus à Ioanne & Spiritu S. commendat⁹, cum in deserto Quadraginta diebus & totidem noctibus ieiunans, tot annis silens, cum primum qui datus est in lucem Gentium, vt sit salus hominum ab extremis terræ, manifestauit seipsum mundo, vt innotesceret gratia, quæ in labijs illius erat diffusa. Veniens ergo Capharnaum primam cœpit lectionem, & verbis, & factis legere, vt eius mirã sapientiam mundus considerans, magisterium ei porrigat veritatis falso doctore dæmone mendace, & Patre mendacij à se relegato, vt eius impium magisterium à mũdo pelleretur, cui veritas succederet Euangelij tam hominibus necessaria, quam discerent Apostoli, qui dudum fuerant vocati, vt piscatores essent hominũ. Cum hæc fœlicia exordia narrant Marcus & Lucas, proculdubio & gesta, & gestorum circumstantiæ omnes cõsideratione multa egent: miranda sunt omnia primordia tanti concionatoris. Sicut.n. *cum exaltauit Dominum vt gigas, ad currendam viam sua.* Psal.18. *& ortus est in Bethlehem, cum medium silentium tenerent omnia.* Sa.18. quæ ibi cõtingebant, cuncta erant admiranda non casu, sed summa Dei voluntate, & prudentiã fiebant. Locus in quo oriebatur, mirandus erat, stabulum, præsepe, fœnum, in quo iacebat infans, noctis trãquillitas, cõcent⁹ Angelorum, integritas puerperæ, temporis asperitas, nascentis & patientis inaudita paupertas, & reliqua. Omnia summo consilio acta cõsiderabant sancti, nihil arbitrantes in ortu incarnati verbi, absq; ratione fieri, sed quid? omnia illa nascentis potentiã, sapientiam & bonitatẽ clamabant. Similiter & in morte ipsius, cuncta stupenda erant digna, vt homines & angelos in admirationem raperent.

Christi admirãda omnia primordia.

Inter hæc duo extrema, media fuit eius diuina prædicatio, cuius initium miris circumstantijs considerandum est, cum ingressus Capharnaum 4. tantum comitantibus Apostolis, Petro, Andrea, Iacobo, & Ioanne, ea contigerunt, quæ narrat historia. In qua tria continentur digna multa consideratione. Primo quod egressus de Synagoga, introiuit in domum Simonis, vt doctrinæ quam prædicauerat, succederet curatio. Secundo rogauerunt pro ea, & curauit eam, & illa grata beneficio, Domino cœpit ministrare. Tertio quod Dominus talnet saluti proximorum erat intentus, vt in exemplum hominum in deserta loca secederet, & Deo vacaret, ac si curæ propriæ salutis intentus esset, aliorum oblitus. Dicit Lucas post hanc historiam. *Facta autem die egressus ibat in desertum, vt orationi vacaret.* Ex hoc intelligent omnes quibuscunque cura proximorum demandata est, cuiuscunque sint illi status & conditionis, deputandũ esse tempus alienis negotijs, & proprijs, ne alios curent seipsis neglectis, vt ait Bernard. ad Eugenium 3. dic. *Omnibus vtilis solum negas te tibi? quousq; eris Spiritus vadens & non rediens? fons tuus sit tibi proprius, & alienus non bibat ex eo, & cum hoc deriuentur aquæ tuæ foras.* Omnium interest, vt proximorum intendant lucro, & proximorum vtilitati inuigilent. Quoniam, vt ait Chrysostomus humil. vigesima prima in 1. ad Cor. Nullum est in Ecclesia officium, quod magnipendẽdum sit, nulla vita mirabilis, vbi lucrum proximorum non inuenitur, etsi fame pereas, humi cubes, cinerem comedas, lachrymas madeas, si nihil cuiquam proficis, nihil magnũ facis. Dauid tunc Deum ad misericordiam, 2. Reg. 24. prouocauit, cum cædente Angelo populum, clamauit. *Ego sum qui peccaui, ego inique egi, isti qui oues sunt, quid fecerũt? Vertatur obsecro manus tua contra me, & contra domum patris mei. Et propitiatus est Dominus terræ & cohibita est plaga ab Israel.* Abrahã Gen. 18. anxie pro Sodoma deprecatus est Dominum. Ionas dum sibi & non Niniuitis prouidere curauit, misere periclitatus est in mari: at cum multitudinis saluti inuigilauit, suam inuenit. Ioseph fratrum studens vtilitati, suam inuenit. Moyses dum vtilitati consulens fratris, regiam contempsit dignitatem, suam & populi libertatem adeptus est. Et breuiter, *Diliges Dominum Deum tuum & proximum, sicut teipsum*, ait Dominus. Cui ergo Ecclesiastico aut sæculari aliquid pro officio incumbit, ille debet esse solicitus, vt hoc exequatur, nec tamen suæ salutis obliuiscatur. Aliqui ita immersi sunt libris iuridicis, & in quorundam malefactis toti versentur, vt causa cognita, cuique ius suum tribuant, quod bonum quidem est, sed & partem diei lectioni sacræ scripturæ, orationi, officijs diuinis, & cultui diuino debent tribuere. Malè proinde agunt, qui dicunt, tot apud me fuerunt hodie homines, tantis me obruerunt negotijs, vt nec Missã audire, nec preces pro me potui effundere solitas, aut debitas. Contingit autem quod iudex Rex aut Reip. gubernator à secreto orationis egreditur, vt conclusioni negotiorum vacet, quod similis Moysi appareat cornutus & illuminatos, vt valeat ligantium iustitiã intelligere, luce & fortitudine in cornibus significata, absq; trepidatione non formidat vultum potentis, nec personã diuitis, aut amici vel consanguinei accipit in iudicio, sed nõ considerata Regis aut magnatis potentia, ius tñ respicit & nõ personam. Vtinam hoc iudices, procuratores, Notarij, & illi oẽs, qui ad iustitiam faciendã ordinati sunt, intelligerẽt & prosequerentur. Quam bonum autem & sanctum est, priusquam rem aliquam aggrediaris, manè vel Missam audire, aut orare, aut saltem inuocare Spiritum sanctum, vel dicere, *Deus in adiutorium meũ intende*, cum sequentibus: hoc neglecto mirum non est te derelinqui, vt aberres aut deficias & meritum nullum habeas q̃ expectes. De prædicatoribus autem hæc est ratio, vt prius corrigant seipsos quam proximum. Prædicator etiam orationi & lucro animarum inuigilans, Deo multum placet. Orationi & actioni vicissim debet intendere, propter quod Sponsa modò vocatur, modò dormire iubetur. Primum inclinet aurem suam in parabolam, audiens Deum, & post aperiat in psalterio propositionem suam docendo. Prædicatores S Angelis comparantur, qui per scalam ascendunt ad Deum, & descendunt ad proximos. Prædicatores sunt fulgura euntia & redeuntia, quia ab oratione veniunt ad prædicationem.

Prædicator Orationi & animarũ lucro intentus, plurimum Deo probatur.

Sed ad Euangelium. Duo in his verbis animaduertenda sunt. Alterum quod fœmina hæc, quam Dominus inuisit & curauit, & quæ illi continuò sana ministrauit, cuius domum non semel aut iterum, sed sæpe creditur ingressus, dum Iesus veniret Capharnaum, & tamen etsi vrgeretur magnis febribus, dolore capitis, rigiditate frigorum, fastidio & alijs accedentibus cruciaretur, quorum causæ esse solent febres dum vehementes sunt, tamen medicum domi habẽs, qui vniuersorum erat conditor, qui solo sermone restaurabat vniuersa, salutem ab eo non postulat, sciens Rom. 8. quod *diligentibus Deum omnia cooperentur in bonum his, qui secundum propositum vocati sunt Sancti.* Scit iustus Iob quod scaturientibus vermibus à corpore, anima virtutum floribus adornatur, & ne alijs interiora animæ rodantur, non impatientia motus, vt aliqui falsò arbitrantur, sed cõuenientissimam expectans medicinam clamat. *Quis mihi tribuat, vt veniat petitio mea, & desiderium meũ impleat omnipotens, & qui cœpit, ipse me conterat, soluat manum suam, & succidat me, & affligens me dolore, non parcat?* Vbi cum tantas perpessus esset calamitates, in facultatib⁹, in honore, in filijs, in corpore, exordia ea vocauit laborum, & q̃ à manu Dei ligata proficisci videbantur, ita apparebant iusto leuia, sicut quæ proijciuntur tela à manu hominis ligata. *Qui comedunt me, vermes,* scilicet, *non dormiunt.* & tamen salutem à Deo non postulat, nec q̃ ab eo ablata sunt bona temporalia. Quamuis enim dixisset. *Quis mihi det? vt sim iuxta menses pristinos, quando splendebat candelabrum in domo, quando lauabam pedes meos butyro, & petra fundebat mihi riuos olei.* De bonis animæ locutus est, vel ea poscebat, vt indigentibus benefaceret. *Virtus in infirmitate perficitur.* 2. Cor. 12 Licet enim febrib⁹ & dolorib⁹, is qui foris est, noster homo corrumpatur, ille tñ qui intus est, renouatur de die in diem. Dum enim infirmatur iustus, tunc fortior & potentior efficitur. Ægritudines & labores dat Deus suis in eorum bonum. Et ægritudo & grauis dolor capitis dicitur Angelus satanæ. Et similibus de causis fortassis mota mulier hæc, etiamsi magnis febribus torqueretur, salutẽ tamen à Deo non poposcit. Sed tamen illud multum considerandum est, quod licet illa salutẽ nõ postularet, tamen qui astabant rogauerunt pro ea. Id enim proprium iustorum munus est, vt mala proximorum inspicientes (etiam q̃ illi patienter tolerant, aut quæ eorum culpa infliguntur à Deo, vt emendentur) contristentur, & de eorũ remedio sint soliciti, & sicut Amos. 6. dicitur. *non sunt similes illis qui non patiebãtur super contritione Ioseph.* Flere enim

Iobi magna mentis ad aduersa.

Circa curationem socrus Petri, tria consideranda, & qua.

Cõsulentes nõ propriæ sed alienæ vtilitati, suam quoque inuenerunt.

Iustorum proprium est, malis proximorũ cõtristari.

cum

cum flentibus, Sanctorum proprium est, vt si patiatur vnū membrum, compatiatur & alterum. *Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros.* Iac. 5. Sancti enim proximorum mala, putabant propria. Et vide quid valeat Sanctorum intercessio.

Ipse continuo imperauit febri, & dimisit illam.] Qua in re id primum docere Deus voluit, dispositiōe sua ui omnes creaturas ad proprias suæ naturæ trahi operationes, Angeli & homines non coacti, sed p libertatē arbitrij in suas dirigūtur actiones, Brutis & inanimatis reb. imperat Deus. Cùm a principio condidit hominem, reliquit eum in manu cōsilij sui, vt liber ad sua opera feratur, & ad quod voluerit, extēdat manus. Vnde Eccl. 31. *Beatus, qui post aurum non abijt. Et q potuit transgredi, & nō est trāsgressus; ideo stabilita sunt bona illius,* &c. Voluit etiam imperās febri, & q statim iubente Domino, sanata fuerit fœmina, docere, q creaturæ oēs, vno homine excepto, qui cunctis excellentior & Deo obligatus, magis incomparabiliter, incunctanter obediunt ipsi, quātumcunq; volūtas Dei propriæ ipsarum naturæ sit cōtraria. Ps. 105. *Increpuit mare rubrū & exsiccatū est, & eduxit eos in abysso, sicut in deserto. Ab increpatione eius fugiēt, a voce tonitrui tui formidabunt.* Ps. 103. *Ascendunt mōtes & descendunt campi, in locum quē fundasti eis.* Conuersabatur inter homines Deus velles, & mirantib. cunctis spumanti mari silentiū indicebat, & continuo cessante tempestate sequebatur tranquillitas magna, ita vt venti & mare obedirent ei præcipienti. Tota machina mundi sistit sistente sole, qn̄ Deus id voluit pugnāte Iosue. c. 10. cùm in cælis ad motum sit innata propensio. Ignis pacta 49. cubitis eleuatus rorem salutiferum ministrat his, qui in fornacem coniecti sunt, propter q oblitus conditionis & auctori parens naturæ. Ge. 1. *Congregentur aquæ in locū vnū, & appareat arida.* Congregetur populus & non fit, imò congregetur vnus eum vicino à quo dissidet & non fit. Cōtinget frequenter q postulante Rege, Principe & similib. concordentur discordes, sed Deo iubente, rarò illud fit. Nouit aqua cōgregari, nouit timere. *Viderūt te aq̄ & timuerūt.* Ps. 76 *Mare vidit & fugit Iordanis.* Ps. 113. *cōuersus est retrorsum*, sic ignis nō comburit, sed homo nihil horum facit. Cōstituit Deus arenā terminum mari sæuienti, et cōstituens ostiū & vectes, d. Iob. 38. *Huc vsq; venies & non procedes amplius, & hic cōfringes tumentes fluctus tuos.* & humano cordi eiusq; motib. diuinū mādatum terminum constituit. Imperat febri & discedit à fœmina, imperat appetitui luxuriæ & obedire imperanti renuit, & propter illam rationē sicut Deus creaturas insensibiles vocauit in testes, quando legem Moysi dedit, & easdē rectè vocabit in iudicio, vt præuaricationem legis ostēdat.

Deus hominem statim à se conditum, reliquit in suo libero arbitrio.

Christi inter homines conuersantis miracula.

Surgens ministrabat illis.] Hoc est secundum notandū. Quia quæ de manu Domini acceperat, reddebat illi. Iac. 1. *Omne datum optimū desursum est, descēdens à Patre luminū.* Æquum igitur flumina ad locum vnde exeunt vt reuertantur Eccl. 1. & beneficium sanitatis à Deo acceptum, mox in honorē Dei impendatur cum publicâ etiam protestatione. Quod idem de similib. extraordinarijs diuinis beneficijs sentiēdū, q̄uis non minus ēt, in ordinarijs. Interea. n. quæ accepit homo à Deo, quædā p causas secundas medijsq; humanis accipit ac ordinarijs, q̄ quomodo porriguntur infidelibus, eodē conceduntur & fidelib. & qui medijs nubib. pluit sup agrū iusti, & qui solē suum facit media luce illuminare domū peccatoris idē facit, vt illuminet sup domum amici sui, sed homines parum circumspecti & mundani refluxum hunc fluminis ad locum vnde exiuit parum cōsiderāt, imo mox obliuioni tradunt. Increpat hæc fœmina iam sanitati restituta ad ministrandum Christo surgens, improbā nostrā consuetudinē, cum inualescēte morbo homo salutē desperat, desperāt amici, Medici, cognati, dicente Deo: *Dispone domui tuæ q a morieris & nō viues.* Cōuertitur æger, velut Ezechias Rex ad parietē lachrymis madēs, orationib. deuotis, nouis propositis mutandæ in melius vitæ, Deum interpellat p salute, & ne homo intelligat eā humanis medijs cōtigisse, porrigit eam, sicut Ezechię, medicaminib. sanitati cōtrarijs, massam imponēs illorum vulneri, qua citius moriatur æger, potu aq̄ frigidæ, vel esu rei alicuius minus vtilis reparatur sanitas, vt ægrotus Deo gratus sit, cuius beneficio desperata rediit sanitas. Et q̄ primum ad pristinum venerit statum, oīum q̄ p posuerat & pmiserat protinus obliuiscitur. Ezechię similis 2. Par. 32. q. cum acceptisset Babylonicos nuntios, qui venerāt vt cōgratularētur Regi de restituta sanitate, cum vix lachrymæ essent siccatæ, beneficij oblitus, ostendit thesauros secretis Regis Babylonis, & enatauit statim in cogitationibus suis. Sic Christiani multa pmittunt, multa dolēt, multa cupiunt bona in infirmitate sua, at cū conualescunt manēt vt ante fuerunt, imo subinde fiunt deteriores. Et hac fortassis ratiōe, Deus Antiochum pro salute deprecantē 2. Mac. 9. & multa pollicētē nō audiuit, sed q promiserat se Iudæum futurum, & illos innumeris beneficijs prosecuturum, æquaturumq; Iudæos Atheniensibus, porrecturum ad offerēda tanta sacrificia omnia, q̄ necessaria essēt, orauit scelest' Dominum, à quo non erat misericordiā cōsecuturus, sed consumptus à vermib. expirauit: qui si salute potiretur optata, cunctorum obliuisceretur, q̄ tā magnificè pmisit. Sic multi se habent cum Deo, sicut Saul cum Dauid. Com. n. in spelunca & papilione eum nō occidisset, cū potuisset, clamauit, *Iustior es me,* 1. Re. 24. *Tu. n. tribuisti mihi bona, ego aūt reddidi tibi mala.* & flebat. Et statim oīs pietatis & beneficij oblitus, Dauidē immaniter psequebatur, ita vt obstinatā mētē impij Regis nullis potuerit beneficijs immutare Sic homo cū dolore lateris aut alio cruciatur clamat. O Domine tu sanctior es me, imo tu solus Sanctus, & ego omnib. mortalib. sceleratior, tu fecisti misericordias mille cum seruo tuo, ego aūt reddidi tibi mala. Oēm vitā ante actam scelerib. cōsceraui, nomine Christiani prorsus indignus, nō sum dign' videre altitudinē cæli & similiter. Cōcedit Deus salutē interim aliquibus, qui eadē horâ relabuntur in mala, vel certe peiora. Sicut Achab, qui cum cōminantē Dominum audisset 3. Re. 15. opertus sacco & plen' cinere, ambulauit demisso capite tristis, sed cùm Elias reuocatā à Deo retulit sententiam, protinus in priora mala incidit, propter q in bello misere periit, 3. Re. 21. Similes sunt Pharaoni, Ex. 8. qui cum experiret Dei flagella, plagas, ranas, &c. Moysen vocabat, vt à Deo remedium obtineret malorum promittens libertatē populo, vt iret in desertum & sacrificaret, & tñ quamprimum cessasset diuina vltio indurabatur cor eius & dicebat: *Nescio Dominū, & Israel non dimittā.* Sic diceris, si Dei misericordia à lecto, in quo iaceo surrexero, cunctus populus cōspiciet me mutatum in virum alterum, &c. Quod si acciderit, qui sordidus erat, sordescit adhuc, similis Pharaoni & Iudæis, de quib. scriptum legimus. *Cùm occideret eos, quærebāt eum & reuertebātur, & diluculo veniebant ad eū.* Diluculo, nondum plenè illuscente die, rememorati, quia Deus adiutor eorum est, sed illatum flagellorum obliti in pristina mala reuertebātur, sicut in tota deserti peregrinatione videre licet.

Antiochus cur orans non exauditus à Deo

Multi affecti erga Deum, vt Saul erga Dauidem.

Diuinitus quidam præter meritum sanati, confestim recidunt in peiora.

Psal. 77.

Attende ēt q non rogatus Dominus venit in domū Simonis piscatoris, qui rogatus à Pharisæo domum diuitis intrauit, honorās libēter pauperes dicēte Iacobo c. 2. *Nōne pauperes elegit Deus, diuites in fide?* Mūdani viri ad deauratas domos & palatia pgunt, Dominus ad eos q diuites sunt virtutib', honorās poti' virtutes, q̄ pecunias, q a pauperes imago Dei sunt. Intrauit Iesus in domū Petri nō rogat' ab illo, q aliorū desiderās bona pprijs min' intētus est. Sic Moyses, cum Dominus diceret ei, Ex. 32. *Dimitte me, faciamq; te in gētē magnā,* maiora pmittēs cōmoda, & maiorē dignitatē, tñ de populi vtilitate curabat, ppria reiecta. Sic & Domin', cum à Iudæis quæreretur, Io. 18. vt cōprehenderēt eum & occiderent, quasi q propria sunt respuerit, alienoq; commodo inuigilauerit. dixit: *Si me quæritis, sinite hos abire.* Et ad filias Hierusalē, cum ad mortem ducerent conuersus dixit. Luc. 23. *Nolite flere super me, sed sup vos ipsos flete, & super filios vestros.* Sed nos aliter, ad nostra attentissimi, ea, quæ sunt aliorum, prorsus negligimus. Bono cōmuni, non soli proprio sint intenti homines.

Christus in domum Simonis piscatoris ingressus est vltro, in domum Pharisæi diuitis, nō nisi rogatus.

Aduerte iterum aliqn̄ curasse Dominum sine precibus, sua tantum bonitate motum, sicut illum curauit, qui paralyticus iacebat in piscina, 38. annos habens in infirmitate sua aliqn̄ curabat Dominus aliorum precib. inclinatus, sicut mulierem hanc febricitantem sanauit: aliquando precibus proprijs infirmorum curabat eos, sicut leprosum descēdēs de mōte, decē leprosos cū transiret p mediā Samariā & Galilæā. Sic aīas peccatorū aliquādo dormiētes benignitas Dei ad pænitētiā adducit, sicut traxit Saulum spirātē minas, Act. 9 Matthæum in telonio sedētē Mat. 9. Secundo, Interuenientib. orationib. Sāctorum. Sic Abrahā Gen. 20. p Rege Abimelech Deum deprecatus, illi veniā obtinuit, &

Inter diuinitus accepta, quædā per causas secundas, & medijs humanis accepit homo.

Curauit etiā Christus agros, non adhibitis precibus.

Interuentu Sanctorū, peccata remissa.

Mosi ob oraionib. condonatum est populo immane scelus adorationis vituli aurei. Ex. 32. Et cum Dominus iratus inimicos Iob esset, Iob. 42. dixit ad Eliphax. *Iratus est furor meus in te, & in duos amicos tuos. Ite ad seruũ meũ Iob. Iob aũt seruus meus orabit pro vobis, vt nõ vobis imputetur stultitia.* Et fecerũt sicut locutus fuerat Deus, & suscepit Dñs faciẽ Iob. Et Cẽturio qui puerum habebat paralyticum. Lu. 7. seniores misit ad Christum, vt eum pro salute pueri deprecarentur. Tertio, Interueniẽte proprio dolore & gemitu, sicut fletu Ezechiæ dictum est à Deo. 4. R. 20. *Audiui orationẽ tuã, & vidi lachrymas tuas: & sanaui te.* Et Ps. 29. *Domine clamaui ad te, & sanasti me.* Et 2. Par. vlt. Manasses cõiectus in vincula clamãs se peccasse super numerum arenæ maris, à malis liberatus est. In curatione autẽ huius mulieris aliorum precib. excitatus est Dñs. Etsi. n. ex se promptissimus esset ad benefaciẽdum omnibus, tñ quãq; aliorum vel fide vel precibus excitari voluit, vt locum daret quorundã charitati pro aliorum salute gerenti solicitudinẽ ac etiam ostenderet, quãm apud Deum valeant aliorum maximè iustorum preces, pro impetranda peccatorum salute.

Christus aliquando promptissimus ad benefaciendum omnibus, vult tamen aliquando vel fide, vel precibus aliorũ excitari.

Surgẽs ministrabat illis.] In hoc exẽplũ est eum, qui à Christi beneficio salutẽ recepit debere surgere ad opa virtutis, ac ministrare sanctis & ipsi Christo, vt sicut exhibuit hõ Ro. 6. mẽbra prius seruire immunditiæ iniquitati, exhibeat ea postea seruire iustitiæ in sanctificationẽ & loca, in quib. ante lætari cõsueuerat, exẽplo sanctissimæ Hest. c. 14. crinium laceratiõe cõpleat, fletib. & luctui apta indumẽta suscipiens & pro vnguẽtis varijs cinere & stercore impleat caput & corpus suum humiliet ieiunijs Dicere ẽt vt q̃ à Deo accepim⁹ salutẽ, eius seruitio cõsecremus. *Quis plãtat vineã,* ait Paul. 1. Co. 9. *& de fructu eius nõ comedit? Quis pascit gregẽ, & de lacte eius non mãducat?* Si ergo Dñs tibi salute pbet, æquũ n est vt sanitate optata potius, Deo seruias, vt fructus colligat arborũ, quas plãtauit. Caue ne inctassatus. Deu. 32. impinguatus & dilatatus p sanitatem recalcitres & Deo contumeliosus existas.

Cum autem sol occidisset omnes qui habebant infirmos, ducebant illos ad Iesum.] In vespera, quia sabbatum erat, putabant Iudæi licere afferre ægros. Sed de sabbato alias diximus.

Egressus ibat in desertum locum, & turbæ requirebant eum. Vides Dñm fugere ẽ turbas, & hominũ gloriã, post curatos ægros, & q hi requirunt eum, vt intelligas gloriam crocodilo similem dici quod animal & fugientes insequitur & sequentes fugit. Fugit Dñs honorem, secedens in desertum, & ibi eum honor quærit. Moyses postquam reliquerat Ægyptum Exod. 3. & domum Pharaonis, cum à filia Regis in filium adoptatus esset, in pascẽdis gregib. occupabatur in montibus & tunc à Domino in principem populi Israël electus est, cum principatum contẽpsisset. Honores itaq; contẽnere expedientissimũ est, & honorẽ relinquens propter Deum, maiorẽ honorẽ cõsequitur etiã in hac vita.

Honorem fugientes, honor sequitur.

Ex hac febricante muliere Auditores, habetis q licet originale peccatum deletũ sit, manet tñ fomes peccati & concupiscentia, q̃ q̃ranti spiritualis febris est & calor innaturalis, vt totus homo nõdũ ex integro sanum se possit asserere, hęc aũt cõcupiscentia est angelos colaphisans, ideo cognãdum q virtus in infirmitate pficitur. Paucissimi sunt quib. hæc febris aut cõcupiscentia extincta est. Sed & multi languidi & varijs morbis corrupti, hodie simul sanati sunt, q est contra nostræ tempestatis mendicos, qui libentius volunt infirmari & cõputrescere supra fimum, q̃ sanari, vt laborare cogãtur. Sic peccatores in suis vsuris, rapinis, sacrilegijs, hæresib. malunt persistere, ne confundantur, ac cogantur ad restitutionem. Sicut peccatum totam terram & oẽm hominem corrupit, ita nunc maximè rogare debemus cum Ecclesia SS. *Emitte Spiritum tuum & creabuntur, & renouabis faciem terræ,* sc. quę peccato fuit depraauata & corrupta, & quia illa naturalis concupiscentia in nobis hæret, rogandus est calor diuinus vt hunc extinguat. *Charitas diffusa est in nobis per Spiritum S. qui datus est in nobis.* Et quia hæc accepit à Patre Christus Filius q nobis præstitit, misitq; Spiritum S. vt suis donis nos viuificet, cõfirmet, corroboret, sanet & saluet, & festũ Sanct. Trin. in S. Ecclesia Catholica celebrat, à qua & per q̃ & in qua sunt omnia, ideò laudẽ dicam⁹ ei sic: *Benedicta sit sancta & indiuidua Trinitas, Pater, Filius, & Spiritus S.* & sicut in principio huius libri q à Paschate incepit, sic in fine dicamus, *Gloria Patri & Filio, & Spiritui sancto, sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in sæcula sæculorum, Amen.*

Peccatores cur in vsuris, rapinis sacrilegijs, hæresibus, alijsque similib. persistere malunt, quã resipiscere.

Laus DEO, *& Beatissimæ* MARIÆ *Virgini, & omnibus Sanctis.*

IN FESTO S. AMBROSII.

Vos estis sal terræ, Matth. 5.

Rerum bonarum, salubrium & necessariarum nulla est satietas, Auditores, ideò studemus vt earum rerum sit semper abundantia apud nos & delectatio. Sic Auditores mei, nec vobis debet esse fastidiosa salis frequens mentio neque tædium afferre, cum scriptura alias sæpe, tum n. S. Ecclesia & maximè in festo SS. Doctorum Ecclesiæ memoretur. Agit enim hoc Euangelium de sale, q quotidie mensæ apponitur, quoq; omnia condiuntur, nec tñ vnquam tædium genera. Imo si seruus vester illud vobis mensę non apponit, eum statim obiurgaris. Quod si verò materiale sal non est fastidiosum, minus esse debet, vobis sæpe multa de illo audire, q spiritualem virtutib. saporem confert easq; conseruat. Agit etiam de luce quam quotidie videmus & semper nobis denuò lætitiam affert, q si eam vno die non cerneremus, mœrore conficeremur. Quare igitur nobis fastidiosum erit de Euangelicæ doctrinæ mysteriorumq; illius luce sæpe audire. Loquitur etiam hoc Euãgelium de ciuitate. Ciuitas autem populosa tædium homini afferre nõ solet, indies enim in ea delectabilia denuò videnda occurrunt, Minus igitur molestum nobis esse oportet de ciuitatib. refugij ouium sæpe multa percipere. Hi sunt sapientes, quos Deus habet in hoc sæculo, in quib. alimoniam spiritualem, qua ad perueniendum ad illam cælestẽ Hierusalem alimur, inuenimus, inter quos est S. Ecclesiæ Doctor Ambrosius, cuius festum hodie S. Ecclesia Catholica recolit. Præterea hæc Euangelicæ lectio est pars q̃dam cuiusdam oblongę concionis, q̃ Redemptor noster Christ⁹ Iesus discipulis suis in montis fastigiu habuit in qua benedictum os suum aperiens, beatitudines edocuit, statimque addidit. *Vos estis sal terræ,* q. d. Ecce præparo apponoq; mundo mensam, optimis & saluberrimis refertam cibis, quales sunt paupertas spiritus, mansuetudo, iniuriarum spontanea tolerantia, cæteræq; virtutes: at hi cibi sensualitati sunt insulsi atque insipidi, vosque estis cibi, quo isti sunt condiendi. Adeo paupertatem, fletum, laborum & persecutionum tolerantiam amare debetis, vt omnibus his virtutibus saporem ac dulcedinem conferatis, quo illas homines libenter exerceant. Et quia hoc festum vel ante passionem Dominicam, vel paulò pòst incidit, in quo Euangelium hoc legitur, merito debemus respicere Christum, quale sal fuerit & quomodo omnes virtutes & amarissima quæque suauitate mirabili condierit & sal alterum Apostulos & Doctores instituerit, vt certè in mundo iam laborio sum tam insipidum nihil sit quod ille non prægustarit, & nobis sapidũ, fecerit, licet hoc, vt dixi, iam bis ex professo tractatum sit, tamen adhuc sal illud renouare, & vobis paucis apponere, & commendare volo, percursurus

Sal gratum ille sit, qui spirituali virtutib. saporem confert.

Christi ad Apostolos prosopopœia.

EVANGELIVM.

V*Os estis sal terræ: q si sal euanuerit, in quo salietur?*] Sal sterilẽ terram efficit, vt patet in terris maritimis. Sic vos doctrinæ vestræ, piaq; sanctitatis exemplo efficere debetis, vt animæ illius pestiferi fructus quem plerumq, ferre consuescunt, steriles fiant. Certum vtiq; est, quòd quemadmodum, postquam Deus maledixit terræ, dic. *Maledicta terra in opere tuo, spinas & tribulos germinabit tibi:* quod ex se inculcata & non sata profert, spinę ac tribuli sunt, triticum autem vinum aut oleum nõnisi culta producit. Sic anima nostra ex natura sua, non nisi mala post lapsum producit. *De corde. n. exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria fornicationes, furta,*

falsa-

Maior Christianæ reipublicæ pars cur maneat insulsa.

falsa testimonia & blasphemiæ. Matth. 5. Vna ex præcipuis salis proprietatib. est, quod non condit, nisi conteratur. Et hæc est causa, ob quam hodie maior pars Reip. Christianæ manet insulsa, quia sal manet integrum, nec prælati, nec Domini, neq; Doctores, neque concionatores, plerumq; munera suscipiunt, vt consumantur & conficiantur, sed potius vt se suosq; reficiant. Quod si consumerentur & conficerentur, voluptates, pecuniarumq; aceruos consumentes, aliasque quib. abundant, superfluitates expellentes, quã saporẽ atq; dulcedinem Reip. conferrent? Cum autem vnusquisque se reficere, alios autem conficere atque consumere conetur, hinc prouenit, q̃ animæ adeò diuinarum rerum saporis expertes remaneant. O Christe verum sal, quanto te labore atq; afflictione confecisti, vt ijs, quæ hominibus insulsa videbantur, saporem cõtribueres? De hoc diuino sale dicit Apostolus Ph. 2. *Exinaniuit semetipsum, formã serui accipiens, in similitudinem hominum factus.* Et D. Aug. dicit, *Filius vocatur cor patris.* Et de hoc corde potest dici illud Ps. 50 *cor cõtritum & humiliatum Deus non despicies.* Nam hoc cor, quasi sal in sacratissima eius passione ac morte contritũ fuit, vt insipida redderet dulcia. Injciens Elisæus Propheta vas salis in aquas Iericho, illas sanauit. 4 Reg. 2. omnemq; morbum & amaritudinem ab eis expulit. Hoc ipso remedio vsus est Pater æternus, vt mundi malis mederetur, Filium quippe suũ hominem factum, tãquam vas salis, in paupertatẽ, labores, virginitatem, mortem deniq; immisit, sicq; hæc omnia insipida dulcia effecit. Antequam Deus hoc faceret, adeò insipida erat paupertas, vt etiam sanctissimi quiq; illam effugerent, diuitiasque perquirerẽt. Castitas adeò hominib. amara videbatur, vt etiã amici Dei & viri sancti, vna vxore contenti non fuerint, sed plures acceperint. Morsque ipsa ita insipida erat, & etiam iustissimus Elias illam declinauerit: At postquam verbum diuinum factum est homo, seseque tanq̃ salem in ista immisit, quam plurimi paupertate, virginitate, laboribus ac denique morte delectari cœperunt. Siquidem de multis dicitur in Actis Apostolorum. *Ibant gaudentes à conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati.* Itaq; fortiorem puella 13. annorum, velut beata Agnes, quam Elias se præbebat, cum ille mortem timuerit, hæc autem puella exultãti animo se illi offerebat.

Christus à Patre in paupertatem, labores, virginitatem, & commissus, hæc eadem insipida effecit dulcia.

Attendite Christi discipuli, quid B. Paul. 2. Cor. 4. de se & de socijs suis fateatur dicens. *Habentes hanc administrationem, iuxta q̃ misericordiam consecuti sumus, nõ deficimus, sed abdicamus occulta dedecoris, non ambulantes in astutia, nec adulterantes verbũ Dei, sed in manifestatione veritatis, commendantes nosmetipsos ad omnem conscientiam hominum coram Deo* Non deficiebat ille, sed magis magisq; in dies proficiebat. Iust⁹ enim in dies magis proficit & melior efficitur. Hodie superat, quod heri erat, crasque quod hodie vincit. Abdicat occulta dedecoris, id est, cogitationes malas, quæ si apparerent, ignominiosæ essent, a se auellit. Itaq, ad proficiendum in virtute oportet omnes malas cogitationes abdicari. Non ambulantes in astutia, id est, non artificiosè nos gerimus. Multi in hoc mũdo hodie viuunt artificiosè & vnam prædicantes veritatẽ, mille mendacia interserunt, & vna quam operantur virtute, complura vitia contegunt: Nos autem ita sincere viuimos, vt q̃ interiùs latet, exteriùs videatur, *Nec adulterantes verbum Dei.* Quemadmodum adulteri non prolem quidẽ, sed voluptatem suam expetunt: sic multi concionatores nõ spiritualem prolem, sed potius inanem gloriam adipisci conantur seq; doctos & eloquentes iactare contendunt. Nos verò non inanem gloriam voluptatemuè ex diuini verbi concione perquirimur, sed spiritualem potiùs generationẽ & peccatorum conuersionem exoptam⁹, vt ex filijs Satanę Dei filij reddantur. Ob hoc prędicamus, veritatemque Euangelicam mundo explanamus, *Commendantes nosmetipsos ad omnem conscientiam hominum coram Deo*, id est, ita viuere curamus, vt omnibus sanctum pietatis præbeamus exemplum, & operâ nostrâ in diuino adhibitâ ministerio, omnibus placeamus, sed præsertim, vt Deo grati simus.

Quomodo viuant hodie multi artificiosè, & non sincerè.

Vos estis sal terræ. Quod si terra nõ est terra, quomodo Prælati & concionatores erunt sal terræ? Quamuis illi, sicut sal fit ex aqua & sole, ex lachrymis & charitate compositi sint, quid proderit, si terra nõ est terra, id est, si homines nõ sunt similes terræ, quæ mollis est & influẽtias cælestes atque impressiones facile recipit, sed sunt durissima saxa quæ non possunt impressionem vllam recipere qualem sol in lapidibus impressionem facere potest? O peccatores obdurati, quam meritò de vobis dicere possumus illud Ierem. 5. *Indurauerunt facies suas super petram, & noluerũt reuerti.* Quod cum ita sit, in qua culpa sunt Prælati & cõcionatores vestri? Cõuertimini lapides, conuertimini, & iam ij esse desinite, & terra estote, vt sal, sit sal terræ.

Vos estis sal terræ. Ineffabili ipsius charitati visum est non sufficere populo suo se vitam contulisse, eumque ab erroris ac vitiorum tenebris abstraxisse, nisi ei remediũ relinqueret quo conseruaretur. Ideoque illi Concionatores ac Prælatos concessit, qui vita, doctrina ipsisque exemplis in eo idem efficerent, quod sal in carnibus operari solet. Qui in initio hebdomadæ recentes carnes emit, quibus per totam hebdomadam vescatur, salem etiam emit, quo illas saliat, ne corrumpantur & fœtorem emittant: Christus passione & sanguine Ecclesiam suam sale condire voluit, vt in puritate ac sanctitate, qua illam fundauit, conseruetur. Sed aduerte duplex esse genus salis, alterum quod nõ indiget cultu, quod sine humanis artib. & industria, sed duntaxat cælestibus influentijs verum sapidumq; sal est. Alterum quod oportet excoli, & huiusmodi sal io saltem humano perficitur artificio. Sic duplex est concionatorum genus. Alteri namque sine humana industria sal fuerunt, Hi fuerunt sacri Domini discipuli, qui sine studio humanove artificio sapientissimi sunt, Eos namque diuinus Spiritus condiuit, sicut eis ipse Dominus promisit, dic. Ioannis decimo sexto: *Cùm venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem.* Et alibi dixit eis. Matthæi decimo: *Dum steteritis ante Reges & Præsides, nolite cogitare, quomodo aut quid loquamini, dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini.* Hoc fuit sal sine labore confectum. Nihil opus erat, nisi ex rupe succidere, Nun erat opus studijs nec argumentis, omnia diuinus Spiritus ministrabat. Alterum sal commune conficitur artificio: E mari hauritur aqua & solis radijs exponitur, sicq; condensatur, & sal efficitur: Sic igitur oportet modò sal effici, quod nũc Christianum populum cõdit, qui sunt viri eruditi. Etenim negotiorum conuersationumq; humanarum mari abstracti, litterarumque studijs intendere debent, vt hac exercitatione sapientes efficiantur.

Ineffabilis erga suos Christi charitas.

Concionatorum genus duplex.

Salis artificiosa paratio.

Vt autem noueritis, quàm sit necessarium Ecclesiasticis esse sapientes, maximeq; prælatos & concionatores sapiẽtia pollere & quantũ Deus oderit ignaros, perpendite quę subsequitur quandam comminationem, qua eos deterret per Oseam Prophetam, dic. *Quia tu scientiam repulisti, repellã te, & ego, ne sacerdotio fungaris mihi.* Ad construendam Domum Dei in Hierusalem non Iudæos quidem elegit Salamon. 2. Par. 2. & 3 Re. 5. sed quæsiuit, qui scirent ligna cædere, videlicet Sidonios, dicens Regi Hiram: *Non est in populo meo, qui sciat ligna cædere.* Ecquid nos sumus, teste Apostulo, nisi templum Dei? Vt ergo extruatur hoc templum, quærendus est artifex qui sciat ligna, id est, virtutes cædere & aptare in ædificio, non insipiens & scientiæ Dei imperitus. Audite obsecro quid Apostolus dicat 1. Cor. 3. *Secundũ gratiam Dei qua data est mihi, vt sapiens Architectus fundamentum posui.* Non vtique dicit, vt insipiens aut imperitus architectus, sed, *vt sapiens*. Agnouit enim architectum insipientem hoc dedecere non sapientia excultum, Estque animaduertendum, opus esse, ad hoc vt aqua condensetur, & in salẽ conuertatur à solis radijs vndiq; penetrari: sic oportere hominem non esse contentum, intellectum sapientia illuminare atque perficere, sed curare etiam vt voluntas charitate inflammetur, quo non inane quidem, sed solidum atq; efficax sal efficiatur. Itaque plus omnibus oportet laborare de charitate, ne de illis acquisitis, vel datis gratijs superbiamus, & omnia merita perdamus.

Architectum insipientem fundamenta negligit, nõ sapiens.

Multos annos consumunt in scientijs acquirendis & vix diem ad diuina mysteria applicant. Et quẽadmodum buccella eijcitur ex ore, vbi sal abest, sic negotia omnia quæ nõ sunt peritorum sapientiæ sale condita, vana sunt. Et quemadmodum sal cibis inijci solet, priusquam coquantur, sic talium peritorum consilium adhibendum est, antequam hæc negotia suscipiantur, quo iustitiæ & rationi sint conformia. Et siquidem semper tam hyeme quàm æstate sale

sicut venator, qui cor animalis petit sagitta, cor autem Ecclesiæ sunt viri Ecclesiastici. Peruersis enim Ecclesiasticis tota Respub. facile potest euerti. Præterea quis medebitur incantatori à serpente percusso, & omnibus qui appropiãt bestijs? id est, si serpens aliquem mordere volet, incantator illum suis veneficijs poterit deuouere. At si veneficus antequam illum incantet, ab eo mordebitur, quis illi poterit mederi, & quis serpentem incantabit, ne murdeat eos, qui ad ipsum accesserint. Ingens malum est, remedium in venenum conuerti. Peruersum Prælatum & concionatorem quis curabit? & quis Reip. remedium adhibebit? Hinc apparet quanta sit insania, filiorum huius sæculi, qui si Ecclesiasticum virum in aliquod crimen prolabi cernunt, gaudent: illudq; in conuersationem adducunt, & de alijs clericis & religiosis tanta exultatione repleti detrahunt, ac si aliquid vtilissimum referrent, Insani profecto, id quod in lachrymas conuertere deberent in ludi & lætitiæ occasionem vertunt, & cum sint purioris vitæ & charitatem habeant, deberent compati, & pro ipso orare, nec crimen, quia s..l est sacerdos, detegere. Domino ille dabit rationẽ & pœnas. Non riderent, si omnes etiã medicos & chirurgos peste viderent infectos, à quib. ipsi sanitatem & curam expectant, multo minus hic sacerdotes infectos vitijs deberent deridere. Ipsi sunt oculi vestri, quod gaudium haberetis, si oculi vestri sunt eruti aut corrupti? Audite Isaiam cap. vigesimo nono: dum hoc malum exaggerat, dicentem; *Obstupescite & admiramini, fluctuate & vacillate: inebriamini, & non à vino, mouemini, & non ab ebrietate.* Et penitius explicat, *Quoniã claudet* scilicet Dominus, *oculos vestros.* Et statim declarat, qui sint hi oculi, dic. *Prophetas & Principes vestros, qui vident visiones, operiet.* Insuper Artaxerxes rex 1. Esdr. 7. iussit œconomo suo, vt sacerdoti Esdræ certam numerorum quantitatẽ daret, oleum ac triticum ad templi ministerium & diuinum cultum ei præberet: at solum sal absque mensura dari iussit: Sic mensura in omnibus rebus corporalibus & in Reip. esse debet, & necessaria est, at in sale diuinæ sapientiæ nullam mensuram esse oportet. Quo enim sapientiores, sanctiores maiorīq; diuini honoris zelo accensi fuerint Præsides, cõcionatores & gubernatores, maius afferẽt Christianæ Reipubl. emolumentum. Et si cuiuis de proximo demandata cura, ergo & sale illum condire præceptum.

Nequiter gaudent multi, videntes Ecclesiasticã personam in aliquod vitium crimenue prolabi.

Quo virtutib. ab vndiores Ecclesiastici, eo plus afferunt cõmodi Reipublicæ Christianæ.

Ad nihilum valet vltra, nisi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus.] Non permittit tanquam licitum hic Dominus, vt Ecclesiastici viri, quantumuis malitiam supremo fungẽtes munere, vt angelis antecellant sacratissimum ipsi' corpus consecrantes contemnantur, sed supplicium assignat, quo illi ob ipsorum scelera digni sunt. Et notanter dic. *vt conculcetur ab hominibus,* id est, ab alijs peccatoribus. Nã iuxta nõnullorum sententiam, hic *Hominibus,* accipitur, sicut cùm B. Paul. dixit 1. Cor. 3. *Cum enim inter vos sit zelus & contentio, nonne carnales estis, & secundum hominem ambulatis?* Et sic est verum quod soli scelerati Ecclesiasticos viros in aliquẽ defectum prolapsos spernunt, atque conculcant. Verum quid mirum, si hos negligant & conuitijs insectentur, cum illos tantùm presbyteros suscipiant & venerentur, qui redditibus & temporalib. bonis exuberant. Atq; adeo inconsiderati sunt, vt pati plebeium quemq; ac pauperẽ sacerdotem, quantumcumq; iustum honore non afficiant. Heu quanta tempora quib. omnis derogatur bonor sacerdotibus. Etsi Pharao Ethnicus erat, idolorum sacerdotes maximè colui: Nam arctissimæ illius famis tempore, Gen. 47. omnes homines regni sui, præter sacerdotes idolorum tributarios fecit. Et Nabuchodonosor, quamuis etiam erat idololatra, intelligens Danielem Dei esse ministrum, illum tanto honore prosecutus est, vt dicatur in ipsius hist. Dan. 2. *Tunc rex Nabuchodonosor cecidit in faciem suã, & Danielẽ adorauit, & hostias & incensum præcepit, vt sacrificarent ei.* Et Alexander Magn' cum Hierosolymam oppugnaturus' accessisset, exeunti sibi obuiam summo Sacerdoti Pontificijs vestimentis induto, ab equo descendens, cumq; sacerdotẽ esse cognoscens obedij', & ei' causa Hierosolymam noluit expugnare. Octaua synodus generalis Can. 14. ita habet. *Imperatores ac Principes, qui se pios Christianos esse dicunt. Episcopos sibi æquales esse cognoscant, vt eos suorum defectuum audeant reprehendere. Et nullum Episcopum si quẽ in via principem offenderit, à mala*

Ethnicorũ regum erga Dei ministros, sacrasque personas reuerẽtia.

descendat, neque coram eo prosternatur. Quod si quis huic decreto nõ obedierit, per totum annum Pontificio munere priuetur, & princeps qui id eo gi concesserit, biduo excommunicatus sit. Sed quo res modò abijt: quis hęc omnia considerat? Non tantum imperfecti, sed & perfecti sacerdotes parui fiunt, imo habentur odio. Constantinus Magnus in Concilio Nicęno noluit cõtra sacerdotes libellum accipere supplicem, dic. *Liberet me Deus, vt ego iudex efficiar sacerdotum, qui sacratissimum eius corpus & sanguinem manibus contrectant.*

Non decet Episcopum ante principem sese abiicere, aut prosterni.

Vos estis lux mundi.] Estis sal ad virtutes sapidas faciendas, & condiendas, ne malis affectionib. corrumpantur, & estis lux ad intellectus illuminandos, ne in errorem incidant, ac qua iter facere debeant, nouerint. Dicit Ps. 103. *Posuisti tenebras & facta est nox, in ipsa pertransibunt oẽs bestiæ syluæ. catuli leonum rugientes, vt rapiant & quærant à Deo escam sibi. Ortus est sol, & congregati sunt, & in cubilibus suis collocabũtur. Exibit homo ad opus suum, & ad operationem suam, vsque ad vesperum* Hoc q̃ singulis dieb. ac noctibus in mundo agitur, ad literam, quod in nocte feræ è speluncis exeuntes, agros depopulentur, & pecudes deuorent, lucisq; aurora prorumpente, homines ad laborandum exeant, hoc statim in mundi primordio factum est spiritualiter. Nam per peccatum vniuersus mund' fuit obtenebratus bestiæq; infernales in nocte culpæ ingẽtia mala hominib. intulerunt, magnus in eis errores, idololatrias & abominationes plantarunt. At vbi primum ortus est sol iustitiæ, Christus Deus noster, cælestis doctrinæ ipsi' radijs suaque atq; discipulorum prædicatione, euanuerunt mala, hominesq; tanto spiritus feruore virtutes exequi cœperunt, vt solitudines Eremitis, vrbesq; Martyribus, Cõfessoribus atque virginib. replerentur. Atque ne vnquã viri deessent, qui in sancta Ecclesia opera vitæ & gratiæ perficerent, prouidit diuinus prouisor, vt semp hæc lux in ea esset, qui sunt viri sapientia & pietate prædíti, qui ideirco lux vocantur, quia eius ministri sunt. Dicuntur lux ab effectu, quia sicut lux bellum cum tenebris semper gerit, quousq; illas profugat: Sic te, qui es, Prelatus, Concionator, gubernator seu Paterfamilias semper vitijs resistere & cũ eis sanguinolentum bellum gerere oportet, etsi ob id vitã amittas. Ideo dicebat Ieremias Propheta c. 15. *Væ mihi mater mea, quare genuisti me, virum rixæ, virum discordiæ in vniuersa terra?* Quia semper vir Dei quasi lux cum peccatorib. bellum gerebat, eos propter ipsorum scelera Dei nomine reprehendens atque comminans: quapropter ingentes labores atque infortunia tolerauit.

Peccatis totus mũdus obtenebratus.

Ieremiã semper atrox cum nequam regibus & peccatoribus bellũ.

Iterum attende. Si in mundo lux non esset, nec cùm in luto, & cum in puluere essemus, cognosceremus, & quãdo in solitudine aut in vrbe moraremur, penitus nesciremus, alij alios inuicem conculcaremus, & omnia conturbarentur. Talis equidem, vt ait Dominus, esset mundus obscœnus, luto infectus & perturbat', nisi vos illi illuceretis. Gedeon Dux præstantissimus & milites eius Iud. 7. vrnas quas manib. deferebãt, infregerunt, qñ ad Madianitarum castra peruenerunt, quo lucernarum infectus delitescẽtium splẽdor illucesceret. In quo delineatum fuit, quantu pere sancti exoptarunt, vt vrnæ corporum suorum p martyrium frangerentur: Sicque animarum lux splendidius eniteret, tãto pote mundo splendere cupiebant. Et præ illa charitate, qñ eis tortores deerant, ipsi se cruciorquebant atque affligebãt, vt de Sanctis historiæ referunt. Gloriosus pater, B. Dominicus singulis noctibus sese ter ferrea catena vsq; ad sanguinis effusionem dicitur verberasse. Primo, ob ipsius peccata quæ satis leuia fortassis erant: Secundo, pro ijs qui in lethali culpa perseuerãt. Tertiu, p̃ro animabus in purgatorio existentibus, & semper suis sanctissimis membris catenã ferream circumponere consueuit, quam ne in vltimo quidem morbo, quo obijt, noluit sibi abstrahere.

B. Dominici austera vita.

Vos estis lux mundi. Hoc est quàm necessarium est sal vitæ corporali, tam necessarij concionatores atque Prælati spiritualis vitæ. Quid esset si in toto mense sol non oriretur, stupore moreremur. Sistant paulisper motus cælestes & omnia vitam amittent: Quod si quieuerint concionatores etiam spiritualis vita amitteretur, & causa est: quia sol & lux non splendet, id est, concionatores munus suum deserunt

Sed vt ad S. Ambrosij' laudes propius accedamus, mirabile testimonium de illo dedit Dominus, quod pater suus,

S. Ambro. natu & laudet.

Ambrosius præfecturam Galliarum administrans vidit, nempe cum infans in area prætorij in cunabilis posit⁹ dormiret, & quidem ore aperto, subito examen apum adueniens, faciem eius atque ora compleuit, ita vt ingrediendi in os, & egrediendi frequentaretur via: quid aliud significabatur, nisi ipsius puritas vitæ, & doctrina mellita, qua quidem totam Ecclesiam ipse Doctor magnus perfudit. *Fauum mellis, sermones boni.* Prou. 16. Illud enim examen apum scripturum ipsius nobis generabat fauus, qui cælestia dona annuntiarent, & mentes hominum de terrenis ad cælum erigerent, & Rempubl. sanctam, quam examen apum ostendit, constitueret ipse S. Doctor.

Et quia Euangelium de sale & luce agit, videamus quãta lux fuerit & planè inextinguibilis. Excelluit enim celeberrimos, etiam qui in lege Dei fuerunt. Primus est Abel, qui floruit virtute pudicitiæ & virginitatis. Vnde Aug. l. de mirabilibus sacræ Scripturæ di. *Iustitia triplex in Abel fuit Prima virginitatis non generando secunda sacerdotum, munera placita Deo afferendo tertia martyrum fideliter moriendo.* B. Ambrosius virginitatem perpetuam custodiuit. Nam Hieronymus refert ipsum dixisse; *Virginitatem non solum afferimus, sed custodimus.* Cuius quatuor signa fuerunt, primum quia de virginitate libenter disseruit. Math. 12. *Bonus homo, de bono thesauro cordis sui profert bona.* Secundum, Quia virginitatem mirabiliter commendauit. Chrysost. *Cum audis aliquem de Deo loquentem, intellige quod cor illius amore Dei repletum est.* Qui libidinis thesaurum habet in corde, de puellis dicere delectatur & audire. Tertium, quia de virginitate libros composuit, quibus alios hortatur ad eam 1. Cor. 7. *De virginibus præceptum non habeo, consilium autem do.* Quartum, Quia erubuit, audiens indecorum proferri. Vnde ipse ait l. de officio. *Non solum autem hæc ab oculis abscondamus, verum etiam eorum indicia vsusque membrorum suis appellationibus nuncupare, indecorum putemus.* In his excelluit Abelem. Secund⁹, Abraham qui floruit virtute fidei. *Credidit Abraham Deo, & reputatum est ei ad iustitiam.* B. Ambrosius Christi fidẽ acerrimè defendit. Vnde ipse ait, cum Imperator Basilicam peteret, vt habetur 23. q. 8. c. Conuenior, dic. *Prius est, vt animam mihi, quàm fidẽ auferat.* De quo potest dici illud Cant. 4. *Fauum distillans labia tua.* Fidei signa fuerunt quatuor. Primum, hæreticos coercẽdo, vt patet de quodam qui pulsus est in exilium, credens placere Iustinæ imperatrici persequenti, si citiùs captum Ambrosium in exilium deportaret. Secundum hæreticos miraculis conuertendo, vt constat de illo acerrimo disputatore hæretico, qui cum vidisset angelum loquentẽ ad aures Ambrosij, statim conuersus est. Tertium, hæreticos sua doctrina ad fidẽ Catholicam reducendo, vt patet de B. Augustino quem suis prædicationib. ad fidem reduxit. Quartum, Dæmones exturbando vt patet de dæmoniaco ingrediẽte Mediolanum, quem dæmon dimisit, egredientem euasit. Interrogatus de hoc Dæmon, ait, *Ambrosium timui.* Tertius, est Moyses qui floruit virtute pietatis. Nam cõpatiens populo idololatranti, cum lachrymis orauit ad Dominum, dic. *Aut dele me de libro tuo, in quẽ me scripsisti aut parce huic populo.* B. Ambros. ardebat igne charitatis, Psal. *Inflammatum est cor meum,* propter quam commouebatur ad lachrymas, quarũ in eo fuerũt quatuor genera. Primum lachrymæ orationis, quoniam feruore cordis accensus, cum lachrymis orabat Dominum. Vnde de seipso ait, 23. q. 8. c. *Non pila quærunt ferrea, non arma Christi milites, coactus repugnare non noui, sed dolor, fletus, orationes, lachrymæ fuerunt mihi arma aduersus milites. Talia enim sunt munimenta sacerdotum, aliter nec debeo, nec possum resistere.* Secundum lachrymæ deuotionis pro æternis desiderijs. Cum enim ei alicuius sancti sacerdotis vel Episcopi obitus nuntiaretur, amarissimè flebat, vt vix posset cõsolari. Cum autem interrogaretur, cur viros sanctos, qui ad gloriam proficiscebantur, sic defleret, aiebat: *Ne putetis me flere, quia recesserunt, sed quia me præcesserunt, & quia difficile inuenietur, qui tam dignus tali officio habeatur.* Tertium, lachrymæ doloris pro alienis peccatis, Nam cum aliquis lapsum sibi confitebatur, amare adeò flebat, quòd illum flere similiter compellebat. Quartum lachrymæ compassionis pro aliorũ miserijs, Vnde loco citato ait, *Aduersus arma, milites Gothos, quoque lachrymæ meæ, mea arma sunt.* Quartu, Aarõ qui floruit virtute honestatis, propter quam meruit dignitatem sacerdotij. Eccl.
45 *Excelsum fecit Aaron fratrem eius, statuit ei testamentum æternũ, & dedit illi sacerdotium magnum, & beatificauit illum in gloria.* B. Ambrosius fuit tantæ honestatis & sanctitatis in vita, vt mereretur eligi ad statum Prælationis in Ecclesia Dei, iuxta illud Isa. 52. *Ecce intelliget seruus meus, & exaltabitur & eleuabitur, & sublimis erit valde.* Cuius electio commendatur à quatuor Primo, quia fuit à Deo inspirata, nam vox miraculosè insonuit d. Ambrosiũ Episcopum, cùm inter Arrianos & Catholicos esset discordia, quis deberet eligi in Episcopũ Mediolanensem. Heb. 5. *Nemo assumat sibi sacerdotij honorẽ, nisi qui vocatur à Deo tanquam Aaron.* Secundo, quia fuit à Deo certificata. Nam terra super quam stabat B. Ambr. eum super omnes leuauit, vt dic. Raim. in summa l. 3. Rubrica de Neophytis, §. 14. in fine. Tertio, quia fuit ab electoribus vnanimiter celebrata. Nã cum in discordia multa essent, protin⁹ in Ambrosium consenserunt. Quarto, quia fuit à superiori cum gaudio confirmata. Nã cum missa esset relatio ad clementissimum Imperatorẽ Valentinianum, summo gaudio accepit, quòd iudices à se directi ad sacerdotium peterentur, & sic eius electio fuit confirmata. Quintus est Dauid qui floruit virtute humilitatis, 2. Reg. 6. B. Ambrosius tãtæ fuit humilitatis, quia nõ solum fugit, ne posset inueniri, sed etiam tria se habere simulauit, quæ sunt prælationis officio inimica, sc. crudelitatem, Nam tribunal conscendit, & contra cõsuetudinem suã tormenta personis adhiberi iussit. Eccl. 4. *Noli esse sicut leo in domo tua.* Secundu, Philosophicam vanitatem, quam profiteri voluit. 1. Cor. 2. *Loquimur non in doctis humanæ sapientiæ verbis* Tertio, Infamiam & inhonestatẽ. Nam publicas mulieres publicè ad se venire fecit, vt ex hoc populum à sua intentione reuocaret. 1. Tim. 3. *Oportet Episcopum irreprehensibilem esse.* sed nunc vide nostra tempora. Sextus, Salomon qui floruit virtute sapientiæ & claritatis. Fuit enim vir plenus sapientia, Sap. 7. B. Ambr. maximã habuit sapientiam, quod ex quatuor apparet. Primo, quia cum Romæ traditus esset artib. liberalibus, ad plenum erudit⁹ est. Pro. 13. *Acceptus est Regi minister intelligens.* Secundo, quia eius sapientia fuit profunda. Hier. de viris illustribus sic de eo dicit: *Ambrosius super profundarum pennas raptus & aeris volucer, quãdiu in profundum ingreditur fructum de alto capere videtur.* Tertio, quia eius doctrina fuit placens & pulchra. Vnde Aug. de nuptijs & concupiscentia, dic. *Pelagius hæresiarcha sic laudat Ambrosium, vt dicat, B. Ambrosius Episcopus, in cuius præcipuè libris lucet Romana fides, quasi scriptorum inter Latinos flos quidam eminuit.* Quarto, Ei⁹ doctrina fuit Dei laude & fide plena. Hier. *Omnes eius sententiæ fidei, & Ecclesiæ, & omnium virtutum firmæ sunt columnæ.* & Aug. l. de Cõfess. dic. quod cum Iustina B. Ambrosium cum populo Catholico in Ecclesiam condux isset, tunc instituit hymnos & psalmos decantari, ne populus mæroris tædio contabesceret. Septimus, Helias qui floruit virtute abstinentiæ & parcitatis. 3. Reg. 19. qui ieiuniũ quadraginta diebus & totidem noctibus. B. Ambrosius tantæ fuit abstinentiæ, quod quotidie, nisi in Sabbato & die Dominica & festis præcipuis ieiunabat. Vnde libr. 11. hist. Eccl. dicitur de eo: *Aduersum Reginæ furorem non se manu defensabat aut telo, sed ieiunijs & continuatis vigilijs sub altari positus, per obsecrationes defensorem sibi atque Ecclesiæ Deum parabat.* Hæc ibi. Sicut etiam Elias fecit fugiens à faciẽ Iezabel vxoris Regis Achab. 3. Reg. 19. Et hoc de luce imitationis diuinæ.

Secundo, lux est sanctitatis in comparatione naturali Nã si cõparemus virtutes eius Philosophis naturalib⁹, ipse eos excedit multipliciter. Primus est Diogenes qui commẽdatur à veritate, de quo ait Valerius l. 4. c. 3. quòd *Syracusis, cum olera lauanti Aristippus dixisset: Si Dionysio adulari velles, ista nõ ederes, imò inquit, si tu ista edere velles, Dionysio nõ adulareris.* B. Ambros. cõstans fuit in defensiõe Catholicæ veritatis. Vnde l. 11. hist. Eccl. dicitur, quòd Iustina mater Valẽtiniani Imperatoris Arrianæ hæresis alumna, conturbare cœpit Ecclesiarũ statum, comminari sacerdotibus, de pulsione & exilio, nisi Ariminensis Concilij decreta reuocarẽt, quo bello Ecclesiæ murum & turrim validissimã pulsabat Ambrosium. Secundus fuit Socrates qui floruit moralitate, de quo dic. Valerius l. 3. c. 4. *Socrates non solũ hominum testimonio, verumetiã Apollinis oraculo sapientissimus iudicatus est, qui primus animum suũ totum ima conditionis humanæ, & in secessu pectoris repositos affectus per scrutari coegit.* B. Ambros. mores hominum informabat.

In lege Dei celeberrimos antecellunt B. Ambrosi.

Quæ quis affectat, de ijs libenter audit & loquitur.

Fidei constantia in B. Ambrosio signa quatuor.

B. Ambrosius viros sanctos à vita migrantes tam adeò defleuerit.

Electio B. Ambrosij in Episcopum à quatuor commendata.

Quatuor per humilitatem B. Ambrosium habere se simulauit.

Summa B. Ambrosij sapientia.

B. Ambrosius fuit abstinentissimus.

B. Ambrosij in Catholicæ veritatis defensione constantia.

Nam inter cætera docuit B. August. tria ad mores spectantia. Primo, Ne cuiquam uxorem peteret, ne postmodum ipsi malè conuenirent, & sibi maledicerent. Secundo, Ne aliquib. militiã exercere volenti, ne ipsi calumniã & rapinã exerceant. Tertio, Ne ad conuiuia inuitatus accederet, ne ibi temperantiæ modum perdat. Etiam exemplum se bonorum operum omnibus exhibebat. Tit. 2. *In omnibus teipsum præbe exemplum bonorum.* Tertius, Plato, qui floruit sermonis venustate, de quo Valerius li. 1. ca. 4. q̃ dormientis in cunis paruuli labellis apes mel inseruere, quare audita, prodigiorum interpretes singularem eloquij suauitatẽ ex ore eius emanaturã dixerunt. B. Ambros. altio prodigio dotatus est. Cùm. n. adhuc esset infans & dormiret, examen apum, os eius & faciẽ ita cõpleuit, vt quasi in alueolum suum intrarent pariter & exirẽt, Iud. 14. *Examen apum in ore eius.* Quintus, Aristoteles, qui floruit ingenij subtilitate. Nã plures libros Naturalis & moralis Philosophiæ ad exercitanda humana ingenia edidit, subtilissimis rationibus cõfirmãs veritatem. B. Ambros. quanta subtilitate intellectus fulserit, Iob 28. testatur dic. *Profunda fluuiorũ scrutatus est.* Vtiles quoque libros ad fidei firmitatẽ, & humanæ salutis fœlicitatẽ edidit, quos Spiritu S. dictante compleuit. Nam Spiritus S. in specie ignis, & in modum scuti in os eius iotrone visus est. Quintus, Demosthenes, qui floruit causarum intelligibilitate. Nam liberauit mulierem ab infesto petitore suã prudentiã, vt dicit Vale. li. 7. ca. 4. de astutia. B. Amb. Romanæ literis eruditus, cum causas prætorij splendidè peroraret, à Valentiniano Imp. anno Domini 381. ad regendam Liguriã & Æmiliam prouincias directus est. Sextus, Pythagoras, qui floruit authoritate. Nam vt dic. Valerius lib. 8. c. 16. *Pythagoræ tanta authoritas ab auditoribus tributa est, vt quæ ab eo acceperant, in disputationẽ ducere nefas existimarent. Qui etiam interpellati ad reddendam causam, hoc respondebant, ipsum dixisse.* B. Ambrosi magnæ fuit authoritatis. Nam antiqui Doctores, sicut August. verba sua pro grandi authoritate habebant. Vnde August. ad Ianuarium, vt habetur dist. 12. c. *Illa autem*, dicit sic, quod *mater eius mirabatur, quod Mediolani sabbatho nõ ieiunabatur. Propter quod Augustinus interrogauit Ambrosium, & Ambrosius ait: Cùm Romam venio, ieiuno sabbato. Sic & tu ad quã forte Ecclesiam veneris, eius morem serua, si cuiquam non vis esse scandalum, nec quenquam tibi.* Et subdit August. *Ego de hac sententia etiam atque etiam cogitans, ita semper habui, tanquam eam cælesti oraculo acceperim.* Septimus, Anaxagoras, qui floruit studiositate. Nam vt dicit Val. l. 8. c. 7. *Diutina peregrinatione propter Prophetiæ studium completa, domum rediens desertas possessiones, ait: Non essem ego, inquit, saluus nisi istæ perijssent.* B. Amb. cùm auaritiam in hominibus crescere conspiceret, & maximè in his, qui erant in potestatibus cõstituti, apud quos omnia pretio vẽdebantur, nec nõ & in his qui erant sacris mysterijs deputati, vehemẽter ingemuit, & se de huius sæculi ærumna liberari instãtius exorauit. Sciebat. n. q̃ status diuitiarum esset valde periculosus, & in hoc & in futuro sæculo, quẽ vehementer fugiebat, dubitans ne cũ diuitib⁹ cohabitans irã Dei incurreret, vt patet de illo diuite hospite in Thuscia, à quo cum recessisset, à terra absorptus est.

In Platone & Ambr. eloquentia futura prodigium ab apibus.

Scriptorũ a B. Amb. utilitas.

B. Ambr. collatus cũ Pythagora in authoritate.

Cum Anaxagora in studijs.

Tertio, Lux est in p̃estatione morali. Nam si gesta eius compareotur ad mores antiquorum, præcipuus inter eos inuenitur multipliciter. Primu⁹ fuit Val. Publicola, qui floruit paupertate. vt dic. Val. l. 4. c. 3. *Iste finito regio imperio, initium consulatus accepit, & tres consolatus optime texit. tantaq; fuit paupertatis, quod patrimoniũ eius ad impensas exequiarum defecit.* B. Ambr. maximæ fuit liberalitatis, cum omnia quæ habebat pauperibus erogaret. Vnde refert de seipso, quòd Imperatori petenti Basilicã respondit: *Si à me peteret, quod meũ est, id est, fundum meum, argentum & huiusmodi meum, non refragaturum respondi, quanquam omnia quæ mea sunt, pauperum sint.* Secundus, Cato Vtice, qui floruit rigore, vt dic. Boëtius l. 1. de consol. & Salustius in Catilinario, Nam vita hominum rigidè expugnabat, & condemnabat: B. Amb. fuit rigidissimus in obiurgatione omnis iniquitatis. Vnde legitur in historia tripartita, quod cũ n Theodosius Imperator quosdã innocentes occidi mandasset, Ambros. durè ipsum redarguit, ab introitu Ecclesiæ ipsum suspẽdit, & publicam pœnitentiã eidẽ iniunxit. Cùm Imperator cõtra afferebat, Dauid adulteriũ & homicidium perpetrasse, sed respondit

B. Ambro. collatus cũ Valerio Publicola.

Cum Catone Vticẽsi.

illicò est, *Qui secutus es errantem, sequere corrigentẽ.* Quod vbi audiuit clementissimus Imperator, ita suscepit animo vt publicã pœnitentiam non abhorreret. Cuius correctionis profectus secundam illi parauit victoriam. Tit. 2. *Argue cum omni imperio.* Tertius, Scipio Nasica, qui floruit salubritate consilij, Nam Carthaginẽ æmulam Rom. Imperij nolebat destrui, ne Romani ad vitia prolaberentur, vt dic. August. l. 5. de ciu. Dei. Etiam ludos scenicos suo cõsilio abstulit, vt dic. Val. l. 2. ca. 1. B. Ambro. librum de officijs edidit, in quo ea q̃ ad bene beateq; viuendum attinẽt, copiosè disseruit. Etiam magno consilio vsus est, cùm quendam flagitiosum tradidit satanæ in interitum carnis, ne talia deinceps perpetraret. Quartus, Scipio Africanus minor, qui floruit strenuitate, p̃cipuè contra Hannibalem in deuincenda Carthagine; Non. n. timuit exercitum copiosissimum Africanorum, sed grandi animo se illi obiecit, quẽ deuicit, vt dic. Val. B. Ambr. fuit strenuus in defensione libertatis Ecclesiasticæ. Cum Imperator Valentinianus quandam basilicã vsurpare vellet, Ambro. sic respondit. *Noli grauare te Imperator, vt putes te in ea quæ Dei sunt, imperiale ius vllum habere.* Tributum Cæsaris est, *non negetur: Ecclesia Dei est, Cæsari vtique non dedatur*, ca. supra. *Conuenior.* Quintus, Paulus Æmilius, qui floruit magnanimitate; Optabat. n. vt aduersa fortuna vim suam potius in domum eius conuerteret, vt sic Resp. salua fieret; vnde ipse ait teste Val. l. 5. ca. 10. *Cùm in maximo prouentu felicitatis nostræ. Quirites, timerem ne quid mali fortuna moliretur, Iouem optimum maximum, Iunonemq; Reginam, & Mineruam precatus sum; vt si quid aduersi fortuna moliretur, totum in domũ meam conuerteretur. Quapropter bene se habet res, Annuẽdo enim votis meis, id egerunt, vt vos potius meo casu doleatis, quàm ego vestro ingemiscerem.* B. Ambr. fuit magnanimus in aduersitatis tolerantia; Nam ipse dixit, vt est in ca. Conuenior. *Commonitis, vt per me basilica fieret natura traditio, dicentibus, Imperatorem iure suo vsum esse et ad se debere, vtpote in cuius potestate essent omnia. Respondi: Si patrimonium petit, inuadite. Si corpus, occurram vultis in vincula rapere, vultis in mortem, voluntas est mihi. Non ego me vallabo circumfusione populorum, nec altaria tenebo, vitam obsecrans, sed pro altaribus gratus immolabor.* Et sic superauit Imperatorem, cui grandi animo restitit. Sextus. Fabius maximus, qui floruit seueritate; Nam vt dic. Val. li. 2. ca. 2. *hic habens clementissimum ingenium, ad tempus deposita clementia, seueriore seueritate vsus fuit. Nam habita victoria contra ferocissimam gentium Tiebia, omnes illos qui confugerant ad eos de præsidijs Romanorum, acriter & seuerè puniuit, manibus illorum præcidens, vt alios exterreret.* Beatus Ambrosius maximæ seueritatis extitit; Cùm enim in quandam ciuitatem pro quodam Episcopo ordinando iuisset, & eius electioni Iustina Imperatrix & alij hæretici contradicerent, & virgo quædam Arrhiana ipsũ per vestem traxisset, vt cæsus cum iniuria de Ecclesia pelleretur, seuerius eam corripuit, quæ in crastinum mortua est, quod factum omnes valde perterruit. Septimus fuit Metellus, qui floruit religiositate; Nam vt dic. Val. li. 8. ca. 14 Post consularia imperia Pont. Max. creatus, tutelam cere montarum non tremula manu gessit: B. Ambrosius tanta fulsit religione, vt cùm in extremis laboraret, & Comes Italiæ, qui tunc Mediolani erat, deliberasset cum suis, vt Ambrosius Dominum precaretur, quatenus sibi vita prorogaretur, ne Italiæ interitus immineret, respondit. *Non ita inter vos vixi, vt me viuere pudeat, nec mori timeo, cùm bonum Dominum habemus.*

Scipio Nasi a magni consilij.

B. Ambro. E defensi- ralibe- a in d fesor- stitium.

B. Ambro. Imperatori Valētiniano quandã basilicã capienti & vrgenti, magno animo restitit.

B. Ambro. in religione cõparatur cum Metello.

Quarto, Lux est, fruitio sempiterna. Nam de sua gloria potuit esse securus, quoniã Honoratus Episcopus Vercell. ex præcepto Dei ad ipsum venit, & sibi Sacramentum Dominici corporis dedit, & cum tali viatico transiuit. Manus enim in modum crucis expandens, Spiritum suum Domino commendauit. Eius fœlicitatis quatuor signa fuerunt. Primum, super eum Spiritus sanctus apparuit in specie ignis. Secundum, à multis visus est in cælum ascendere. Tertium, in cathedra fulgentissima sedere. Quartum, à multis visa est stella splendidissima super corpus eius residere, quæ omnia designant, quanta lux, quantus sal, quanta lucerna, quanta ciuitas fuerit, & quanta in cælis gloriã pro sua erga Deum pietate, & populum charitate refulgeat, qui in terris & miraculis, & doctrinã, & vitæ sanctitate semper fuit commendatissimus.

Ille fuit, Auditores, ille inquam fuit, qui & voluit nos inscriptos libro vitæ, qui non eramus scripti; aut qui scripti erant, non deleros. Inscribuntur autem prædestinati, quæ conscriptio prædestinatorum, liber vitæ dicitur, vt olim patres conscripti erant, & nunc in libris materialibus vel nales, vel alia inscribuntur. Deinde accipitur liber vitæ pro sacra scriptura, & sic nouum testamentum liber vitæ dicitur & vetus, pro conscriptione eorum qui ducant ad vitã sicut angelu um. Bar. 4 *Hic est liber mandatorum Dei.* Tertio, pro notitia meritorum & demeritorum, vt in quo recitantur facta militum. Quarto, pro fama sanctitatis. Iob. 31. *Librum scribet ipse qui iudicat.* Consuetum enim est in scriptura, vt quid dicatur fieri quando innotescit, & secundum hoc aliqui dicuntur esse scripti in libro vitæ, inquantum homines opinantur eos ibi scriptos esse, propter præsentem iustitiam, quam in eis vident. Quinto, pro gratia, inquantum vita gratiæ ordinatur ad gloriam, & propter hoc illi qui habent gratiam, & decidunt à gloria, non dicuntur esse electi simpliciter, sed secundum quid, prout de eis in ordinatione & notitia diuina existit, quod sunt habituri aliquem ordinem ad vitam æternam, secundum participationem gratiæ. Psal. *In libro eius omnes scribentur.* Sexto, pro ordinatione in vitam æternam. Nam liber gloriæ importat conscriptionem quandam, siue notitiam electorum ad vitam. Eligitur autem aliquis ad id quod non competit sibi secundum suam naturam, & iterum ad id quod eligitur aliquis habet rationem finis. Non enim miles eligitur aut conscribitur ad hoc quod armetur, sed vt pugnet, quod est proprium officium, ad quod militia ordinatur. Finis autem supra naturam existens est vita gloriæ. Vnde propriè liber vitæ est vita gloriæ. Itaque qui conscripti estis cauete diligenter ne deleamini. Delentur enim homines propter peccatum, Exod. 32. *Qui peccauerit, delebo eum de libro vitæ.* & figura est diluuium, Gen. 6 Secundo, propter legis transgressionem, vt est de Muyse, Exod 32. Tertio, propter condemnationem, quia notitia præteritorum meritorum non habent ad gloriam. Psalm *Nomen eius delebitur in æternum, & in sæc. sæc.* Quarto, propter diffamationem, quando apparet vel in hoc sæculo, vel in futuro. quia ab hac vita gloriæ deciduntur. Psa. *Vt lutum platearum delebo eos.* Quinto, propter desperationem, quia eliguntur ad vitam gratiæ, & non ad vitam gloriæ Ioan. 13. *Nonne ego elegi vos 12. & vnus ex vobis diabolus est?* Sexto, vt ab ordinatione diuina quis non deleatur, ergo fœliciter & virtuosè perseueret: quia non deleri de libro vitæ, ponitur inter præmia iustorum. Apoc. 3. *Qui vicerit sic, vestietur vestimentis albis, & non delebo nomen eius de libro vitæ.* Sic agite ergò Auditores, vt postposita omni terrena gloria, qua soletis vestra nomina & memoriam magnam facere, huic vni incumbatis, vt de libro vitæ, in quo scripti estis, non deleamini, sed & qui nondum scripti estis, inscribi, glorificari & coronari mereamini.

Liber vitæ acceptus varie.

Liber gloriæ.

Quibus de causis deleantur homines de libro vitæ.

(*,*)

Laus Deo, & Beatissimæ Mariæ Virgini, & omnibus Sanctis.

DE S. MARIA AEGYPTIACA.

Appropinquabant ad Iesum publicani & peccatores, Luc. 15.

SI quid in hac vita, Auditores, in hac perpetua lucta & pugna mortalis calamitatis & miseriæ, perpetuaque carnis cum spiritu rebellione, mundique & diaboli continua infestatione necessarium est hominis, sic præter gratiam Dei, quæ ad omnes nostras bonas actiones concurrere debet, ipsa carnis mortificatio summè est necessaria. Illa enim roborat & adiuuat spiritum, vt nec caro, nec mundus, nec coniuratus animarum aduersarius præualere valeat. Et præter alias causas insignes mouere nos debet corporum post mortem resurrectio gloriosa. Fidelis miles, non timet amittere vel occidere equum suum in bello, si potest facere pro Domino suo facinus egregium: sperat enim se meliorem ab eo accepturum. Sic iustus non timet corpus suum perdere pro Domino suo, quia post mortem se resurrecturum sperat. Vnde apud Machabæos ca. 16. adolescens membra perditioni exponens, sic ait, *De cœlo ista possideo sed propter Dei leges hæc ipsa despicio, quoniam ab ipso ea me recepturum spero.* Ideò Prou. 4. dicitur, quod *sperat iustus in morte sua.* Præterea non debet homo timere vestes suas veteres in seruitio eius, qui potest reddere nouas & pretiosas, Et libenter dabit vestimentum antiquum, à quo nouam accipit: Sic qui carnis resurrectionem fideliter credit, non debet timere corpus suum miserum, in Dei seruitium expendere, ex quo sperat se illud recepturum, cum gloria claritatis, impassibilitatis subtilitatis, & agilitatis. de quo Paulus dic. *Saluatorem expectamus Dominum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ, quando corruptibile hoc induet incorruptionem, & mortale immortalitatem, & omnia membra, quæ pro Christo fuerunt attrita, glorificabuntur.* Sunt autem multi similes pauperibus, qui vestes suas ad solem consuunt, & frusta frustis addunt, quæ statim lacerantur: ita parcunt illi corpori, & petitioni carnis, vt ad quamuis citationem carnis, vbi dormire, edere, & alia iubet, obsequuntur, & sic corporis nimis curam habent, vt Deo non intendant. Narrat Auicenna de quodam, qui tantum timuit ne lepram incurreret, quod ex solo timore leprosus factus est. Præterea caro est sicut miles, qui diuitem rusticum habet, semper dicit se indigere, & largè expendit, & semper accipit ab eo mutuo, & tantum paulatim accipit, quod relinquat eum pauperem & nudũ: Sic facit caro de spiritu, semper allegat & prætendit necessitatem, & infirmitatem, vt sine bonis operibus pœnitentiæ relinquat eum quasi nudum. Vrgenda est itaque caro, sicut equus calcaribus. Exemplum habemus Zosimam sanctum monachum qui & ipse austeram vitam egit & in solitudine vastissima Mariam Ægyptiacam, vitam in austeritate gerentem, cuius hodie dies festus colitur. De qua quidem post

Cur animus & fidelis miles non formidat corpus morti obijcere.

Authore Auic. a quodam timore lepræ leprosus factus est, vt timore illã contraxerit.

EVANGELIVM.

E*Rant appropinquantes ad Iesum publicani, & peccatores.*] Nihil potuit fœlicius, vtilius, aut magis necessarium contingere homini, quam quod peccatoribus libera concederetur facultas ad Iesum appropinquandi; quod ipse sceleratos homines inuiseret, reciperet, cum illis manducaret, & quod ipsi Domino cessit in opprobrium, hoc in fœlicitatem sit gloriosis, vtpute cùm hoc solum relictum sit remedium, quo ipsorum perditis conscientijs prouideretur, quo & publica detestarentur mala, & ad mentem sanam reuerterentur, & diuinam bonitatem perpenderent. Vnde etiam Pharisæorum & cæcitas & impietas aperitur,

quirem detestabantur, à qua salus omniũ dependebat. In recipiendis peccatoribus tam fuit solicitus Iesus, vt semp eorum inuigilaret saluti, hodie etiam cum illis comedit. Et aduerte, q in præcedenti ca, 14 *Si quis venit ad me, & non odit patrem suum*, & reliqua, Vitam Euangelicam & Christianã vocauerat, turris ædificium, quæ indiget multis sumptibus, grandique diligentia & labore, præsidio multorum & potentum militum, Et quia hæc omnia, odisse patrem, filios, vxorem, vitam, & renunciare, eum id saluti esset expediens, præ se ingentem ferebant difficultatem, ne his territi in virtute retardarentur, vocat ad se peccatores, & publicanos trahit, quia illa quę pmiserat, consulebant his, qui culmen perfectionis vellent ascendere: Et ne quis crederet illis solis cælestem Ierusalem esse apertendã publicanos vocat, quibus etiam patet salus, licet ad illa pfectionis consilia non pertingant: vt sua & se relinquant, etiã quãdo diuinæ non fuerint contraria voluntati, sed tantum propriam deserant voluntatem, quando hæc diuinæ non cõcordauerit. Diuitias, quando eas possidere non valuerint absq; animæ condemnatione, quia vel alienæ sunt, vel ex necessitate salutis pauperibus erogandæ. Fęminã, quando diuinum de ea deserenda habuerit pceptum: Honoremq; contẽnat, quando Deus ita iusserit. Et quia nemo repente fit summus, Iesus publicanus recipiebat & peccatores, cõtentus q scelerutam, cui inhiabant vitam detestarentur, licet ad Euãgelicam perfectionem non aspirarent, quam sequebantur Apostoli Domini. Accidit Christo Domino q medico peritissimo, qui nouam ingrediens ciuitatem, in qua eius peritia cognita non est, ægrotos qt t, qui grauissimis torquentur morbis, vt illis pter omnem spem, ad pristinam sanitatem restitutis, cæteri si sane medico, atque eius se committant scientiæ, certi quod salutem cõsequentur, si illius voluerint obtẽperare voluntati. Et qui maiora euaserunt pericula, cæteris suadeant curationis facilitatẽ. Hæc erat Pauli mens, vt ait August. cum aiebat, 1. Timot. 1. *Misericordiã consecutus sum, vt in primò ostenderet oẽm longanimitatem*, qua sc. cõsiderata cæteri sperent: ideo publicanos recipiebat. Itaque sicut Deus quondam, familiaribus amicis peccantibus non ignoscebat, sed acriter delinquentes puniebat, ne qui dissimulantem Deum cernerent, de eius misericordia plus iusto pręsumerent, sicut de Moyse docet Greg. epist 58 lib. 9 qui post miranda virtutum opera, post insolitos fauores, quibus Dei benignitate potitus fuerat, quia nõ sanctificauit Dominũ coram filijs Israël, in percussione petræ, vitã priuatos fuit, Numer. 20. antequam terram ingrederetur pmissionis, vt cunctus populus Dei timeret indignationẽ: Ita modo peccatores & publicanus inuitat, familiarus & amicus fit eis, ne vllus desperet, quantumuis malis abundet, si ad Domini voluerit cõfugere misericordiã, quia gallinæ similis, vult congregare sub alis pullos, & sicut aquila portare eos in humeris, ne milu' eos rapiat de manu Domini. Si de Deo mirã hanc bonitatẽ non cognouissemus, q primus parens alijs peccantibus non fuerat expertus, vtiq; sicut ille ad folia confugeremus, diuinam eius horrentes pñsentiam, vel latibula rupium inquirentes, trepidantes vultum Dei in nos iratum prospicere. Gen. 3. conteremur cum Cain: *Maior est iniquitas mea, quam vt veniam merear*, vel laqueo suspẽnsi interirẽt homines, nisi didicissent, q peccatores reciperet, & cũ illis manducaret, qui oniculam errantem quæsiuit, Luc. 15. nec exspectauit, vt aduentaret peccator in similitudinem filij prodigi ciulãtis & deprecantis: Ideoq; amor Dei magnus, quando fugientes nos læsus, ac aspernatus desistit. Et si Deus etiam non quærentes nos q̃rit, quomodo non aderit his, qui eum quærunt? Sed bibunt homines iniquitatem sicut aquam. Iob 15. ea delectatione, ea facilitate qua siriẽs & ardens febri putat calicẽ aquæ frigidæ. Vnde quia omnes ægrotarũt, clamat cælestis medicus. Ioa. 7. *Si quis sitit, veniat ad me*. & Matt. 11. *Venite ad me omnes*. Summa ergo est hæc Dei misericordia, q longè à se positis suam bonitatem inclamet. Sic dixit Adam. *Vbi es?* & occiso fratre eum concidisset vultus Caini. *Vbi est frater tuus?* Et his post multa per Osee. ca. 11. subdit: *Conuersum est cor meum in me, pariter conturbata est pœnitudo mea, non faciam furorem iræ meæ, non conuertar vt disperdam Ephraim, quoniam Deus ego, & non homo*. Vbi austeritatem iudicis, mitigat pie- tate patris, q. d. Non sum homini similis, qui ab hoc puniit, vt pdat, sed Deus, qui quãdiu viuit homo, punit, vt emendet. Ecce qui pcsuppsiti tantas intulit calamitates, q ui cũctum deleuit orbem, tactus dolore cordis ob peccata hominũ, iam cum peccatoribus manducat ille, de quo canit Ecclesia, *Iesu nostra redemptio, amor & desiderium, Deus creator omnium homo in fine temporum. Quæ te vicit clementia, vt nostra ferres crimina, crudelem mortem patiens, vt nos à morte liberes?* Is gloriosus Domini titulus est, vt peccatores respiciat, & quę Romanorum ingens laus erat, quam ipsis ppriam illi asserebant, *Parcere subiectis, & debellare superbos*. Hoc Christi nostri Encomium est, cum Pharisæis & cõtemptis, & debellatis, publicanis parcit, dum ad se iubet appropinquare eos. Iob cap. 19. Conquerebatur halitum suum etiam vxorem suam exhorruisse, quod cum vermibus ille scateret, etiam vxor, q̃ virum tantopere diligere debuisset, ad eum accedere recusaret, halitum fœtentem ferre non valens. Et Martha suscitanti Domino, Ioa. 11. vbi corpus fratris sepultum esset respõdit: Iam fœtet, quatriduanus mortuus, nec eum valebimus fœtentẽ ferre. Et tamẽ cum iniquitatũ pestilentissimus sit fœtor, sicut regius vates aiebat. Psalm. 37. *Putruerunt & corrupta sunt cicatrices meæ à facie insipientiæ meæ* Iesus cum peccatoribus manducat, nec eorũ exhorret cõuersationem, licet maiorẽ spirent diuinis naribus fœtorem, quam spiraret Antiochus, Mac. 3. qui seipsum ipse adhuc ferre non poterat. Ita Iob 7. *Factus sum mihimetipsi grauis, vsquequo non parcis mihi, nec dimittis me, vt glutiam saliuam meam? Peccaui, quid faciam tibi, ò custos hominum? quare me posuisti contrarium tibi? Dum qui me comedunt vermes*. Iob. 30. *non dormiunt, mihimetipsi intolerabilis sum, ferre non possum*.

At ecce thesauri bonitatis Dei, qui nec fœtorem fugit, nec saniosa vulnera cõtrectare abhorret, nec cũ eis edere, qui morbo gallico laborãtibus sunt peiores, & corruptibiliores, imo oẽs peccatores deglutire gestiabat. Appropinquabant iam ad Deũ peccatores, cum tamẽ olim vniuersa Iudæorum plebs descendente Deo vel certè Angelo, vt Moysi loqueretur in monte, Exo. 19. audisset, ne ascenderet in montem, nec tangeret fines illius: *Omnis qui tetigerit montem, morte morietur*. Cumq; descendisset Dominus, dixit secundo Moysi: *Descende & contestare populum, ne forte velint transcendere terminos ad videndum Dominum, & pereat ex eis plurima multitudo*. Id referre præcipiebat Deus populo Moysi, cui iam dixerat. *Sanctifica illos hodie, & cras, descenditq; Moyses. & sanctificauit eum*. Cumq; audissent, *Estote parati in diem tertium, nec appropinquetis vxoribus vestris*. Talia iusserat Dominus plebi olim, sed homo factus, omnes appropinquãt, quotquot volunt, etiam illi qui detinentur peccatis publicis, quos alloqui indignum videbatur. Sicut. n. ad Dauid 1. Reg. 22. *Conueniebant omnes olim qui erant in angustia constituti, & oppressi ære alieno & amaro animo, & factus est eorum princeps*, qui eos consolaretur & adiuuaret, licet qui pauper tũc erat, ab imminentibus malis eos liberare non posset, quin potius ipse contra impium Saul iuuaretur ab illis. Non Dauid ditissimus & omnipotens omnibus omnia factus erat. 1. Cor. 9. vt omnes ad se traheret & saluos faceret, illorum debita soluens, ab omni angustia eos penitus erueret, nec eorum exhorruit scelera immanissima. Hæc iam est querela de vobis Auditores, quòd cùm Christus sit paratissimus, vos accedere illum detrectetis vel cunctemini.

Et murmurabant Pharisæi & Scribæ, dic. Quia hic peccatores recipit, & manducat cum illis.] Sicut praua opera peccandi consuetudinem præbere consueuerunt, si quando verò ea illis boni alicuius sumitur occasio, nõ ipsis sed accipiẽtis sinceritati, tribuendũ est: ita similiter studiosa opera boni occasionem præbere solẽt. Si quando vero ea eis mala ansa sumitur, non eis, sed sumentis prauitati ascribendum est. Sic Dauid 2. Re. 16. Cùm ipsum audiret Semei maledicentem Regem, & dicentem: *Egredere vir sanguinum, vir Belial*. Certè commouendi essent eius viscera, vt eum vel occidi sineret, vel odio prosequeretur: sed quia sanctus erat, inde grãdis meriti sumpsit occasionem, sicut ex acti persecutione Saulis, & humilior fiebat, & Deo gratior. Sic & Ioseph cum venditionem fratrum ad memoriam reduceret, & quæ ab illis perpessus fuerat mala, illis non indignatus, Dei consi-

Aedificiũ turris, Euãgelica & Christiana vita.

Christus, vt medicus peritissimus, ingrediens in nouã ciuitatẽ, quærit ægrotos & curat.

Cainus, & Iudas proditor, desperati de recuperanda salute.

Gloriosus Domini titulus est, peccatores respicere, vt Romanorũ, subiectis parcere.

Sũma Dei bonitas ostẽd.

Opera studiosa probara solent occasionẽ boni.

lio, id

hoid actum dicebat in ipsorum salutem. *Diligentibus enim Deum omnia cooperantur in bonum, his qui secundum propositum vocati sunt sancti.* At Saul ex præclarè gestis David, unde et ille reportabat cōmoda etiam temporalia, occiso Gigante, unde ædificari debuisset, gravium criminum culpa sua occasioné accepit. Sic Pharisæi reprehensione digni sunt, q cum peccatis alienis cōpati debuissent, non insultare, ipsi contra Domini benignitatem, quam magnificare debuissent, murmurabant. *Murmurabant, quia ingrediebatur domum Zachæi,* ait August. sermoo. 8. de verbis Apost. *seq. titula, quo culpare possent medicum ingredientem domum ægroti.* Magnus sanè de cælo venit medicus, quia magnus in terra iacebat ægrotus, quem non hominum traxerant merita, sed peccata, qui venerat, ut salvum faceret populum suum à peccatis eorum.

Christi doctrina, quāta dulcedinis & efficacia.

Tanta doctrinæ Domini fuit efficacia & dulcedo, ut eos, qui iam vitijs & rebus huius sæculi penitus erāt addicti, ad se traheret discendi causa, unde grandē eius virtutē admirari debuissent, id videntes Pharisæi, qui nusquā aberant à Domino, semper quærētes quod carperent, cūm congratulari merito debuissent peccatoribus, resipiscere cupiētibus, & laudare Christi benignitatē, quod neminem fastidiret, quodq; certissimum veræ sanctimoniæ signum erat. Hoc fit adhuc contra Dominum & contra sanctos eius, & viros iustos, cum iusti gaudeant de aliorum ꝓfectu, neque cōversentur ut maculentur, sed infectos ad veræ puritatē exemplo & conversatione reducant aliàs, *Beatus vir qui non abijt in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit, & in cathedra pestilentiæ non sedit.* Psal. 1. Alter alterius onera portanda inbet Paulus, & magis abscondenda, quam aperienda sunt aliorum, aut renovanda vulnera. Et quidem si homines alijs detraherent etiam benefacientibus, unde ipsi reportant commoda, non esset mirandum. Iudex n. infestus est homini, etiam dum per iustam sententiam privat eum suis facultatibus & honoribus. Prælato detrahit subditus minus religiosus, quia illum ad monasticā observantiam cōpellit, & Regi homicida. Qu a licet amabile et laudabile sit bonum, sed cum unicuiq; ꝓprium sit appetibilius, cū bonum cernit ꝓpriæ voluntati contrarium, murmurat. Sic Dathan & sui, Num. 18 contra Moysen & Aaron, & Esau persequebatur Iacob, Genes. 20. eo quod benedictionem surripuisset & primogenituram. At quod quis detrahat alienæ virtuti, à qua nullum reportat damnum, officium usurpat diaboli, quia opera bona Iob incusabat apud Deū, qui accusator erat fratrum, mirandum potius, quod qui amator fratrum esse debuisset, ille damnaret, sicut amici illius fecerunt & vaor propria. Sic murmurabant fratres Ioseph. Gen. trigesimoseptimo, cum illum audissent somniū referentem, in quo regiam dignitatem sibi obtingendam retulisset, cum sane gaudere debuissent, quod ab eo divitijs & potentia illustrato, multas possent accipere divitias, multosque honores. tamen *nec poterant ei quicquam pacificè loqui,* sed persequebantur illum: Imò & Saul Davidem, à quo psalleute recreabatur, 1. Regum 16. ut moderatius à dæmone impeteretur, regnum tuebatur contra potentissimos hostes, & tamen invidia agitatus hæc cuncta floccipēdebat, eumque miris modis è medio tollere satagebat, ita & Pharisæi. Et attende quam sint homines in magnis honoribus cōstituti, linguis maledicorū subiecti, de minimis non eadé est ratio, & qui non habent aliqua ꝓclara officia: Sic cum Iesus ingens à patre accepisset officium ipsius ꝓprium, quo virtute ꝓpria condonaret peccata, quomodo effugere posset murmuratorum linguas? Res mira, omnia Prophetarum oracla mabant, quod Iesus in mundū venturus esset ad ignoscenda peccata, Ier. 31 Mich. 7. Zach. 13. Isa. quadragesimo tertio & quinquagesimo tertio: Et tamen insani scribæ inde colligunt non esse Messiam, ut inde colligas mundanorum & murmurationes & iudicia, q̄ sint stulta & parvifacienda. Cum in peccatore tria sint animadvertenda: Natura hominis, quæ bona est, peccatum & pœnitentia, Naturæ compatiendum est, propter grave malum quod peccando incurrit, Peccatum quod summum malum est, odiendum, & de pœnitentia gaudendum est: Isti nec naturam considerabant, cui compaterentur, nec pœnitentiam, propter quam gaudium est in cælo sup

Dathā cū suis maligni erat in Moysen & Aarō, Esau in Iacob.

Animadvertēda in peccatore tria.

uno peccatore, & maius propter multos, qui detestantes peccata accedebant ad Iesum. Corrupta ergo erant ipsorū iudicia, ut qui una hora iacebat in stercore, non posset erigi, & sedere cum principibus, & solium tenere gloriæ.

Quis ex vobis homo qui habet centum oves, & si perdiderit unam ex illis, nonne dimittet nonaginta novem?] Docet quanta cura peccatores sint requirendi, & quanta clementia suscipiendi, ne murmuremus, sed cōgaudeamus & recipiendis & receptis. Ideoq; cum publicanis libenter se congredi, ut ad morum correptionē eos invitaret, ex quibus & sibi secūq; sanctis angelis gaudium est. Atq, ob id Pharisæos, qui id iniquè ferebant diversam à Deo atque sanctis angelis mentem habere, ac ꝓinde satanicam & pravam, iniustam & impiā murmurationem, factumq; à calumnia seliberum. Per centum autem certus electorum numerus, per centesimam ovis errans designatur, docetq; non destitutum, donec inveniat, quotquot ad electorū numerum pertinent, ovem q, errantē non increpet, præterea percutiat, vel occidat, sed imponat humeris suis gaudens. Tot sunt hodie, qui à via veritatis aberrant, ut non ovis, sed gregis nomine debeant explicari, sicut aiebat Ier. cap. 50. *Grex perditus factus est populus meus.* Peccatis & peccatoribus plenus est mundus, invenies quocunq, ieris. Amor mirus in ovem, q noftram perditionem suam iacturam dicit, & cum meum potius damnum sit, ut dicitur Iob 22. quasi suum Deus accipit, Ioa. 6. *Hæc est voluntas patris mei, ut omne quod dedit mihi pater, non perdam ex eo.* Ioa. 17. *Quos dedisti pater, non perdam ex eis, præter filium perditionis.* Ecce amor, qui etiam amplius exaggeratur, cum dicitur reliquas oves in deserto reliquisse, gratia quæ, eius perditam, quasi nihil solatij cum alijs habere videatur, quādiu perditā non inveniat, sicut mulier absente viro [illegible] solam quamvis patrem, filios & familiam multam habeat, quia sine viro non videtur delectari, ita & Iesus. Ipse q is infinitis modis eos, quos dignos se ab æterno iudicavit, Quærit ovē, quia læsus nos [illegible], derelictus nos quærit, de quibus scriptum est Isa. 53. *Omnes nos quasi oves erravimus. Et Deus posuit in eo iniquitatem omnium nostrum.* In humeris portat. Ose. 11. & Isa. 46. dic. *Ego feci, ego ferā, ego portabo & salvabo,* id est, ipse homines, qui per [illegible] sunt, feci, ego ferā patienter, eo quod non statim severè puniā, ego meis humeris per misericordiam portabo. Et fit, sicut si quis aliquem ꝓmovit, vel aliquid bona intentione fecit, & nō successit, dicit, ego feci, & culpam in me resumere debeo, Num. 11. *audivit Moyses flentē populum, & ait ad Dominum, Cur imposuisti pondus universi populi huius super me? Nunquid ego cōcepi omnem hanc multitudinem, vel genui eam, ut dicas mihi: Porta eos in sinu tuo, sicut portare solet nutrix infantulum, & defer in terram, pro qua iurasti patribus eorum: Non possum solus sustinere omnem hunc populum, quia gravis est mihi. Et dixit Dominus ad Moysen. Cōgrega mihi septuaginta viros de senioribus Israël.* Hæc tanta populi dilectio illi servabatur, qui in sinu suo congregare deberet agnos. Qui n. o. bem universum generat, illum errantem sup humeros libenter gestabat, & nō solum Iudaicum populum, quo onere tantæ charitatis vir gravabatur Moyses, sed gaudens in similitudinē ovicule totum genus humanū peccatis obnoxiū gestabat noster Christus, cuius dilectio in immensū excedebat eam, q̄ erat in Moyse, & qui quondam sicut aquila portaverat in humeris Israëlē, pastor effectus, totū orbem in caulas humeris suis reducit. Et vult sibi gratulari nō non, licet ovis sit vestitas, nō sua, ut videas, quāti peccatores æstimet. Et hæc de Euāgelio, quia Dominica tertia Trinitatis repetit, & plenius, Deo dante explicabitur.

Peccatores quanta requirendi cura.

Per centum oves, certum electorum numerus designatur & per ovem perditam, ovis errans.

Moyses tāta Israelitarū multitudinis onere depressatur.

Qualis autem & quam gravis erat errans ovicola fuerit B. Maria Ægyptiaca, ex ipsius confessione vel peccatorum enumeratione, quam illa fecit Zosimæ cuidam S. Monacho, qui eam in deserto Deo sic disponente invenit, & de causa tam austeræ & prioris actæ vitæ solicitè quæsivit. Sic enim plena pudore locuta est: *Ego patriam Ægyptum habui, Parentibus autem meis viventibus, duodecimum gerens ætatis annum, affectu illorum spreto in Alexandriam veni, & quomodo quidem virginitatem meam in primis violaverim, & qualiter insatiabiliter vitio libidinis subiugata fuerim erubesco considerare. Hoc enim eam breve est dicere, illud verò citius dicam, ut possis cognoscere insatiabilem vitiū mei ardorem, quem habui in amorem stupri.* Cōsiderate in primis Auditores, quā grave sit pecca-

Zosimas S. monachus Mariæ Ægyptiacæ peccatricis audijt confessionem

rum,

tum, grauius in eo perseuerare, grauissimum adhuc de eo gloriari, vt rectè dicat Regius Propheta, Psal. 51. *Quid gloriaris in malitia qui potens es in iniquitate, dilexisti malitiam super benignitatem, iniquitatem magis, quàm loqui æquitatem?* Non sic illa, sed vt magis ea hoc confunderetur, & ad pœnitentiam accenderetur, turpitudinem vitæ suæ recensuit.

Parētibus nō obedire quā periculosum.

Præterea vide re quàm iniquum sit, non obedire parentibus & quàm periculosum. Si n. consilijs parentum adhæsisset, nunquam fortassis in tātam vitiorum colluuiem p̄lapsa fuisset. Vnde habent parentes, q̄ de suis filijs & filiab⁹ curam gerant diligentissimam, vbi, cum quibus & qualiter iàm educentur quàm conuersentur, ne libidinis flammis lenonum & meretricum cōsortio ignescāt. Sic & filij & filiæ habent, in quo edoceantur, & cùm florem iuuentutis debeant consecrare Deo meritissimo, iam diabolus eum decerpsit, & in nihilum redegit. Ecce aūt quod hæc Maria nemini, nec etiam diabolo culpam tribuit, sed sibimetipsi.

B. Maria Aegyptiaca de prostitutione sua virginitatis, quam monia.

Quid ampliùs fecisti, ô Ægyptiaca? *Decē & septem, & eo amplius annos (ignosce, inquit) publicè populo transegi, in incendio iacens luxuriæ. Non propter alicuius donum, virginitatem meam perdidi, neque enim ab aliquibus dare volentibus aliquid accipiebam: quippe libidinis furore succensa hoc considerabam, vt amplius ad me concurrere gratis facerem, nefarium stupro meo implens desiderium. Neque enim consideres, quia pro diuitijs nihil accipiebam: mendicando namque viuebam aut multoties stupam plando. Desiderium enim vt dixi, habebam insatiabile, ita vt indesinenter me in sterquilinio luxuriæ volutarem.*

Crescit delicti, imò flagitij magnitudo, quia omnem occasionem luxuriæ quæsiuit, & tanto tempore, & à primis quidem annis, non solicitata illa, sed solicitans, ad peccatū alios quoquomodo inducens & irritans, sine omni erubescentia & animi dolore. Taceo iam quomodo Deo preces aut cultum offerre potuerit, quę pelago vitiorum tātopere immersa fuerit, vt nec respicere potuerit. Ex hoc etiam vide, quantum sit peccatum luxuria, vt totum hominem occupet, à Deo alienum reddat, & diabolo planè mancipet, dies & noctes velit & cogitationib⁹ & delectationibus hominem obruat, vt nulla alia cogitatio vel obiectio possit irrepere. Præterea pro luxuria complenda mendicauit, ne quempiam stipendij nomine exosum, sed omnes procaces & laciuos redderet. Sanctus Paulus manibus suis victum q̄ritabat, ne prædicans & conuertens, populo molestus esset: sic & Apostolus: At hæc ne molesta esset procis, ipsa laborauit aut mendicauit. Quod quidem & tempestate nostra cōmune est, dum multi possent laborare & satiari, mēdicant potius; & meretrices eodem modo, quæ possent sibi & alijs seruire, propter luxuriam & vitæ licentiam stipe victitant. Nescio, an Magistratus videns & cōsentiens, dum non præcauet aut punit, non ea alienis delictis communicet, an suo iuramento & officio satisfaciat, an ita apud Deum erit excusatus. Quanta enim scandala, quantæ peruersitates, quàm peruersæ seductiones, quanta mala ex hoc fiant, quis non videt? tamen nemo est qui impediat, vt & Deus illorum scelerum vltor meritò commoueatur. Ecce cibum, donum, vestes, & similia non accipiebat, vt liberiùs diabolo seruiret, vt iniquitates plures cumularet, vt supergrederentur caput, vt plena peccatis ad infernum descenderet, vt hac momentanea delectatione viueret, ex qua perennis cruciatus, quem illa non considerare poterat ebria libidine, sequitur. Et hic erat finis peccati, Maria? Minimè equidem. Quo magis torquetur malefactor à tortore, hoc magis conterritur, illa conscientiæ stimulis agitata non cessat dicere, quæ superfuerunt scelera, & cordis etiam, diuinitùs dato dolore compuncta id vltrò faciebat.

Maria Aegyptiaca nihil a concubitorib accipiebat sed mēdicate viuebat.

B. Maria Aegyptiaca cū alijs in Ierusalē peregrinatio.

Quid ergò superest? Audite: *Hoc modo me vitam ducente, vidi in quodam æstus tempore multitudinem Lybiorum atque AEgyptiorum, quasi ad mare concurrentem. Reperi itaque aliquem & interrogaui. Quo putas festinant viri isti, qui currunt? Dixit autem mihi: Ierosolymam omnes ascendunt ob S. Crucis exaltationem, quæ post aliquot dies solito celebratur. Dixi ad eum. Putas suscipient me, si voluero abire cum ipsis? Et ille dixit. Si habes naulum, nullus te prohibebit. Dixi ei. Verè frater naulum vel sumptum non habeo. Vadam autem & ascendam in vnam nauem, quam conduxerunt, & licet noluerint, enutrient me: memetipsam enim tradam. Corpus enim in potestatem habentes pro naulo accipiant. Propterea autem cum eis volui ambulare, vt multos haberem cooperatores in mea libidinis passione.* Vide primo quàm benignus est Saluator noster, qui non in primo peccato, nec in multitudine peccatorum furorem suum exerceat, nec statim diluuium iterum mittat, aut terram aperiat, aut morte subita ea tollat, sed longanimis redeuntem peccatorem expectet, imò errantem ouiculam quærat. Vide insuper, quod licet illa in peccatis pergat, tamen occasionem illi resipiscendi hoc in loco præbeat, vt loca sancta visitet, turbetur, conuertatur, & pœnitentiam agat. Sed & aggrauationem peccatorum Ægyptiacæ ex hoc cognosce, cùm iam Alexandrinam & terram suis peccatis & seductionibus infecisset, non timuit aut erubuit etiam super aquam & Ierosolymis, & in terra sancta eadem scelera perpetrare, vt omnia elementa contra se concitaret, & vrbes & homines tanquam suorum criminum testes insuperabiles.

Iniquitas Hierosolymitanorum cū Maria Aegyptiaca peregrinantes.

Ex altera parte vide, quàm iniquè egerint illi, qui Ierosolymam & p̄pter sanctam Crucem exaltatam honorandā & adorandam peregrinati sunt. Cum debuissent bono & firmo p̄posito amplius non peccandi, & iam se Deo recōciliādi, peregrinari, debuissent Deum timere, ne eos subitò naufragio obijciat aut disperdat. Debebāt esse memores loci, vbi Christus passus est, crucis quam pro nobis sustinuit, cuius honorandæ causa & adorandæ iter susceperūt, atque ita salutis propriæ, & passionis Dominicæ memores omnes occasiones, cogitationes & delectationes peccandi euitare, imò etiā meretricem, ne esset peccati maioris occasiō potius in mare præcipitare, quàm Deum tot tantisq; modis offendere.

Ex hoc etiam abusum cognosces peregrinationum & processionum ad extera loca, in quibus non aliter quàm olim sub vigiliarum temporibus, multa mala committuntur, & non ea intentio & pietas, propter quam institutæ sunt, adhibentur. Insuper cogita, quod illa peccatrix mendica & dissoluta promoueatur ad terram sanctam inuisēdam, cum multis verè bonis non contingat. Et quia dicitur, *qui nauigat mare, enarrabit eius pericula.* Et, *qui nescit orare, nauiget mare,* hæc omnia in his locum non habuêre. Aliter nauigabat S. Vrsula cum sodalibus. Dicit etiam, *in quodam æstus tempore,* vt vidras multos æstu & zelo quodam cucurrisse, hos quidem bono, illos malo, hanc autem planè pessimo, quia cooperatores in suæ libidinis passione exquisiuit. Non sunt modica peccata, Auditores, si singula cum suis circumstantijs examinentur: ipsa autem hic dicere noluit, ne gloriaretur de illis, ne delectationem acciperet, ne scandalizaret, ne alios proderet, & vt ipsa adijcit. *Contremisco enim nouit Dominus. Maculant enim & te, & ipsum aerem illi sermones mei.* Neque Zosimas Confessarius erat ordinarius, cui singula speciatim expressisset. In confessione autem & circumstantiæ, quæ aggrauant peccatum, sunt distinguendæ & adducendæ, personæ autem tacendæ, cum quibus peccatum commissum, vt qui sceleris sunt complices. Sed quid factum est in mari, Maria? [*Cucurri ad mare, quo illos perspexi currentes, & vidi iuuenes aliquos in littore stantes, numero quasi decem, corpore motuque acerrimos, & ad id quod mihi erat pergratum, optimos visos. Erant autem & alij qui iam nauim ascenderant. Impudenter autem, vt mihi consuetudo erat, & irreuerenter in medio illorum me dedi, dicens. Accipite & me vobiscum, quo pergitis, non enim ero ingrata vobis. Sed & alios sordidiores proferens sermones, omnes ad ridendum commoui: Illi autem inuerecundum motum meum videntes, accipientes me in nauiculam, duxerunt. Exinde autem nauigationem cœpimus. Quæ autem post hæc acta sunt, quomodo tibi enarrare potero, ô homo Dei? Quæ lingua dicere vel aures valeat audire ea, quæ in nauigio, vel in itinere facta sunt? quomodo & nolentes ad peccandum miseros ego compellebam. Non est narrabilis vel enarrabilis iniquissima species, cuius nō sum infelix magistra sceleris effecta.*] Aduerte quòd vidit decem iuuenes ad libidinem aptos, & oblita est præceptorum Dei, nec recordata decem leprosorum, quales & illi peream infecti fuerunt: iuuenes enim erant, & ad Dei cultum accingebantur, & fortassis omnes illi erant adhuc virgines, quibus vt illa frueretur, facta est magistra sceleris. Grauis autē iniquitas est hominem docere peccatum, aut ad illud primitùs inducere, vnde postea consuetudo, impœnitentia, & damnatio.

Deuota B. Vrsula cū suis sodalibus peregrinatio.

In cōfessione circūstātiæ adducēdæ, sed personæ quibuscū peccatum, non reuelāda.

Decē iuuenū ad libidinē aptorū, Maria Aegyptiaca sceleris magistra.

Sed & consilium in his aduertendum Prophetæ Regij. Psa. 118. *Auerte oculos meos, ne videant vanitatem. Post visum tactus post tactũ prouenit actus.* Et Salomonis, *Qui picẽ tangit, inquinabitur ab ea.* Salomõ contra impudicas eiusmodi mulieres multa scribit, & monet. Quomodo. n. stuppa igni admota non ardebit? Quod isti obseruare debuissent, qui eam ita petulãtem verbis & factis cõspexerunt, nec risu mala approbare, nec eam ita cõstitutã, sine admonitione & comminatione ad consortium tale admittere, & ipsius Ægyptiacæ peccatricis leuitas, procacitas, impudentia & malitia cognoscitur, quæ in principio cum ignotis & omnia notantibus, iamq; ad terram sanctam animum & iter dirigẽtibus multis præterea in vnum collectis ausa fuit hæc attẽtare. Sed insuper cogitate, quo animo, quo pudore, quo dolore hæc secreta cordis ꝓpalauerit, præcipue cum ipsa subiũgat, dicens, *Quia stupesco, quomodo meas mare illud sustinuit iniquitatũ luxurias, quomodo terra non aperuit os suum, & in infernum viuẽ uentem me demersit, quæ tantas in laqueum induxi animas.* Vides aũt quam misericors sit Dominus, cuius misericordiã non cõsumpta est, toties peccans, & non pœnitẽs. Ex quo & tu exemplum sume, non vt pecces, aut pœnitentiam differas, quia benignus est, sed ne toties & tam grauiter offendas, ne cum de misericordia illius tibi nimiũ pollicearis, iustitiæ ipsius rigorem vltimum experiaris. Vide etiam humilitatẽ peccatricis & indignitatem, dum se non solum peccatricẽ maximam asserit, sed etiam Magistram scelerum & sceleratorum, sicut & de se testatur, q̃ Ierosolymis tum etiam, & in festiuitate ipsa S. Crucis exalt. Sicut & priùs præibat, iuuenem illaqueans & capiens animas. Vbi aduerte, quod nec loci, nec temporis, nec hominum, nec vllius honestæ rei habuit rationem, vt ex eo videas, quomodo diabolus fascinet & obcæcet luxuriosos, & de peccatis in peccata corruere faciat, vt eos tãdem colligatos, & peccatis plenos secum ad Tartara protrahat. Et hæc quidem de ipsa magnę & miseræ peccatricis patria, vita & actione. Nunc de conuersione. In tantis flagitijs constituta, quid amplius habet, quod expectet nisi damnationem æternam? Nam contra eam agunt omnes cœli, omnia elementa, & omnia creata, solus infernus exultat vt deglutiat.

Dei miseri, ordia & benignitas frons, nequaquã differamus pœnitẽtia.

Et nescit sanè peccator in quantis miserijs & periculis versetur. Ideo rogandus est Deus, vt Psalmista. *Domine Deus conuerte nos, ostende faciem, & salui erimus.* Sic conuersus fuit Paulus. Matthæus, Zachæus, Magdalena, & innumeri alij. Ad conuersionem autem inuitamur, Ioël. 2. *Cõuertimini ad me in toto corde vestro, in ieiunio, fletu, & planctu.* Zach. 1. *Conuertimini à cogitationibus vestris pessimis.* Ierem. 35. *Conuertimini à via vestra pessima, & bona facite studia vestra.* Ion. 3. *Conuertatur vir à via sua mala, & operiantur saccis homines & iumenta.* Baruch. 3. *Conuertimini ab iniquitate patrum vestrorum*, quos sc. vos imitamini, Itaq; à mala cogitatione, operatione, delectatione & imitatione, & ex toto oportet conuerti. Et ad quem nisi ad Dominum? Ipse est benefactor clemẽtissim⁹. Ioël. 2. *Conuertimini ad Dominum Deum vestrum, quia benignus & misericors est.* Ipse est corrector seueri⁹imus. Prou. 1. *Conuertimini ad correctionem meam.* Ipse est sustentator firmissimus. Oseæ 14. *Conuertere ad Dominum Deum tuum, quia corruisti in iniquitate tua*, q. d. Cõuertere, quia ipse est sustentatur ne corruas. Ipse est informator studiosissim⁹. Mal. vltimo, *Cõuertimini & videbitis, quid sit inter iustum & impium.* Ipse est simulator acerbissimus. Psal. *Nisi conuersi fueritis, gladium suũ vibrauit, arcum suum tetẽdit, & parauit illum, & in eo parauit vasa mortis.* Ipse est medicus & curator tutissimus, Isa. 45. *Conuertimini ad me, & salui eritis.* Ipse est retributor iustissimus, per Zach. dic. *Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos.* Varijs autem modis conuertuntur homines, cuius rei nõ desunt exempla, sed præsens intueamur. Peccatrix illa nõ stetit à longè vt publicanus, nõ audens attollere in cælum oculos, aut vt Moyses iussus exuere calceos, quia loc⁹ sãct⁹: sed temeraria præcurrẽs & lasciuiens sancta sãctorum voluit ingredi. Discant oẽs quicunq; Ecclesias adeunt, aut ad sacra officia se conferunt, qua deuotione, quo spiritu, qua ꝑparatione præuia facere hæc debeant. Peccatores hi omnes tẽplum Ierosolymitanum ingrediuntur, peccatrix repulsam patitur, & diuina aliqua virtus illam nõ patitur intrare etiam maximè conantem, & quarta etiam vice laborantem, vt iterum inueniretur in atrio. Simile quid accidit Zosimo cuidam, vt habetur in vita sancti Clemẽtis, qui ingressus templum, vt videret quid ageret Theodora vxor sua à sancto Clemente conuersa, ipse Zosimus existens gẽtilis diuinit⁹ obcæcatus; nec ipse, nec serui huc illuc in Ecclesia errantes exire potuerunt, donec ab ipsa Theodora maritus eductus, & deinde visum recepit. Hæc aũt videns & vigens corpore nullo modo exire potuit. Discipuli scelerũ admittũtur, magistra scelerum excluditur, quia illi ex fragilitate & suasu illius peccârunt, hæc aũt firmo & obstinato animo. Itaque iam cœpit operari diuina gratia, Cum nesciret repulsæ causam, ait, *Tetigit mentem meam & cordis mei oculos intellectus salutis, & recogitabam, quia squallida actuum meorum scelera, mihi introeundi aditum obserabant. Cœpi itaque flens animum conturbari, & pectus tundere, atque suspiria de profundo cordis proferens, & gemens eiulansq;, prospexi in loco quo stabam, sursum imaginem genetricis Dei stantem, & illam oro obtestorq;.* Et inter alia quæ ad detestationem scelerum spectãt, dixit: *Iube ô Domina, & mihi indignæ ob diuinæ Crucis exaltationem, ianuam patefieri, & ex te genito Christo, dignissimam do fideiussorem, quia nunquam vltra carnem meam coinquinabo per horrida commixtionum ludibria, sed mox vt filij tui, virgo, me lignum adorare concesseris, renunciabo seculo, & omnibus quæ sunt seculi, & vadam vbi præceperis, ac demonstraueris salutis viam, quia tu pro me fidem dixisti.*

missis, Maria Ægyptiaca repulsam patitur.

Attende, quando dixit Dauid, *Peccaui*, remissæ fuerunt iniquitates, Petrus ad tertium Galli cantum cõuers⁹ est & fleuit. Magdalena lachrymis suis pedes Dñi lauit, sic ista recognoscens peccatorum grauitatem & multitudinẽ suorum, quod primum est in conuersione, in fletum & preces se dedit. Attende quod multa sæpe à Deo negantur tibi, & nõ intelligis ꝓpter peccata tua indignum te, nec exaudiri. Disce flere & orare in his mundi miserijs, in quibus hæres. Promisisti in Baptismo tuo Christo plurima, vide vt fidei datæ facias satis, sicut ista quæ cõstituit gloriosam virginẽ Mariam fideiussorem, & seruauit fidem. Vide cùm semel gratiam acceperis, ne ex illa iterum excidas, Recidiuatio. n. periculosa est. Animaduerte etiam quãta possit beatissima Dei genetrix apud filium suum Saluatorem nostrum, & quam dignè meritoq; debeat inuocari, quodq; mortalib⁹ sit patrona pientissima. Itaq; conuersa Maria non tantum ingressa est tẽplum: sed vt vnda maris, ita turba eã impulit, vbi absq; vllo labore adorauit lignũ S. Crucis, & sensit ibi odorem suauitatis, & meruit videre omnia Dei mysteria: & egrediens, gratiasq; sanctissimæ Mariæ agens ꝓ beneficio præstito sibi, & rogans de loco, vbi placeat diuinæ voluntati pœnitentiam agere, audiuit vocem quandam dicẽtis: *Si Iordanem transieris, illic bonam inuenies requiem.* Itaque non satis est fuisse Ierosolymis, sed etiam ibi vixisse bene. Nec satis est ad sanctum Iacobum, vel alio peregrinatum ire, nisi fructum aliquem pietatis inde capiat, aliàs verum erit, *cœlum non animum mutant qui trans mare currunt.* Hæc odorem sensit, vidit omnia Dei mysteria, audiuit vocem cælestem, meruit Dei & sanctissimæ matris gratiam, initium viç, q̃ ad beatissimam Virginem nutum instituit, fecit cum lacrymis & nummis tribus pro Eleemosyna acceptis, tres minutos panes emit, quos secum pro benedictione tulit in solitudinem, in quo à Zosimo monacho inuenta est. Sic peregrinari sanctum est & meritorum.

Pœnitẽtibus, Dauidi, Petro, Magdalena remissa peccata.

Frustranea est peregrinatio ad locũ sãcta, nisi relato pietatis aliquo fructu.

Sed ad Mariam nostram reuertamur, & quid in solitudine fecerit. Quadraginta septem anni fuerunt, quando reperit eam in Eremo Zosimus. Decem & septem annos in illo deserto feris & indomitis cogitationum bestijs trãsegit, carnalibus reluctans cogitationibus. Vtique recordata est omnium delitiarum, quas habuit & mundanarum oblectationum & canticorum, imò & diabolus illi suggessit fortiter. at quid fecit illa? Recordata est fideiussoris, & quasi Dei genetricis astaret imagini, quam lamentabiliter orauit, vt amoueret pessimas ac sordidissimas mentis suæ cogitationes, & dũ plurimas funderet lachrymas, vndiq; refulgens videbat lumen, atque claritate corusca circumdabatur.

Quamdiu in eremo vixerit Maria Ægyptiaca.

Vt autem diabolus apud tales & in tali loco nõ otiatur, ita nec diuina gratia cũ imploratur, deest, quin vehemẽter operetur. *Non eleuabam*, inquit, *à terra faciem, nisi toti us diei,*

Peccator nescit, in quãtis versetur periculis.

Ex toto nos cõuerti oportet ad Dominum

Peregrinationis, sociis in Hierosolymitanũ templũ ad

noctisq;

noctiq; consummatum fuisset spatium, & dulcissimi illius splendoris fuissem luminis circumdata, qui totam illam tentationum in me cogitationem fugaret. Aduerte autem quod 17. annis quibus publicè peccauit, in pœnitentiam iterum 17. annis passa est has cogitationum & tentationum molestias. Per quæ quis peccat, per ea & punitur. Per annos aliquot victitauit illis supradictis panibus, qui vt lapides duri facti sunt, post hæc autem herbis. *Sine Cerere & Baccho friget Venus.* non tamen cedunt cogitationes, nisi virtute diuina eliminentur. Sicut hæc S. Ægyptiaca se adiutam & consolatam vbique à gloriosissima Virgine matre per omnes etiam reliquos annos sensit. Vestimenta ante habebat lasciua, ecce, illa cū quibus Iordanem transgressa est, dirupta atq; putrefacta fuerunt, vt tota nuda esset, nec ob id cum S. monacho colloqui voluit, nisi tugata, & velociori cursu præoccupata, & proiecto à se vestimento inoperta, ideoq; dixit: *Valdè à pruinis hyemalibus & æstiuis ardoribus tribulata sum. Ab illo verò tempore vsq; nunc diuina misericordia eripuit corpus & animam meam à cunctis periculis, sitq; mihi recordanti, quanta mala & quanta pericula per diuinam euaserim gratiam, magna lætitia & spes crescit salutis. Cibus potusq; ac vestimentum mihi est verbū Domini: quoniam non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei.* Nam dicit scriptura, Iob. 24. *Non habentes vestimentum induuntur petra, qui se vestimento expoliauerint iniquitatis.* Magna sunt quæ de S. Antonio Eremita & de alijs, itemque de S. Iuano prædicātur, sed certè magna sunt quæ in hac S. Maria Ægyptiaca ex tanta peccatrice in tam sanctam fœminam tam mirabiliter conuersa inueniuntur, quæ nec legere nec scribere poterat, quæ nec hominem, nec vllum animal (quibus alij Eremitæ bestiarum administratione vsi fuerint) 47. annis conspexerit, tantisque periculis, miserijs & laboribus sine vllo mundano solatio subiecta fuerit.

Maria Ægyptiaca austera pœnitentia.

Magno in Eremitis, SS. Antonio, Iuano, Maria Ægyptiaca spectatur.

Quod autem sancta & Deo grata atque intima fuerit, ea his paucis colligite Auditores, quia monachum sanctū illum ignotum planè (quia hominem nullum viderat tot annis) Zosimam proprio nomine compellauit, sciuit eum esse presbyterum, ideo noluit illa benedicere, sed ab illo benedici voluit in primo sermonis ingressu, cū n vidit illā orantem ad Orientem vidit, & præ feruore spiritus corpus quasi cubitum vnum à terra eleuatum & in aëre pendens: & hoc idem obseruauit monachus, putauitq; fortassis esse spiritum, redarguit illum oratione consummata, dic. *Quid te Abba, cogitationes tuæ perturbant scandalizari in me quasi spiritus sim, & fictam faciam orationem? Certus esto, peccatricem me esse mulierculam, attamen sacro circumdatam baptismate, & non sum spiritus, sed fauilla & cinis, & tota caro, & nihil spiritualis phantasiæ aliquando vel ad mentem reducens.* Claritas luminis illam sæpè circumdedit, prædicto monacho dixit futura, Nam adiunxit dic. post omnia colloquia: *Nunc vade cum pace, & iterum venturo anno videbis me, & videberis à me, Dei tamen gratia comitante. Rogo autem te per Deum, vt in sanctis ieiuniis futuro anno minimè transeas Iordanem, iuxta monasterij consuetudinem.* Ecce nouit regulam monasterij. Iterum ait: *Habita in monasterio, vt dixi, & non egrediaris iuxta regulam, quia nec permittetur tibi,* scilicet *propter febrem.* Ecce cognouit febrem illo tempore illum inuasuram, quod & factum est. Nouerat etiam monasterij secreta, quia iniunxit Abbati quædam insinuanda, dic. *Ioanni autem monasterij Abbati, in quo habitas, edicito: Attende tibi ipsi & gregi tuo. Aliqua sunt tibi meritò emendanda.* Rogauit illum, vt vespere S. Cœnæ Dominicæ sumeret sacrosanctum corpus, & sanguinem Domini nostri Iesu Christi in vas mundissimum, & afferret expectaretque in illa parte Iordanis iuxta sæculum, & ea hora, qua Dominus suos discipulos illius sacratissimæ cœnæ fecit participes. Quod cùm fecisset, dicto tempore & hora, vidit eam vexillo crucis aquas Iordanis signantem, & desuper ambulantem ad se, & cum precibus & lachrymis communicantem. Iterum admonuit eum, vt recursu aduenientis anni, rursus veniret in illum torrētem, in quo cum illo locuta fuit dic. *Et videbis me iterum, qualiter Deus voluerit.* Sciuit, sed non dixit, se fore tunc mortuam. Hoc ipse cognouit transacto eiusdem anni cursu, veniens in illam solitudinem, rogansque Deum, vt illam possit inuenire, vidit sanctæ mortuum corpus iacens, & manus sic vt oporter compositas, & corpus ad Orientem respiciens. Currēs autem, lachrymis lauit beatissimæ pedes, Non enim aliud corporis eius membra audebat contingere. Designata etiam erat scriptura in terra, in qua hæc legebantur: *Sepeli Abba Zosima, misera Mariæ corpusculum. Redde terræ, quod suum est, & pulueri adijce puluerem. Ora tamen Dominum pro me.* Trāseunte mense Parmathi secundùm Ægyptios, quod est secundùm Romanos Aprilis die nona, id est, 5. Idus Aprilis, nocte salutiferæ passionis, post diuinæ & sacræ cœnæ cōmunionem. O sanctam, Deoque gratam famulam, cuius principia erānt valdè turpia & impia, progressus austerus & sanctus, exitus verò fœlix & gloriosus, quæ in principio in mundo tota cum mundo fuit, in medio vitæ in mundo extra mundum, in fine supra mundum in cœlestibus, quæ dum abstraxit se à mundanis & iniquis voluptatibus meruit delitias cœlestes per beatissimæ Virginis & angelorum consortia, cumque nec scribere nec legere nouerat, angelicas habuit adiutrices manus, quæ hæc monumenta scripserant, & cùm humana vis & auxilium ad sepeliendum deesset, leo etiam quem monachus ille præsentem vidit, vnguibus suis sepulchrum parauit, quo illa reconderetur. Cognouit verò monachus Zosimas, quia mox vt diuina in Iordane mysteria participauit, eadem hora in illum locum venit, vbi mox de hoc mundo transiuit, & idem iter quod Zosimas per dies 20. ambulans, vix consummauit laborās vnius Horæ cursu Maria tum confecit, & statim migrauit ad Dominum.

Maria Ægyptiaca futurorum prænuntiatrix.

S. Maria Ægyptiaca mors.

Et sepultura.

Zosimas per viginti diebus ambulauit, quod Maria Ægyptiaca vnius horæ spatio.

Heu mihi Auditores, væ vobis, quid facimus qui in similibus aut longè maioribus iniquitatibus sumus repleti, quarum neque modus, neq; numerus, neq; finis. Quid facitis ciuitates, quæ tanta & enormia mala toleratis? Quid facitis vos mulieres, quæ vultis vestras filias vocari, sancto nomine Mariæ, & permittitis vt inhonorent nomen & vitam, & fiant meretrices turpissimæ? Si autem estis peccatrices, hinc hinc exemplum pœnitendi sumite. Dixerat illa seni discedēti, *Ora pro me Dominū, & mea memor esto semp. infœlicitatis* At nunc tuæ, ô benedicta Ægyptiaca, memores infœlicitatis tuarumque miseriarum, quas mulier pœnitens fortissimè & constantissimè sustinuisti, tu tu ora pro nobis Dominum, vt ad eum conuertamur, & condignam pœnitentiam in viuis agamus, & passionis Saluatoris nostri amarissimæ, ipsius & tuorum dolorum meritorumque fiamus participes, accendamur & animemur ad amorem Dei, detestantes hæc inania.

Ideoque vno ore, Auditores, clamemus cum sancta Ecclesia, *Omnipotens mitissime Deus, qui non mortem, sed pœnitentiam hominum desideras, respice propitius de solio gloriæ tuæ, & suscipe preces, quas nos indigni tibi pro commemoratione beatæ & gloriosæ Mariæ AEgyptiacæ suppliciter fundimus*, vt sicut illa Spiritu S. instigante, pœnitendo meruit veniam peccatorum, ita nobis peccatoribus apud tuam misericordiam indulgentiam obtineat peccatorum. Per D. N. &c.

Laus DEO, *& Beatissimæ* MARIÆ *Virgini, & omnibus Sanctis.*

IN FESTO S. ADALBERTI EPISCOPI, MARTYRIS ET PATRONI BOHEMIÆ.

Ego sum vitis vera, Ioan. 15.

GLORIOSVM, iucundum, fœlicem & beatum dicamus & ducamus hunc diẽ, Auditores, quo S. Episcopi martyris & patroni nostri, imò totius Bohemiæ, Poloniæ & Prussiæ, recolitur solennitas. Magnus ille fuit in viuis, magnus nunc est in cœlis, magna ab eo viuo ab eius S. martyrio, magna ab eo inter diuos relato accepimus & indies accipimus. Erat ille Apostolus noster Polonorum & Prutenorum, Episcopus Bohemiæ, exilio & passione martyr, doctrina & prædicatione apud gentem barbaram confessor, vitæ puritate & sanctimonia Virgo, visionibus quas habuit, & quæ de illo habitæ sunt Propheta, ad sacra & spiritualia certamina Dux, Christi in terris, & qui post mortem visus est pro Bohemia contra impios aduersarios dimicare. Miles professione, & vitæ asperitate monachus, pietate & charitate in suos pater, protectione & meritis patronus, verbo & exemplo pastor, patientia & voluntaria exilij mortisq; perpessione agnus, vitis, in qua nos palmites, & palmes in vite Christo. Erat ille sal, lux, lucerna, ciuitas, factus omnia, vt omnes cum S. Paulo lucrifaceret, cui & clausum multo tempore cœlum, testimonium dedit, quod ad ipsius reuersionem ab exilio & benedictionem apertum, largissimam pluuiam effudit, terra quæ fœcundata, & tandem suo sacto cruore conspersa, & per hoc aqua ipsa. Tanta illius in nos beneficia & merita extant, vt quicquid in nobis est fidei, spei & charitatis, quicquid virtutis, pietatis & religionis, id illi vni post Deum, te feramus acceptum necesse est. At verè hodiè Ecclesia S. canit: *Attollere tuas victimas, Adalberte sancte, virtutes, qualitate longe sibi dissimiles, ac tu pastor egregie, nos te precamur, tantummodo nostram considerans fragilitatem infectam vitijs, dilue pretiũ actione Laudare te conamur vocibus, contrarij moribus, prædicare sermone dissimiles opere, te quippè fœlix glorificat palma, nos contra infœlix accusat actio.* Nihilominus tamen, Auditores, Dei gratia inuocata, patronique nostri intercessione, quantũ quidem nobis concedetur, Deum in sancto suo, & sanctũ propter sua merita & dignitatem extollemus laudibus, festumque diem illi exhibebimus. Sed nunc ad

S. Adalbertus. Episcopus Bohem. Apostolus Polonorũ & Prutenorum.

EVANGELIVM.

EGo sum vitis vera.] Scopus huius parabolæ est, quòd hac Dominus inducit discipulos suos vt sibi adhæreant & dilectione, in eaq; vnione perseuerent, idq; argumẽto eo & ratione. Quia nisi ipsi sic inhæreant, & maneant in eo, non poterunt fructum dignum Deo facere, quem nõ vulgarem aut qualemcunq;, sed vberrimum adferre tenentur, cùm à Deo sint dispositi & formati, vt copiosiùs & abũdantius fructificent, reiecto & præciso vno illorum, sc. Iuda. Ad hoc inducitur parabola, de agricola & vite, & palmitibus, quorum aliquos agricola resecat à vite, quia inutiles & infructuosi erant: aliquos vero purgat, vt vberiorem fructum ferant. Ferebant quidem priùs, sed non sunt resecti ideò, sed purgãtur, vt copiosiùs fructificent. Iudas de illorum numero fuit, ideò resectus est. At vndecim purgati sunt, vtpotè fructiferi. Tenentur ergo fructum abundantiorem producere, non solum autem non abundãtiorem, sed nec vllum producent, nisi in Christi fide & dilectione mãserint: sicut palmes nullum facit fructum, nisi in vite manens. Curandum igitur, & in omni studio incũbandum est purgatis illis, vt in Christo permaneant. Vbi attentè cõsiderandum, Parabolam multas complecti sententias, sed non omnes esse finem parabolæ, sed ordinari ad scopum, quod exemplo manifestatur. Nam vna sententia est parabolæ huius, infructuosos fideles, qui non incũbunt dilectionis operibus & mandatorum obseruantia, præcidi à vite. Secũda, Purgari iustos, vt amplius & copiosiùs fructificent. Tertia, Neminem fructum facere, nisi in vite manserit, & Christo per fidem inhæserit. Parabola autem hæc primariò & principaliter propter discipulos est introducta, secundariò in ipsis, omnibus fidelibus generalis doctrina traditur. Confert itaq; Dominus se viti, & quidem veræ viti. Veram vitem dicimus propter duo: Vnum, vt à falsis vitibus & quæ apparent, sed reuera nõ sunt, distinguamus. Vt enim aurum verum, & argentum verum appellamus, quod naturam veram auri & argenti habet, & non tantùm similitudinem quandam, sicut aliqua, quæ similia sunt auro & argento, quæ falsa dicimus, ita etiam vitem veram vocamus, quæ naturam habet vitis; Christus igitur se viti veræ comparat non falsis illis & apparentibus. Alterum est, vt à vite infructifera, & quæ fructus legitimos non reddit, se discernat: Verum enim etiam dicim⁹, quod fidele & verax est: Verus amicus, qui quando oportet vt amicum decet, se exhibet in opere. Arbores dicimus infideles, quę fructus nos reddunt speratos: sic fallax & mẽdax vitis est, quæ etiamsi per naturam vitis sit, fructum optatum non reddit agricolæ; vera autem quæ fructum expectatum profert. Christus verum fructum & promissum nostræ salutis produxit, de qua vite prædictum est ab ipsa diuina sapientia, qui Christus est. Eccl. 24. *Ego quasi vitis fructificaui suauitatẽ odoris, & flores mei fructus honoris & honestatis.* Ex quibus verbis, cur viti conferatur, deducimus causam, nempè primò propter fructuum copiam. Est enim fœcundissima inter omnes plantas, quod & Dauid Psal. 127. significat d. *Vxor tua sicut vitis abundans.* Secundò, ꝓpter suauitatẽ fructus. Est n. dulcissimus & suauissimus. Tertiò, ꝓpter vinum, quod ex eius fructu conficitur, quod lætificat cor, multosque parit effectus similes Christi aduentus fructibus. Quartò, Quia inter omnes plãtas maximè ramos diffundit & expandit, vt considerata trunci quantitate mirũ in modum palmites extendat, in quo Ecclesiæ extensio significatur, de qua Ps. 79. in figura illius populi dictum est. *Extendit palmites suos vsq; ad mare, & vsq; ad flumen propagines eius.* Qua ratione granum sinapis comparatur, quod à principio paruum, in magnam postea excrescit arborẽ. Quintò, vt vinum illud sacratissimum insinuaret, Futurũ enim erat, vt sanguinem suum sub vini specie nobis daret, sicut iam discipulis dederat. Aduerte etiam, quòd in illa parabola apertissime intelligitur, quod erat hoc loco significandum de Deo patre & fidelibus, eò quod circa vites colendas maior sit cura & studium agricolarum, quam circa alias arbores.

Parabola de vite vera Christo, scopus.

Parabola hic tracta ta plures sententias.

Vera vitis dicitur, propter duo.

Christus quare conferatur viti.

Nota etiam Christum Dei filium viti conferri ratione humanæ naturæ assumptæ. Vnde rectè Hil. l. 9. de Trin. his verbis mysteriũ carnis assumptę insinuans docet affirmans, idcircò carnem assumpsisse, & tanquam vitem factum esse Dei filium, vt nos tanquam palmites ei inhærere possem⁹. Nisi enim viti similis factus esset, nemo hominum ipsi vniri & coniũgi posset. Dum autem nostram induit naturam, nos sibi tanq̃ palmites per fidem copulauit. Itaq; Christus propter carnem assumptam dictus est vitis, in qua natura cum hominibus communicat, & ipsi palmites eius sunt. Eandem enim naturam vitis & palmites habent. Quando autem audis Christum ratione naturæ assumptæ dici vitẽ, ne excludas personam ipsius. Nam Dei filius est, qui in natura nostra viti est similis, sed similis viti non esset, nisi qui in ea natura est, Dei filius esset, sicut mortuus est vt homo, at mors eius nõ esset salutis nostræ remedium, nisi ille homo qui mortuus est, filius Dei esset. Totus ergo Christus filius Dei & homo, viti similis est. Sed causa & ratio, ꝓpter quam viti similis est, natura humana est, tamẽ natura humana virtutem non haberet producendi palmites & tales fructus, nisi in ea esset diuinitas. Iterum cõsidera, licet plures causæ sint, cur Christus viti se comparat, propria tamẽ est, & cur inter alias arbores vitis similitudinem elegerit, sc. vt passionem & mortem suam significet. In Prophetis enim passio eius in vite prædicta est, Gen. 49. *Ligans ad vitem pullum suum, lauabit in vino stolam suam, & in sanguine vuæ pallium suum.* Isa. 63. *Torcular calcaui solus.* Quando igitur nunc

Christus ob carnẽ assumptã, dictus vitis.

Cur præcipue Christus viti se comparauerit.

vitis

vitis similitudinem affert, mortem & passionem suam imminentem indicat, cuius & nunc debemus esse memores, quia ex ea, quòd sumus, viuimus & mouemur, accipimus. Rursus vt purgationem Apostolorum significaret. Non.n. est arbor, cuius putationi incumbat agricola, sicut est vitis. Et cùm sit omnium lignorum despectissimum, hinc intelligamus, ipsum etsi mundo despectum in cruce, dulcissimos nobis protulisse fructus, vinū lætificans cor, fidelesq; per ipsum ferre fructus non quoslibet, sed instar vini Deo patri gratissimos. Ipse.n. est qui dicit Eccl.24. *Ego quasi vitis.* Quia vitis Iesus noster est, incomparabiliter excedit oēs sanctos quibus cōusertur, & licet vilis appareret, tamen vt vitis excelsus erat in fructu, Isa.53. *Vidimus eum, & non erat ei aspectus, neq; decor, vnde nec reputauimus eū, sed liuore eius sanati sumus*, dū Samaritanus hic cœlestis vinum infudit in ara crucis calcatum, quo curauit desperata vulnera nostra, Luc.10. quia vitis ille erat. Futurorum tem porum fœlicitas hæc fuit, non vt sederet populus Iudæorū sub vite sua, sed Christianus sub hac faciatissima vite, à qua mille reciperet bona, non qualia erant, quibus donabatur tempore Salomonis populus Israël, de quo scriptum est, 3. Reg 4. *Habitabitq; Iuda & Israel absq; timore, vnusquisq; sub vite sua, & sub ficu sua, non à Dan vsq; ad Bersabee, sed à mari vsq; ad mare, & à flumine vsq; ad terminos orbis terrarum.* Fructuum dulcedinem & suauitatem huius vitis, quotquot fuerint experti, tranquillitate fruentur. Bonis replebuntur, quoniam non est vitis illis similis, de quibus scriptum est, Isa.5. quod decem iugera vinearum facient lagunculam vnam, sed vitis vna electa, quæ orbē repleuerit fructu pretiosissimo, quo cor cunctorum hominum lætificetur. Non certè vitis, quæ respondeat lignis dicentibus, Iudic.9. *Impera nobis. Non possum deserere vinum meū, quod lætificat Deum & homines, & inter cætera lignorum promoueri.* Sed potius quia vinum protulit in remedium animarum, cunctis lignis præesse desiderat, vt cunctis benefaciat, vt cuncta illa eius participent dulcedinem, nec flentes dicant. Is.24. *Luxit vindemia, infirmata est vitis, ingemuerunt oēs, qui lætabantur corde. Clamor erit super vino in plateis*, cùm sc. defecerit cōsolatio, sed potiùs calcator vuæ solitum celeusma cantabit, lætitia inenarrabili plenꝰ, ꝙ vuam reperit ab illa cœlesti vite expressam. Iere.48. qua cuncti gaudeant, illius maledictionis obliti, quam maximam credidit Michæas c.6. *Calcabis mustum, & non bibes vinum.* Christus ergo vitis fidelibus velut palmitibus influit vitam, suorumq; operum sanctificationem, & quicquid in hominibus bonum, à Christo Domino deriuatur in sanctos, qui totius boni exordium est & origo, eminens vniuersis, sicut vitis cæteris arboribus. Ideoq; Christū incarnatū desiderabat sponsa, quia ibi fructus sunt consolationis & vitæ. Vitis ēt in hyeme & externè nullam quidē speciē habet, Nam & hispidum & curuum est lignum, sed p̄stat omnibus, licet nullam pulchritudinem referat. Vitis Christus, à qua vinū profluit gratiæ meritorum & iustitiæ, quo mundus inebriatur e calice illo qui præclarus est, cùm Iudæorum populo, non tam vitis quàm labruscæ & spinarum nomen conueniat. Vitis hæc plantata fuit in terra, cùm Deus homo factus est, palmites ꝓtulit, i. ū Apostoli, discip[uli] & al[i] j ei adhæserunt. Crescente aūt fidelium numero, & dilatata fide, *extendit palmites suos vsque ad mare.* Ps. 79. Vitis vera non ꝓducens *vinum, in quo est luxuria.* Eph.5. sed *germinās virgines.* Quēadmodū igitur voce prophetica basis & fundamentum, Isa.28. appellatur, in ipso.n. ædificamur, viui lapides spiritualesq; effecti ad habitaculum Dei in spiritu & sacerdotium sanctū, nec ædificari nisi per Christum possumus. Sic vitis appellatur, vt mater & nutrix palmitum. Regenerati.n. ex Christo, & per ipsum in spiritu sumus ad ferendum fructum vitæ, q̄ est per fidē & charitatem erga ipsum. Conseruamur aūt in hoc statu, & ad hoc vitis desiderium, inserti quodāmodo ipsi sumus, i. firmiter retinentes tradita nobis ab ipso mādata, studentesq; huiꝰ nobilitatis bonū conseruare, ꝙ fit si Spiritum S. per quem Deus in nobis habitat, nō offendamus. Ioannes.n. apertè ostendit, qūo in Christo sumus. *In hoc*, inquit, *cognoscimus, quoniā in Deo sumus, & ipse in nobis, quoniā de spiritu suo dedit nobis.* Io.4 Et rursus: *Qui dicit se manere in illo, debet vt ille ambulauit, & ipse ambulare.* Et alibi clariùs: *Qui mandata eius seruat, in eo manet, & ipse in eo.* Nā si mandatorum cōseruatio charitatē erga eum efficit, & per charitatē ei cōiungimur, qūo verū nō est, mādata eius seruantes in eo manere? Sed quēadmodum radix qualitatē suā immittit palmitibus: Sic vnigenitus Dei filius, patris & suæ naturæ affinitatē, vt ita dicam, spiritu dato sanctis largitur, per fidem & charitatē ei cōiunctis, ad pietatē & oē virtutis genus ipse nutriens. Hæc vitis præclarum vinū cōfert omnibus. Est.n. vinum perfectorū, & istud est vinum gratiæ & scientiæ, & doctrinæ, feruoris, amoris & cæterarū virtutum, q̄ per vinū possunt notari. Diuites.n. generaliter bibunt vinum, aquam verò rarò aut nunquam, sic spiritualiter illi, qui gratijs & meritis sunt diuites, vinum gratiæ & scientiæ volunt bibere, & de aqua mundanæ sapientiæ nolunt gustare. Christus.n. in cōuiuio spirituali dat vinum suis bibere, & non aquā. Can.8. *Dabo tibi poculum ex vino cōdito.* Gratia.n. diuina vinum conditum dicitur pro eo, ꝙ ex herbis & speciebus, i. ex pluribus particularibus virtutibus cōficitur & miscetur. Et sicut videmus ꝙ vinum inter oēs liquores obtinet principatum & inter oēs succos herbarum & fructuum principaliter habet vires, quia vinum corpus nutrit; roborat & augmētat, intellectum illuminat, cōr lætificat, dolorem & tristitiam obliuisci facit, & libertatem & audaciā inducit, & lachrymas q̄q; excitat & educit: Sic verè diuina gratia infinitas spirituales habet virtutes; Ista.n. nutrit & vegetat per deuotionem, roborat & augmentat per constantiam & perfectionem, intellectum clarificat per fidem & discretionē, mentem lætificat per spem & spiritualem consolationem, dolores & tristitias obliuioni tradit per patientiā & indulgentiam, liberum facit hominem per Eleēmosynam & cōpassionem, audaciam procurat per fortitudinem & fortium aggressionem, lachrymas & fletum excitat per pœnitentiam & contritionem. Et iden breuiter de isto vino dicitur, Eccl.31. *Vinū moderatè potatū est sanitas corporis & animæ.* Tales autem virtutes omnes sancti in hoc vino experti sūt, quod & de S. Adalberto possemus ostendere, nisi prolixitas generaret fastidium, & quisq; pro se posset intelligere.

Vt lignum vitis despectum, ita Christum vera vitis, in cruce dulcissimos nobis attulit fructum.

Vitis quare cæteris lignis præesse debuerat.

Regenerati sumus ex Christo & per Christum.

Vinum perfectorū.

Diuina gratia spirituales habet virtutes infinitas.

Prętereà liberalis paterfamilias non est cōtentus in mēsa vinum vnum porrigere, imò nunc vnū, nunc aliud propinat, ēt in eodem conuiuio, non omnib. idem vinum datur, sed secundùm distinctionem personarum vni de vno, & alteri de altero ꝓpinatur: sic verè Deus diuerso multiq; vino ad inebriandum & saturandum bonos vtitur, ita ꝙ vnicuiq; secundùm æternæ ordinationis prouidentiā, vel de omnibus vel de vno, vel de altero liberaliter erogatur, iuxta illud Esth.1 *Bibebāt qui inuitati erāt, aureis poculis &c.* Vinum quoq; vt magnificentia regia dignum, erat abundās. Et ex his primum est vinum dulcoris & deuotionis, & istud est vinum diuinæ gratiæ, ꝙ sc. animā vegetat p deuotionē, ipsamq; in virtutibus augmentat, & hoc quia vinū dicitur à vite natum, virtute.n. solis humor à terra vsq; ad interiores vitis venas attrahitur, ibiq; disponitur & digeritur, & in vini substantiam conuertitur: Sic vinum diuinæ gratiæ in vena cordis per solem iustitiæ, sc. Christum solet ꝓduci & generari, & ibi nutriri, quia vinū diuinæ gratiæ non industria hominis nascitur, sed à Deo perficitur & creatur. Ecc. 31. *Vinū in iucunditatē creatū est.* Et ita potest dici vinū dulce, ꝙ p̄ alijs vinis solet reficere & nutrire, & corporaliter augmentare: Quia ille qui vino dulci gratiæ nutritur, virtutib. & meritis perficitur, augetur, & tēporaliter & spiritualiter, & ppetuò augmentatur. Vnde Ps. *A fructu frumenti, vini & olei sui multiplicati sunt.* Et sicut videmus ꝙ illi qui sunt vino ebrij, solent esse iucundiores, audaciores & liberaliores: sic verè illi, qui de vino gratiæ sunt imbuti per spem, consolationem, laudem, & gratiarum actionem, sunt læti. Eccl. 40 *Vinum & Musica lætificant cor.* Illi ēt qui istud vinum ad plenū bibunt, ad aggrediendum opera vtilia, & ad sustinendum terribilia, audaces sunt. 2.Esd. 4. *Viri, quòd prævalet vinum omnibus hominibus.* Sequitur, *Quòd mentē conuertit in securitatē & iucunditatē, & non meminit oēm tristitiam.* Et ideo breuè cōcluditur seq.c. *Forte est vinum.* Quia nulla fortitudo alicuius boni opis perficitur, nisi homo diuinæ gratiæ vino inebrietur. Illi.n. qui isto vino sunt pleni, p̄ cæteris sunt liberales, cōpatientes & largi. Ge.27. De Isaac legimus. Quòd cùm Iacob dedisset sibi comedere, obtulit ei ēt & vinum

Vino diuerso D. vtitur ad inebriandum bonos, quomodo vtatur.

Vino gratiæ imbuti quibus modis læti.

quu facto, benedictionem largissimam sibi dedit. Quod et de Assuero legimus, Esth. 5. quod postquam vinum biberat abundanter, dixit Ester, *Quod petis Ester Regina? etiamsi medietatem regni mei petieris, dabo tibi.* Et de hoc vino potest dicere quilibet deuotus. Cant. 5. *Bibi vinum cum lacte meo.* 2. Iusti bibunt vinum splendoris & discretionis. Vinum. n. clarũ & purum, quod sensum & ingenium acuit, significat sapientiam & scientiam, & spiritualē prudentiam & doctrinam, quę est bibenda & fidelibus impartienda, & per ipsam intellectus subtilitar acuenda Vnde de sapiētia dicitur Pro. 9. Quòd *sapientia* increata, Dei filius, *domum suã*, i. Ecclesiã *fabricauit*, quã 7. columnis aut donis Spiritus S. stabiliuit, in qua mensam sacræ scripturæ posuit, & in qua panē & vinum fortis & simplicis doctrinę miscuit & cōfecit, quib. insipientes & paruulos instruxit & refecit. Vinum. n. doctrinæ debet esse mūdificatiuum & lętificatiuum, quia debet esse meditatio corruptionis, dulcedo & lætificatio cōsolationis & benignæ monitionis. Eccl. 31. *Vinũ in iucund. creatũ est.* Apes. n. in alueario continentur, quę vini dulcis superfunduntur. Si verè multi sunt, qui ab aluearío Ecclesię vel religionis per peccatum, vel per Apostasiam recederent, & per desperationem & tristitiam perirent, nisi prædicatores vel prælati cum vino dulcis doctrinæ, vel cōsolationis benignæ, ipsos in statu gratiæ & in alueari Ecclesiē retinerent, & à suis malis voluntatib. coërcerent. Ita quod talibus consolatorib. potest dici illud Cant. 7. *Verba tua sicut botrus vineæ.* Et hoc vinum moderatè sumi debet, & cum temperantia & prudentia potari, iuxta illud Ro. 12. *Non plus sapere quã oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem. Moderatè*, inquit Ecc. 32. *Numerus Musicorũ in iucundo & moderato vino.* Eccl. 31. *Quã sufficiens est homini erudito vinũ exiguũ.* q. d. Melius est in scientijs moderatè transire, quàm profundiores nimias inquirere & ambire. Vinum. n. quod est forte, lædit caput, sic scientia, nisi aqua sapientiæ fuerit temperata. Et ideo 1. Tim. 5. *Modico vino vtere propter infirmitatem.* 3. Sancti bibunt vinum liquoris & curationis, quod est Dñici sanguinis, quod vel per compassionem desideratum, vel in altari receptum & potatum, animam à peccatis sanat, & per illud gratia sanitatis à Christo conceditur, perficitur & augmentatur. Et istud vinum ostenditur cū dicitur, *Sanitas.* Ier. 51. *Tollite resinam ad dolorē eius, si fortè sanetur.* Resina. n. est ille liquor, qui ab arbore stillat, sicut & vinum de vite, significans sanguinem Christi, qui more balsami, de vinea Engaddi, de vite & arbore crucis stillauit, & animam peccatoris reficiens viuificauit & sanauit. Et teste philosopho, coagulum agni cum vino potatũ, sanat à morsibus aranearum: Sic verè coagulum, i. dulcedo benignitatis Christi, cū vino sui sanguinis intermixto, à morsibus dæmonum nos sanauit, quos humanum genus, quod araneæ infernales momorderant de inferis, sui sanguinis virtute liberauit. Figuratur hoc loco Luc. 10. in Samaritano, qui infudit vinum & oleum, Christus sc. vinũ sui sanguinis, & oleum suæ gratię. IV. Iusti bibunt vinum doloris & afflictionis. Vinum. n. infusum vulneribus acriter mordet, & superfluitates consumit, mortificat & desiccat: Sic verè potus mundanarum tribulationum & correctionũ, qui iustos inebriat in hoc mondo, acriter mordet & vrget, & fæces vitiorum consumit & desiccat, & istud vinum ostenditur, cùm d. *Corporis.* Quia tribulatio est similis vino turbido & crasso, quod fortiter lædit caput. Corpus et crassũ de natura sui solet aliud corpus lædere, vt ei collidatur, quod spiritus nunquam facit. Sic tribulatio, vt homo dicat istud 2. Mach. 6. *Duros corporis sustineo dolores.* Et istud est vinum cōpunctionis. Ps. *Potasti nos de vino cōpunctionis.* V. Bibunt Iusti vinum amoris & refectionis, seu consolationis, & istud est vinum lætitiæ & exultationis & iucunditatis, quod à sanctis in patria bibitur, vbi anima cum angelis iucundatur. Et hæc lætitia spiritualiter est animæ vinum. Eccl. 31. *Exultatio animæ & cordis, vinum moderatè sumptũ.* Vinum super oēs medicinas solet mentem lætificare. Sic vere vinum voluptatis æternæ facit homines perpetuò lætificari, & dolorũ præcedentium obliuisci. Ps. *Vinũ lætificat cor hominis.* Prou. 31. *Da mœrentibus vinũ, & his qui in amaritudine sunt, bibant & obliuiscantur egestatis suæ.* Vinum. n. æternæ consolationis ibi ex omni parte funditur, ita quod beata anima taliter imbibitur, quod de malis in mundo perpessis minimè recordetur. *Mulier n. cũ parit habet tristitiã.* Io. 16. Sic est in paradiso. Ex hac vite hoc vinum educitur. Potest & iniquus dici vitis, prout 4. Reg. 4. dicitur de famulo Elisæi, quod inuenit vitem syluestrem quasi colocynthidem, quæ ita fuit amara, quod mãducari non potuit à filijs Prophetarum. Vitis enim syluestris est peccator, cuius fructus, i. opera, tanta amaritudine & malitia plena sunt, quod à iustis manducari, i. imitari nō possunt. Mali enim sunt vites debiles, steriles, inutiles, quæ fructum bonorum operum non portant. Ier. 8. *Non est vua in vitibus, & non est ficus in ficulnea.* Debilis, quia peccator debilis est ad bonum faciendum, & ad malum dimitten. [illegible] Isa. 24. *Luxit vindemia, infirmata est vitis.* Inutilis, Ezech. 15. *Fili hominis, quid fiet de ligno vitis? Nunquid erit vtile ad opus etiam cùm esset integrum, non erat vtile.* Et ex tali vite habetur vinũ, quo potantur impij. Deut. 32. *Fel Draconum vinum eorum.* Et mundana aduersitas dicitur vinum. Ier. 51. *Calix aureus Babylonis in manu Domini, & de vino eius bibunt gentes, & ideo commota sunt.* Sed adhæreamus veræ viti, Auditores, vt de bono, claro & salubri vino bibamus in æternum.

Vinum doctrinæ qualequam esse conuenit.

Sancti quale bibant vinum.

Tribulatio similis vino turbido & crasso.

Vinum æternæ consolationis.

Vitis syluestris peccator.

Et pater meus agricola est.] Quia filium misit in mundum, & quia perpetuò operatur, & excolit vineã suã, S. Ecclesiam, nunc fodit, nūc putat, nūc alia facit. Et sicut agricula aliud temp⁹ habet putationi deputatũ, alio tempore fodit & excolit vineam suam, alio vindemiat eam, fructum exigit, ita Deus nunc beneficium præstat. Illud. n. est fodere, beneficijs irrigare vineam, vt fructum porrigat bonorũ operum, nunc aduersa imminent, vineã putat, postea aũt fructum exigit. Vineam aũt non habent mali, quia quã plãtauit Deus in Baptismo, eradicarunt, & ideo pater in cœlis non est amplius ibi agricola. Tribulationibus et sæpè carent impij, sicut oliuæ & vuæ, dum pendent in arbore, quæ nō exprimũtor. Sed ad verba Euangelij. Dũ aũt patrē suum agricolam vocauit Iesus, ipsius eximiã dilectionē significauit. Agricola . n. nulli parcit labori amore fructus percipiendi. Alacriter fert cuncta in spe fructus, niuiũ & imbrium incommoda patitur in hyeme, in æstate ardentissimis solis radijs vegetur, cuncta vilescunt ei, dũmodo quod desiderat consequatur. Et quidem agricola propriam vtilitatē in fructu cōtemplatur, delectationi propriæ intentus est, non quòd fructum, vt ille pendeat in vinea, ille perficiatur & ornetur, sed & vuis & vino potiatur vt ditescat. At Deus nullã vtilitatē suam in hominum aut angelorum recta operatione, valet considerare, qui bonorum nostrorũ non indiget, qui Deus noster est. Sicut. n. nec illi nocet impietas tua, sed tibi eam operãti, ita nec illi pietas tua, sed tibi eã operanti vtilis est. Et tñ tanta animi propensione fertur, & dicit Cant. 7 *Manè egrediamur in campum, videamus si vinea nostra floruit, si flores fructus parturiunt*, vt ibi vbera det desideret sponsæ, fructu vinearum delectatus, cuius nimio amore fertur, mandatorum obseruantiã ita ardenter postulat, ac si in ipsius illa cederent vtilitatem. Sicut. n. amorem ineffabilem explicat, cùm incōmoda & labores nostros, & tribulationē nostrã vocat suã, ita et amor ardens est in causa, vt profectus nostros vocet suos: delicta nostra, sua, & flagellum, quod super peccatores veniet, super se venturum dicat. Considerandum et est, quod homines & vineæ & palmitib. conferantur in Euãgelio. Vineæ dum parabolam proposuit Christus, Mat. 20. in qua paterfamilias operarios conduxit, vt irent in vineam suam, quã Dñs plantauerat, cuius vineæ vnusquisq; nostrum est pars & vitis. Sicut. n. hæc, si eam partem spectes, quę terræ proxima est, decore caret, nec fructum reddit omni viriditate destituta, quę oculos intuentium offendit, nulli vsui apta videtur, & tñ eadem in parte superiori pulchritudine palmitũ, florum, foliorũ & fructuum ornatur, cuius odor tã est grauis, vt serpentes fuget, animos hominum recreet: ita Christiani homines, qui hoc nomine digni sunt, qua parte terram contingunt, esuriunt, sitiunt, nudi sunt, colaphis cædũtur, tanquam mundi purgamenta reputantur, contemptibiles sunt mundi, & licet eis non sit dignus mundus. Heb. 11. pellib. caprinis induti, in mōtib. & cauernis instar ferarum quondã latitabant, & modò contemnuntur, sed tñ in parte interiori, licet is qui foris est homo externus, laborib. ieiunijs, & alijs attritus, corrumpatur, tñ is qui intus est. Dñi præsentia renouatur de die in diē. Cōuersatio illorũ in cęlis est. 2. Cor. 2. bonus odor Christi sunt, in omni loco, in carne ambulan-

Vitis colenda tempora diuersa.

Cur patrem suum vocet agricolam Christus.

Nec impietas nostra Deo nocet, nec pietas vtilis est, sed nobis operantibus.

Vinea à Domino plantata (Mat. 20.) vnusquisque nostrũ pars & vitis.

bulantes, non secundum carnem militat. Et sicut in parte superiori vitis nascuntur gemmæ, ex gemmis folia, flores, q producunt in vuas, & ex eis confluit vinum, ita in corde viri iusti recti cogitatus gēmæ sunt, hinc sancta pullulant desideria florib. similia, hinc oriuntur bonorum operum fruct⁹, à quib. vinum oritur lætificās cor hominis, qñ gaudio spirituali, q in testimonio bonæ cōscientiæ consistit, lętificatur homo. Itaq; vides q agricola vbiq; & ad omnia valdè sit necessarius, cùm audias Deū patrē esse agricolam, & si vos estis agricolæ cōstituti, facite q vestri est officij. Prælatus colit agrū Ecclesię, ipsum debitè regendo, seminādo, purgando & frequentando. Perfectus colit agrū consciētiæ ipsum mundādo, & herbis & arboribus, i. gratijs & virtutibus adornando. Colit ēt agrum paradisi ipsum contēplando. Agrum purgatorij & inferni ipsum meditādo. Agrum proprij corporis ipsum fodiendo, & per pœnitentiam macerādo. Agrum ēt pauperum ipsum per eleēmosynas impinguando. Ge. 9. *Cœpit Noë vir agricola exercere terrā.* Beatus colit agrum patriæ cęlestis, ibi habitando, & eius fructib⁹ perfruēdo. 2. Tim. 2. *Laborātē agricolā oportet primū de fructib. percipere.* Mundanus colit agrū psentis vitæ & viæ, ipsum amādo, & fructum diuitiarum aggregando, & sibi non pauperibus accumulando, figuratus in illo diuite, Lu. 12. cui⁹ ager vberes fructus tulit, vt audiret, *Stulte, hac nocte*, & figurat⁹ in illis, qui hæredē vineæ occiderunt. Sicut aūt agricola corporalis tria solet facere. 1. Spoliari, ne vestibus grauetur. 2. Occupari, vt actib. probetur, 3. Roborari, vt virib. iuuetur, ita spiritualis agricola debet donis terrestrib. & temporalib. denudari, quia Zach, 13. quilibet pfectus dicere potest, *Homo agricola ego sum.* ideo Homo. 2. Bonis operib. agitari, ideo dicitur Agricola. 3. Sanis virtutib. roborari, ideo dicitur, *Ego sum.* Itaq, vt simus veri & boni agricolæ, debemus 1. denudari temporalib. quia sumus homines & vltra necessitatem & indigentiam status nostri non debemus temporalia cumulare, imò sicut agricola, vt leuior & expeditior sit ad laborandum, vestimenta sua deponit. Sic & nos vestimenta nostra, i. exteriora bona mundi debemus qm ad affectum deponere, & nos ipsos p liberalitatē & eleemosynam denudare, vt sic ad colendum nosmetipsos per bona opera expeditiores possimus apparere. Et hoc ostēditur, cū dicitur apud Zachariā *Homo*, quia homo naturaliter est animal nudum ad denotandum, q cor nostrum debet esse nudum & sine diuitiarum affectione, & ab indumētis bonorum tēporalium denudatum, iuxta illud Ps. *Diuitiæ si affluāt, nolite cor apponere.* Vt de quolibet possit dicere illud, Io. 18. *Ecce homo.* Sicut. n. videmus, q omnia q̄ sunt, abijciūt, sua superflua vestimenta, & reliq. & serpens suam pellem, & arbor folia: Sic nos debemus dimittere saltē, qm ad amorē vel affectū, pelles & folia exteriorū tēporaliū bonorū vt sic virtutib. renouemur & operib. alleuiemur, vt sic cœlestib. gaudijs & pmijs adornemur. Sed verè de multis videtur, q non sunt homines, imò simiæ, quia q̄uis habeant humanā effigiem, non tñ est nuda, imò cum hirsuto vellere & pelle hispida est vestita, vt sunt auari & cupidi. Necesse est itaq;, vt habeamus charitatem & humilitatē, paupertatem & benignitatem peregrinorum & stabilitatem. 2. Debemus agitari bonis operibus, quia deriuatur agricola ab ago & colo, debet itaq; celeriter inchoare, viriliter laborare, stabiliter continuare, viriliter se occupare. 3. Debemus esse virtuosi, quia dicitur, *Ego sum*, 1. Cor. 3. *Dei agricultura estis.* Et ex contrarijs potest malus agricola intelligi.

Prælati & profecti, quo colāt agros.

Mundanorum ager.

Vt boni simus agricolæ, quæ requirantur.

Homo cur naturaliter animal nudū.

Notatū q tria sunt q̄ fructum impediunt boni opis, q̄ sunt figurata p tria q̄ desolabantur fructus in Ægypto, vt sunt locusta, bruchus, & ærugo, Ex. 10. Per locustā intelligitur supbia, q locusta saliēdo venit, & sic supbus se eleuat. Ps. 73. *Superbia eorū qui te oderunt, ascendit sēper.* Et destruit fructum bonorum operum. Luc. 17. *Cum feceritis omnia quæ præcepta sunt vobis, dicite, Inutiles serui sumus: fecimus q debuimus & nil amplius.* Tales locustas tullit Deus de consortio sanctorū. Ps. 100. *Non habitabit in medio domus meæ, qui facit superbiā.* Bruchus, Ps. 104. pillū significat luxuria, quia bruch⁹ nutritur in fimo & immunditia, & sic impedit fructū boni opis. Ro. 8. *Qui in carne sunt, Deo placere nequeunt.* Nam *Deus spiritus est.* Ærugo est auaritia, quia cadit succinctim in splēdore solis, & auaritia accrescit in psperitate, nunc optans hoc, nunc illud. *Quam commutationem dabit homo pro anima sua?* Matth. 16. Et ita agricola habet quod auertat mala huiusmodi, quatenus ager & vinea fructificent.

Tria fructum boni operis impediunt.

Omnem palmitē in me non ferentem fructum, tollet eum, & oēm, qui fert fructū, purgabit eum, vt plus afferat fructum.] Sensus est. Ego sum vitis, & pater meus agricola est. Vos aūt & oēs, q credunt in me, palmites sunt. Sicut igitur agricola solet in vite aliquos resecare palmites, eos nempè, qui cùm viti inhæserint, nullos afferūt fructus, alios verò, qui fructum faciunt, purgat, aliqua rescindēdo superuacanea, vt vberiores fructus ferant: Sic pater meus facit; Aliquos. n. ex his q mihi exteriùs adhærent, & nomē meum pfitentur, tollet & resecabit à me, q inutiles & infrugiferi sunt, alios verò purgabit vt fructus maiores producant. Priora hæc verba generaliter quidem dicta sunt, tñ peculiari ratione propter Iudam, qui cùm palmes esset Christi, inutilis & infrugifer erat, Christi disciplina abutens, idcircò resecatus est à Deo iusto. Nam Apostolatu priuatus, abijt ad locum ęternę dānationis suæ, à Christo solut⁹ & separatus. Quo verbo discipulos in timore cōtinet, vt fructificare in ipso pcurent, & simul cōsolatur docens pditionem Iudæ ex ipsius vitio prouenisse, iusto Dei iudicio reprobati. Posteriora ēt verba generaliter sunt dicta; nam iustos Deus purgat, vt fructus plus adferant, tñ particulari ratione, propter 11. discipulos sūt posita. Est. n. vt dixi, parabola propter discipulos pcipuè inducta, q̄uis ēt generaliter ad fideles extendatur, quorū aliquos Dñs resecat, vt inutiles & infrugiferos, qui cùm fidem habeant operibus carent, nec digna fide opera faciūt. Resecat aūt aliquos in hoc sęculo, dum permittit in hæreses labi, & ab Ecclesia & Christo separari. Oēs tñ tandem resecabit in altero sæculo, quos. n. sine operibus in iudicio post mortē reperierit, à se & à Christo in æternū excludet. Si aūt infrugiferi palmites resecantur, ppende quāto magis nociui & perniciosi. Alios verò purgat, nempe eos, qui fructus fidei faciunt. Purgat aūt aliqua inutilia rescecando, & imperfectiones, q̄ impedimento sunt iustis, ne plus pficiant, remouendo. Hæc semper fiunt à Deo in palmitibus Christi, tñ primo facta sunt in Apostolis, quorum vnus ablatus, alij 11. purgati sunt. Et attende illud verbum, *In me nō ferentem fructum tollet.* Insinuat. n. iustitiā Dei, qua tollitur, cùm in me, i. in tanta & tam fęcunda vite positus, fructum non faciat, q qdē Iudā dignissimum omni pœna reddidit.

Verba, Omnem palmitē in me nō ferentem fructum, tollet eū, peculiariter dicta de Iuda proditore.

Illud, In me non fer fructum tol. quid insinuet.

Sed quia resectio & purgatio palmitum intellectu est necessaria, quamuis altera illarum magis, ideò primò de ablatione dicamus. Tollit enim Deus aliquos fideles, qa cum multo tempore expectatos fructus non faciant, sed malè viuant, fide Christi & donis ipsius abutentes, permittit eos labi in hæreses, per quas ab Ecclesia præscinduntur & tolluntur à vite, aut damnat æterna morte, per quam à Christo perpetuò resecantur. Resectio autem est, per quā auferetur donum id, quo Christo vt viti inhærebant, & sic resecti igni traduntur, aut extra Ecclesiam reijciuntur. De illa quæ in hoc sęculo accidit, pronuntiauit Paulus 1. Tim. 1. illud, *Milites in illis bonam militiam, habens fidem & bonam cōscientiam, quam quidam repellentes, circa fidem naufragauerunt.* Naufragium appellat, quod Dominus ablationem dicit. Posteriorem parabola illius ficus, Luc. 13. significauit, quę expectata diu cùm fructus non fecisset, iussa est abscindi. Iudas traditor à discipulorum numero prius ablatus, posteà æternæ damnationis iudicio resectus est.

Quo ad purgationē aduerte. In purgatione duo inesse. Vnum est id, à quo purgatur. Vt. n. palmes, qñ purgatur, à vite non præscinditur, tñ aliquæ particulæ superuacaneæ ipsius resecātur: Sic in iusto sunt aliqua, quæ remouentur velut superuacanea, & quæ impediebant, ne maiores fructus faceret; & hæc sunt, à quibus purgatur. Alterum est, falx seu instrumentum illud, quo inutilia resecantur à palmite. Hoc supposito, si de generali purgatione, q̄ Dñs cùm suis iustis & fidelib⁹ exercet, loquamur, multa sunt huiuscemodi superuacanea. Aliqua. n. ad intellectum, aliqua ad affectum, aliqua ad res pertinent exteriores. Resecat enim Deus à iustis, quantum ad intellectum, multas ignorantias particulares, vanas cogitationes, inutiles mētis distractiones. Qm ad affectū, vanas cupiditates, nimias & supra modum aut mensuram solicitudines, desideria praua, & quæ

In purgatione insunt duo.

Deus à iustis quæ resecat.

ad pernicē hominū cō lucare possunt. Qñ ad exteriora, resecat aliqñ possessiones, amicos, filios, eaq; q chara sunt, q iustum detinent, ne in via Dñi pgressus faciat eximios, deniq; ea omnia q impedimento sunt iusto, ne fructus abundantes faciat, è quibus interdum Dñs pro suo beneplacito plura aut pauciora resecat. Fala sūt & instrumentum non est vnum, sed Dñs aliqñ docendo & illustrando mētem id facit, aliquando terrore incusso, aliquando tribulationibus, & tentationibus, & persecutionibus permissis, aliquando desiderio rerum cęlestium immisso & breuiter mille modis & vijs Dominus purgat palmites suos, vt plus fructus adferant. Nunquam. n. in hoc sæculo materia resecandi deest. Si aūt de discipulis hæc intelligamus, Iudas ablatus est, vndecim aūt discipuli purgati sunt, non quidē ex omni parte, cùm in hoc sæculo purgatorio nō perficiatur, sed purgati sunt ab ignorantia quadam. Nam Petrus nesciebat, quo Christus vaderet, Thomas ignorabat viā, Iudas alter patrem videre q̄rebat, has ignorantias sustulit Dominus. Purgati sunt ēt à quadam vana confidentia: nā Petro eorum primo dictum est, *Ter me negabis*. Purgati sunt à carnali quodā affectu, q animū intenti & addicti erāt pręsentiæ Christi sensibili, semper ea frui cupientes; Iam aūt audiunt Dominum abire ad patrem, eosq; remansuros. Purgantur à pusillanimitate, qua recedente Christo iam ferè de salute sua desperabant. Multæ aliæ erant imperfectiones, quas Dñs à discipulis resecare voluit, hac nocte cœnæ, vt verum sit, vnum abscissum à vite, alios tanquam purgatos palmites à multis superuacaneis, q fructum spiritus impediebant. Fala ista statim à Dño exponitur. *Propter sermonem*, inquit, *meū*. Illustrari. n. admoniti & reprehēsi, afflicti dolore & mœstitia sunt. Increpatione ergo, instructione, illustratione, castigatione, q dolore & mœstitia de recessu fit, purgati sunt. Vna ergo falx fuit, nempè sermo Christi, sed purgatio multis modis pfecta fuit. Ea hoc ēt aduerte, Ecce palmes inhęret viti, & infructuosus est & resecatur, si palmes est & viti inhæret, ergò fidē habet. Non. n. adhærere seu vniri posset viti, nisi fidem haberet, nec resecaretur nisi vnitus esset viti: & tñ cùm palmes sit, sine fructu reperitur & tollitur. Igitur fides sine opere esse pōt, sed ad salutem insufficiens est. Optimè igitur D. Basil. ho. 5. hexa. hanc parabolam exponens, per fidē ap dicit fieri palmites, insertiq; Ecclesiæ, ad copiosos aūt faciēdos fructus inuitari, ne ad inutilitatem damnati igni tradantur.

Iudas ablatus & Apostoli purgati, quomodo.

Fides abs que opere non sufficit ad salutē.

Iam vos mundi estis propter sermonem quem locutus sum vobis] Cū distinxisset palmites in resectos & purgatos, dicit discipulos, ablato Iuda, eos esse qui purgati sunt. q. d. Vos fructū afferebatis in me, ideo non estis ablati, sed purgati à patre, vt vberiùs fructificetis. Estis. n. purgati propter sermonē meū, quem vobis sum locutus, vel iuxta Græcum codicem: *Oēm palmitem in me ferentem fructum purgabit, vt fructum plus afferat, vos purgati estis*. Et per sermonem quidem, nō totam Christi doctrinam, q̄ mundo pdicauit, intelligere oportet, sed pcedentem sermonem: ideo limitauit, *Quē locutus sum vobis* Sermo iste corda discipulorum iā in Christo fructum ferentia, & per gratiam, charitatem & fidem vnita, purgauit vt plus afferrent fructus. Purgauit aūt à multis imperfectionibus, tum illustrando & docēdo, tum increpando & admonendo, tum instruendo, tum demum affligendo. Nā dolore & timore eos affecit, quib. eorum fides aucta est, & dilectio feruētior, & spes robustior est effecta. Quàm aūt efficax sit sermo Christi ad purgandum & resecandum imperfectionē, docet Paulus Hebr. 4. d. *Viuus est sermo Dei. & efficax. & penetrabilior omni gladio ancipiti. & pertingens vsq; ad diuisionem animæ & spiritus, compagum quoq; ac medullarum*. Itaq; *per sermonem quem locutus sum vobis*, intelligitur sermo particularis, qui in die cœnæ Dñicæ ad illos est habitus. *Iam vos purgati estis*, nempè à Patre meo, qui agricola est, quosdā palmites tollēs, quosdam purgās. Purgati aūt estis per meum sermonē, i. vsus est pater sermone meo vt falce, ad purgandum vos. Vt homo. n. nunc loqtur Christus, sicut vt homo vitis erat. Multum aūt cōmēdatur purgatio ab auctore & instrumento, facta est. n. à patre, sermone vnigeniti filij. Magna aūt fœlicitas est eorū, quos tollit Deus & à se proijcit, q impius Cain p magno malo reputabat. Ge. 14. *Ecce eijcis me à facie tua, quicunq; inuenerit me occidet me*. Ps. *Auertente aūt te faciē, turbabuntur*. Sancti aūt vt vberiores fructus pducant, putantur. Quid obsecro lacus leonis Danieli pstitit, & Babylonica fornax pueris, serra Isaiæ, lapides Ieremiæ, angelus sathanæ Paulo? Certè putabantur hi, vt maiores darēt fructus, & vt virtus in infirmitate perficiatur. Si te amputat, vitā non tollit, vt in ignem mittat: Sed vt præstantiores fructus exhibeas. Vnde labores consolari debent homines iustos, quibus putantur, vt meliores sint. In hoc. n. mūdo corripimur, ne cū hoc mūdo damnemur. Nullus reperitur ab ipso mūdi exordio palmes verus, qui non tribulatione purgatus sit. Abel innocēs iniustè occisus, fratris iniquitate purgatus est. Gen. 4. Noë filij illuuie & aquarum inundatione purgantur. Gen. 7. Abraham, Iacob, Ioseph, Moses, Dauid, Iob & omnis sancti & amici Dei, vt breuiter dicam cum Paulo. Heb. 11. *Alij distenti sunt, secti sunt, lapidati sunt, alij ludibria & verbera experti. Omnes enim qui pie volunt viuere in Christo, persecutionem patiūtur*. 2. Thess. 3 Esto itaq; talis, vt meritò purgeris à Christo. Caue tñ, ne purgatus murmures, & agricolæ detrahas sapiētiæ. Nequaquam doloris amaritudinem in vulnere, sed sanitatis attende dulcedinē. purgationis incisionē abhorrere noli, si centuplicatū fructū percipere concupiscis. Si verò cultoris manum impatienter abrigeris, tanquā infœcunda arbor radicitùs auelleris, & æterno incendio concremaberis. Nabuchodonosor aūt cum bestijs, Dent. 4. septē annis versatus est, & vt superbiam suam frenaret, & in virtutis studio ēt proficeret. Quis præterea contriuit supbiā plius Antiochi, nisi tribulatio, ut adeò vt dicat 2. Mach. 9. *Bonum est, subditum esse Deo, & mortalē non paria Deo sentire*. Quis domuit Manassem nisi afflictio, captiuitas, qua adeo opprimebatur, vt vix oculos ad cœlum leuare auderet. 4. Re. 5. Naaman ēt Syrus salutem quærens corporis ppter lepram, qua vexabatur, ēt salutē animæ meruit inuenire. Regulus præterea & Cananæa, & alij multi laboribus vexati, ad virtutem tantā ample [illegible] accesserunt, sic ēt apud nostrates fieri videmus, vt qñ moritur aliquis [illegible] cognatione, statim læta vestis & con[illegible] in lugubrē & sordidā, cessant præterea omnia signa lætitiæ & [illegible] differuntur, omnesq; ludi & concentus, omnisq; [illegible] in mœrore sunt. Ideo tribulatio est quidam [illegible] pharmacum animæ. Et obserua q mundus est Dñs, vult habere domū mundā. Rex mundus mūdum vult habere populum, mundus homo vult habere mundum lectum: Sic vere [illegible] Christus sit hæc omnia, in cordib. humanis, & in eorū cogitationib. & affectionib. elegit subiectum ad quiescendū, domum ad habitandum, populum ad imperandū, [illegible] necesse est q omnia ista spiritualiter sint mūda, & ab omni sorde peccati penitus aliena. Iac. 4. *Emūdate manus peccatores, purificate corda duplices animo*. Vide ad Tit. 2. *Passus est Christus vt nos redimeret & mūdaret sibi populū acceptabilem* [illegible] *Deo*. Mundāda est ergò, Auditores, voluntas à vitio carnis & cōcupiscentiæ. Intellectus à vitio erroris & ignorantiæ. Memoria à vitio ingratitudinis & insipientiæ, & sic mūdi corde Deū videbunt & habebūt, Matt. 5. Angel. [illegible] istius domus debēt esse 6. virtutes. Domus. n. cordis debet esse Recta p mentis æquitatē, Sancta p mentis puritatem, Fortis p mentis firmitatē, Clara per mentis sagacitatē, Alta p mētis sublimitatē, Lata p mentis charitatē. Portæ [illegible] animæ sunt ipsi corporis sensus, & ideo illi mundādi, i. ē muri, vt carniū infectiōnes. Murus. n. qui fit luto & lapidibus, & infra cuius ambitum est ciuitas cō[illegible], significat corpus q ea luto, i. ex carne & ex lapidibus, i. ossibus cōfectum est, & infra cuius ambitum ciuitas, i. anima est inclusa. Iste ergò murus carnis nostræ debet mundè seruari per castitatē, & ab omni inquinamēto custodiri. Tob. 13. *Circuitus murorū eius ex lapide cādido & mūdo*. Et benè d. *Murorū*. quia ciuitas animæ habet murū corporis tanq̄ magis proprium & propinquū, habet murum manuū, habet murū vestimētorū, habet ēt murum bonorū temporalium, tanq̄ magis extraneū & remotū. In omnib. ergo debet esse mūditia. In muro corporis debet esse munditia castitatis. Hebr. 10. *Ablutis corpus aqua mūda*. 2. Cor. 7. *Mūdemus nos ab omni inquinamēto carnis*. In muro manuū debet esse mūditia bonitatis seu sāctitatis, q manus nostræ debent habere opa mūda & sācta. Iob. 17. *Tenebit iustus viā suā, & mūdis manibus addet fortitudinē*.

Christi sermo quā ad purgandum sit efficax.

A Deo proiectorū infœlicitas magna.

Sancti propter ea multa passi.

Superbiā contumaciā [illegible]

Homo [illegible] vult hab. [illegible] mūda.

Mundi simus ab omni carnis inquinamento.

in muro vestimentorũ debet esse munditia honestatis. Apoc.15. dicitur, quod ipsi angeli erãt vestiti lapide mundo & candido. In muro bonorum temporalium, munditia Eleemosynæ & largitatis. Luc.11. *Date Eleemosynã, & ecce munda omnia sunt vobis.* Apoc.21. *Ipsa vero ciuitas, erat aurum mundum, simile vitro mundo.* Fons autem in tali domo debet esse fons lachrymarum. Nota etiã q̃ verbum Domini mundat.

Verbũ Domini à quibus mũdat.

Primo à sordibus peccatorum, sicut aqua mundat vas, medicinæ etc. Vas.n. cui frequenter aqua infunditur, licet non retineat, est tamen mundius quàm si non infunderetur. Sic ille qui frequenter audit verbũ Dei, mundior erit, quàm ille qui non audit: Aliqui autẽ capiunt verbum Dei sicut cribrum aquam. Secundo, Mundat ab erroribus tenebrarum. Psal.18. *Lex Domini immaculata conuertens animas.* Ps.118. *Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen semitis meis.* Nam sicut lumen est formarum & figurarum manifestatiuum, sic verbum Dei manifestat nobis formas vitiorum & virtutum. Eph.5. *Omnia quæ arguuntur, à lumine manifestantur.*

Manete in me & ego in vobis.] quasi dicat. Cũ igitur iam sitis purgati, vt plus fructus afferatis, perseuerate & in id vnum incumbite, vt vos in me fide & dilectione permaneatis, ego vero p̃ gratiã & spiritum meum in vobis manebo: aliter.n. non poteritis fructificare, nec fructũ hunc adferre, ꝓpter quẽ estis à Patre purgati. Sed dices: Quare p̃cipit discipulis, vt ipse maneat in eis? *ego*, inquit, *in vobis*. Respondetur. Hoc eis præcipit, quia opera & studium eorum necessariũ erat, vt maneret Christus in ipsis. Vt sit sensus. Adhibete omne vestrũ studiũ, vt ego in vobis maneã. Simile est illud Pauli Tit.2. *Nemo te contemnat.* Videbatur.n. hoc alijs præcipiendum, non autẽ Tito, sed per hoc significat, non debere eum se alijs facere contemptibilẽ, nec ea efficere, ꝓpter quę contemneretur. Ita nũc præcipit Dominus. *Manete in me*, id est, omnia ea agite, vt hæc vnio permaneat & perseueret, vestri mecum, mei vobiscum. O ergo magna cõiunctio, quis non vellet Christo coniunctus esse? At tamen miser peccator separat semetipsum peccatis suis à Christo. Qui.n. manet in Christo per fidem & dilectionem, non autem per fidem tantũ, in eo etiã manet Christus. Manere in Christo, est mandata eius seruare, quod non facit peccator. Ita quippè in vite sunt palmites, vt viti non conferant sed inde accipiant vnde viuant. Ita verò vitis est in palmitibus, vt vitale alimentum subministret eis, non sumat ab eis, ac per hoc & manentẽ in se habere Christũ, manere in Christu discipulis prodest vtrumq;, nõ Christo. Nã præciso palmite, potest de viua radice alius pullulare: qui autẽ præcisus est, sine radice non potest viuere. Iã vos mundi estis ab erroribus Iudaicis, à terrenis affectibus, vos iã mundi, instructi, iam baptizati, iã in fide firmati. *Manete in me*, p̃ charitatẽ & p̃ sacramentorũ participationẽ. Manete in me gratiã suscipiendo, & ego in vobis vos adiuuando. Parũ quidẽ ꝓdest mundari ad tẽpus, & in sordibus deficere, atq; velut canis redire ad vomitũ. Mundatus ergo quilibet, adhæreat mũdanti, vt mũdus permaneat, aliuq recidiuã patietur, fientq; nouissima illius hominis peiora prioribus. Duplicis quoque reus erit delicti, contẽptæ sc. gratiæ & superadditæ culpæ ꝓpter q̃ ingratus efficitur & iniquus. Nec homo in Christo nec Christus manet in homine, nisi charitas expulerit, q̃ partium voluntatũ est satisfactio & confœderatio, dulcis virtutis nexus, & diuinæ legis cõsummatio vetera ida. Cõsitemur.n. magnã esse dignitatẽ, manere in Christo, & Christum quoq; in seipso habere. Primitiæ sunt hæreditatis æternæ, quis tanto habitatore nõ glorietur? Si gustetur hoc quid sapit dulcius, suauius mediatur, strictius possidetur? Latet in cordibus amantium sacramentum hoc, quanti sit q̃ dicitur, nemo nouit, nisi qui accipit. Est.n. absconditum manna. Atqui vbi manendum, nisi in ipso? Deficient domus, corruẽt palatia, destruentur ciuitates, ab imis sedibus turres euellẽtur, postremo cœlũ & terra transibunt, verbũ autẽ Domini manet in æternum. Maneamus ergo in eo qui manet in æternum. Nũ sequamur vanitatem, deserẽtes veritatẽ, nec contristemur sicut cæteri qui spem non habent, sed sustineamus eum, & si morã fecerit expectemus eũ, quia veniẽs veniet & nõ tardabit, ne contingat nobis quod per Prophetã dicitur, Abac.2. *Væ his qui perdiderunt sustinentiam.* Itaq; vos auari, superbi, luxuriosi, vsurarij & similibus peccatis coinquinati, quid expectatis ampliùs, nisi vt pręcidamini & damnemini, quia in Christo manere non potestis, nec ille in vobis.

Christus quare præcipit, vt ipse maneat in eis.

Parũ prodest, mundari ad tempus, & postea redire ad vomitum.

Virtutum nexus dulcis.

Debemus aũt manere in Christo tripliciter. Primò, per fidei integritatem, 1.Io.4. *Si quis confessus fuerit, quod Christus est filius Dei, in Deo manet.* Et hoc per fidem, qua carent Iudæi & Pagani. Hãc fidẽ debemus, vt sæpè dictum est, opere cõplere. Ecc.29. *Confirma verbum, & fideliter age cum illo, & in omni tempore inuenies quod tibi necessarium est.* Secundò, Per spei securitatem. Iudith 8. *Nos aliũ Deũ nescimus præter te Dñ̃, à quo speramus.* Hæc est q̃ non confundit. Ro.5. & hoc ꝓpter sui securitatẽ. Golias sperauit in fortitudine sua, sed cõfusus est. Sic & Lucifer cum sua pulchritudine, & diues ille qui spẽ posuit in diuitijs suis. Ps.21. *Domine in te sperauerũt patres nostri, & nõ sunt confusi.* Tertiò, per charitatis puritatem 1.Io.4. *Deus charitas est, & qui manet in charitate.* O nobilis charitas, quã qui habet, Deum habet.

In Deo manendũ tripliciter.

Charitatem possidens habet Deum.

Sicut palmes non potest ferre fructum à semetipso nisi manserit in vite, sic nec vos, nisi in me manseritis. Ego sum vitis & vos palmites.] Primum argumentũ, quo probat vt discipuli maneãt colligati & vniti secum, hoc est, à fructus productione: Quia fructus ꝓducere non poterunt, nisi in ipso manserint, sicut.n. non potest palmes abscissus à vite separatus fructum facere, sic nec vos poteritis. Purgati igitur cùm sitis à Deo, vt vberiores fruct⁹ afferatis, necessariũ est vobis in me manere, & me in vobis: quia nõ solũ nõ vberiores, sed nec vllos facietis fructus, nisi in me mãseritis, sicut palmes à vite & trunco separatus nullũ fructum facere potest. Quia ego sum vitis & vos palmites, ideo vos non poteritis, nisi in me manseritis, fructum facere, ligna vitis tanto sunt contemptibiliora, si in vite nõ manserint, quantò gloriosa si manserint, sicut de his d. Dñs per Ezech.15. q̃ p̃cisa nulli vsui sunt apta. Vnum de duob. cõpetit palmitib⁹, vt sint in vite aut in igne. Sine Deo aũt nihil possumus facere; Nã absque Dei ductu, opera nostra ducuntur sine spiritu & luce diuina, quib. deficientibus terra nostra est inanis & vacua, Inanis. quia opera nostra sunt inutilia; Vacua quia nullum fructũ habent homines in his, in quib. peccato iam cõmisso, erubescunt. Sic Exo.32. vidẽtes q̃ Moyses detineretur in mõte, dixerunt Iudæi ad Aarõ. *Fac nobis Deos, qui nos præcedant.* Habebant isti Ducẽ hominem, sed hoc non contẽti. Deum volunt & petũt. Qua in re, licet pessimi, nos admonent, vt nihil sine Deo faciamus, ipsumq; precemur, vt nos dirigat & ducat. Et q̃n indignatus Dñ̃s, Exo 33. adorato vitulo, *nõ præcedã vos*, dixit, sed Angelus, vt audiuit populus sermonẽ hunc pessimum luxit, & nullus iuxta morẽ indutus est cultu suo. Licet dixisset Dñ̃s se non ascẽsurum, ne fortè cogẽtibus peccatis dispergeret eos in via, qui tenebris idololatriæ obscuratũ habebant intellectũ, Ingentẽ actẽ cõminationem Dñ̃s, nec quiescunt donec audiant, *Semel ascendam in medio tui, & delebo te.* Dixitq; Moyses, Nu.1. *Si nõ tu ipse præcedis, ne educas nos de loco isto.* Progressi, cùm numerati essent sexcenta tria millia virorum, quingenti quinquaginta, qui poterant ad bella producere, nõ audebant cum Cananæis congredi, nisi Deum haberent adiutorem & propitium. Vnde Isa.30. grauiter indignatus est Dñ̃s cõtra populum, eo q̃ facerent consilium, & non ex ipso, ordirentur telam, & nõ per spiritum eius, sperãtes auxilium in fortitudine Pharaonis, & in vmbra Ægypti. Et infrà, cùm diceret Dñ̃s, *In spe (sui sc.) erit fortitudo vestra, noluistis & dixistis: nequaquã, sed ad equos fugiemus, ideo fugietis, & super veloces ascendemus, ideo velociores erunt qui vos persequentur, donec relinquamini, quasi malus nauis in vertice montis, & quasi signum super collem.* Non recordabantur, quæ dixerat Regius vates. Ps.43. *Nec. n. in gladio suo possederũt terrã, sed dextera tua & brachium tuũ.* Sperandum est in Deo, & sperandus est Deus, vt nihil speres nisi ab eo, nil quęras nisi eum. Miserabiles itaq; visi sunt labores, quos filij huius sæculi patiuntur, vt mundo deseruiãt, & tñ ipsi videntes se cuncta illa ministerio, quę ei p̃ęstãt, amittere, nihilominus tñ ab eius ministerio non desistunt. Adeò insipiẽtes sunt columbę, vt in eodem canistro, ex quo illis complures pulli surrepti sunt, alios denuò ꝓcreent: Stultiores aũt columbis sunt mundani, siquidem omnes curas & labores suos in mundum immittunt, qui est disruptum canistrum, in quo quicquid collocatur, amittitur. Et sic de quibusdam mundanis dicitur Oseæ c. 7.

Fructus Christum palmites à propheta.

Sine Deo nihil agendum.

Hebræorũ Isa.30. non audiebant sine Deo cum ... congredi.

Mundani columbis insipientiores.

1. *hominum, quasi columba seducta, nō habens cor*, id est, sensum. Nihil itaque dilecti fratres mei in dulcissimi sponsi vestri Iesu Christi: cor de per veram charitatem, in hac cœlesti vite inserimini, & labores vestros in eius ministerium dirigite, omnesq; ad culmen peruenient & diuinæ ipsius maiestati gratissimi erunt. *Omnia per ipsum facta sunt.* Ioan. 1. *& sine ipso factum est nihil.* Solum peccatum sine Ipso factum est. Attende ergo Deum, & inuoca eum vt rectè & prospere, quę facis, facias. Turrim Babylonicam confusi, non potuerant consummare, & Ps. 20. *Cogitauerunt consilia quæ non potuerunt stabilire.*

Et aduerte quod nō dicat, *sine me nihil potestis perficere*, sed, *facere*. Nā si pficere dixisset, possent aliqui dicere, id quod aliqui hæretici mentiti sunt, non ad incipiendū bonum, q̄ à nobis est, sed ad perficiēdum, esse Dei adiutorium necessarium. Verū audiant Apostolum Phil. 1. Dominus.n. cùm ait, *sine me nihil potestis facere*, hoc vno verbo initium finemq; comprehendit. Apostolus enim tanquā sententiæ Domini expositor, apertius vtrumq; distinxit, dic. *Quoniam quidem qui in vobis bonum opus cœpit, perficiet vsque in diem Christi Iesu.* Et Cor. 3. *Non quia idonei sumus cogitare aliqd ex nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est.* Quod si obijcis illud. Pro. 16. *Hominis est præparare cor, & à Domino responsio linguæ.* existimesq; non benè intelligendū cor præparari, hoc est bonū inchoari sine adiutorio gratiæ Dei. Absit vt ita intelligāt filii promissionis, siquidem audierūt Dominum dicentem. Sine me nihil potestis facere. Vsq; adeo hoc verum est, q̄ ipsam pœnitentiam, q̄ proculdubio voluntas agit, Dñi misericordiā & adiutorio fieri cōspiciamus, vt 10. l. sup. Lucam dic. Ambrosius. *Bonæ lachrymæ, quæ culpam lauant, denique quos Iesus respicit, plorant delictum.* Negauit primo Petrus, & nō fleuit, quia non respexerat Dominus. Negauit secūdo, & nō fleuit, quia adhuc nō respexerat Dñs. Negauit & tertio, aspexit Iesus & amarissimè fleuit. Misericorditer Dominus latēter subuenit, cor tetigit, memoriam reuocauit, interius gratia sua visitauit Petrum, interioris hominis vsq; ad exteriores lachrymas mouit & produxit affectum. Ergo salutare est, in omnibus, & ante omnia dicere, *Deus in adiutorium meum intende, Domine ad adiuuandum me festina.*

Qui manet in me & ego in eo, hic fert fructum multum.] Secundum argumentum à fructuum copia. Primū erat negatiuū, quia nō feret fructum, hoc aūt est affirmatiuum. Quia qui manet feret fructum multū. Efficacia igitur argumētorum ea parabola sumpta hæc est: Vos à Deo purgati estis sermone meo, vt adferatis fructus vberiores, quos certè imò nec vllum quidē potestis adferre, nisi in me manseritis, & ego in vobis: at si in me manseritis, & ego in vobis, afferetis & fructum eumq; vberem: sicut palmes in vite non manens nullus fructus facere potest: at si māserit copiosos fert: Sic vos, qa ego vitis, vos palmites. Attende aūt consulto dictū esse in priori argumēto negatiuo, *Nisi in me māseritis, nō potestis facere fructū*: at in affirmatiuo vtrumq; ponitur. *Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructū multū.* Nā si non manet in Christo, sequitur nec Christū manere in eo: at nō si manet in Christo, sequitur vt Christus maneat in eo. Nam palmes inutilis manet in vite & fidelis peccator in Christo, si non Christus in eo, quia spiritum gratiæ suæ non infundit. Est aūt vtrumq; necessarium ad fructum faciendum, at si vel alterutrum desit, fructus nullus est expectandus. *Benedictus vir qui confidit in Domino.* Ier. 27. *& erit tanquam lignum.*

Sciendum vero q̄ ad bonitatē fructus multę requiruntur cōditiones. Prima est maturitas. Nā fructus debet esse maturus & sic fructus boni operis debet fieri tēpore congruo Eccl. 4. *Fili obserua tempus.* Et Gal. 6. *Dū tēpus habemus, operemur bonū.* Et hoc est p̄sens tempus. 2. Cor. 6. *Ecce nūc tēpus acceptabile.* Non.n. spectandū est ad tempus senectutis. *Miluus in cælo cognouit tempus suum.* Iere. 8. Itaque dic cum Ps. 80. *Fortitudinem meam ad te custodiam.* Secunda, Integritas scilicet intus & extra. Nō interius putridus, exterius pulcher, vt hypocritę, qui sunt vt sepulchra dealbata Matt. 23. De quib. 2. Tim. 3. *Speciem pietatis habentes, pietatē abnegātes.* Tertia, Odoris suauitas. Eccl. 24. *Ego quasi vitis fructificaui suauitatē odoris*, id est, bonæ famæ. Licet.n. propter se sufficiat puritas conscientiæ, tamen ad proximum requiritur odor bonæ famæ. Ro. 12. *Prouidentes bona, non tantum coram Deo, sed etiam corā omnibus hominib.* Apoc. vlt. *Qui sanctus est, sanctificetur adhuc.* Quarta. Saporis bonitas, id est, dulcedo in anima. Heb. 12. *Contemplantes ne radix amaritudinis sursum germinans impediat*, vt aliqui in seipsis sunt amari, alios turbantes. Contra quos. Eph. 4. *Omnis amaritudo & indignatio tollatur à vobis.* Quinta, Vtilitas sc. vt non sit otiosa. Ezech. 47. *Et erunt fructus eius in cibum, & folia eius in medicinam.* 1. Tim. 4. *Exemplar esto fidelium in omni conuersatione.* Matth. 5. *Sic luceat lux vestra.* Sexta, Durabilitas. Luc. 1. *In sanctitate & iustitia seruiamus Domino.* Mat. 10. & 24. *Qui perseuerauerit vsq; in finem, hic saluus erit.* Apoc. 2 *Esto fidelis vsq; ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ*, sc. æternæ.

Quia sine me nihil potestis facere.] Vide connexionem & sensum, q.d. *Qui manet in me, & ego in eo, hic*, & non alius, *multū fructum affert.* Phrasis est in scriptura frequens Ps. 100. *Ambulans in via immaculata, hic mihi ministrabit*, i. non alius. Iac. 1. *Qui perspexerit in lege perfectæ libertatis & permanserit in ea, non auditor obliuiosus factus, sed factor operis, hic beatus in facto suo erit*, i. non alius. Io. 14. *Qui habet mandata mea, & seruat ea, ille est, qui me diligit*, i. non alius. Ita etiam præsentibus verbis dicitur. *Hic fert fructum multum*, & non alius: *Quia*, inquit, *sine me nihil potestis facere*, nec vos, nec vllus aliꝰ. Exclusionis igitur illius tacitè hæc verba causā reddunt, & sic cōnectūtur eidem sententiæ & argumēto affirmatiuo, sicut ille. *Ego sum vitis & vos palmites.* Cōnectebantur superiorib. verbis & argumento negatiuo. Quod aūt ad discipulos sermonē conuertit, nihil refert. Nam per eos intelligi vult, quoscunq;. Nemo.n. sine Christo potest fructus iustitiæ afferre. Hæc tñ verba non generaliter sunt intelligenda. Non.n. Christus significare voluit, sine se non potuisse discipulos comedere, bibere, aut ambulare: quamuis.n. verum sit, si de potentia diuinitatis eius loquamur, sine qua nihil esse aut operari possumus: hæc tñ verba accommodata sunt materię de qua loquebatur, nempè de fructu iustitiæ & bonorum operum, q̄ in Christo sunt, & nemo alius potest ea facere, præter eum qui in eo manet. Sine quo nihil tale fieri potest. Sed animaduertendū. Vnum est, asserebat Pelagius, Christi gratiā necessariam esse, vt facile, non tñ necessariam vt simpliciter operemur bonum; sed arbitrium hominis sua naturali virtute posse quodcunq; bonum efficere, vt facilius tñ efficiat necessariam esse gratiā. Quam hæresin conuincit hæc parabola. Non.n. palmes manet in vite vt facilius fructum pferat, sed vt simpliciter fructum edat, vtiq; nullum facturus à vite separatus. Rursus nō dicit, Sine me nihil potestis facile facere aut nihil magnum, sed simpliciter nihil nec magnum nec paruum, nec facile nec difficile, sed nullo modo potestis facere. Alterū est, aliquos Catholicos abuti his verbis, ad probandum, omnia opera infidelium ēt ex suo genere bona, esse vitia & peccata, quia inq̄ūt in Christo non manent, & dictum est, *sine me nihil potestis facere.* Sed locus hic eorum opinioni non fauet: Nam de fructu sermo est, quē fideles in Christo faciunt. Longè autem aliud est opus frugiferum, & opus simpliciter bonum. Frugiferum.n. opus est, q̄ ad vitā æternā refertur, & per ipsum p̄mium consequimur. Nullum aūt est tale opus, præter id, q̄ à palmite in vite manente, & à fideli per fidem & dilectionē ipsi Christo adhærente processit. Et hoc est, q̄ d. Paulus 1. Cor. 13. *Si distribuero oēs facultates meas in cibos pauperū, & tradidero corpus meū, ita vt ardeā, & charitatē nō habuero, nihil mihi prodest*, Non d. *Mihi nocet*, sed, *nihil prodest*, sine fructu mihi est, quia in Christo perfectè non maneo, sine quo nihil tale facere possum: at non continuò malum & peccatū est, quia potest esse bonum aliquod morale. Sunt enim opera mala, bona & fructuosa. Nam si fructuosa non sunt, mala sunt. Possunt enim esse moraliter bona. Sicut si Deus in gratia hominem non creasset, non continuò sequebatur, igitur peccator & iniquus est, quia medium quoddam datur, vt nec sit iniquus, nec Deo amicus, & iustus, sed bonus quadam naturali bonitate, ita etiam in humanis actib. fit.

Si quis in me non manserit, mittetur foras sicut palmes, & arescet & colligent eum, & in ignem mittent, & ardet.] 3. argumentum est à diabolo & pœna graui, cui in eo non manentes expositi sunt, d. *Si quis in me non manserit, mittetur foras Sicut palmes à vite iam separatus mittitur foras.* Palmes.n. resectus, foras mittitur, i. extra vineam, vbi agricola deserit, nec ampliꝰ adhibet ea remedia, quæ solebat vt fructum ferat. Per hoc significat, qui fidem aut dilectionem Christi deserunt, eos

foras

foras mitte los, id est, ab Ecclesia & Christi Populo separãdos, & Dei cura & prouidentia hac particulari, q̃ ad salutẽ consequantur, gerere Christus solet, omninò destituẽdos. Et hæc est prima pœna, quæ mala Christianis infligitur, aut fidem deserentibus, non qdem in hoc sęculo, sed in futuro. Tolluntur.n. & delentur de libro & de populo Dei, eti n sint in extra Ecclesiam spe omni reuertendi sublata. De hac eiectione sermo est in præsenti sententia, q̃ separationem Dñs significauit in parabola sagenæ, missæ in mare ex omni genere piscium eungregãtis, q̃, cum imple a esset, educentes & secus littus sedentes, elegerunt bonos in vasa sua, malos autem foras miserunt. Matt. 13. Altera pœna est, quia arescit. Si quem.n. humorem habuit à vite, eo etiam, cùm separatus fuerit, priuatur. Nam à peccatore damnato & separato, si quod habuit donũ Dei, tollitur, aliquãdo in peccatore manet habitus fidei & spei, q̃ sunt dona Dei à vite accepta. In hæreticis etiam manẽt aliquando habitus aliqui moralea, manẽt aliquę diuinæ inspirationes & stimuli, vt conuertantur: at cum primum morte in æternũ separantur, tolluntur & eradicantur omnia ista & aretũ, nec amplius humorẽ vitæ recipiunt: Dona etiã & talenta, q̃ ad conuersionem etiam peccatoribus data sunt, pereuntur. Quod Dominus Luc. 19. significauit per illam parabolam denarii. Et hic nota vim excommunicationis. Tertia pęna est, colligent eũ. Quo verbo significatur ablatio libertatis & puritatis, vt amplius nõ valeat viuere viti, sed cum impiorum cętu colligatos maneat in perpetuũ. Quod Dñs significauit alibi dic. Mat. 22. *Ligatis manib. & pedib.* Quę colligatio, Primo significa. libertatis ad bonum operandi ablationem. Secũdo, consortium pessimorum. Sicut.n. palmites multi arida colliguntur, sic mali & iniqui post hanc separationem sibi inuicẽ colligentur, quod ad grauem dicitur pertinet pœnam. Hoc idem Mat. 13. explicatur. Per manipulos significat etiam certo sic esse colligendos & puniẽdos, vt nunquam euadere manus punientium possint, sicut nec palmes euadere potest manus eorũ qui colligunt manipulos in ignẽ proijciendos. Quarta, Palmea colliectus in ignẽ mittitur, sic à Christo separati igne æterno torquebuntur. Pœna sensus significatus, de qua Mat. 25. *Ite maledicti in ignẽ æternum.* Et attende dictum esse: *In ignem mittentur,* q̃ ab eo comburentur, & non pars aliqua: tantũ q; Scriptura solet aho verbo significare Ps. 57 *Intra absorbet eos.* Psal. 68 *Nec absorbeat me profundũ* Et perpende sentẽtiæ efficaciam. *In ignẽ mittent.* id est, ad alios vsus esse nõ possunt, nisi vt in ignem mittantur. Quinta, Vnico verbo duo exprimuntur. Vnum ex vehementia ignis huius: Vt enim palmes, postquam aruit, igni immissus citissime ardet, vt non tam vere dixeris ardebit, q̃ ardet, ita mali citissimi ardent; Tanta etenim est vehementia illius ignis, vt non sine mora ardeat. Nam solet ignis lentus calefacere ligna prius q̃ inflammare, vt ardeãt: at quando vehementissimus est, statim ardent, sicut & sicca ardere statim etiam solent: hæc vehementia significatur verbo præsenti. Alterum est Duratio. Ardet sine fine, nõ ad tempus, sed in perpetuum. Isai. 66. *Ignis eorum non extinguetur.* Vide quantum Dñs hoc argumentum sumptum a periculo & malo, cui non manentes in eu se exponunt, auxerit: Eleganti ex palmitibus accepta similitudine. Nota etiã, quòd in his verbis notabilibus includuntur ues conditiones requisitæ ad hoc, vt oratio habeat efficaciam. *Si mansueritis in me,* id est, si in gratia mea fueritis. Hæc prima conditio requiritur in oratione. Ob cuius defectum dixit Deus Hebræis per Isa. 1. *Cũ extenderitis manus vestras, auertam oculos meos à vobis, & cũ multiplicaueritis orationẽ, nõ exaudiã: manus.n. vestræ sanguine plenæ sunt.* Naturale est singulis hominibus in necessitate cõstitutis, sursum manus extẽdere. Quod multo melius oportet Christianos facere, cũ fide sint illustrati, & remedium suũ è cælo sperent. Ideo superna cum prouidentia Redemptor extensis in cruce manibus mori voluit, sicq; nos æterno Patri reconciliauit, & ab eo nobis misericordiam impetrauit. Et quia Hebræi hoc facere solebant, ideò eis Dominus dicit: *Cũ in necessitate constituti ad me manus vestras extenderitis, auertam oculos meos a vobis, quia sanguine illius cõmaculatas habetis,* id est, peccatis estis infecti, & in male dispositi, quamuis multiplicetis orationem, non exaudiam. Aliud autem vobis remedium commonstrabo. *Lauamini,* inquit, *& mundi estote, auferte malũ cogitationum vestrarũ ab oculis meis. Quo facto,* inquit, *Venite & arguite me, dicit Dominus,* id est, facultatem vobis concedo, vt de me conqueramini. Si cùm hoc feceritis, vos nõ audierim. In his etiam verbis. *Si in me manseritis* Significatur perseuerantia in petendo, q̃ orationi valde necessaria est. 4. Re. 4. Sunamitis quædã S. Elisæi pedes amplexa, ei magna cum spiritus efficacia dixit: *Viuit Dominus & viuit anima mea, non dimittã te.* Et valde perseuerans, eum non dimisit, quousq; ipsius filium à mortuis reuocauit. Sic deuotam piamq; animã facere oportet. Deũ quippe non debet dimittere quousq; sibi petita conc... Filijs Aaron præcepit Deus. Leu. 3. vt sibi animalis adipẽ & pinguedinem, reticulumq; iecoris, & totam caudã immolarent. In quo significatum est, Deum velle, vt homo feruida sibi vsque ad finem viscera sine defatigatione offerat. *Si manseritis in me* etiam significare. Si estis mecum, si attentis animis estis, attentam orationem cum attentione fieri oportet. Si cum terreno aliquo Rege loquimini, omnem attentionem possibilẽ habere debetis: quanto igitur attentius cõsiderare debetis, quid cum Deo loquamini? Non.n. tam verba, q̃ cor diuina eius celsitudo considerat. Homini si deficit anima, nũ est homo, sed cadauer: sic oratio sine attẽtione quodammodo mortua videtur. Non enim efficacia illa & feruore pollet, qui in ea requiritur. Dicensque. *Si verba mea in vobis manserint,* alias perpuas conditiones significauit. Si.n. illius verba cordib. nostris infixa remãserint, eum q; nobis in eis oĩa sæcularia contẽnere pręcepisse meminerimus, nõ ... in oratione efficaciter postulabimus: Quę si petierimus ea tm̃ poscemus, quæ alimoniæ & cõditioni nostræ sunt necessaria, Recordabimur q; illum nobis tanquã filijs charissimis à cælesti Patre necessaria petentibus, confidanter postulare iussisse. His omnib. præsuppositis, intelligatis Dominum hęc dicere, si in gratia mea fueritis, & à me perseuerãter & cõfidenter, deoratõ cũ attentione ac reuerentia, tes cõlorum es meis præceptis petieritis, quodcunq; volueritis, petetis & fiet vobis. Aliud aũt est, cum dicit: *Discedite in ignẽ æternũ,* de qua pœna homini, quia præparata est & ab ipsis inimicis nostris diabolis, q nostræ dignitatis nõ sunt, & quos iam damnamus & refugimus, intelligitur, cogitandum est.

Quis orã di modus, vt obtineamus postulata.

Si manseritis in me, & verba mea in vobis manserint, quodcunque volueritis petetis, & fiet vobis.] Quartum argumentum est, ex promissione sumptum. Duo sunt in hac sentẽtia aduertenda. Primum, non esse vnum & idem, discipulos manere in Christo & verba ipsius in discipulis manere: Manere quidem discipulos in Christo, est fidem Christi habere, hæc enim in ipso dicitur. Verba autem Christi in discipulis manere, significant dilectionem. Ioã. 14. *Qui habet mandata mea & seruat ea, ille est, qui me diligit.* Quia manere verbum Dei in aliquo dicitur, quãdo is verbum Dei recordatur & implet. Verumque igitur exprimitur. Fides & dilectio, vt recte Cyrill. l. 10. c. 18. exponit. Verbum autem *Manendi* perseuerantiam quandam indicat, iuxta illud 1. Io. 2. *Fortes estis, & verbũ Dei manet in æternum,* id est, perseueranter eius mãdata custoditis. Alterum est, nõ generaliter, quodcunq; voluerint & petierint, fient. Sed q recta voluntate & qualem in Christo manentes habere decet petierint. In quo duo sunt, nempe, nihil iniustum, superuacaneum, inutile petatur: & rursus vt ad salutem spiritualẽ verè sit ordinatũ. Palmes enim in vite existens, si petere posset, hoc solum quod ad fructum & cõseruationem in vite cõfert, peteret. Talia sunt, quę talis impetrant. Et quis qui non seruat mandata Dei, palmes est infructuosus, maledictio illi timẽda, è cõtra benedictio sperandailli qui seruant. Et quia à Christo & ab Ecclesia sua SS. omnia sunt bona, itaq; illi incorporari debet ẽt fœlix palmes, cuius vitis Christus est. Signum ea quo possimus cõsiderare, non in dilectione Christi simus, nec ne, hoc est. Nã quicunq; seruauerit mandata Christi, inquit ipse Saluator, manebit in dilectione Christi. Ergo non ineptè inferimus: Quicunq; nõ seruauerit mãdata Christi, non est discipulus Christi, etsi fidẽ habeat, sed manebit in ira & odio Christi. Est igit fidelib. necessaria charitas & obseruatio mãdatorũ Dei, vt gratiã Dñi Dei nostri Iesu Christi adipiscamur, & in ipso maneamus, & vt veros discipulos Christi nos esse cognoscamus. Et hęc de Euãgelio, nunc ad historiã. Quis quãtusuè palmes fuerit S. Adalbert⁹, cũ ex omni vitę huius ... ōe

pulsu

Pœna mali Christiani in futuro inflicta, multiplex.

Colligatio manuũ & pedũ, quid.

Dictũ notanter, In ignem mittent.

Vnico verbo expressa duo.

Orationis efficaciæ conditiones.

Malo cogitationes eijcienda.

Qua parte animalis & cur, à filijs Aaron immolanda.

Duo hic notabilia.

Diuina mandata non seruãti, maledictio timẽda.

possit colligi, sicut & Apostolatus & martyrium & prophetia & reliqua quæ de eo in proœmio diximus, tamen primo delibare volumus quæ ipsius sint prima initia & quantos fructus exinde fecerit. Non tamen est, quod in hoc patrono laudemus, quod ex Slauicone, comite Libicens. & Strizislaua matre ex genere Sclauorum nobiliss. iuncta marito, quæ cōtingit reges linea sanguinis, quem longè lateq; iura dantē tremuit populus, adeoq; Henrico Regi accessit proximus nepos, ortundus sit, sed quod insertus viti Christi palmes fuerit. Hunc oliuæ palmitem multò ante prædixit fructificaturum Libussa quāmuis Ethnica. Hunc Christus plātauit & meritis S. Mariæ Virg. cōseruauit. [illegible] corripperetur lethali, parētes cum Deo sanctæq; genetrici obtulerunt, d. *Nō nobis Domine nō nobis, viuat puer iste, sed Clericus in Dei matris honorē portet iugū tuū pulchra ceruice.* Sic dicunt ponūtq; sibi altare virginis & recessit in ictu oculi vis doloris, infantulus adse redit, sospes in omnibus membris. Ecce nec pruina neq; hyems hunc palmitem nocere potuit: & vide quid sit Dei gratia & S. Virg. Mariæ intercessio: Accedit, quod toto iuuenili tempore lasciuus fuerit, tersetus diuitijs & delitijs incubuerit, iucis vacārit puerilibus, & à reb. cœlestis valdè semotus fuerit, ita vt palmes fructum nō fecerit. Sed cum Deo ita misericorditer disponēte interesset morti Ditmari Episcopi antecessoris sui immediati, visionē quandam & vocē lamentabilem eiusdē Episcopi & horrorē habuit, post & ipse hoc Abbati cuidā dixit, vt eandem mores emendare, putationē admittere, & desideria carnis igne diuini amoris excoquere cœperit. Et talis tota vita sua fuit, plena ieiunijs, precib. laboribus, opibus, fructibus, meritis, cuius est fructificatio adhuc magna in Ecclesia SS. magna in Bohemia & Polonia, magna in tota Christianitate. Nunc autem illum tanquam Episcopum, & pro hoc pastorem & Apostolum cōsiderabimus. Iam in tantum profecerat scientijs & liberalium artium studijs, promouente eum patrino Archiepiscopo Magdeburgensi Willigisa, à quo & sub Buleslao terræ principe & Ottone II. Imp. in Episcopum Pragens. cōsecratur, vt omnium mentes & desideria videretur in se cūstetere: nec hoc sine miraculo, vt intelligatis quō ad hæc sancta fastigia, non per terrorem, non per munera, non per fauores, non per artes & vias malas, sed Dei vocatione & gratia sit ascendendum. Cùm enim rex & populus varijs sententijs distineretentur, oēs tamen ad vltimum manus tenent, & ere clamorib. implēt, nō haberi meliorē, nec aliū oportere esse suū Episcopū, quam indigenam Adalbertum, cuius nobilitas (ecce quanta laus à Deo populo) diuitiæ, alta scientia & placabiles mores, cum tanto honore cōcordarent. Si nō sufficiunt vobis hæc testimonia, audite & quid infernus cōtremiscens ob ipsius futura merita & opera dixerit. *Dæmones testimoniū de Christo dederūt & S. Adalberto.* Hac. n. ipsa die vbi erat Episc. audiētib. multis locutum est dæmoniū, cùm presbyteri imprecationib° vrgeretur, vt exiens de homine obsesso, daret honorē Deo viuo. *Quid molestis mihi estis, inquit, væ fatu est mihi, ampliùs hic stare nō possū, quia electus est hodie populo terræ Episcopus, quē valdè timeo, Christicola Adalbertus.* Sic ait & quasi citius dicto cessit dæmō impudēs Spiritui S. & vt flagello fugatus exiuit homine sano. Tremuit āt diabolus sub ipso principio, & cognouit quāta illi passuri essēt, Adalberto Episcopo viuēte: Sed nunc prō dolor simplex diabolus esse debet, cui aliq Episcoporum vnā animā eripere aut dānum vel pœnā inferre possent. Sed attēdite quæso, in quos vsus prouētus Ecclesiasticos cōuerterit, vt exinde animū noui Episcopi cognoscatis, tādēq; fateamini, sc. non sua, nec vestra, sed vos vosmet & vestrā salutē quæsiuisse. Nō ille in libidinē, in crapulā, in equos, in nugas, in mundi reculas profudit: Sed 4. fecit diuisiones. Vnā Clerus, alterā paupes, tertiā Ecclesia, pro redēptione captiuationis & restauratione possedit, quartam ipse cū cohærētib. sibi ad necessarios sūmpt° recepit. Ecce vita Apostolica, ecce Episcupalis theoria & Oeconomia, vt nemini esset molest°, omnib āt acceptabilis, ideo & nomē Woitech, i. exercit° cōsolationē obtinuit. Quæ erit ipsius constitutio vitæ: lachrymæ illi erāt panea die ac nocte, cū regio Propheta, ieiunia frequētia, vigiliæ & excubiæ ppetuæ sup gregē suū, cōtinuæ genuflexiōes ad impetrādā peccatorū veniā, facta lectio & psalmorū decātatio, ipsi° solatiū & gaudiū. Vide quam nostra ab illis tēporib. differāt. Quo āt

Adalbertus à Boleslao & Ottone, Pragensis consecratur Episcopus

S. Adalbertus in Ecclesia redditus veluit ter dispensat

popul° durior, eo labor maior & meritū. Popul° certè Bohemus duræ ceruicis erat, seruus libidinū factus, miscebatur cum cognatis, & sine lege cum vxorib. multis mancipia Christiana Iudæis vendebāt perfidis, dies festos cōfusa religione obseruabāt, dies verò ieiuniorum voluptatibus vacantes omnino nō curabant. Ipsi Clerici palā vxores ducebant, cōtradicentem Episc. odio iniquo prosequebantur, & sub quorum tutela quiq; fuerunt, contra ipsum maiores terræ cōcitabant. Erat aūt labor plurimus, contradictio accrescens: Et cùm emergentia mala emēdare nō posset, ubi piscatio sua nihil cepit S. Episcopus locum dare necessariū duxit. Nō ergo ottabatur aut puluinaribus incubabat, sed habebat bonus agricola, quod plantaret, quod putaret, habebat bonus pastor, quod vigilaret, quod gregē ad bona pascua dirigeret & ad illa cōseruaret. Animaduertēs quod pro voluntate populo nō posset prodesse, obtulit Stratiquati Boleslai II. filio Episcopale munus, vt qui authoritate & gratia apud suos excelleret, meliorē fructum posset facere: quod detrectauit ille. At ecce propheta S. Adalbertus illi prænunciauit, quod hoc officium aliquando sit perniciosè quæsiturus: & ita vtique euenit. Nam intrusus & iam sub cōsecratione sui in Episcopum iacens prostratus in terra, viuo S. Adalberto, à diabolo ad altare suffocatus est. Lucrari voluit S. Adalbertus populū Dei & animā Stratiquatis, successus defuit. Voluit itaq; iam exosus Bohemis proficisci Hierosolymā, cuius causa Romā diuertit: ubi eius aduentum Ottonis II. cōiux, mariti mortē ibi deplorans audiuit, ad se eum vocari fecit, & pro anima sui mariti ingentem massam argenteam obtulit, secundum id quod apud Machabęos scribitur. Ille vero itineri aut necessitati suę parum prouidens, omnia sequenti nocte pauperib. cum S. Laurentio distribuit. Eleemosynę quippe & preces magni apud Deum sunt legati. Nōne poterat iustis de causis magnam prouisionem apud Pōtificem sibi procurasse, maximè quia Episcopus à barbaro populo innocenter & ignominiosè eiectus, quia destitutus omni quasi honore & beneficio in paupertate tātus Prælatus viuere cogeretur? Nōne poterat illā argenteā massam, vel totā, vel mediā suo usui contribuere aut reseruare? Poterat sed nolebat eligens pauperē Christum & humilē sequi, quam aliquā huius mundi delectationē aut gloriolam. Dumq; esset in itinere versus Hierosolymam, diuertit ad monasterium montis Cassini S. Benedicti orationis ibiq, Abbatis & fratrum seniorum statu ab instituta peregrinatione destitit & iussus redire Romam, nutricē sanctorum filiorum ad monasteriū S. Bunifacij adeoq, ad Abbatē tum Leonē nomine, vbi petitam monasticam vestē & regulam acciperet, nō Abbatia nō pinguē prouisionem, nō quietē à laboribus, nō famulorum multorum ministeria. Quid facit in monasterio? Obliuiscitur seipsum, factus paruul° in medio fratrum, culinā n. purgat, scutellas lauat, ad coquorum necessaria cuncta celer aduolat, manibus fratrum aquā de puteo ministrat, mane ad claustra, vespere & meridie ad mēsam aquas humero apportat. Vt. n. vespere & meridie & manè integrę cōgregationi seruiret, talē obediētiam de Abbate rogans & incognitus accepit. Cogitationē tacitam in se regnare nūquam permisit, quicquid accedens ad animum diabolus dixit, statim senioribus palam fecit. Accuratissimè autē interrogauit de scripturis sanctis, sedulo percontatur de vitiorum & virtutum naturis. Hic iam disce cognoscere monachum ex Episc. factum, & eum humilem, obedientē, simplicem, sine murmure, sine inuidia, sine aliqua alicuius molestia. Cōfer iam monachos nostri tēporis cum hoc vno & videbis mirabilia. Solent signa & prodigia ostendere non facere sanctum: Et hæc illi nō defuerunt. Dum. n. fratribus seruiret & offenso crure, supra durum marmor satis validè cecidisset, vas testaceum vel vitreum cum eo quod intus erat, illæsum reseruauit. Audierunt ea mensa fratres, clarum sonum, quod nemo dubitauit fractum, mirantur omnes vas illæsum. Solebat pitus obedientiam faciens multoties facile vas frangi, & cum pro peccato negligentiæ veniam peteret, angelus superbiæ eius humilitatem ægrè ferens, ut post omnia frequentia verecundiam ingereret, mala voluntate vas eiusmodi frangere adiouit, sed quia nō cessauit obediētia nec generauit fastidium maior tristitia, seruo suo De° solatium dedit an gratuitum & tunc illæsum vas apparuit & postea nunquam fregit.

Bohemorum scelerati mores tempore S. Adalberti.

S. Adalbertus, propter sui populi contumaciam, & contradictionem, Episcopatum offert Boleslai filio.

S. Adalbertus factus ex Episcopo monachus.

Atq; hæc de monacho & oue cō esset pastor. Cùm sentirēt Bohemi mala multa ob repulsam & absentiā sui Episcopi miserunt Pappatem & Christianum monachū petentes veniam & ipsum deprecātes, vt ad suos redire nō dedignaretur. Ex quib. pœnam diuinam in Bohemos, & ingratitudinem, & inobedientiā illorum facile cognosces, & humilitatē tam S. Episcopi tādiu in monasterio austerā vitā agentis & eorum q in monasterio fuerunt admirationem & stuporem, qū viderunt hæc præter spem & opinionem agi. Collecta tum synodo iudicatū fuit, melius esse, ipsum ad suos redire, quam deuotionis propriæ causa Romæ cōmorari. De eo tradit historia cū Rauennā transiret, interrogatum fuisse eum à quodā Dei seruo Durante, Cur sine virga pastorali tantus vir incederet. Respondens verbū memorabile ille homo, q verè loqui potuit. *Vtait Deus,* inqt, *in cuius conspectu sto, facile est gestare pedū, sed difficile reddere rationem, cū venerit ad iudicium, qui non errat, districtus iudex viuorū & mortuorum, siue in vitam, siue ignem mittendorum.* Verè digna vox Episcopo, qui nō nisi onera & non honores debet in mūdo quærere, bonores autē in cælo illi nō denegabuntur. *Non priuabit eos,* inquit, Psalmista, *bonis, qui ambulant in innocentia.* Itaq; præparant se ad martyriū, visitauit locs Sanctorum, vt S. Martini, S. Dionysij tumbam & Floriac. monasterium, vbi reconditus est S. Benedictus. Et qū in Bohemiam rediret, stans in viridi monte, dedit benedictionem, quā secuta est diu multoq; tempore negata pluuia, prout in trāslatione S. Wenceslai plura de eo dicuntur. Nūc eius visiones elucidabimus. Romæ cū esset, & corā Pōtifice celebraret, rectus sub memoria mortuorū, ad tres horas immot° stetit, interim & interfuit fratrum suorum in Bohemia occisorū sepulturæ, & hac cōpleta prosecutus est reliquā Missæ partē, q ille tunc de mora illa interrogatus, respōdit, & monica, quę relicta fuit, tū in Bohemia, testis fuit. Qū fuit apud Cæsarem Ottonē tertiū, à quo diligebatur valde, ibi nocte sopora parum in molli lecto requiescēs, vitæ suæ desiderabilem terminum adspexit, q̄uis ipse non nosset, quid sibi vellet somnium, donec tact° spiritu alienigena hoc reuelauit. Putabat se videre in domo fratris maioris duos lectos bene pparatos: vnus erat suus, alter erat fratrib. destinatus. Pulcher ille quidē & decorus, sed q suus esse debuit, multo elegātior refulsit purpureus & floridus & incōparabili ornamēto pretiosè vestitus. Erat aūt in superiori pāno capitali aureis literis inscriptū: *Munus hoc donat tibi filia Regis.* Quod somniū cùm corā Imperatore quibusdā familiarib. exponeret, cui viuax ingeniū natura dedit, & pclara facundia insignē fecit. Leo palatii Episc. pulchrè alludēs ait: *Hoc tibi tito mucatis, quod quæris: Dono virginis, pcaldabis martyr eris.* Vidit etiā in monasterio aliā visionē, q̄ non de se, sed quasi de aliquo alio reuerentissimis viris ita exposuit: *Agnosco hominem* (cum S. Paulo) *cui duos ordines in cælo Deus arridens, digito demonstrauit, vnum purpurei splendoris, alterum vltra quàm dici possit niuei candoris. Inter hos & illos blanda vox ait: Manet te locus, & certa sedes.* Iterum Romæ in monasterio, quo sanctus iste in Philosophis Benedicti patris nutritus erat, diuina huiuscemodi reuelatio facta est. Inter plures visiones quas vidit, rapta mēte sæpe ad superna leuatus, vidit & istā crucifixus mundo Ioānes monachus & Abbas. Venerunt à cælo vsq; ad terrā descensu delectabili, elegāti aspectu duo linteamina, instar niuis cādida, absq; vlla vel ruga vel macula. Vnū ex eis accepit, quē q̄rere venit. Possedit charum pign° & dulce onus, fruens fruitur suo Adalbertus, intrat cælum aureum tramite recto. Quis aliud linteum suo amplexu acceperit, & ad Deum portarit, ab eius ore nunq̄ quisq̄ excutere potuit. Vidit & Gaudētius frater suus paulo ante martyrium S. Adalberti, quo ludētib. verbis irrisit pauescentē Episc. Ingressus delectabile oratorium, aduertit paratum Pont. Adalbertum celebrasse Missā. Comesto autē sacrificio, cùm vestimēta plicarent, pprius accessit ad cornu altaris, in cuius medio stetit calix aure°, acclinat collum, os apponit, haurire de calice aureo conatur. Aduolat cursu rapido custos sacri altaris, vnde talia psumat, insolentē Gaudētium seuerioribus dictis increpans: *Non licet, ait, sanctum tuis de aureo calice sumere potum vitæ, solus totum bibere debet, qui pro Christo immolato missa oratione legauit: tibi sicco palato nec gutta remanebit.* Manè facto Gaudētius, inqt. *Audi senior meus, noctis somnium, quod vidi. Expleta Missa quam celebrasti in templo Dei, accessi vt potum sumerem de aureo calice, qui stetit in medio altari & prohibuit me minister altaris, dic. Aliquo nequaquam licet Pontifex totū sumere debet.* Respondit B. Adalb. passioni propinquans: *Mihi frater iubente Deo somnium tuum prosperos habeat progressus. Peccans caro peccat, donū Dei non impediat, misericordia creatoris victoriam obtineat.* Atq; hæc de Visionibus. Nunc ad martyrium ipsum, cuius præparatoria erant omnia pericula, persecutiones labores & dolores. Repudiatus à Bohemis venit Gnesnā, vbi multa præclara fecit docendo vt Apostolus & baptizando quē Dux in Prussiam multo milite armatū misit ad conuertendum populum, sed duriter ab illo fuit exceptus, & cùm etiā habitu mutato vellet illos lucrari, minùs potuit, sed post multa verbera, afflictiones & miserias tandem fuit septem lanceis confossus & occisus, vno prius ex præcipuis perforante cordis penetralia. Passus est autem pretiosiss. Martyr Adalbertus, qua die S. Georgius est saxo attritus. Bene autem ambo vno die, quia se petentibus, vterque bon° affulget miraculis crebertimis, & præsto est ægris mortalibus. Beatus homo quem possedit gloria paradisi, quē accepit cōfessio & pulchritudo ante oculos Dei, vt sapiat ex sententia quæ solet dicere, *Quod oculus nō vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit,* 1. Co. 2. *quæ præparauit Deus diligentibus se.* Vocat nunc te cor contritum, vocat nostrorū temporum infinitus error, clamat tibi, fœlicissime martyr, nostrarum miseriarū magnus clamor. Tu cum purpureis pcerib. in conspectu Dei delectar°, tu cum suauissimis angelorum vocib. intra sancta sanctorum epular°, ne obliuiscaris veros captiuos, nō sentientes in quanta tribulatiōe versemur. Tu qui multa potes ad regis cohortē, fac nobis lēgē & iustitiā de iniquo odio tantorū hostium, quia & nunc cū Christo regnum tenens decides curas hominum. Ad grandē miseriam, necessarium est magnum adiutorium. Veniat tecum non vnus sanctus, salus hominum, quorū est ars, stat tecum angelorum sana pars. Propter Deum loquimini bonum de viuis miseris, bonum in conspectu principis: Et tu ô sancte Adalberte, si quid potes, imò quia potes multa, cū sanctis fratrib. tuis patronis nostris colendissimis, imò cum omnib. sāctis & electis Dei nostris medere vulnerib°, & vbi nunc perpetuo exultatis, vestris perducite meritis, Amē. Plura de S. Adalberto inuenies in trāslatione S. Wēceslai.

Quid interrogatus B. Adalbertus, cur incederet sine virga pastorali, responderit.

Varia S. Adalberti visiones.

S. Adalbertus à Bohemis repudiatus, & quæ gesserit.

S. Adalberto patrocinium inuocatur.

Laus Deo, & B. Mariæ Virgini, & omnibus Sanctis.

IN FESTO S. GEORGII MARTYRIS.

Ego sum vitis vera, Ioann. 15.

SEmper quidem splendida & omnium ore laudata sunt sanctorum martyrum monumenta, Auditores, cum primis vero laudabile & gloriosum est, quod hodierno die celebratur. Præsens enim memoria martyris, non solum eorum, quæ passus est Dominus, imitationem continet, athletico certamine decorata, & verni temporis splendore (hoc enim tempore festus eius dies agitur) pulchrior facta, verum etiam hilaritatem, quæ ex sublimiorib. Domini Iesu Christi diebus festis proficiscitur, abundè participat. Hic enim inter hos dies, tanquam inter duos soles, proprio motu se vertentes, velut luna quædam interiecta, vtriusque splendoribus illustratur, & radijs Christum imitantib. orbem terrarum illustrat. Ante illum quidem effulsit, & cum lucidissima splendētis auroræ horæ exort° est, vel statim consequentem, aut continuam potius eā horam habuit dies ille festus à toto mundo celebrat°, omniumq; splendidissimus ac præcipuus Saluatoris nostri Christi veri Dei & nostri Dñi & martyrum principis crucē passi ac Resurgentis, q propter nos homo factus est, & ppter nostram

S. Georgij festum ut illustris.

salu-

possit colligi, sicut & Apostolatus & martyrium & ꝓphetia & reliqua q̃ de eo in prooemio diximus, tñ primo delibare volumus q̃ ipsius sint prima initia & quantos fructus ex iniis fecerit. Non tñ est, ꝙ in hoc patrono laudemus, ꝙ ex Slauicone, comite Libiceos. & Strizislaua matre ex genere Sclauorũ nobiliss. iũcta matrim, q cõtingit reges linea sãguinis, quẽ lõgè lateq; iura dãtẽ tremuit populus, adeoq; Henrico Regi accessit proximus nepos, oriundus sit, sed ꝙ insertus viti Christi palmes fuerit. Hunc olim palmitem multò ante ꝓuidit fructificaturum Libussa q̃muis Ethnica. Hunc Christ⁹ plãtauit & meritis S. Mariæ Virg. cõseruauit. [illegible] febri corriperetur lethali, parẽtes eum Deo sanctæq; genetrici obtulerunt, d. *Nõ nobis Domine nõ nobis, viuat puer iste, sed Clericus in Dei matris honorẽ portet iugũ tuũ pulchra ceruice.* Sic dicunt ponũtq; ibi altare virginis & recessit in ictu oculi vis doloris, infantulus ad se redit, sospes in omnibus membris. Ecce nec pruina neq; hyems huic palmiti nocere potuit: & vide quid sit Dei gratia & S. Virg. Mariæ intercessio: Accedit, ꝙ toto iuuenili tempore lasciuus fuerit, terrenis diuitijs & delitijs incubuerit, iocis vacãrit puerilibus, & à reb. coelestib. valdè remotus fuerit, ita vt palmes fructum nõ fecerit. Sed cum Deo ita misericorditer disponẽte interesset morti Ditmari Episcopi antecessoris sui immediati, visionẽ quandam & vocẽ lamentabilem eiusdẽ Episcopi & horrorẽ habuit, ꝓut & ipse hoc Abbati cuidã dixit, vt exinde mores emendare, putationẽ admittere, & desideria carnis igne diuini amoris excoquere coeperit. Et talis tota vita sua fuit, plena ieiunijs, precib. laboribus, operibus, fructibus, meritis, cuius est fructificatio adhuc magna in Ecclesia SS. magna in Bohemia & Polonia, magna in tota Christianitate. Nunc ãt illum tanq̃ Episcopum, & ꝓ hoc pastorem & Apostolum cõsiderabimus. Iã in tñ profecerat scientijs & liberalium artium studijs, ꝓmouente eum patrino Archiepiscopo Magdeburgensi Willigisa, à quo & sub Boleslao terræ principe & Ottone II. Imp. in Episcopum Pragens. cõsecratus, vt omniũ mentes & desideria videretur in se cõuertere: nec hoc sine miraculo, vt intelligatis quõ ad hæc sancta fastigia, non per rotem, non ꝑ munera, non ꝑ fauores, non per artes & vias malas, sed Dei vocatione & gratia sit ascendendum. Cùm .n. rex & populus varijs sententijs distinerentur, oẽs tñ ad vltimum manus tenent, aẽre clamorib. implẽt, nõ habere meliorẽ, nec aliũ oportere esse suũ Episcopũ, q̃ indigenam Adalbertum, cuius nobilitas (ecce quanta laus à Deo populo) diuitiæ, alta scientia & placabiles mores, cum tanto honore cõcordarent. Si nõ sufficiunt vobis hæc testimonia, audite & quid infernus cõtremiscens ob ipsius futura merita & opera dixerit. *Dæmones testimoniũ de Christo dederũt & S. Adalberto.* Hac .n. ipsa die vbi erat Episc. audiẽtib. multis locutum est dæmoniũ, cùm presbyteri imprecationib⁹ vrgeretur, vt exiens de homine obsesso, daret honorẽ Deo viuo. *Quid molesti mih. estis,* inquit, *væ satis est mihi, ampliùs hic stare nõ possũ, quia electus est hodie populo terra Episcopus, quẽ valdè timeo, Christicola Adalbertus.* Sic ait & quasi citius dicto cessit dæmõ impudẽs Spiritui S. & vt flagello fugatus exiuit homine sano. Tremuit ãt diabolus sub ipso principio, & cognouit quãta illi pastori cisẽt, Adalberto Episcopo viuẽte: Sed nunc prô dolor simplex diabolus esse debet, cui aliq̃ Episcoporum vnã animã eripere aut dãnum vel poenã inferre possent. Sed attẽdite q̃so, in quos vsus ꝓuẽtus Ecclesiasticos cõuertit, vt exinde animũ noui Episcopi cognoscatis, tãdẽq; fatramini, sc. non sua, nec vestra, sed vos vosmet & vestrã salutẽ q̃siuisse. Nõ ille in libidinẽ, in crapulã, in equos, in nugas, in mundi reculas ꝓfudit: Sed 4. fecit diuisiones. Vnã Clerus, alterã paupes, tertiã Ecclesia, ꝓ redẽptione captiuorũ & restauratione possedit, quartam ipse cũ cohærẽtib. sibi ad necessarios sũpt⁹ recepit. Ecce vita Apostolica, ecce Episcopalis mensa & Oeconomia, vt nemini esset molest⁹, omnib ãt acceptabilis, ideo & nomẽ Wotiech, i. exercit⁹ cõsolatioĩs obtinuit. Quæ erit ipsius institutio vitę? lachrymę illi erãt panes die ac nocte, cũ regio Propheta, ieiunia frequẽtia, vigiliæ & excubiæ ꝑpetuæ sup gregẽ suũ, cõtinuæ genuflexiões ad impetrãdã peccato. ũ veniã, sacra lectio & psalmorũ decãtatio. ipsi⁹ solatiũ & gaudiũ. Vide q̃m nostri ab illis tẽporib. differãt. Quo ãt popul⁹ durior, eo labor maior & meritũ. Popul⁹, certè Bohemus duræ ceruicis erat, seruus libidinũ factus, miscebatur cum cognatis, & sine lege cum vxorib. multis mancipia Christiana Iudæis vendebãt perfidis, dies festos cõfusa religione obseruabãt, dies verò ieiuniorum voluptatibus vacantes omnino nõ curabant. Ipsi Clerici palã vxores docebant, cõtradicentem Episc. odio iniquo prosequebantur, & sub quorum tutela quiq; fuerunt, contra ipsum maiores terrę cõcitabant. Erat aũt labor plurimus, contradictio accrescens: Et cùm emergentia mala emẽdare nõ posset, ubi piscatio sua nihil cepit S. Episcopus locum dare necessariũ duxit. Nõ ergo ornabatur aut puluinaribus incubabat, sed habebat bonus agricola, ꝙ plantaret, ꝙ potaret, habebat bonus pastor, quod vigilaret, quod gregẽ ad bona pascua dirigeret & ad illa cõseruaret. Animaduertẽs ꝙ pro voluntate populo nõ posset prodesse, obtulit Stranquari Boleslai II. filio Episcopale munus, vt qui authoritate & gratia apud suos excelleret, meliorẽ fructum posset facere: quod detrectauit ille. At ecce propheta S. Adalbertus illi ꝓnunciauit, ꝙ hoc officium aliquando sit perniciosè quęsiturus: & ita vsu euenit. Nam intrusus & iam sub cõsecratione sua in Episcopum iacens prostratus in terra, viuo S. Adalberto, à diabolo ad altare suffocatus est. Lucrari voluit S. Adalbertus populũ Dei & animã Stratiquatis, successus defuit. Voluit itaq; iam exosos Bohemis proficisci Hierosolymã, cuius causa Romã diuertit: ubi eius aduentum Ottonis II. cõiux, mariti mortẽ ibi deplorans audiuit, ad se eum vocari fecit, & ꝓ anima sui mariti ingentem massam argenteam obtulit, secundum id quod apud Machabęos scribitur. Ille vero itineri aut necessitati suę parum prouidens, omnia sequenti nocte pauperib. cum S. Laurentio distribuit. Eleemosynę q̃ppe & preces magni apud Deum sunt legati. Nõne poterat iustis de causis magnam ꝓuisionem apud Põtificem sibi ꝓcurasse, maximè quia Episcopus à barbaro populo innocenter & ignominiosè eiectus, quia destitutus omni quasi honore & beneficio in paupertate rãrus Prelatus viuere cogeretur? Nõne poterat illã argenteã massam, vel totã, vel mediã suo usui contribuere aut reseruare? Poterat sed nolebat eligens pauperẽ Christum & humilẽ sequi, q̃ aliq̃ huius mundi delectationẽ aut gloriolam. Dumq; esset in itinere versus Hierosolymam, diuertit ad monasterium montis Cassini S. Benedicti orationis ibiq; Abbatis & fratrum seniorum suasu ab instituta peregrinatione destitit & iussus redire Romam, nutricẽ sanctorum filiorum ad monasteriũ S. Bonifacij adeoq; ad Abbatẽ tum Leonẽ nomine, vbi petitam monasticam vestẽ & regulam acciperet, nõ Abbatiã nõ pinguẽ ꝓuisionem, nõ quietẽ à laboribus, nõ famulorum multorum ministeria. Quid facit in monasterio? Obliuiscitur seipsum, factus parnul⁹ in medio fratrum, culinam purgat, scutellas lauat, ad coquorum necessaria cuncta celer aduolat, manibus fratrum aq̃ de puteo ministrat, mane ad claustra, vespere & meridie ad mẽsam aquas humero apportat. Vt. n. vespere & meridie & manè integrę cõgregationi seruiret, talẽ obediẽtiam de Abbate rogans & incognitos accepit. Cogitationẽ tacitam in se regnare nũquam pmisit, quicqd accedens ad animum diabolus dixit, statim seniorib. palam fecit. Accuratissimè autẽ interrogauit de scripturis sanctis, sedulo percontatus de vitiorum & virtutum naturis. Hic iam disce cognoscere monachum ex Episc. factum, & eum humilem, obedientẽ, simplicem, sine murmure, sine inuidia, sine aliqua alicui ira molestia. Cõfer iam monachos nostri tẽporis cum hoc vno & videbis mirabilia. Solent signa & prodigia ostendere non facere sanctum: Et hæc illi nõ defuerunt. Dum .n. fratribus seruiret & offenso crure, supra durum marmor satis validè cecidisset, vas testaceum vel vitreum cum eo ꝙ intus erat, illæsum reseruauit. Audierunt ex mensa fratres, clarum sonum, ꝙ nemo dubitauit fractum, mirantur omnes vas illæsum. Solebat prius obedientiam facienti multoties facile vas frangi, & cum ꝓ peccato negligentiæ veniam peteret, angelus superbiæ eius humilitatem ægrè ferens, ut ꝑ nimia frequentia verecundiam ingereret, mala voluntate vas eiusmodi frangere adiuuit, sed q̃ nõ cessauit obediẽtia nec generauit fastidium maior tristitia, seruo suo De⁹ solatium dedit in grauiruina & tunc illæsum vas apparuit & postea nunq̃ fregit.

Adalbertus à Boleslao & Ottone, Pragensis consecratus Episcopus.

S. Adalbertus Ecclesiæ reditus utiliter dispensat.

Bohemorũ scelerati mores tẽpore S. Adalberti.

S. Adalbertus, propter sui populi contumaciam, & intractabiles ingenia, Episcopatum offert Boleslao filio.

S. Adalbertus factus ex Episcopo monachus.

Atq;

Atq; hæc de monacho & oue cũ esset pastor. Cùm sentirẽt Bohemi mala multa ob repulsam & absentiã sui Episcopi miserunt Pappaiem & Christianum monachũ petentes veniam & ipsum deprecãtes, vt ad suos redire nõ dedignaretur. Ex quib. pœnam diuinam in Bohemos, & ingratitudinem, & inobedientiã illorum facile cognosces, & humilitatẽ tanti S. Episcopi tãdiu in monasterio austerã vitã agentis & eorum q in monasterio fuerunt admirationem & stuporem, qñ viderunt hæc præter spem & opinionem agi. Collecta tum synodo iudicatũ fuit, melius esse, ipsum ad suos redire, quam deuotionis propriæ causa Rumæ cõmorari. De eo tradit historia cũ Rauennã transiret, interrogatum fuisse eum à quodã Dei seruo Durante, Cur sine virga pastorali tantus vir incederet. Respondens verbũ memorabile ille homo, q verè loqui potuit. *Viuit Deus,* inqt, *in cuius conspectu sto, facile est gestare pedũ, sed difficile reddere rationem, cũ venerit ad iudicium, qui non erat districtus iudex viuorũ & mortuorum, siue in vitam, siue ignem mittendorum.* Verè digna vox Episcopo, qui nõ nisi onera & non honores debet in mũdo quærere, honores autẽ in cælo illi nõ denegabuntur. *Non priuabit eos,* inquit, Psalmista, *bonis, qui ambulant in innocentia.* Itaq; præparans se ad martyriũ, visitauit loca Sanctorum, vt S. Martini, S. Dionysij tumbam & Floriæ monasterium, vbi reconditus est S. Benedictus. Et qñ in Bohemiam rediit, stans in viridi monte, dedit benedictionem, quã secuta est diu multoq; tempore negata pluuia, prout in trãslatione S. Wenceslai plura de eo dicuntur. Nunc eius visiones elucidabimus. Romæ cũ esset, & corã Põtifice celebraret, tectus sub memoria mortuorũ, ad tres horas immot⁹ stetit, interim & interfuit fratrum suorum in Bohemia occisorũ sepulturæ, & hac cõpleta prosecutus est reliquã Missæ partẽ, q ille tunc de mora illa interrogatus, respodit, & manica, quę relicta fuit, tũ in Bohemia, testis fuit. Qñ fuit apud Cæsarem Ottonẽ tertium, à quo diligebatur valde, ibi nocte sopora parum in molli lecto requiescẽs, vitæ suæ desiderabilem terminum adspexit, q̃uis ipse non nosset, quid sibi vellet somnium, donec tact⁹ spiritu alienigena hoc reuelauit. Putabat se videre in domo fratris maioris duos lectos bene p̃paratos: vnus erat suus, alter erat fratrib. destinatus. Pulcher ille quidẽ & decorus, sed q suus esse debuit, multo elegãtior refulsit purpureus & floridus & incõparabili ornamẽto pretiosè vestitus. Erat aũt in superiori pãno capitali aureis literis inscriptũ: *Munus hoc donat tibi filia Regis.* Quod somniũ cùm corã Imperatore quibusdã familiarib. exponeret, cui viuax ingeniũ natura dedit, & p̃clara facundia insignẽ fecit. Leo palatii Episc. pulchrè alludẽs ait: *Hoc tibi cito vnacuius, quod quæris: Dono virginis p̃culdubio martyr eris.* Vidit etiã in monasterio aliã visionẽ, q̃ non de se, sed quasi de aliquo alio tenèrentissimis visis ita exposuit: *Agnosco hominem* (cum S. Paulo) *cui duos ordines in cælo Deus arridens, digito demonstrauit, vnum purpurei splendoris, alterum vltra quàm dici possit niuei candoris. Inter hos & illos blanda vox ait: Manet te locus, & certa sedes.* Iterum Romæ in monasterio, quo sanctus iste in Philosophia Benedicti patris nutritus erat, diuina huiuscemodi reuelatio facta est. Inter plures visiones quas vidit, rapta mẽte sæpe ad superna leuatus, vidit & istã cruci fixus mundo Ioãnes monachus & Abbas. Venerunt à cælo vsq, ad terrã descensu delectabili, elegãti aspectu duo linteamina, instar niuis cãdida, absq; vlla vel ruga vel macula. Vnũ ex eis accepit, q quẽ q̃rere venit. Possedit charum pign⁹ & dulce onus, fruens fruitur suo Adalbertus, intrat cælum aureum tramite recto. Quis aliud linteum suo amplexu acceperit, & ad Deum portarit, ab eius ore nunq̃ quisq̃ excutere potuit. Vidit & Gaudẽtius frater suus paulo ante martyrium S. Adalberti, quo ludẽtib. verbis retulit pau e scenẽ Episc. Ingressus delectabile oratorium, aduertit paratum Pont. Adalbertum celebrasse Missã. Comesto autẽ sacrificio, cùm vestimẽta plicarent, p̃prius accessit ad cornu altaris, in cuius medio stetit calix aure⁹, acclinat collum, os apponit, haurire de calice aureo conatur. Aduolat cursu rapido custos sacri altaris, vnde talia p̃sumat, insolentẽ Gaudẽtium seuerioribus dictis increpans: *Non licet, ait, faucibus tuis de aureo calice sumere potum vitæ, solus totum bibere debet, qui pro Christo immolato missa oratione legauit: tibi sicco palato nec gutta remanebit.* Manè facto Gaudẽtius, inqt. *Audi frater meũ noctis somnium, quod vidi: Expleta Missa quam celebrasti in templo Dei, accessi vt potum sumerem de aureo calice, qui stetit in medio altari & prohibuit me minister altaris, dic. Alieno nequaquam licet Pontifex totũ sumere debet.* Respondit B. Adalb. passioni propinquans: *Mihi frater iubente Deo somnium tuum prosperos habeat progressus. Peccans: caro peccati, donũ Dei non impediat, misericordia creatoris victoriam obtineat.* Atq; hæc de Visionibus. Nunc ad martyrium ipsum, cuius præparatoria erant omnia pericula, psecutiones labores & dolores. Repudiatus à Bohemis venit Gnesnã, vbi multa præclara fecit docendo vt Apostolus & baptizando quẽ Dux in Prussiam multo milite armatũ misit ad conuertendum populum, sed duriter ab illo fuis exceptus, & cùm etiã habitu mutato vellet illos lucrari, minùs potuit, sed post multa verbera, afflictiones & miserias tandem fuit septem lanceis confossus & occisus, vno prius ex præcipuis perforante cordis penetralia. Passus est autem pretiosiss. Martyr Adalbertus, qua die S. Georgius est saxo attritus. Bene autem ambo vno die, quia se petẽtibus, vterque bon⁹ affulget miraculis crebettimis, & præsto est ægris mortalibus. Beatus homo quem possedit gloria paradisi, quẽ accepit cõfessio & pulchritudo ante oculos Dei, vt sapiat ex sententia quæ solet dicere, *Quod oculus nõ vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit,* 1. Co. 2. *quæ præparauit Deus diligentibus te.* Vocat nunc te cor contritum, vocat nostrorũ temporum infinitus error, clamat tibi, fœlicissime martyr, nostrarum miseriarũ magnus clamor. Tu cum purpureis p̃cerib. in conspectu Dei delectat⁹, tu cum suauissimis angelorum vocib. intra sancta sanctorum epulat⁹, ne obliuiscaris veros captiuos, nõ sentientes in quanta tribulatiõe versemur. Tu qui multa potes ad regis cohortẽ, fac nobis lẽgẽ & iustitiã de iniquo odio tantorũ hostium, quia & nunc cũ Christo regnum tenens derides curas hominum. Ad grandẽ miseriam, necessarium est magnum adiutorium. Veniat tecum non vnus sanctus, salus hominum, quorũ est ars, stat tecum angelorum satrapais. Propter Deum loquimini bonum de viuis miseris, bonum in conspectu principis: Et tu ô sancte Adalberte, si quid potes, imò quia potes multa, cũ sanctis fratrib. tuis patronis nostris colendissimis, imò cum omnib. sãctis & electis Dei nostris medere vulnerib⁹, & vbi nunc perpetuo exultatis, vestris perducite meritis, Amẽ. Plura de S. Adalberto inuenies in trãslatione S. Wẽceslai.

Quid interrogatus B. Adalbertus, cur incederet sine virga pastorali responderit.

Variæ S. Adalberti visiones.

S. Adalbertus à Bohemis repudiatus quæ gesserit.

B. Adalberto patrocinium inuocatur.

Laus Deo, & B. Mariæ Virgini, & omnibus Sanctis.

IN FESTO S. GEORGII MARTYRIS.

Ego sum vitis vera, Ioann. 15.

SEmper quidem splendida & omnium ore laudata sunt sanctorum martyrum monumenta, Auditores, eum primis vero laudabile & gloriosum est, quod hodierno die celebratur. Præsens enim memoria martyris, non solum eorum, quæ passus est Dominus, imitationem continet, athletico certamine decorata, & verni temporis splendore (hoc enim tempore festus eius dies agitur) pulchrior facta, verum etiam hilaritatem, quæ ex sublimiorib. Domini Iesu Christi diebus festis proficiscitur, abundè participat. Hic enim inter hos dies, tanquam inter duos soles, proprio motu se vertentes, velut luna quædam interiecta, vtriusque splendoribus illustratur, & radijs Christum imitantib. orbem terrarum illustrat. Ante illum quidem effulsit, & cum lucidissima splendẽtis auroræ horæ exort⁹ est, vel statim consequentem, aut continuam potius eã horam habuit dies ille festus à toto mundo celebrat⁹, omninoq; splendidissimus ac præcipuus Saluatoris inquã Christi veri Dei & nostri Dñi & martyrum principis crucẽ passi ac Resurgentis, q propter nos homo factus est, & p̃pter nostram

S. Georgij festum ex illustribus.

salu-

saluiem martyrium sustinuit sub Pontio Pilato, vt est in sacris literis, quiq; ijs, quæ passus est ipse, victoriã cõtra mortem nobis largitus fuit. Idem quoq; beati martyris Georgij dies festus merito consequentem haber eiusdem Christi ad cęlos assumptionem, quo die humanam nostrã naturam in seipso vna cu Patre collocauit. Quæ res nõ casu euenit, sed harum dierum concursu veræ charitatis Oeconomiam, & manifestam rerum diuinarum cognationẽ significauit, ita Christo ipso, cuius causa martyrium susceptum fuit, summam in eum, qui illud suscepit, charitatẽ suam nobis ostendente, vt non solum his quæ passus est eius similitudinẽ exprimeret, sed in ipso ẽt die, quo passus est similẽ se ostẽderet. Hæc eadẽ celebritas, & alias oẽs, quæ martyrib. in toto anno dicatę sunt, antecedit, cùm sola hęc post S. Christi resurrectione verno tẽpori ac splendori præsideat. Quoniam io. hęc athletica panegyris ac celebritas his floribus circumscribitur operæ pretiũ est deinceps & eiusdem decus p partes explicare. Celebritatis autem decus est tum salutaris oratio, tum diuinum aliquod opus. Gręcis quidem & Barbaris omnibusq; alijs, in quib. idolorum error dominabatur, dici festi hon. ilas erat & iucunditas, nimia turpitudine & intemperantia dæmones colere. Nobis verò quibus crucis trophæũ, contra mortẽ datũ est, diuersum proponitur, hoc est, omnib. certaminib. illos ipsos dæmones expugnare ac redargnere. Quãmobrẽ voluptatum dissolutio, vt turpissima res, nobis inu sa est, labor autẽ qui pro virtute, & mors, quę pro pietate suscipitur, vt suauissima quædam res, à viris fidelib. præter cætera expectatur. His rebus factum est, vt idolorum error deletus sit, & martyrum multitudines effulserint, atq; terrestria loca cælum sint effecta, sanctis viris, velut stellis quibusdam exornata. Nã huiusmodi quotidianæ celebritates terrarum orbem continent, martyrum trophæa eorumq; reliquias honorantem & certamina illa quæ martyres obierunt, pleno cætu celebrantem, certamina inquam illa, quæ communis hostis malitia sè sustulit Dei cultum & nomen illud. q alijs commune non est per idola ipsa sibi vendicare contendens. At Deus nimium pro sua in homines charitate concessit, humanam naturam aduersus illum victricem euadere, vt à quibus studebat tanquam Deus adorari, ab ijsdem vt mortuus & pedibus conculcatus irrideretur. Sed nunc ad historiam nos accingemus, cum satis superque sit prius explicatum hodiernum

Humana natura, Dei ope, aduersus diabolum victrix.

EVANGELIVM.

QVæstio est, vtrum S. Georgi⁹ maiorem gratiã à Christo adeptus fuerit, quã alius qui cum ipso pro fide militauerit: Respõdit Ambrosio præfa. *S. Georgius fidelissimus Christi miles, dum Christianitatis professio silentio tegeretur, solus inter Christicolas Dei filium est cõfessus cui & tantã constantiã gratia diuina concessit, vt & Tyrannicæ potestatis præcepta contemneret, & innumerabilium non formidaret tormenta pœnarum.* O fœlix & inclytus Domini prælіator, cui non solum temporalis Regni blanda non persuasit promissio, sed persecutore deluso simulachrorum eius in abyssum portenta deiecit. Quia vero S. Georgius habuit gratiam gratum facientem, postquam mortuus est per gratiam gratis datã, idem de illo potest dici. Quod perfectus inuentus sit per eam præ alijs Christianis sui tẽporis. Quod patet. Primo in munitione. Nam strenuum militem decet habere munitionem & copiam armaturæ conuenientis Eph. 6 *Induite vos armaturam Dei, vt possitis stare aduersus insidias diaboli*, vbi ponit quattuor genera armaturæ. Primo, habuit loricam iustitiæ. Sicut. n. lorica ex omni parte munit, sic etiam ex omni parte iustitiæ B. Georgius fuit munitus. A superiori per Dei & proximi dilectionem. Ab inferiori per omnium temporalium abiectionẽ: A dextris seruando in prosperis temperantiam. A sinistris habẽdo in aduersis patientiam. Ante pericula præcauendo, retro Dei beneficia memorando. Secundo, habuit galeam. Caput. n. mens est, & galea est spes æternæ salutis Th. 5. *Induti galeam, spem salutis.* Hebr. 6. *Confugimus ad tenendam propositam spem.* Tertio, scutum fidei. Dicitur enim fides scutũ, quia ibi constringuntur omnia diaboli tela Eph. 6. *In omnibus sumentes scutũ fidei in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere.* Tum quia est tantum in sinistra, id est, in vita præsenti, & non in dextra, id est futura vita. Tum quia est de Deo, in quo sunt tres anguli, id est, tres diuinæ personæ & tamen est vnũ scu-

Aduersus diabolum quatuor armaturæ genera.

tum, id est, vnus Deus. Quarto, gladium spiritus qđ est verbum Dei. Istum enim gladium habuit valde acutum p feruorem, valde limatum per vitæ splẽdorem, euaginatum ad vulnerandos bonos per amorem & feriẽdos malos per errorum & idololatriæ destructionem, repositum per discretionem. Ezec. 21. *Gladius exacutus est & limatus.* Secundo, perfectus in obseruatione. Nam strenuum militem decet certare pro honore Domini sui. 2. Tim. 2. *Labora sicut bonus miles Iesu Christi.* Strenuus miles debet fideliter militare p domino suo, & sic qui p honore Christi certat 2. Tim. 2. *Non coronabitur nisi qui legitimè certauerit.* Legitimè aũt certat, qui certantium regulã obseruat, quæ habet quatuor capitula. Primũ, vt ab omnib. nociuis, id est, peccatis & terrenis abstineat. 1. Cor. 9. *Omnis qui certat in agone ab omnibus se abstinet.* Secundum, vt non segniter, sed fortiter pugnet. *Sic pugno nõ quasi aerem verberãs.* Tertium, vt vsq; ad mortem in certamine perseueret Eccl. 4. *Vsque ad mortem certa pro iustitia.* Quartum, Vt in certamine non suum sed Dei honorem intendat, sicut fecit Ioab dicens ad Dauid, 2. Re. 18. *Congrega reliquam partem populi, ne nomini meo ascribatur victoria* Ista quatuor capitula diligẽter obseruauit. Nam omnia terrena contẽpsit, quemadmodum Christus, qui paupertatem semper dilexit. Mat. 8. *Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos filius autem hominis non habet, vbi caput reclinet.* Et fortiter dimicauit, quemadmodum Christus semp laborauit ab infantia, in Ægyptũ fugiendo, in iuuentute continuè prędicãdo. in morte pœnas sustinendo. Ps. *Pauper sum ego, & in laboribus à iuuentute mea* Insuper vsque ad mortem in prælio stetit. Nam consideratur conditionẽ militis. Nomẽ enim militis, est nomen officij & exercitij. Iob. 7. *Militia est vita hominis super terram.* & 1. Tim. vlt. *Tu vero vigila, in omnibus labora.* Præterea Dei honorem in omnib. attendit. Nam consideratur magnitudinem mercedis 1. Cor. 3. *Vnusquisque propriam mercedem accipiet secũdum suum laborem.* Sap. 3 *Bonorum laborum gloriosus est fructus.* Tertio, In eruditione. Nam strenuum militẽ decet, habere scientiã artis militaris, quæ quadrupliciter acquiritur. Primo per alienam eruditionem sc. sacræ Scripturę. Eph. 6. *Accipite armaturam Dei, vt possitis resistere in die malo & in omnibus perfecti stare.* Secundo p frequentem militantium cõsiderationem sc. Christi & militum eius. Iac. 5 *Sufferentiam Iob audistis, & finẽ Domini vidistis.* Tertio, per crebram congressionẽ. Iud. 3. *Hæ sunt gentes, quas Dominus dereliquit, vt erudiret in eis Israelem.* Quarto, per iugem tentationem. Iac. 1. *Beatus vir qui suffert tentationẽ.* Eccl. 34. *Qui nõ est tentatus, quid scit?* S. Georgius habuit robur virtutis propter animum robustũ ad aggrediendum, qui in medios hostium prosiliens exclamauit. *Omnes dij gentium dæmonia, Dominus autem cælos fecit.* Sciebat enim quod formidolosi de prælio Dei ejciũtur, Deut. 20. Et habuit generosum animum ad Deum sequendum. Nam Regem Lybię prouincię de quatuor instruxit, sc. Vt Ecclesiarũ Dei curã haberet, sacerdotes honoraret, diuinum officium libenter audiret, & semper memor esset pauperum. Insuper habuit manum robustã ad aggrediendum & feriẽdum Ge. 49 *Manus tua in ceruicibus inimicorum tuorũ*, vt paruit, qñ draconem interfecit, & filiam Regis Lybiæ à faucibus eius liberauit. Ps. *Conculcabis leonem & Draconẽ.* Et in eadẽ prouincia baptizauit viginti millia hominum exceptis paruulis & mulieribus. Præterea habuit dorsum robustũ ad sustinẽdũ, q multa tormẽta patiẽtissimè sustinuit. Ps. *Supra dorsum meũ fabricauerũt peccatores.* Quarto, In expugnatione, sancti viri vincũt fallacias diaboli, sicut Elephãtes Draconẽ q insidiatur eis, & hoc quadrupliciter. Primo, aquã cum rostro in faciem Draconis projciendo. Sic sancti viri vincũt diabolũ, qñ aquam lachrymosæ Orationis contra ipsum projciunt Mar. 9. *Hoc genus dæmoniorum non ejcitur, nisi in oratione & ieiunio.* Sic S. Georgi⁹ Dominum exorauit, vt tẽplum cum idolis, sic omnino destrueret, quatenus ad sui laudẽ & populi cõuersionẽ, nihil de eo penitus remaneret. Statimq; ignis de cælo descẽdẽs templũ cum dijs & sacerdotib. cõcremauit, & terra se aperiens oẽs eorum reliquias deglutiuit. Ex. 14 *Submersi sunt quasi plumbũ in aquis vehementibus.* Ps. *Contribulasti capita Draconum in aquis* Septimo, Caput eius conterendo. Eleph. s. n. caput Draconis pl. n. a conterit, & tũc Draco terribilem sibilum emittit. Mich. 1. *Faciam planctum velut Draconũ* Sic sancti viri virtutẽ diaboli à fune a nentis enerũant.

Certantium regula quatuor capitum.

Scientia militaris per 4. acquiritur.

SS. viri diabolum quibus modis vincant.

tuant Aba.3. *Percussisti caput de domo impij.* Et S. Georgi⁹ facto signo crucis hausit venenum illæsus, quo viso Magus, qui sibi illud parauerat, cecidit ad pedes eius veniam lamentabiliter petens, & se Christianum fieri postulauit, quẽ mox Dacianus decollari fecit. Gen.3. *Ipsa conteret caput tuum.*

Tertio. Dorsum opponẽdo. Elephas n. diligenter ventrẽ custodit, & dorsum Draconi opponit. Sic S. Georgius contra Dacianum dorsum opposuit, dum Alexandram vxorem eius contra eum conuertit, & Christianam effecit. Thren.3. *Dabis ei scutum cordis, laborem tuum.*

Quarto, mole corporis opprimendo. Sæpe.n. cõtingit, quod cum Draco cauda stringendo pedes Elephantis eũ ad terram trahit, & ipse Elephas super Draconem cadens mole corporis eum extinguit: Sic S. Georgius capitis abscisione martyrium compleuit, sic ignis de cælo cecidit, & Dacianum cum ministris consumpsit. Ier. 46. *Fortis impegit in fortem, & ambo pariter corruerunt.*

Quinto, In passione. Nam duos actus memoria dignos fecit pro amplitudine fidei Christianæ, quib⁹ rectè potest assimilari duobus clarissimis Ducibus gentilibus. Primus fuit Curtius & animi & generis nobilissimus adolescens, qui pietate erga patriam sic accensus fuit, vt militaribus insignijs ornatus equum conscendens, calcaribus premens sese præcipitem in voraginem atque hiatum terræ dederit, quo facto patriam à subuersione liberauit: Eodem modo Sanctus Georgius, videns ciuitatem Sylenam prouinciæ Lybiæ iam penè defecisse voracitate magni Draconis, cui⁹ rabiem atque furorem se dare non poterant, cum peruentum esset forte ad filiam Regis pro liberanda patria & ad fidem Christi dedacenda equum ascendens, & se cruce muniens Draconem contra se venientem audacter aggreditur, & lanceam fortiter vibrans, & Deo se commendãs, ipsum grauiter vulnerauit, & ad terram deiecit, quem tandem occidit, & ciuitatem illam ad fidem Christi conuertit. Secundus fuit Codrus Rex Atheniensium vltimus, qui cum haberet graue bellum cum Doriensibus, oraculo Apollinis Delphici cognouit Athenas fore victrices, si eo prælio ipse moreretur, qui mox habitu mutato in mediũ hostium se iniecit, quo mortuo, liberata est ciuitas. Sic & fides Christi cum in prouincia Lybiæ grauem persecutionem pateretur à Daciano præside Sanctus Georgius tact⁹ dolore cordis intrinsecus diuina reuelatione monitus, omnia quæ habebat dispersit pauperibus, militarem habitum abiecit, Christianorum habitum induit, & se oc-

Codrus Athenienses rex pro salute Reip. morti se obtulit.

cidendum pro fide Christi libenter obtulit. Passus est autem quadruplex genus martyrij. Primo eculei extensionẽ, totius corporis laniationem, viscerum effusionem, salis confricationem quod genus martyrij satis fuit in S. Vincẽtio. Secundo in sartagine plumbi liquorem, vt cum tali oleo assaretur, quod genus martyrij satis fuit in S. Laurentio. Tertio rotam acutis gladijs vndique circumseptam, quod genus martyrij satis fuit in S. Catharina. Quarto, tractum ad colla indomitorum equorum per totam ciuitatem. Sed in his omnibus non potuit superari. Hebræor. vndecimo. *Fortes facti sunt in bello.* Tandem capitis abscisione martyrium compleuit, & fides Christi in illa prouincia plurimum profecit.

Sexto, In glorificatione, Deus enim glorificatur in consilio Sanctorum, quia gloriosus est in Sanctis suis faciens prodigia, Nam non deserit seruos suos, quorum protector est in tempore tribulationis. Sicut fecit hodie Sancto Georgio, quem quadrupliciter adiuuit. Primo videns illum tam crudeliter laniatum pietate commot⁹, ad illum venit & suauiter confortauit. Oseæ decimo. *Conuersum est in me cor meum.* Secundo in carcere filium cuiusdam cæcum, surdum & mutum perfectè sanauit. Etiam ducentos & triginta homines mortuos præsente Daciano, in nomine Iesu Christi resuscitauit. Ioan.14. *Qui credit in me, opera quæ ego facio & ipse faciet, & maiora horum faciet.* Tertio, Imminente eius passione orauit Deum, vt quicunque implorarent ipsius auxilium petitionis suæ salutarem consequeretur effectum, Et ecce diuina vox ad eum venit dicens. Quod sic fieret, vt postulauit. Oseæ 12. *Inualuit ad Angelum, confortatus est, fleuit, & rogauit eum.* Quarto, per suam passionem regnum cæleste sibi acquisiuit. Matth. vndecimo. *Regnum*

S. Georg. à Deo quadrupliciter adiutus.

cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.

Sed & nomen illi valde competit, quia nomine & re fructuosus extitit. Georgius, inquam, qui & nomine ipso diuinum factum & facto gratiam, nomini congruentem, in seipso ostendit, qui Isachar imitatus est & diuinæ agriculturæ bonitatẽ amore prosequutus fuit, laboriosam culturam amauit & vt scriptum legimus, ipse ab altissimo Deo agricola effectus est, qui vt bonus agricola à teneris vnguiculis laborauit, & fructum centuplo copiosiorem suo tempore Domino reddidit, qui aratris ductis suauem pietatis sulcum recta via duxit, ob idq; aptus regno cælorum approbatus est, qui cum lachrymis sementem iecit & cum exultatione messem collegit, qui cum luctu semina ipsa sparsit, & gaudens manipulos reportauit, qui fuit terra benè culta, quæ sæpe in se viuorem Spiritus sancti pluuiam ebibit, & salutarem herbam his peperit qui eam decerpũt cum fide.

Patria ipsius fuit Cappadocum regio, altrix Palæstina Christianus inde vsque à proauis, ætate iuuenis, sapientia canus, corde rectus, & vtraque re aduersus impietatem exultans. Qui in armorum certaminibus bene ab ipsa pueritia excelluerat, ac fortitudinem bellis gerendis conuenientem ita exercuerat, vt militaris ordinis Tribunatus eius fidei commissus fuerit. Inde veniens ad Imperatorem Diocletianum vbi audiuit Christi nomen blasphemari, professus est se Christianum, pauperibus opes suas distribuit & pretiosam regni cœlorum margaritam emit, & thesaurum illum pretiosum, Matth. decimo tertio. non deterritus est blandis verbis aut minis, sed Diocletiano publicè Christianismum prohibenti eique dignitates offerenti dixit: *Tui honores tecum sint & promissa tua illi habeant, qui tibi obtemperant. Ego Christum habeo, cælestem Imperatorem qui contra Satanam & eius ministros victoriam & gloriam mihi præbet.* Vnde durissimè vecte verberatus, vt in terram eius viscera funderentur, Quo facto eius corpus sanguine circumfusum erat, vectis vero vt plumbum in posteriorem partem reflectebatur. Denique iussit eum de ligno deponi, & in carcerẽ duci eiusque pedes ligno grauiter extendi, & in ipsius pectus magnum lapidem imponi; ad quæ semper gratias egit Domino. Sicut & cum crastino die ad rotam gladijs circumseptam ductus est, vbi corpus eius in multa frusta discissum fuit. Et cum Imperator diceret ad suos, non esse alios Deos nisi suos. Vbi nunc est Georgij Deus? Quare non venit ille, & eum è manibus nostris liberauit? eumque per prandij tempus in hoc tormento reliquisset, hora decima sonitus magnus è cælo factus est, & vox hæc: *Esto fortis Georgi & sententiam firmam tene: multi enim per te ad fidem meam conuertentur.* Carnifices autem & custodes obstupefacti dicebant. *Magnus est Deus Christianorum.* Angelus autem Domini venit, & è tormento illo martyrem dissoluit, cuius corpus cum sanum restituisset, illum salutans dixit, *Gaude Georgi, & crede in eum qui te corroborat Christum, & cursum tuum perfice. Ecce enim nos expectamus perfectæ confessionis coronam tibi dari.* Surrexit autem Georgius gratias agens Domino & psallens. Ecce martyrium, ecce patientiam, nec verbum indignationis, sed gratiæ & laudes. Cumque restitutus sanitati exprobraret Imperatori, cum amicis Idola colenti, crediderunt duo Tribuni eo viso, qui & obtruncati, & Alexandra vxor Imperatoris, auditis his de S. Georgio, vnde & in lacum ardentissimum coniectus est, sic præparatum, post tres dies illæsus inuentus est, custoditus à militibus, ne combusti ossa tollerentur, aut per insidias ille adiuuaretur. Inuento ergo illæso omnes clamauerunt. *Magnus est Deus Christianorum,* & crediderunt milites. Additi sunt illi calcei ferrei, cum clauis ignitis, & huc illuc agitatus, per Angelum sanatus est. Neruis iterum durissimè verberatus, & iussus signum aliquod facere, vel ex mortuis suscitare vnum, post orationem suscitauit mortuum, qui se gentilem prius fuisse allegauit & seruatum cum alijs in tenebrosis locis, donec iam esset resuscitatus, & ita petijt à S. Georgio, vt dignum eum faceret Baptismo & salute, & conuersi fuerunt plurimi.

Glycerius quidam rusticus venit ad Sanctum Georgium, vt bouem qui inter arandum expirauerat, ad vitam

S. Georgius Cappadox.

Glycerij cuiusdã bos inter arã.

Ab eius martyrio multi, à S. Georgio reuocatur ad vitam.

reuocaret, quod factum est, & ille rusticus propter fidem Christianam minutatim sectus, tamen à Deo confortatus obijt. S. Georgius iterum cum blandis verbis ab Imperatore ad colenda sua Idola suaderetur, iuit ea simulatione ad templum & precibus fusis, & interrogatis idolis, an ipsi Dij essent, illisq; negantibus, sed dæmones esse per quos homines deciperentur, facto crucis signo, comminuta sunt templa & idola, vnde cum Imperatoris vxore gladio fuit adiudicatus.

Nos igitur Auditores, in omnibus Deum ac Dominum nostrum imploremus per gloriosum hunc semperq; celebrem, qui trophæum & pulcherrimam victoriam verè assecutus est, per martyrem inquam Georgium, precemurq; vt eius voluntas fiat in nobis sicut & in cælis, vt & concors nostra cum illo & cum cælestibus mentibus sit sententia ac voluntas, vt in nobis compleatur diuina vox, vt in nobis compleatur diuina vox, quam de nobis Filius ad Patrē misit, cum nos ad seipsum congregaret. *Vt sicut ego & tu.* Ioa. 17. *Pater, vnum sumus, & ipsi nobis vnum sint, ego in ipsis, & tu in me.* vt sint perfecti in vno eodemq; sensu, eo, scilicet, qui diuinitus est, vt ita & ipso in nobis habitante, & intenso amoris vinculo secum vna colligatos non tenente, efficere possimus, quod in Cantico dicitur 3. *Tenui ipsum & non dimisi eum.* Ipse vero in nobis illud perficiat. *Non te dimittam.* Iosu. 1. haud quaquam nos in tentatione relinquens, sed liberans nos à malo, & ab omni studio atque impetu hostis diaboli, corruptioni animæ inhiantis, sicut tunc diuinum hunc multis certaminibus exercitatum, & S. Martyrem

Multis ex exercitatum certaminibus, B. Georgium Deus liberauit.

Georgium liberauit, vt nos cum illo choreas docentes, dicere possimus illud Psal. 123. *Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium. Laqueus contritus est, & nos liberati sumus. Adiutorium nostrum in nomine Domini, qui fecit cælum & terram.* Quoniam regnum & potestas seruandi nos in tempore angustiarum à nullo alio, nisi ab ipso proficiscitur, Domino nostro Iesu Christo, vero Deo ac Saluatore nostro, qui dat vires ad pugnam, triumphum ad gloriam, verbum ad loquendum, adiutorium ad vincendum, quem qui negligit annihilatur, pro quo qui rectè agit, & militat, exaltatur, & corona inmarcessibili & stipendio perpetuæ beatitudinis donatur, cui gloria in secula.

(*.*)

Laus Deo, & Beatissimæ Mariæ Virgini, & omnibus Sanctis.

IN FESTO S. MARCI EVANGELISTÆ.

Facilius est, Camelum per foramen acus transire, quam diuitem intrare in regnum Dei, Luc. 18.

RVrsus Apostolica panegyris ac celebritas effulget, rursus vna cum ijs, qui eiusdem chori participes sunt, exultandum est nobis. Eius n. qui Christi discipulus fuit, memoria instar facis cuiusdam lumen nobis præfert, & ego linguam ipsam ad hymnorum choreas celebrandas confero, quæ quidem ad B. Marci laudes explicandas non potest esse satis. Tota n. Ecclesia nunc præclaris Euangelistæ factis exultat, & earum rerum, quas ille bene gessit facultatem, quam maxime potest admiratur & commendat. Marcus Petri filius, & eius qui claues cælorum accepit, socius mysteriorum nuntius & arcanorum præco, qui Ægyptum illustrauit, & in illius regionis sacro throno primus sedit, Neq;

Marcus Apostoli Petri filius & socius, Aegypti illustrator.

n. hoc ad laudationis & gloriæ materiam parum est, cum difficilius sit, spinosiorē terram, quam illam quæ purgata est laboris studio excolere. Hic inquam nos hodie in conuiuium accipit, hic sua egregia & præclara facta tanquam obsonia quædam proponit. Simul n. cum vere ipso suauissimo, & omnium iucundissimo anni tēpore huius viri Sancti dies exortus est festus, & instar splendidissimi solis humanas animas illustrauit. Namq; vt nunc terra ipsa floribus ornata est, ita & præsens dies præclaris Euangelistæ Marci factis decoratus, oēs ad se congregauit. Fidelium hōium cateruæ tanquam ex cōuentione quadam, eodem in loco versantes Apostolum ipsum beatum prædicant. Eorum cœtus atque conuentus mysteriorum authorem celebrant & magnificē, vt Christi scribam extollunt, eiusq; diuini aduentus testem honorāt. Mundus ipse tanta huius viri rectè facta vt diuinā suscipit, & cum magno applausu veneratur. Cuncti eius doctrinam adiutricem senserunt. Sed nec Oratio, neque lingua hunc pro dignitate laudare potest. Quid n. primum aut postremum laudauerit? Nam & appellationes earum rerum, quæ in illo effulserunt, multiplices sunt & certam ob ipsā horribilia. Et quia terram quæ eum produxit reliquit, diuina voce inuitatus, propinquorum hominum amoris illecebras propulsauit, proq; nihilo fecit generis honores ac splendorem, ideo merito quod ille non solum docuit, sed vitæ actione prosecutus est, legitur hodiè

EVANGELIVM.

FAcilius est, *Camelum per foramen acus transire, quàm diuitem intrare in regnū Dei.*] Conclusio vel sententia Christi est generalis, postquam iuuenis ille à Christo voluit habere viam salutis, & iussus derelinquere diuitias, ipse, diues tristis abierat. Maximam aūt difficultatem hic impossibilitatem vocat: Sic Ier. 13. habetur. *Si mutare potest AEthiops pellē suam, aut Pardus varietates suas, & vos poteritis benefacere, cum didiceritis malum* Et Dominus in Euangelio de Pharisæis. Ioa. 12. *Propterea nō poterant credere, quia Isaias dixit. ca. 6. Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua.* Nunquid peccator peccatis affectus non potest saluari? Absit. Omnis n. peccator, quantumuis sit sceleratus, dum viuit, cōuerti potest. Vnde & ipsi Pharisæi si suæ saluti consulere voluissent, credendo saluari potuissent. Sed fit quia obdurato animo sunt, & nolunt, vt & diuites quos nimius pecuniarum amor ad peccātum incitat. Hanc difficultatem statim exposuit Cameli comparatione, quod videtur impossibilis saluatio diuitum, nulla tamen ibi oritur impossibilitas, sed exaggeratio tantum difficultatis. Sic etiam D. Hiero. in cap. Matth. 19. ait, quod non impossibilitas prætenditur, sed raritas demonstratur, & de illis qui Deum amant plusquam diuitias,

sed

sed nihilominus ardētet diligūt diuitias, qualis erat ille iuuenis. Oportet.n. attēdere, quorsum Christus hoc dixerit, quoniā hoc dixerat, loquēs de illo adolescente, q mādata seruabat, diuitijs nō obstātibus, qui quidē nō erat de illorū numero, q diuitias plusq̄ Deum amant, sed aliorū, quibus dilectio Dei omnibus alijs rebus etiā charissimis nō videt postponēda. Per Camelū cum Theophylacto funis nauticus intelligitur, cōparationes .n. debet fieri iuxta rationem & eum iudicio: Vnde cum funis videatur habere quandā similitudinem & proportionē cum filio, q̄a vtrumq; netur & torquetur, de fune, & nō de animali est intelligendum. Sic Christus reprehendens iudicia temeraria, aptā à rebus similitudinē duxit: *Quid vides festucam in oculo fratris tui, trabem aūt quæ in oculo tuo est, non consideras?* Præterea funis transitus nō est impossibilis, quēadmodum animalis, licet sit difficilis, quia licet rudens crassitie sua, integer nō possit ingredi acus foramen, poterit tamen filatim, si scindatur in tenues fibras, ex quibus cōfectus est. Vnde etiam aptior & sapientior existit comparatio: Nam si diues qui more rudentis incrassatus & impinguatus est, se minutatim conscinderit, & pauperibus bona sua erogans luxum & opes attenuarit, pculdubio ianuam cælorum ingredi poterit, secus si auarus fuerit, opes opibus, quasi fila filis accumulans.

Per camelum, teste Theophylacto, nō animal, sed funis nauticus intelligitur.

Rudēs, seu funis nauticus, quod tālibet crassus, quomodo per foramen acus transire possit.

Et dixerunt qui audiebāt. Et quis potest saluus fieri? ait illis: Quæ impossibilia sunt apud hoīes, possibilia sunt apud Deum.] Non pro se interrogant, enim pauperes sint, sed pro alijs, q̄a misericordes, & soliciti de exiguo saluandorū numero. Et Dauid. *Si iniquitates obseruaueris Domine, Dñe quis sustinebit?* Sed Dñus hic nihil aliud vult insinuare, nisi q opus sit diuina gratia, vt cū diuitijs regnum Dei acquiramus. Nam Dei adiutorio suffulti, ea quæ difficilia videntur, & sunt sm naturam ferè impossibilia, pficiemus cum gratia Dei. Impossibile est ferè homini diuiti, ne immoderato amore diuitias diligat, & ita vt ne spē suam in eas ponat, Deo tñ possibile est diuitis animum mutare, ita vt rectè eis vtatur. Ideo Dauid q rex erat & diues, hoc auxilium à Domino petebat dic. Psal. 118. *Inclina cor meū Deus in testimonia tua, & non in auaritiā.* Ex hoc loco disce in omnibus rebus tuis tam psperis q̄ aduersis, vt semper ponas ante oculos hanc Domini sententiam. *Quia apud Deum sunt omnia possibilia.* Si.n. tibi fortuna iam arridet, potest Deus dulce hoc in amarum conuertere. Lætus erat Dauid in Sicelech diuidens Amalechitarū spolia equitibus suis, q̄ lætitia accepto nuncio de morte Saulis & Ionathę & Israēlis calamitate. 2. Re. 1. in luctū cōuersa est. Lætus accubuerat Holofernes, Iud. 13. bene cœnatus & potus, sed crastinum mane habuit in inferno. Lætus erat Aman ab Ester regina inuitatus Ester. 6. idē tñ inimicū suum p ciuitatē comitatus est honoris causa pedester, cum magno dedecore & tristitia sua. Mœstissimus erat Patriarcha Iacob ppter cōmunem regionis famē & filiorum absentiam ꝑſertim Beniamin, Ge. 45. qñ interim accepit nuntium de Ioseph pspe ritate, quanto affectus est gaudio. *Dominus*.n. iuxta cāticum Annæ 1. Reg. 2. *mortificat & viuificat deducit ad inferos & reducit.* Secundo, Docet locus iste non humana infirmitate metiendam salutem, sed virtute diuina. Agite iam Auditores & dicite, quia totus mundus in maligno positus est, 1o. 5. sūt hæretici, adulteri, vsurarij, falsi amici, potatores impij, vt vix nominari possint, etiam cum nominibus suis, hic dicite aut cogitate, *Quis potest saluus fieri?* Si cælum iam non esset tot martyribus impletum, tot etiam confessoribus & virginibus certè paucissimos aut vix vnum hodie reciperet.

Fortuna prosperitas in aduersitatē sæpe conuertitur.

Salus nostra non humana infirmitate, sed diuina virtute.

Ait aūt Petrus: Ecce nos dimisimus oīa & secuti sumus te.] Cymbam & retia lacera reliquit Petrus, reliqui etiam exigua q d ergo exprobrant? Sed attendite, non cōsideratur q̄d relinquit, sed voluntas, qua relinquitur. Quare q Christum secuti sunt, tantū reliquerunt, quanta potuerunt relinquere, q eum secuti non sunt. Ea.n. humanæ libidinis in cōcupiscēdo insatiabilitas, vt q illam tenet nunq̄ sibi satisfaciat, & q relinquit oīa relinquere videatur. Quare tantū reliquit quantum potuit affectare Alexander. Nam: aliter fuit ergo Dominū Petrus animatus, vt sicut tenues opes, ita opulētissimam haberet Imperiū: nihilo secius vnum Imperium, & quinquaginta Imperia reliquisset. Hæc est Deo grata voluntas, vt ie videre potes q̄ velit expeditū animū vestrum usq; esse ab omni humano impedimento, qñ Apostolis exiguas etiā opes relinquere pcepit. Cū Christus curreret, *exultauit vt Gigas ad currendā viam.* Psal. 18. & necesse erat, vt currerent discipuli, q nō poterant, ita expedite currere, nisi essent exonerati, eam ob causā oīa reliquerūt ne diuitiarū pōdere grauarent. Deinde vt mundū cognoscerent, quē oppugnaturi essent, necesse erat, vt eum viderent, Circūfusi verò mundi cōfusione eandē minimè intuentur. Sicut in ludo calculorū sæpe euenit, vt ipsi ludētes velut oculis capti ob nimiā cōfusionē nō videant, quomodo latrūculos mouere debeant; cū illi q extra ludum sedent, foris id cōsiderantes rectè inspiciāt: Sic q mūdi negotijs implicāt, mundi dolos ac vanitates acutè non intuētur. Vt aliquid videamus, necesse est esse aliq̄ distantiā inter oculos & obiectum: Sic vt mundū videamus, necesse est aliq interuallū esse inter nos & illū Oculi palpebras suas respicere non valent, q̄a nullū est medium interiectum: sic mundani nō vident q̄ sunt mundi. Tertio, Qui cum aliquo negotiū vult agere, illum expeditum ab oi cura habere desiderat. Quia *pluribus intētus, minor est ad singula sensus.* Sic cum Dñus voluit tractare cum Abrahā, dixit ei. *Egredere de terra tua & de cognatione tua.* Apostoli erāt p magno ædificio, nō vt lignum impolitum p tugurio cōstruēdo, ideo magis expoliēdi & pficiēdi. Vnde 1. Cor. 7. *Mulier innupta & virgo cogitat q̄ Dñi sunt,* Hinc Deu. 18. pcepit Deus ne hoīes diuino cultui deputati, haberēt possessiones aut pdia vlla, ne distraherētur ab officio. Et Leuit. 21. pcepit ne sibi in tēplo gibbosus ministraret, in figurā. Quoniam sicut gibbosus oculos corporis vi io leuare in cęlū non potest, ita sæcularibus negotijs implicati minus idonei supernis redduntur. Quartū, Bene poterant Apostoli saluari Deoq; bonis suis seruire, Nam & antiqui patres Abrahā, Isaac, Iacob, Iob, & alij fuerunt diuites, simulq; pfectissimi Deoq; amicissimi; Verum est, sed tēpestate illa, quia simplicius & purius viuebant hoīes & poterant diuitiæ externæ cum interna paupertate copulari, nō sunt impedimēto rerum affluētia, quominus boni ad perfectionē euaderēt: Postea vero ingruente acquirendi & congregādi libidine, merito negauit Dominus Apostolis rerū tēporalium possessionē ne impedirentur, & vt tēporalibus illis exēplum cōueniens pberent. Tranquillo mari nautæ tuto nauigāt & mercimonia tenēt, secus fit imminēte tempestate. Sic priscis tēporibus ea erat mundi trāquillitas, vt nihil humanū videretur viā pfectionis impedire posse. Vnde Abrahā Ge. 14. cum tā diues esset, vt cū domesticis duntaxat quatuor simul reges pœlio deuicerit, ea etiā erat humilitate vt nō erubesceret hospitiū suorum lauare pedes. Sara eius vxore officiū coci & pistoris subeunte: Verū tunc frugalius cōuiuabātur hoīes, & parcius ornabātur, paruipendentes diuitias, quibus nō ad luxū, sed ad vitæ necessitatē vtebantur, q nunc non fit. Nihilominus tñ multi sunt, qui pfitentur se quicquid grauissimū ppter Deum subituros, & tñ bonis tēporalibus inuigilāt cum salutis suæ detrimēto, qui se reputare velint, q nō minori sunt bona tēporalia periculo viuentibus, q̄ sarcinæ fluctuantibus, paucioribus essent contenti. Nam, quo est maioris pretij vita æterna q̄ tēporalis, eo debet maior in illo, q̄ in hac cōseruanda studius fieri. Furor est ingēs cum animæ detrimento opes retinere, quas ppter corporis discrimen pijcimus. 1. Mach. 4. legitur q venit Gorgias contra Iudā, & populum Israēl, & cum Iudas exisset ad eos in cāpum, dixit suis: *Nō cōcupiscatis spolia eorū. sed state cōtra inimicos vestros, & sumetis postea spolia securi.* Si.n. morā feceritis, eorū diuitias & spolia cupientes, vincemini. At post victoriā oīa erāt in potestate vestra: sic nos qui pugnamus in hoc mundo ne cupiamus bona temporalia, q̄a partā victoriā abunde diuites erimus in cælo. Ait Paul. 1. Ti. 6. *Qui volunt diuites fieri, cadūt in laqueum diaboli.* Talē Iudæ posuit diabolus & strangulauit eum. *Disrumpamus nos.* sicut isti Sancti Apostoli fecerunt, Psal. 2. *Vincula eorum. & pijciamus à nobis iugum ipsorum.* Dedit tibi Deus, vt nō solū caueas laqueos diaboli, sed etiā cum Dei adiutorio vincula disrumpas. Escæ & laquei diaboli sunt oīa peccatorū genera. Col. 2. *Ne tetigeritis, neq; gustaueritis, neq; contrectaueritis, q̄ sunt omnibus in interitū ipso vsu.* Si iam illaqueati estis, Auditores, agite, vt possitis dicere cum Petro. *Ecce nos dimisimus omnia,* idest, anima nostra sicut passer erepta de laqueo venantium. Ps. 123. *Laqueus contritus est, & nos liberati*

Quare præceptū, ne gibbosus ad ministeriū templi adhiberetur.

Abraham par cū diuitijs humilitas.

sumus. Non aũt dicit, Ego me eruí à laqueo venãtiũ, ego cõtriui laqueũ. Vide prætereà, quòd oĩa reliquerunt, non aũt partẽ. Act. 5. Ananias & Saphira malè perierunt, quia partẽ agri sibi reseruarunt, nõ relinquẽtes oĩa, sed partem seruãtes sibi, & partẽ contẽpserunt. Iterum aduerte, quòd subdit Petrus. Non satis est, Dimisisse oĩa, sed & *secuti sumus te*. Primo dereliqt sua. Secundo oĩa. Tertio secutus Dñum. Sed duo priora, nihil ꝓfuissent nisi & tertium adderet. Priora duo fecerunt etiã Ethnici, sed nõ tertiũ, quia hoc Christianæ pfectionis est, & ad bonos & fideles tm̃ ptinet, Sic Iob 23. *Viã eius custodiui & nõ declinaui ex ea*, Sic secuti sunt Dñum tres illi pueri in fornace ignis in captiuitate Babylonica, cũ dixerunt. Da. 3. *Sequimur in toto corde, & timemus te, & quærimus faciẽ tuã*. Sequi Christum est eiꝰ vitã imitari, quòd nemo potest facere, nisi mundũ prius reliquerit. Expende etiã quòd Christus non pcipiebat hæc duo, sci. Relinquere oĩa, & illum sequi, quasi æqualiter essent bona, sed vnũ ꝓpter alterum, sequi. n. se directè tanq̃ bonũ suadebat, dimittere aũt oĩa non ob aliam causã, nisi q̃a erat dispositio ad sequẽdum Christũ, & principium operis debet esse à dispositione. Secuti sunt itaque Apostoli Christũ & credẽtes in illum, & eum imitãtes. Corporalis. n. sequela nõ satis erat, cum & Iudas secutus sit eum corporaliter & patrẽ & matrẽ dereliquit, sed Christum filiũ Dei esse non credidit, nec mores eius est imitatus. Obserua etiã quantum animi & audaciæ pstet bona cõscientia. Attende, qua grauitate dicat Petrꝰ. *Ecce nos dimisimus oĩa*, quasi par cum pari loqueretur. Sic rex Ezech. dixit Dño, 4. Re. 20. *Memento Dñe quomodo ambulauerim corã te in corde pfecto*. Non aliter locutus est, q̃ si Deum esset iosius vocaturus. Sic Christus corã Anna adductus & ligatus summa authoritate respondet Pontifici, *Ego palã locutus sum mundo, q̃d me interrogas? Io. 18. Interroga eos q̃ me audierunt*. Et hæc non dixit tm̃ vt Deus, sed sicut homo suã iustitiã ntxꝰ. Nos verò ea de causa ad oĩa timidi & pusillanimes sumus, qui anteactæ vitæ & peccatorum memoriã, nihil audemus dicere aut facere, etiamsi oporteret quòd sæpe fit in conuentionibus, & vbi timetur fauoris amissio, aut prioris vitæ exaggeratio. Iusti aũt etiãsi haberent totum mundum, tũ interrogant Dñum. *Quid erit nobis?* Nam non petunt sæcularia. Plorauit Magdalena, quia tulerunt Dominum, Dauid Psa. 6. ait: *Satiabor cum apparuerit gloria tua* Itaq; Col. 3. *Quæ sursum sunt quærimus, non quæ sup terrã. Quid erit nobis? Centuplum accipietis & vitam æternam possidebitis*. *Quid erit nobis?* liberabimini ab huiusmodi miserijs, beati eritis, immortales eritis, Dij eritis.

Ananias & Saphira morte languit amarissimam.

Qui dixit eis: Amẽ dico vobis, Nemo est q̃ reliquit domum aut parẽtes aut fratres, aut vxorẽ, aut filios, ꝓpter regnum Dei, & nõ recipiat multo plura in hoc tempore, & in futuro sæculo vitã æternã.]S. Matth. inserit hic omissa. Matt. 19. *Vos q̃ secuti estis me in regeneratione*, &c. & post hæc Luc. addit. *Oĩs q̃ reliquerit. Erunt. n. oẽs iudicantes 12. tribus Israel*. Io actis Apost. c. 4. legimus quòd Iudæi flagellarunt Apostolos & in carceres cõiecerunt, eosq; psecuti sunt. Vide quomodo oĩa mutentur, vt Apostoli fiãt eorum iudices. Caueant igitur diuites qui pauperculos lacessant & conficiunt iniurijs, ne forte illis cõtingat quòd diuiti epuloni cum Lazaro Lu. 16. *Iudicium fiet ei sine misericordia, q̃ nõ fecerit misericordiã* Expende quòd hoc munus iudicãdi solis Apostolis ꝓmittit, qui sententiã ꝓferent authoritate illiꝰ, q̃ id munus ministro cõmittit. Iudicabunt viri Apostolici & Apostoli sententiam Christi authoritate latã in notitiam iudicandorũ ꝓferendo. Et datur Pauperibus facultas iudicandi. Primo ꝓpter cõgruitatẽ, quia alieni sunt à rebus sicut iudices ab effectibus debẽt esse puri. Secundo, quia in iudicio de operibus misericordiæ erit disceptatio Matt. 25. *Esuriui & nõ dedistis mihi comedere*: iudicabũt eos qui partẽ, aut nihil dederunt. Deinde ratione meriti. Abiectiõn. n. & cõtẽptus mundi excelsæ humilitatis indiciũ est, p̃mium aut humilitatis est exaltatio. Lu. 14. *Qui se humiliat*. Nulla verò est exaltatio maior q̃ alios, & tales quidẽ iudicare. Et hoc omnibus pauperibus, dummodo saluẽtur, & in sua ꝓfessione vitã absoluant, cõpetet. Et licet p 12 sedes iudicantium vniuersitatẽ intelligit, & p 12. tribus iudicandorũ vniuersitatẽ, nominauit tñ tm̃ populum Israeliticum, quia Christꝰ peculiariter huic populo erat ꝓmissus Aduerte aũt, quòd *Relinquere oĩa*, nõ beatificat, nisi ꝓpter Deum fiat. Cum Dñus apparuisset Moysi & eduxit Israẽl de Ægypto, nõ legimꝰ q̃ iuisse vxorẽ aut filios, & quòd fortius est, nec meminisse q̃ Iẽ: Sed carnales, vt erat ille ad nuptias vocatꝰ, ꝓpter vxorẽ relinquũt Deum. Intẽtio. n. iudicat. Christus in suis actionibus sæpè oculos eleuabat in cœlum vt nos doceret, vt quidquid agimꝰ, fiat ꝓpter Deum. Per oculũ. n. intẽtionẽ intelligit scriptura. Mat. 6. *Si oculus tuus simplex fuerit*. Ps. 15. *Prouidebã Dñum in cõspectu meo semp*. 1. Cor. 10. *Siue mãducatis siue bibitis, siue q̃d aliud facitis, oĩa in gloriã Dei facite*. Quare ecce merces. *Recipiet multo plura in hoc tẽpore, & in futuro sæculo vitã æternã*. Remunerat Deus suos (contra oĩum hõium mo. ẽ & potestatẽ) in alia & in p̃senti vita. Et dupliciter tẽporalibus & spiritualibus, cum mundus erga suos ingratus sit, & quidẽ habebant cẽtuplicata sc. quantum ad vsum & communicationẽ, licet nihil habeãt, quantum ad possessionẽ. Religiosus dimittet vnã domum, patrẽ, agrum, & similia, & inueniet plura, quocunq; venerit, quòd sæculari non fit, si ꝓficiscitur, paup est, & plures ministros habebit Religiosꝰ in monasterio quia oẽs sunt parati sibi inuicẽ ad seruiẽdum, vbi sæcularis vix duos alere potest 1. Co. 7. *Tanquã nihil habẽtes, & oĩa possidẽtes*. Sẽp. n. Christus illis ꝓspicit sicut viduæ q̃ Eliæ esurienti opẽ tulit. Exo. 7. Rex erat Pharao, sed non Deus, sed Moysi dixit: *Ecce cõstitui te Deũ Pharaonis*, hoc est, regi ipsi terribilẽ quem Rex timeret. Sic tu si vis peccatoribꝰ esse in terrorẽ, Regibus in reuerentiã, & vt oẽs tam q̃ Deo, sint tibi subiecti, cõtẽne q̃ sæculi sunt, & relinque diuitias. Vide Petrum & audi illum claudo dicentẽ. Act. 3. *Argentum & aurũ non est mihi, q̃ aũt habeo hoc tibi do. In nomine Iesu Christi surge & ambula*. Quid potẽtius, quid opulẽtius erat his verbis? Secundo, Etiam in hac vita spiritualibus cõsolationibus donãtur. Ratio, quare hõies viam virtutis reformidant est, quia non pcipiunt virtutis suauitatẽ, in qua sunt multo plures, q̃ in vitijs voluptates. Existimãt. n. quia nos q̃ virtutis studio incũbimus pauperes & infirmos videant, nihil in nobis esse cõsolationis spiritualis, & ita vidẽt nostras cruces, & non vident nostras cõsolationes. Nihil. n. est in sæculo voluptatis, quòd cum suauitate vitæ spiritualis possit cõferri. Nemo religiosꝰ est, dũmodo verè sit religiosus, qui mallet in sæculo mãsisse, etiam cũ Regis aut Imperatoris dignitate. Plus n. habet paup religiosus, quã reliquit. Cuius ditissimæ paupertatis figura Christus nobis extitit. Col. 3. *Mortui estis, & vita vestra abscondita est cũ Christo in Deo*. Ph. 3. *Conuersatio nostra in cælis est*. q. d. Ne nos moueat extrinseca apparẽtia, qua paupes videmur & abiecti quoniã intrinsecis gaudijs & cælestibus voluptatibus affluimus. Et merito. Nã si mũdus & dæmon voluptatibꝰ se afficere sequaces suos iactent, quid faciet Deus, penes quem omnes synceræ voluptatis est imperium? Etenim non debuit vitij q̃ virtutis peior esse conditio, impij. n. meliorẽ elegisse viuendi rationem, quã pij existimarentur, Ideo Dauid Psa. 30. *Quã magna multitudo dulcedinis tuæ Dñe, quã abscondisti?* Et Dominus in Euangelio retributionẽ ꝓmittit. Quod si minus aliqñ videmus, fit tripliciter, aut quia non animaduertimꝰ, aut quia peccando diuinis beneficijs resistimus, aut quia p̃sentia tẽporalia nobis in æterna transferuntur. Non. n. fieri potest, quin Deus fidem seruet suam. Aperti sunt oculi 4. Reg 6. Elisæi famulo, quibus exercitus Angelorum vidit plurimos, vt significaretur pios in solitudine nõ esse sine voluptate. Ps. 118. *In via mandatorũ tuorũ delectatus sum, sicut in omnibus diuitijs*. Et nota sicut peccatores duplici suor oboxij supplicio, morsui, sc. cõscientiæ in hac vita & igni æterno in alia: sic iusti duplex retinent præmium, tranquillitatem conscientiæ & vitam sempiternã. Sed de his diximꝰ antè copiosius in Euãgelio, de S. Benedicto.

Apostoli à Iudæis in carcerem cõiecti, & flagellati, verè iudices effecti sunt

Omnia relinquere nõ beatificat, nisi propter Deum.

Cur hõies virtutis viã reformidant.

Magna est gloria S. Marci, de qua prioo S. Hier. in ꝓlogo 1. dicit. *Marc. Euangelista Dei electus, & Petri in baptismate filius, atq; in sermone diuino discipulus, sacerdotiũ in Israel agens, secundũ carnẽ Leuita, conuersus ad fidẽ Christi Euangeliũ in Italiã scripsit, ostẽdens in eo, quòd generi suo deberet & Christo*. Hæc ille. Sed & secundo gloriã magnã S. Marcus in cognitione arcanorum ꝓphetica reuelatione habuit, cum Euangeliũ conscripsit. Et licet audierit à Petro Euangelium quòd scripsit, creditur tñ quòd raptus fuerit ad contẽplationẽ diuinæ essentiæ, qñ Aquilegiæ iterũ Euangeliũ scripsit, vnde totus resoluebatur & abstrahebatur à sensibus & immobilis reddebatur, qñ cõtingebat eum scribere. Non. n. nisi in Ecclesia illud scripsit. Ad se aũt reuersus memor prioris visionis, mira dulcedine

Marc. ex clara diuinitatis & humanitatis Christi visione, suum scripsit Euangeliũ.

& deuotione totus lachrymis pfundebatur. Etsi non tã ex auditu, q̃ ex clara visione diuinitatis, & humanitatis Christi scripsit Euangelium in Aquilegiæ. Similiter Moyses & Paulus fuerunt rapti. Tertia gloria est arcanorũ insinuatio mira locutione. Sic dr̃ 1. Cor. 12. *Manifestatio spiritus datur ad vtilitatẽ Ecclesiæ*, ideo Apostoli sufficienter fuerunt instructi diuinitus in linguis oĩm gentium, qm̃ requirebatur ad fidei doctrinã intelligendam & docendã. Sic S. Marcus repletus Spiritu S. linguis oĩm gentiũ loquebatur. Nã Euangeliũ, q̃ scripsit Romę Gręco sermone scripsit, Aquilegię aũt latino dictauit, cũ tñ ipse Hebræa loqueretur lingua. Quarta est miraculorũ operatio, vt fiat sermo credibilis ipso teste ca. vltimo. *Sermonẽ confirmãte sequẽtib. signis*. S. Mar. virtutes innumeras egit, q veniẽs primo Aquilegiã, curauit à lepra Atoolphũ filiũ illustris & primarij viri scil. Vlfi, quos cũ innumera multitudine ad fidem Christi cõuertit, & baptizauit. Quinta linguæ efficacia. Nã sic efficaciter locutus est, q̃ nõ solum Aquilegiã, sed etiã Alexandriã fidei Christi subiugauit. Deinde iuit in Ægyptum, vbi Idola destruxit, maximã multitudinem cõuertit, & virtutes multas fecit. Inde venit Cyrenẽ & Pẽtapolim, vbi cæcos illuminauit, mortuos suscitauit, quos baptizauit & in fide Christi cõfirmauit. Sexta, non posset intelligi remissio culpæ, nisi esset infusio gratiæ. & ppter hoc puidit Spiritus S. Ecclesiæ de Sacramẽto pœnitentiæ, p̃ q̃ posset quis gratiã pditam recuperare. Sic S. Marcus diligẽtissimè curauit, vt vitijs & erroribus detẽtos ad pœnitentiã adduceret, vt gratiam Spiritus S. acquirerent. Vnde Pet. Damianus de eo sic dic. *Tantã et Deus apud Alexandriã progauit gratiã, vt oẽs q̃ tunc ad fidei rudimẽta cõfluerent mox p continentiã & sanctæ conuersationis instantiã, tanquã ad monasticæ pfectionis fastigiũ puolarẽt*. Septima, Tanta sapiẽtia diuinit° data effulsit, q̃ Hermegarã ciuẽ Aquilegiens. ad fidẽ Christi cõuertit, & secum Romã adduxit, vt eũ Aquilegiæ B. Petr° in Episcopũ consecraret. Suscepto itaq; Põtificatus officio cum Aquilegiæ Ecclesiam optimè gubernasset, tandem ab infidelibus capitur, & ibidem martyrio coronatur. Ecce quomodo mirabilia dona oratorę facultatẽ supanxia habuit diuinitus, os aperuit in medio Ecclesiæ, & Doctor factus est admirabilis. Aperuit aũt os suũ: Primo, i. intellectũ ad mundanorum derelictionẽ. Inter grauia peccata q̃ regnabãt in mundo, erat peccatum infidelitatis. Ioa. 16. *Arguet mundũ de peccato, q. non credit in me*. Omne. n. peccatũ formaliter cõsistit in auersione à Deo, vnde de tanto aliq̃ peccatum est grauius, quãto p ipsum homo magis separat à Deo, q̃ nec veram Dei cognitionẽ habet. p falsam aũt cognitionẽ ipsius non appropinquatur ei, sed magis elõgatur ab ipso, nec potest esse, q̃ Deũ cognoscat, q falsam de eo opinionẽ habet, Quia id q̃ ipse opinatur, nõ est Deus. Vnde manifestũ est, q̃ peccatum infidelitatis est maius omnib. peccatis q̃ cõtingunt, in peruersitate morum. Quod patet in 7. generib. peccatorum. Primo, infidelitas est grauius peccatũ q̃ superbia. Nã celsitudo q̃ superbus inordinate appetit fm̃ suam rationẽ nõ habet maximam repugnãtiã ad bonũ virtutis, q. etiam ex bono virtutis cõsurgit. Vnde Aug. dic. Quod sup̃bia etiam bonis operibus insidiatur, vt pereant. Ps. *In via hac qua ambulabã absconderunt sup̃bi laqueũ mihi*. Et ideo motus sup̃biæ occultè surrepẽs, nõ habet maximã grauitatẽ. Sed peccatum infidelitatis grau° redditur, cum ex cõtẽptu diuinæ maiestatis pcedat. Secundo, Grau° est inuidia, q. infidelitas est qdam inuidẽtia fraternæ gratiæ fm̃ q̃ q̃s dolet de ipso augmento gratiæ Dei, & non solum de bono pximi, & sic est peccatum in Spiritum S. quia p hanc inuidentiã inuidet homo q̃ãmodũ Spiritui S. q in suis operibus glorificatur. Tertio, Grauius auaritia, Nam oẽ peccatum ex hoc ipso q̃ est malum, cõsistit in quadã corruptione, seu priuatione alicuius boni. Et sic ex parte boni, q̃ per peccatum cõtemnitur vel corrumpitur, quanta maius est, tanto peccatum grauius est, & fm̃ hoc peccatum infidelitatis, q̃ est cõtra Deum, est grauissimum & sub hoc est peccatum q̃ est contra psonam hõis, sub quo est peccatum q̃ est cõtra res exteriores, q̃ sunt ad vsum hõis deputatę quod videtur ad auaritiam pertinere. Quarto, Grauius ebrietate. Nam ex hoc dr̃ aliquod esse malum q̃ priuat bonum, vnde quãto maius est bonum, q̃ priuatur p malum tanto grauius est malum. Manifestum est aũt q̃ bonum diuinum est maius q̃ bonum humanum, & ideo peccata q̃ sunt directè contra Deum, vt puta infidelitas, erunt grauiora peccata ebrietatis, q̃ directè opponitur bono rõis humanæ. Quinto, Grauius desperatione. Infidelitas est contra Deum fm̃ q̃ in se est. Desperatio aũt secundum q̃ eius bonum participatur à nobis. Ideo maius est peccatum secundum se loquẽdo nõ credere Dei veritatẽ, q̃ non sperare cõsequi gloriam ab ipso. Sexto, Grauius odio Dei. Nam ipsa infidelitas non habet rõem culpæ qm̃ est voluntaria, & ideo tanto est grauior quanto est magis voluntaria. Quod aũt sit voluntaria, puenit ex hoc q̃ aliquis odio habet veritatẽ q̃ pponitur. Veritas. n. odiũ parit. Aliquis aũt odit Deum, in qm̃ est actor pœnarum, sed multi odiunt pœnas, q tñ eas patienter tolerant ex reuerẽtia diuinæ iustitiæ. Septima, Grauius excusatione peccati. Nã infidelitas est q̃dam blasphemia contra Deum. Blasphemia nunc opponitur cõfessioni fidei, & ideo habet in se grauitatẽ infidelitatis, & aggrauat peccatum, sic superuentat detestatio voluntatis. Excusatio aũt peccati est q̃dam circumstantia aggrauans oẽ peccatũ. Vnde patet q̃ infidelitas secundum genus suum est maximum peccatum; & p̃cipuè gentilium, qui in pluribus errãt. Quia verò Iudæi susceperunt figurã fidei in vetere lege q̃ malè interpretãtes corrumpunt, ideo ipsorum infidelitas est grauius peccatum, q̃ infidelitas gentilium, q nullo modo legẽ Moysi susceperunt. S. Mar. omnia ista p̃uidens, relicta domo & cognitione mundana, atq; infidelitate Iudęorum cum B. Petro Romã pfectus est. Vnde secutus est cũ tanq̃ ouis pastorẽ suum. 1. Pe. 1. Conuersi estis ad pastorem animarũ vestrarum, tanq̃ Discipul° Magistrũ suum. Pro. 1. *Audiẽs sapiẽs, sapientior erit*, & tanquã filius patrẽ suum. 1. Pet. vlti. *Salutat vos Marcus filius meus*. Fuit. n. filius B. Petri, quia ipsum pprijs manibus baptizauit baptismo fluminis. Vnde factus est pur° p ablationẽ culpæ originalis, quẽ Spiritus S. prius baptizauerat baptismo flaminis p oblationẽ culpæ actualis, q tandẽ à Christo baptizat° est baptismo sanguinis, p ablationem oĩs miseriæ. Vnde factus est purissimus. Pro. 21. *Aufer rubiginem de argento & egredietur vas purissimum*.

S. Marcus quomodo secutus Apostolum Petrum.

Marc. Euãgelista sapientia.

Peccatum infidelitatis omniũ peccatorũ grauissimũ.

De S. Marco iustissimè potest dici illud Eccl. 15. *In medio Ecclesiæ aperuit os eius*, id est, intellectum ad altissimorum cõtemplationem. Oportet. n. nos ascendere ad contemplationem diuinæ maiestatis, dum in hoc mundo sumus. Psal. *Ascensionẽ in corde suo disposuit in valle lachrymarum: quemadmodũ ibũt de virtute in virtutẽ, videbitur Deus Deorum in Sion*. Sunt aũt 8. gradus ascensionis, secundẽ illud Ezec. 40. *Octo gradus erant quibus ascẽdebatur pea, & in 8. gradibus ascensus eius*. Hi gradus enumerãt 2. Pet. 1. Sic, *Vos aũt curã oẽm subinferentes ministrate in fide virtutẽ, in virtute aũt scientiã, in scientia aũt abstinentiam, in abstinentia aũt patientiã, in patientia aũt pietatẽ, in pietate aũt fraternitatis amorẽ, in amore aũt fraternitatis Charitatẽ. Hæc nisi vobiscũ adsint & superent nõ vacuos, nec sine fructu vos cõstituet in Domini nostri Iesu Christi cognitione*. Vbi ponit tres virtutes in nobis, qm̃ ad boni introductionẽ, tres alias ad meritoriam operationẽ. Respectu boni prima est virt°, fides viuificans: quia *accedentẽ ad Deum oportet credere, q. est, & q̃ credentibus in se remunerator sit*. Heb. 11. Secunda est constantia fortificãs, ne p tẽtationes decidat. Eccl. 2. *Fili accedens ad seruitutẽ Dei sta in iustitia & timore, & præpara animam tuam ad tentationem*. Tertia est scientiæ vel discretio dirigens. *Discretio*, ait Bern. *nõ solum est virtus, sed etiã auriga virtutum, sine qua virtus vitiũ est*. Respectu mali abijciẽdi, sunt tres virtutes. Prima est abstinẽtia malis resistẽs. 1. Thess. 4 *Hæc est voluntas Dei, sanctificatio vestra, vt abstineatis vos à fornicatione, & sciat vnusquisq; vas suum possidere in sanctificatione & honore*. Secunda est patientia, ipsa mala sufferens. Heb. 10. *Patientia nobis necessaria est, vt voluntatẽ Dei facientes reportetis magnã pmissionem*. Tertia est, Pietas cõpatiens. 1. Tim. 4. *Exerce teipsum ad pietatem. Nam corporalis exercitatio ad modicum vtilis est Pietas aũt ad omnia vtilis est pmissionem habens vitæ, quæ nunc est. & futuræ*. Respectu verò meritoriæ operationis sunt 2. virtutes necessariæ, sc. dilectio fraterna pximum Zelans, & Charitas, Deũ amans *Nam in his duobus mandatis vniuersa lex pendet & pphetæ*.

Octo gradus ascensionis.

Respectu mali abijciẽdi tres virtutes.

S. Marcus his 8. gradibus in Deum ascendit, ppterea factus est testis Christi & Notarius Spiritus S. De quo erant testificanda 4. Primo humanitas, Et de hoc testimonium phibuit Matth. qui eius Genealogiã contexuit, ideo in fi-

Marc quatuor te Christo testificatus fit.

gura hominis describitur. Secundo, Diuitias, Et de hoc testimonium perhibuit Ioannes, qui altissimè volauit dic. *In principio erat verbum.* ideo in figura Aquilæ ponitur. Tertio passio, & de hoc Lucas testatus est, qui eam apertius explanauit, ideo in figura vituli, qui offerebatur in sacrificium designatur. Quarto, Resurrectio & de hoc testimonium perhibuit Marcus, qui ipsam eleganter scripsit, ideo in specie leonis figuratur: quia leunculus ad clamorem patris die 3. suscitatur. De his 4. testibus dic. Ezech. 1. *Similitudo autẽ vultus eorum facies hominis, & facies leonis, à dextris ipsorum quatuor. Facies autem bouis à sinistris eorum quatuor, & facies aquilæ desup ipsorum quatuor* Et Apoc. 4. dic. *Primum animal est simile leoni, secundum vitulo, tertium animal habens faciẽ quasi hominis, & quartum simile aquilæ volanti.*

Marcus à Paulo in ministeriũ prædicationis assũptus.

Sed & S. Marcus familiaris erat in conuersatione, vero quo sciendum, quod Paulus vas electionis ad tertium cælum raptus, Marcum sibi vtilem in ministerium prædicationis asseruit. 2. Tim. vlt. *Marcum assume, & tecum adduc, est.n. mihi necessarium in ministerium.* Vbi manifestè ostenditur quàm profundus fuerit in diuina scriptura, quam gratiosus in doctrina, quam perfectus in vita, quam magnanimus & fortis in defensione fidei Catholicæ. Mundus.n. erat contra Deum munitus, ideo Paulus cupiebat Marcum secum habere, vt tanquam duo pugiles mundum contra Deum munitum facilius expugnarent. Eccl. 4. *Melius est duos esse simul, quam vnum.* Mũdus erat tenebrosus, ideo cupiebat ipsum habere secum, vt tanquã duo luminaria mundum amplius illustrarẽt. Gen. 1. *Fecit Deus duo magna luminaria.* Quoniã vterq; sapientiam à Deo didicerat, Paulus per raptum, Marcus per Spiritus S. reuelationẽ. Eccl. 15. *Impleuit eum Dominus spiritu sapientiæ & intellectus.* Mundus erat aridus, ideo cupiebat ipsum habere secũ, vt tanquam duo flumina Paradisi mundum auidum amplius irrigarent. Psal. *Flumen Dei repletum est aquis.* Magnus fluuius ex ore Pauli emanauit, qñ in cælum raptus sua doctrina in Epistolis mundum fœcundauit. Magnus fluuius ex ore Marci emanauit, qñ doctrina sua in Euangelio mundum irrigauit. Primo qñ patris testimoniũ super Christum introduxit. Secundo, qñ Christum nos ad humilitatẽ exemplo pueri exhortãtem adduxit ca. 9. Tertio, quando ad dilectionem Dei & pximi nos induxit ca. 12. Quarto, qñ nos à malis abstinere instruxit cap. 8. Quinto, qñ psumptuosos per cõminationem pœnæ perterruit ca. 13. Sexto, qñ leues per firmitatem cõstantiæ admonuit, cap. 4. Septimo, qñ superbiam à mentibus nostris exclusit ca. 5. Octauo, quando pestẽ auaritiæ radicitus extirpauit. ca. 5. Nono, quando morbũ luxuriæ fugauit. ca. 7. & sic mundum ad virtutes durum emolliuit, vt sic possit dicere illud, Io. 17. *Pater manifestaui nomen tuum hominibus quos dedisti mihi.*

Marci passio quibus modis acerbissima.

Præterea fuit S. Marcus fortis in cruciatuum perpessione, sicut.n. leo est fortissim⁹ bestiarum, & ad nullius pauet occursum: Sic S. Marcus inter tormentorum supplicia fuit imperterritus, cuius passio fuit valde acerba, vt patet ex 4. Primo, quia fuit bis p ciuitatem fune ligato ad collum eius tractus, Vnde dicebant. *Trahamus bubulum ad locum bubuli,* id est bubulci. Erat.n. locus extra ciuitatem Alexandriæ iuxta mare qui sic vocabatur, in quo erat constructa Ecclesia à Christianis in honorem S. Marci. Secundo, Fuit toto corpore laceratus. Tertio, totus sanguine cruentatus. Quarto, in carcere reclusus. In his omnibus imitatus est Christum, qui fune ad collum fuit ad crucem tractus, totus in cruce laceratus, totus sanguine perfusus, & in carcere flagellatus. Tamen S. Marcus meruit in hac acerbitate quadruplicem consolationem: Primo diuinam confortationem, Nam ipse Dominus Iesus Christus eum visitauit atque confortauit dic. *Pax tibi Marce, Euangelista meus, noli timere, quia ego tecum sum, & eruam te.* Secundo angelicam consolationem; Nam Angelus ad eum in carcerem venit, & ipsum multipliciter consolatus fuit, dicens: *Ecce nomen tuum in cælo scriptum est, socius quoque factus es supernarum virtutum.* Tertio

Marci corpus Pagani cõburere, à tẽpestate prohibitur.

miraculosam protectionem; Nam cum pagani vellẽt corpus eius comburere, subitò aër turbatur, grando exoritur, tonitrua intonant, fulgura coruscant, ita vt quilibet euadere niteretur, & sanctum corpus ibidem intactum relinquerer. Quarto gloriosam venerationem, Nam Christiani corpus eius rapuerunt, & in Ecclesia cum omni reuerentia sepelierunt. Sed quia sic dulciter confortatus est, ideo in sua passione ostendit signa suæ deuotionis, quemadmodũ Christus, Nam Christus gratias egit Deo Patri. Luc. 22. *Accepto calice gratias agebat.* Orauit etiam pro crucifixorib. suis. dicens: *Pater ignosce illis.* Orauit pro seipso dicens. *In manus tuas commendo Spiritum meum,* Eodem modo S. Marcus, dũ per ciuitatem traheretur, gratias Deo referebat, pro suis occisoribus orabat, seipsum Deo recõmendabat, dicens: *Pater in manus tuas commendo spiritum meum,* & sic exspirauit. Porrò, sicut S. Marcus in vita omnibus prodesse studuit, ita post mortem pdesse non desijt, quod specialis primo Venetorum testatur cura, Vnde Petrus Damianus ait: *Beata es ô Alexandria triumphali hoc sanguine purpurata. Fœlix & in Italia corporis huius thesauro diues effecta.* Hæc ille. Nam Veneti corporis huius dignitatem pro grandi nobilitate cogitantes, ipsum Venetias transtulerunt, vbi Ecclesiam miræ pulchritudinis eius nomini fabricarunt. Et quia nobilitatem & dignitatem suam Veneti à S. Marco denominari voluerunt, ideo quædam de eo videnda sunt. De nobilitatis ortu latius disputat Leon. Vrin. quæ nos scienter omittimus.

Verè nobilis habeat sex virtutes.

Sed aduerte, Verus nobilis debet habere sex virtutes præcipuas. Primo magnitudinem, vt scil. studeat facere ea quę sunt digna honore, non sic tamen quod pro magno æstimat humanum honorem. Humilitas autem facit, q homo seipsum parui pendat, secundum considerationem proprij defectus. S. Marcus tantæ fuit humilitatis, vt pollicem sibi amputauerit, ne ad ordinem sacerdotij posset humano iudicio promoueri; Veruntamen dispositio Dei & authoritas S. Petri præualuit, qui ipsum Alexandriæ Episcopum constituit, quod & acceptauit, & mira, & maximo honore digna ibi peregit. Secundo, Debet habere arbitrij libertatem, non cui mulier imperet aut vilis quisque Libertas est potestas viuendi vt vult. Libertas vero nulla est melior, maiorue potestas quam seruire Deo, cui bene seruit amor. S. Marcus tanquam verè nobilis, quia de nobili progenie scil. Leuitica ortus, hac arbitrij libertate vsus est. Mox enim vt Alexandriam ingressus est subito calceamẽtum eius ruptum est atque solutum. Qui in spiritu intelligens, *Verè, ait, expolitum fecit Dominus iter meum, nec me satanas impedire poterit, quem ab operibus mortuis iam Dominus absoluit.* Hæc enim summa ingenuitas est, in qua seruitus Christi comprobatur, cui seruire regnare est.

Sũma ingenuitas, Christo seruire.

Tertio, Recognitionem beneficiorum, vel recompensationem, Sanctus Marcus accepto beneficio calceamẽti resarciti à quodam Sutore, re & animo non solum æquauit, sed etiam vicit; Nam & sanitatem illi præstitit, & ipsum cum tota familia ad Christum conuersa baptizauit. Quarto, Refrenationem violentiæ contra hostes. Sanctus Marcus cum in Alexandria procurasset salutem omnium, audiens quod sacerdotes templorum ei insidias parauerant, mortem pro Christo sustinere non recusauit, sed vltro se obtulit tanquam sacrificium mundum & acceptabile Deo, vt fideles in fide Christi confirmarentur, & infideles à vi suæ coactionis refrenarentur. Quinto, Virilem benignitatem & mansuetudinem. Sanctus Marcus cum per ciuitatem traheretur, mira benignitate vsus est, cum pro inimicis suis Dominum exorauit. Sexto, Strenuam libertatem. Sanctus Marcus vsque ad finem vitæ seipsum impendit commodis animarum & miraculorum prodigijs & prædicationum eloquijs, & eximijs prouocabat exemplis. Et salus regiminis & ciuitatis Venetiarum Sancti Marci patrocinio in omnibus, & singulis post Deum ascribitur, Non solum Veneti, sed & pluris alijs ipsius suffragio & beneficio plures impetrauerunt. Quidam enim obtinuerunt, temporalia ad sustentationem, sicut patet in miraculo facto in Apulia, vbi magna est sterilitas. Quidam spiritualia, ad iustificationem, sicut patet in miraculo Saraceni naufragium patientis, qui ad Baptismum conuolauit. Quidam obtinuerunt cœlestia ad glorificationem, sicut patet in miraculo Religiosi, ad cuius obitum S. Marcus conuenit & in cœlum animam eius deportauit. Quidam obtinuerunt corporalia ad ipsorum sanationem, sicut patet de milite, de põte cadente, & de eo qui de campanili S. Marci cecidit, quos sanitati restituit.

Nota etiam de sancto Marco Alexandrinam fabricauit Ecclesiam, eamque non suo, sed Magistri sui nomine titulauit, vt ad honorem beati Petri Sedes Apostolica nũcupetur, ad quam tamen Petrus accessisse non legitur. Petrus Euangelium Marco, Marcus Ecclesiam Petro cõstruit ecce amor mutuus. Sub S. Marco Episcopo habitacula Christianorum, quibus erat cor vnum & anima vna, dicta sunt monasteria.

Porrò si diligenter omnium Euangelistarum, in quibus defuncti sunt, loca percurrimus, neminem eorum in eo, quem sortitus est, perseuerasse reperimus tumulo. In Ioannis sepultura post mortem, non corpus eius, sed manna repertum est. Beati verò Matthæi corpore non Æthiopia, vbi peremptus agnoscitur, sed Salernitana potius ciuitas decoratur. Sanctus etiam Lucas cùm in Bithiniæ partibus, sicut historia testatur, obierit, vicesimo anno Constantij Cæsaris de Achaia Constantinopolim translatus est, cùm beati Apostoli Andreæ reliquijs. Hic verò sanctus Marcus, Alexandria transuectus est, Deo misericorditer disponente, Venetias: Vt qui tunc totum Orientem velut aureus lucifer illustrauerat, nunc per plagas occidui climatis præsentiæ suæ radijs enitescat. Per Ægyptum quippe sibi dedicat ortum, per Venetias tenet occasum, illic Alexandrinæ sortitus est Ecclesiæ solium, hic renascentis Aquilegiæ nouum statuit principatum. Est itaque velut Sydus aureum toto orbe præclarum ac celebri totius Ecclesiæ veneratione conspicuum.

Marcus Orientem & Occidentem illustrauit.

Sed neque earum laudationum Auditores, quæ in hoc inferiore mundo sunt expers est, licet his non indigeat. Nunc enim Alexandria, imò verò tota Ægyptus, Marcum ipsum in primo throno considentem sortita, tanquam alterum quendam Nilum, non corporeum, sed mysticum habens, ita spirituales eorum agros irrigantem, quemadmodum frugiferos ille alter, qui oculis corporeis cernitur, irrigare solitus est, illum inquam vt Apostolum, vt Euangelistam, vt Martyrem, magno extollit præconio, & hymnis concelebrat. Videt huic in monumento positum, licet in supernis regionibus eius anima versetur & exultet. Eius pulueris thesauro locupletata, funebres cantus ipsi Apostolo pronunciat, & tanquam cum viuente aliquo & in spiritu versante colloquitur, & gratijs per illum ipsum concessis oblectatur, & pro illis honoribus quos Apostolo congruentes, velut dona quædam offert, maiora beneficia vicissim recipit. Cum enim tentationum flatus aduersus ciuitatem spirant, Apostoli Marci sepulchrum incolæ circumeunt, & à malis ipsi liberantur. Barbarorum superbia, mala quædam acerbissima illis minatur, at ipsi ad pastorem supplices cõfluunt. Molestiarum & afflictionum examen cum eos perturbat, ad Apostolum ipsum tanquam ad Medici officinam, è qua scaturiunt curationes, homines confugiunt. Imo verò vniuersa Ægyptus Marcum ipsum Magistrum & adiutorem sibi adscribens, eius in omnibus ijs, quæ tristia contingunt auxilium implorat, & die festo, quam singulis annis honorat, laudes ipsius velut debitum quoddam illi offert, & multâ cum pompâ atque applausu, exultatione & panegyri laudes ipsius celebrat, diuinumq; Euangelium amplectitur, vt tabulas à Deo insculptas, & tanquam ipsius Christi veneratur. Imo magis vniuersa SS. Catholica Romana Ecclesia hoc ipsum facit, quæ hodie festum annuum celebrat, processionem solennem cum vexillis & canticis ab Ecclesia ad Ecclesiam instituit, laudes ipsius decantat & patrocinium implorat, cum qua & nos tota mente psallamus, vt sicut illum prædicatio Euangelica fecit gloriosum, ita nos eius intercessio, & verbo, & opere Domino Deo in sempiternum reddat acceptos.

Marcus Ægypto, velut alter Nilus.

Laus DEO, *& Beatissimæ* MARIÆ *Virgini, & omnibus Sanctis.*

IN FESTO SS. PHILIPPI ET IACOBI APOSTOLORVM.

Non turbetur cor vestrum. Creditis in Deum, & in me credite, Ioa. 14.

SANCTIS Apostolis hæc laus communibus omnib. adest, Auditores, quod omnes illi ad ipsius Domini societatẽ adducti, ipsi à secretis & consilijs, vt ipsius amici, vocati sunt. Quibus omnib. dixit Dominus Io. 15. *Iam non dicã vos seruos, sed amicos: Quia seruus nescit voluntatem Domini sui, vos autẽ dixi amicos, quia omnia quæcunque audiui à Patre meo, nota feci vobis,* non quia illa omnia q̃ sanctæ humanitati Christi reuelata sunt, discipulis innotuerint, sed illa omnia quorum illi capaces extitissent, omnia quæ verus amic⁹, amico suo fideli manifestaret, omnia quæ necessaria erant ad supremum munus exequendum ad q̃ ipsi vocati fuerunt, omnia quæ hominum saluti necessaria forent, qui venerunt, vt illi potissimum in toto orbe scientiam darent salutis in remissionem peccatorum eius, omnia quę in sacris literis continentur hominum saluti consecrata, omnia quæ ad perfectam earum intelligentiam conducebant, omnia quæ media forent aut necessaria, aut cõuenientia ad salutem hominum consequendam, aut prędicationem Euangelij, & denique omnia quæ congrue hominibus reuelanda forent, & multa quæ forte angelis incognita essent, cum quibus ea familiaritate, qua loqui solet homo ad amicum suum, non conuersabatur. Cum autem amicitiæ illud videatur innatum, vt æquales faciat amicos, si vera est, neque veram amicitiam crediderint Philosophi inter duos reperiri, quorum vnus eget, & alter ditatur, faciatque amicitia morum similitudinem, cuius leges à Christo discendas aiebant sancti, hinc est, quod cum vocauerit Dominus noster Apostolos, amicos, quod ad certam ęqualitatem secum eleuauerit, eam certè, quæ inter extrema tã distantia valet reperiri, æqualitas non naturæ, non donorum, non gratiæ, sed similem illi, quæ inter Regem & plebeium hominem iam familiarissimum effectum, valet inueniri, qui sanè ad Regiam dignitatem non eleuatur, sed vt eos consequatur honores, illis potiatur beneficijs & fauoribus, quib. factus est dignus media amicitia, licet non naturæ. Cumque paupercoli piscatores egentes, nec in operibus bonis diuites ad hanc diuinam amicitiam sint asciti, cum in ea fuere confirmati, nec ipse ditissimus in cunctis, illos in paupertate dimisit, sed ad multam erexit dignitatem, ad multos honores, ad inexhaustas cœlestium bonorum diuitias, quibus primitias sui spiritus dedit, vt illius diuites effecti homines etiam reliquos ditarent, talique amicitia morum similitudo confirmata est. Similem autem in moribus Christo effici, ingens dignitas est, ad quam euecti sunt hi homines, cum Apostolicum honorem sunt consecuti. Inter hos Apostolos, qui amici dignitatem sunt consecuti duo fuere, Philippus, & Iacobus minor, quorum martyrium hodie celebrat Ecclesia, quando in gentium, & laborum, & meritorum præmium acceperunt, ideo priusquam de illis agamus, audiamus

Apostoli Christo à secretis & consilijs, ipsiusque amici.

Apostoli, piscatores pauperculi, sed bonis operibus diuites ad Christi amicitiam acciti.

EVANGELIVM.

Leniter Christus Apostolos de turbatione reprehendit.

NOn turbetur cor vestrum, neque formidet.] Multa turbabât Apostolos. Christum nempe discedentem audire, Rursus se non esse, quo ille ibat, venire, sicut nec Iudæi poterant præterea vnum eorum Christi proditorē futurū. Adhæc Petrum, qui primus erat illorum, ante galli cantum ter negaturum Dominum. Ex his omnib. tristia & formidabilia cōcipientes contristati sunt. Tristitia erat de Domini & Magistri discessu. Timor verò de his, quæ sibi iam ſ. ptentura metuebant. Dominus aūt eos cōsolari & instruere nō destitit, idq; diuino sermone ad eos habito, qui omnib. fidelib. in huius mundi pressuris & periculis degentib. maximam, & consolationē animi & mentis illustrationē adfert. Rectè annotat Cyr. l. 9. c. 29. nec nimis turbationē reprehēdisse ne turbati & adhuc turbandi desperarent, nec ad eā probasse, ne ea absorberentur, sed modestissimè eos admonuisse. Non aūt dixit. Nolite turbari, cum non sit in manu hominis turbationem omnem expellere, Nec vitiosa semp est, quia & Christus turbatus est. Sed dicitur, *Nō turbetur cor vestrum*, id est, ratio à recto & vero his passionib. succūbens, ne dimoueatur, sed si turbatur & cōmouetur inferior pars & sensus, cor tñ & mens recto, & vero inhæreat & immobilis perduret. Dicuntur autem turbationes, quia coniunctæ sunt cum quadā corporis alteratione, Sāguis. n. bilis & Spiritus alterantur & commouentur, qñ hi affectus exercētur, nempe qñ timemus, tristamur, lætamur, irascimur. Cuius turbationis etiam in vultu exterior fit sæpe signum & indicium. Ex ijs motionibus solent aliqñ magnæ prouenire in corpore perturbationes & morbi. Eā de causā turbati nos dicuntur, & qui timent, & contristantur, conturbantur.

In cuius rei maiorem declarationem est, annotandum in his affectionibus tria concurrere. Primum est, motus prædictus corporeus: alterum est actio, seu actus ipsius potentiæ appetitiuæ, quo dicimur timere aut tristari, pcedens ex apprehensione obiecti, timorem aut tristitiam, aut similem aliam affectionem apti incurrere. Tertium est actio seu actus rationis consentientis aut dissentientis ei, ad q affectio ipsa impellit, siue fugiendum, siue prosequendum. Duo priora sæpe nolentib. nobis fiunt nec enim in manu hominis est, semp motus illos corporeos reprimere, nec actus ipsos partis appetitiuæ, quamuis hi etiam aliquando in nostra potestate sint, at ratio semper voluntaria, & in nostra potestate est, vt consentiat vel dissentiat. Affectiones sunt partis inferioris, licet nō trahant rationem ad se necessario, cum ea semper sit in hominis potestate, tamen multū efficaciæ habent ad inclinandum eam ad se, eaq; de causa, quādo inordinatæ sunt, timeri debent, ne rationem subuertāt. Minùs enim ratio quæ agenda sunt videt, quādo inferior pars turbata est, sicut oculus minus videt, quando instrumentum humore aliquo non naturali affectum est, & facilius dæ nō decipit hominem his turbationibus affectum, sicut aqua turbata piscator solet pisces capere. Hæc turbatio discipulorum gemina erat. Ex parte Christi conturbabantur, de Christi discessu & solitudine sua, ex altera timebant mala imminentia, ex verbis Domini concepta, & turbatio rationem eorum oppugnabat vt à recto & vero dimouerentur. Idcirco Dominus subuenire decreuit roborādo, & instruendo & consolandorationē, ne succumberet, & ideò d. *Nō turbetur*. Et in hoc suam diuinitatem ostendit, qui potuit secundum Chrys. internam cordis turbationem inspicere. Et nota quòd dic *Cor*, quia secundum Thomā in l. de mem. & reminisc. lect. 8. humiditas abundans circa cerebrum &

Princip. ū turbationis ex corde.

& circa cor facit turbari, id est cōmoueri. Principium igitur turbationis est à corde, vnde aliquid dicitur turbari, qñ cōmouetur. Aduerte, quod filij iusti hoc verbum merentur audire, si enim illi corde tranquillo potiri merentur. *Cor enim impij quasi mare feruens*, varijs motibus agitatur. Solus enim Deus est qui conclusit mare ostijs, circumdedit illud terminis, posuit vectum & ostia, & dixit, vsque huc venies, & non procedes ampliùs, Diuinæ enim misericordiæ opus est, vt humani cordis turbatiōes moderetur, ne fluctib. suis hoīes absorbeat, & pāt, quasi sub signaculo illud claudēs, ne vbi impetus passionis impulerit illud, ibi circumferatur.

Turbatio triplex.

Attende etiam turbationem triplicem. Prima est laudabilis, cum homo turbatur de peccatis. Ps. 47 *Ipsi videntes* sc. peccata, *turbati sunt, commoti sunt, tremor apprehendit eos*. Et hæc est bona, quia est signum salutis. De hac 2 Cor. 7. *Gaudeo propter vos, quia contristati estis ad pœnitentiam*. Ps. *Conturbata sunt omnia ossa mea à facie peccatorum meorum*. Nam sicut turbatur oculus Collyrio, vt clariꝰ videat, sic turbatio de peccatis & de offensione Dei perducit hominem ad claritatē visionis diuinæ 2. Cor. 7 *Quæ secundum Deum est tristitia, pœnitentiam in salutem stabilem operatur*. Secunda est tolerabilis, sc. de morte, quæ dum fit secundum imperium rationis, & non contra, tolerabilis est. Nam qui mortem metuit, signū est quod nimium diligat præsentem vitam. 1. Ioan. 2 *Nolite*

Mortis timor arguit præsentis vitæ amorem.

diligere mundum. Tertia est vituperabilis sc. per amissionem rei temporalis in solicitudine auaritiæ. Ps. 106 *Turbati sunt, & moti sunt, sicut ebrius & omnis eorum sapientia deuorata est*. Pro. 15. *Conturbat domum suam, qui sectatur auaritiam*. Nam tales non quiescunt in mentib. eorum. Ier. 48. *Turbati sunt in mari, præ solicitudine quiescere non potuerunt*. Et est signum malum sc. quod tales plus diligunt temporalia, quam æterna propter quod dicit, Eccl. 30. *Tristitiam longè repelle à te multos occidit tristitia, & non est vtilitas in illa*. Item turbatio vituperabilis non solum oritur ex auaritia, & solicitudine, sed etiam ex indiscreto præcepto Prælatorum. Vnde de Saul dixit Ionathas 1 Reg. 14. *Pater meus turbauit terram, quia præcepit, quod nemo gustaret cibum vsq; ad vesperas*. Et sic etiā attenuati, quod non poterant persequi inimicos. Ideo dic Paulus 2. Co. vlt. de Prælatis. *Dedit eis potestatem in ædificationem, & non in turbationem & destructionem*. Qualem turbationem in communi fecit Achab, vt dixit Elias Regi Achab. 3 Re. 18. *Non ego turbaui Israël, sed tu, & domus Patris tui qui dereliquistis viam Domini*. Tertio, Vituperabilis causatur etiā ex inobedientia subditorum, & sic totus exercitus turbatus est propter factum Achan. Ios. 7. cui dictum est, *Quia turbasti nos, conturbet te Dominus*. Et sic hodie propter inobedientiam mandatorū Dei turbatur communitas. Eccles. 28. *Vir peccator turbat amicos*. Quarto, Oritur ex verbis bilinguis. *Multos perturbat pacē habentes*, bilinguis & susurro. Eccl. 28. *Ciuitates muratas destruxit*. Et ibi subditur. *Beatus qui tectus est à lingua nequam*. Quinto, Et pertinacia. Eccl. 11. *Attende tibi à pestifero. Fabricat enim mala*, id est, proprium sensum habet, Ideo ibidem dicitur. *De ea re quæ te non molestat, ne certaueris*. Nam sicut à scintilla

Non certandum de eo, quod non molestat nos.

vna ingreditur ignis, sic ab vno dolo augetur sanguis. Tunc subditur. *Nec formidet*, sc. amissionem terrenam Ps. 48. *Ne timueris cum factus fuerit homo diues, quoniam cum interierit, nō sumet omnia, nec descendet cum eo gloria eius. Anima eius in vita ipsius benedicetur, sed non in futuro*. *Neque formidet*, sc. persecutionē. 2. Tim. 3. *Omnes qui piè volunt viuere in Christo persecutionē patiuntur*. Dicit namq; Gregorius. *Cum cognosco Iob pœnam pati in sterquilinio, Ioannē esurientem in eremo. Petrū extēsum in patibulo, Iacobum decollatū gladio, cogito, qualiter Deus cruciabat in iudicio reprobos, qui ita affligit suos electos*. Non turbetur itaque cor vestrum in periculis & afflictionibus, quia Deus illuminatio, salus, fortitudo & perfectio vestra, ille semper adest, nec fames, nec gladiꝰ, nec mors ab illo vos seducat, aut separat.

Creditis in Deum, & in me credite.] Optimum & accōmodatū Christus medicamētum adhibet discipulis sc. vt remota cōsideratione rerum humanarum, mentē figant in diuinis. Sicut qui transit fluuium, dum aq̄ labentē intuetur, caput & Spiritum eius necesse est turbari, at si cōuertat oculos in montē stabilem, cessat turbatio. Ita nunc monet Dominus, vt non ea, quæ humanitatis sunt respiciant, sed quæ diuinitatis. Tunc. n. cessabit timor omnis cum credēt eum, q moritur, & qui vadit, Deū esse, ab omni periculo liberare potē ē, qui si noluisset mori aut pati, nemo eum cogere potuisset, quo protegente eis nihil nocere poterit. Dicit ergo sicut vos creditis in Deum, & fatemini eum ab omni periculo & malo liberare posse: Credite in me etiā quia Deus sum. Hebraismus est, sicut in illo Io. 5. *Pater meus vsq; modo operatur, & ego operor*. i. quēadmodum pater operatur vsq; modo, ita etiam ego operor. Sic nunc dicitur. Quēadmodum creditis in Deum, ita in me credite. Est ergo sensus. Me æqualē & eundem cum patre, Deum credite, & in hoc mentis aciē figite, & nō erit, cur vestrum cor turbetur in omnibus, quæ euenient, Me enim disponente & volente fient, si me ita

pot en-

potentem confitemini & consideratis, & ante oculos habetis, nihil est, quod aliquem timeatis, nec de meo discessu tristemini, nec vllum vestrum malum formidetis: Sũ enim ego Deus, qui omnia possum. Vide itaque quantum ratio contra oẽs turbationes fide firmetur. Nullus.n. mœror, nec tristitia, nec timor rationem auertet à vero, quãdiu in hoc fixa manebit, nempe Christum illum, qui moritur, patitur, vadit, ipsum esse Deũ, cui nihil mali potest accidere, & qui ab omni malo suos potest liberare. Discipuli verò qoæ soli' humanitatis sunt cõsiderantes in his turbabantur, sicut qui scalam altam ascendit & deorsum respicit, horret. Iubet ergo Christus ne deorsum respiciãt, sed sursum oculos attollant, sic fiet, vt ratio nõ turbetur, nec cõcutiatur. Rectè aũt aduertit Cyrill. nõ esse dictum, Credite me esse Deum, sed, *credite in me, & in me creditis*, vt fidem Euangelicam à Iudaica distinctã insinuet. Iudæus.n. ignarus Trinitatis mysterij, vnum Deum confitebatur, psonas nõ distinguens: At Christianus distinctiorem fidem profitẽs, ita vnum credit & cõfitetur Deum, vt tres in vna Deitate veneretur personas.

Iudaeus ob SS. Trinitatis ignorationem, confitetur vnum Deum.

Sciendum tamen est latere intus insidias, & arcis custodes esse externis hostibus familiaritate coniunctos. Inter oculos enim & pulchritudinem, inter aures turpia & lasciua verba, inter corpus & voluptates magna amicitia est, quare periculosum est, ne hostes prodita fide admittant. Has ob causas insti tam prosperitatum quam aduersitatum tentationes fide superare conantur, vt ait D. Paulus Moysis exemplo apposito dic. *Fide Moyses grandis factus, negauit se esse filium filiæ Pharaonis* Heb. 11. *Magis eligens affligi cum populo Dei, quàm temporalis peccati habere iucũditatem.* Hac etiam de causa, de fide loquens D. Ioannes ait, c. 1. *Hæc est victoria quæ vincit mundum fides nostra*: non ensis, non exercitus, non aliud. Plurimum autem confert aduersus cordis turbationem, credere vos Deum habere, & Deum esse Iesum Christum, qui Deus existens, vna etiam homo est. Accipite exemplum. Qui Dominum habet regem, & ab eo amari firmiter credit, huius rei consideratio magnam illi in aduersitatib. præbet fiduciam. Et quemadmodum thesaurus absconditus magnam illi lætitiam affert, si magnum illi aliquod rei familiaris damnum contingit, cum, scilicet, eo thesauro posse se aduersitati suæ mederi recordatur. Sic planè debetis credere Deum vos habere. Etenim Dauid Psalm. 41. dicebat. *Quare tristis es anima mea, & quare conturbas me? Spera in Deo, quoniam adhuc cõfitebor illi: salutare vultus mei, & Deus meus.* Est omnipotens, est ipsa sapiẽtia potest & nouit omnes tribulationes auertere, tamen immittit illas nobis, quia nobis conducit & nostra volũtas illius voluntati subijcienda est. Hoc 1. Pet. 5. consulitur. *Humiliamini sub potenti manu Dei, vt vos exaltet in tempore visitationis, omnem solicitudinem proijcientes in eum, quoniam ipsi est cura de vobis.* Hoc etiam intelligebat Dauid, Ps. 61. cum aiebat. *Nonne Deo subiecta erit anima mea? ab ipso enim salutare meum.* Non potes quiete viuere, nisi vt bestia sequatis Dominum, Ita Dauid Psal. 70. *Vt iumentum factus sum apud te, & ero semper tecum.* Et multoties punitos inuenimus in veteri testamẽto, qui diuinæ voluntati sunt reluctati. In terram promissam ex sexcentis hominum millibus duo tantum venerunt. Paulus rectè appellat Eph. 6. fidem scutum dic. *In omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere.* Quemadmodum enim scutum duas præcipuas corporis partes cor scilicet, & caput defendit, ita etiam viua fides rationem & voluntatem, ne peccati turbatio ingrediatur, defendit. Hoc multum faciunt verba, Ioan. 13. *Qui credit in filium Dei habet vitam æternam, qui autem incredulus est filio, non videbit vitã, sed ira Dei manet super eum.* Magna enim fit æterno patri iniuria, si filio eius Iesu Christo fides non præstatur, vt ipsemet ponderauit di. Ioan. 10. *Quem pater sanctificauit, & misit in mundum, vos dicitis, Quia blasphemat, quia dixi, filius Dei sum.* Credite, Auditores, in bello Duces, milites, obsessi, in Rep. Magistratus, ciues, & subditi, in omni genere, statu, conditione & ætate, sperantes quod nisi nostra peccata impediant nos, liberatus fit de ore leonis. *Si Deus pro nobis, quis contra nos.* Ro. 8. *Dominus mihi adiutor, non timebo. quid faciat mihi homo.* Psal. 117.

Deus omnipotens, & ipsa sapientia.

Credendi verbum differentia.

Differentia est inter credere Nam credere Deo, est credere ea esse vera, quæ Deus loquitur, hoc non saluat, quia hoc faciunt mali. Sed credere Deum est credere, quod Deus est. Et hoc credit diabolus. Iac. 2. *Diabolus credit & contremiscit.* in quo malos Christianos diabolus videtur exuperare. Sed in Deum credere, est credendo Deum diligere, & in eum ire, & ei firmiter adhęrere, & eius mẽbris. Et hoc est proprium bonorum non illorum, qui hac hora, die aut nocte contra agunt. Ad fidem hortatur Athanas. *Necessariũ est homini ad æternam salutem, vt incarnationem quoque Domini nostri Iesu Christi fideliter credat* In miserijs & periculis constituti memores sint, quod dicit Spiritus S. per Eccl. 2. *Qui timent Dominum, custodiunt mandata illius, & patientiam habebunt vsque ad inspectionem ipsius.*

In domo patris mei mansiones multæ sunt. Si quo minus dixissem vobis, quia vado parare vobis locum, & si abiero, & præparauero vobis locum, iterum venio & accipiam vos ad meipsum, vt vbi sum ego & vos sitis.] q. d. Nec etiam contristemini, nec timeatis: quia audistis me vadere, nec vos posse venire, soliq; Petro promissum aduentum, nam hæc dicta existimetis, quasi nõ sit locus pro omnibus vobis: Non enim ita est; Nam in domo Patris, quo ego vado, sunt multę mansiones nõ pro me, aut pro Petro tantum, sed pro vobis etiam, & pro innumeris alijs. Non est hæc causa, cur vos non possitis venire, sed quia necesse est me prius ire, vt vobis præparem locum. Diuersi sunt ordines peccatorũ probatur. Primo, Quia id est, quod Apostoli timebant, ne forte, quo Christus ibat locus non esset pro ipsis. At Christus ad Patrem ibat & ad cœlestẽ habitationem. *Vado*, inquit, *parare vobis locum* Secundo ex verbis subiunctis *Veniam ad vos & assumam ad meipsum.* Et non tantum multæ mãsiones dicuntur, quia plures, sed quia variæ & inæquales, sicut & iustorum vita inæqualis est iuxta sententiam Pauli. 1. Cor. 15. Sicut stella differt à stella in claritate, sic erit resurrectio mortuorum. Est autem ordinata Domus patris ad instar domus regalis. Est oratoriũ Ibi sunt angeli laudes Deo canentes, & Sanctus S. Apo. 4 & Dan. 7. *Millia milliũ ministrabãt ei.* Iterum Apo. 7. *Laudate eũ oẽs Angeli eius.* Ps. 148. 149. & 150. *Laudẽt nomẽ eius in choro.* Est Atriũ, ibi sunt patriarchę sustẽtantes pauperes, qui hic eleẽmosynis sustentati. Lu. 16. *Facite vobis amicos.* Cellariũ. Ibi sunt prophetę aduentũ Christi sitientes. Is. 64. *Vtinã dirũperes cælos.* Mat. 5. *Beati qui sitiunt iustitiã.* Ps. 12. *Vsque quo Domine obliuisceris me in finẽ.* Ideo in cælo bibent. Cant. 2. *Introducit me rex in cellam vinar.* Cõsistorium. Ibi causæ audiuntur, sicut Apostolis dicitur, Mat. 19. *Sedebitis sup sedes duodecim.* Cœnaculũ. Ibi sunt martyres, quia tribulati fame, siti, &c. saturantur. Lu. 22. *Vt edatis & bibatis super mensam meã.* Viridarium. Ibi rosa patientię, lilium castitatis, pelles S. Barthol. lac S. Catharinę, lapides Stephani. Cubiculum, Ibi virgines tanq̃ sponsę Ester 2. *Ducta est Ester in cubiculum Regis. Illæ sequuntur agnum, quocunque ierit* Ps. 83. *Beati ergo qui habitãt in domo tua Domine.* Hæc sunt habitacula seruorũ Salomonis, & ordines ministrãtiũ, vt vidit Regina Sabæ 3. Re. 10. Ge. 24. *Quã pulchra sunt tabernacula tua Iacob, & tẽtoria tua Israel:* Et Bar. 3. *Quã magna domus Dei.*

Seruorum Salomonis habi[…] la cuiusmodi.

Sed ad Euangelium. Quis illorum non metueret, cũ Petro dictum esset fidentiori atque promptiori. *Non cantabit gallus, donec ter me neges.* Merito turbantur, sed cum audiunt. *In domo Patris mei.* à perturbatione recreantur, certi ac fidentes etiam post pericula tẽtationum se apud Deum cũ Christo esse mansuros, quia & si alius est alio fortior, sapientior, iustior, sanctior, *Imo domo patris mei mansiones multæ sunt.* Turbatus fuit & Christus, quid ni, sed non sicut cęteri, qui animi commotione turbantur, suæq; turbationis quidem nesciunt habere metas. Turbatio quidem omnis ea ratione, ea causa, ex modo, ea tempore discernenda est. Audi perturbationis eius causam, non vtiq; propter se turbatur, non de sua dolebat iniuria, sed alterius perditio erat eius turbationis causa efficiens. *Credite in Deum* Sic Dauid 1. Re. 18. Et Asa dixit. 2. Par. 14. *Domine non est apud te vlla distantia, vtrum in paucis auxilieris, aut in pluribus.* Siquidem paucis militibus victorium de innumerabilibus hostib. reportauit. Simile est. 1. Mac. 3. Et 2. Par. 20. dixit Iosaphat exercitui suo. *Credite in Domino Deo, & salui eritis.* Esdras venturus in Ierusalẽ, noluit conductum petere à rege, sed cum fide magna conuertit se ad Dominum in ieiunijs & orationibus, atq; hoc modo q̃uis periculosam & longam viam confecerit, præclarum tñ ac felicissimum finem habuit 1. Es. 8. Et tres pueri. Daniel. 3. Punit Deus, qui illi fidem non adhibent, vt cõstat de Zach.

Esdras in Hierosolymã venturus, Dei inuocata ope, prosperum iter & exitũ qui instituerat habuit.

Repre-

Reprehendebat conciues suos in Nazareth, eò quòd fi incredulitatem ciam in eo non reponerent, atque ita eosdem, vt meriti erant castigauit, nullis ibidem factis miraculis. Matth. 13.

Sed aduerte quàm pulchra domus esse debet, vbi Deus Deorum inhabitat, & vbi omnes sancti habent suas mansiones, beatitudines & glorificationes, cuius causa dixit Ps. 83. *Domine dilexi decorè domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ*, qui talis est, quem nec oculus vidit, nec auris audiuit, vbi nullũ pallatium, nulla aula tàm sumptuosè & mirabiliter extructa, & margaritis exornata, omniq; lapide pretioso, vt nulla ex parte non sit acceptabilis & gloriosa, vt eius pretium æstimari non possit. Vnde Petrus admirans dixit. *Bonum est nos hic esse*: quid si vidisset nulla millium & decies centena millia angelicorũ? Si ibi admiratus est Petrus, vbi paulo post tractandum erat de cruce, de clauis, de lancea, cæterisq; tormentis, quid quæso fecisset, si audiuisset cãticum illud. *Sanctus, Sanctus, Sanctus? Amen, Benedictio & claritas, & sapiẽtia, & gratiarũ actio.* Facile ex eo colliges diuitias, & bonitatẽ cælestis letitiæ, si videas Christum pretiosum suũ sanguinẽ pro ea dedisse, quem non dedisset pro omnib. nugis huius mũdi. Ideo magna est nostra ignauia, qui regnum cælorũ aut gloriam illam tã paruifacimus, negligimus, non accipimus. Et in summa videamus omnia, quantum possumus humano intellectu, quæ superius sunt, & illa nos debẽt sursum rapere.

Cælestis beatitudo inæstimabile pretium.

Sed etiam animaduerte, quid amicabilius nobis vel familiarissimus amicus promittere potuisset, quàm si dicat: Si alibi non est tibi locus, si incerta sede vagaris diuerte ad me, non in viciniam, non in hospitium, sed in domum Patris mei, et gratissimo animo acipiam. Hanc habitationem optauit Dauid, quando dicebat Psa. 26. *Vnam rem petij à Domino, hanc requiram vt habitem in domo Domini, omnibus diebus vitæ meæ.* Item Paulus Phil. 1. *Cupio dissolui & esse cum Christo.* Ex his ergo collige, quod dixit Christus, si non essent, scil. mansiones, certè vos eius rei admonerem, nec vos deceptos pateret. Ista ergo verba sic legenda sunt, vt in verbo *dixissem verbis*, reti meretur sententia in hunc sensum. *Si quo minus*, id est, si non essent, id certè *Dixissem*. Quare autem dixisset, causam adiungit, *Quia vado parare vobis locum*. Causa verò, ei discedo, & vado, vt apud Patrem locum vobis præparem. Si igitur non essent mansiones, profectò vos certiores facerem, quandoquidem ea de causa vado. Obijcies, si mansiones hæ sunt apud Patrem, quid opus erat præparatione. Respondetur fuisse quidem mansiones, tamẽ ianua cælestis clausa erat. Nemo enim quantumcunq; iustus & sanctus, ingredi potuit regnum cælorum, nisi prius Christus aperiret morte sua ianuã. Oẽs enim antiqui patres in limbo detinebantur visione diuina priuati, donec Christus pretium redemptionis morte sua solueret, nec ingressi sunt regnum cælorum, donec Christus resurgens & ascendens viã faceret, hoc est, præpararet locum in quo mansiones sunt, aperiret ianuam cæli, solueret pretium mansionum ipsarũ, nec cæleste stetneret. Hæc omnia Christus fecit morte & resurrectione sua, ideo parauit locum, vt ad mansiones, ab æterno à Deo iustis destinatas, peruenire possi. Additamẽ quod in secundo aduentu, vt certiores sint, velit illos assumere. Nõ igitur est, cur tristemini de meo discessu, qui tam vtilis & necessarius est vobis, per quem aditus patebit in domum & regnum Dei, aut cur cincatis, quia dictum est, vos non posse venire, qua venietis mecum: modo non potestis, quia locus non est paratus, via non est strata, aperta non est ianua: tamen quando hæc facta fuerint, potestis. Imo ego veniam & assumã vos, vt mecum sitis in æternum. Hoc enim est, quod promittit Apostolis suis, & in ipsis electis omnibus, qui aduentus, licet tempori collatus, serus videatur, tamen æternitati si comparetur, cito venturus dicitur in scriptura, & ita in veritate est. 1. Ioa. 2. *Filioli nouissima hora est.* 2. Pet. 3. *Mille anni apud Dominum, sicut vnus dies.* Apoc. 1. *Quæ oportet fieri cito.* Hanc breuitatẽ Dominus verbo illo præsentis indicat. *Iterum venio*, non dicit, Veniam, q. d. iam proximè: aduentus meus adest. Quid autem certius, quàm verbum Dei, quod permanet in æternum? Quia quæ Christus tradidit, indubitata fide vult vt à nobis credantur.

Verbo Dei nihil certius.

Si quominus, dixissem vobis. Ipse sua bonitate præcedit, ve iter quod nobis est ingrediendum, prius à latronibus liberet, potestates aëreas vincat & liget, praua directa faciat, montes humiliet, & conualles impleat. Dicit S. Augustinus in ser. de SS. gloria ser. 6. de martyribus. Inter alia admirabilia quæ de æterna gloria, beatitudine æterna dicit, hæc ẽt subijcit. *Si enim quotidie oporteret nos tormenta perferre, si ipsam gehennam paruo tempore tolerare, vt Christũ videre possimus in gloria venientem, & sanctis eius sociari, nonnè erat dignum pati omne quod triste est, vt tanti boni tantæque gloriæ participes haberemur? Quæ erit fratres charissimi illa iustorum gloria, quam grandis Sanctorum lætitia, cum vnaquæque facies fulgebit vt sol, cum ordinib. distinctis populum suum Dominus in regno Patris sui cœperit recensere, & meritis atque operibus singulorum promissa præmia restituere, pro terrenis cælestia, pro temporalibus sempiterna, pro modicis magna præstare, adducere sanctos in visione paternæ gloriæ, & facere in cælestibus consedere, vt sit Deus omnia in omnibus, æternitatemq; amatoribus suis & immortalitatem largiri ad quam eos sanguinis sui viuificatione reparauit, denuo ad paradisum reducere, regna cælorũ fide & veritate sua pollicitationis gloriosa aperire?* Hæc ille. Excedet autem vnus alterum in vita æterna dignitate, & claritate æterna. Primo per cognitionem. Quanto amplius quis cognouit Deum per veritatem fidei, tanto amplius cognoscet per visionem. Secundo, Quanto quis Deo fixus fuerit per amorem, tanto amplius perfruetur illo per claritatem. Exemplum de fonte, quo maius vas habet, hoc magis recipit. Et obserua quanta sit Christi dilectio, quod quasi dicendo sic noluerit in gloria sua manere cum Patre & Spiritu Sancto: Sed etiam nos homines sibi adiungere, vt ibi cum illo lætaremur & regnaremus, & vt omnia, cum bene fecerit prius omnia optimè disponeret, voluit præire, & vt nos commendaret Patri, nos exciperet, nos in regnum suũ collocaret. Videte ergo Auditores, quo plus feceritis, aut sustinueritis in hoc sæculo, eo plus ibi recipietis. Cum enim D. Paulus corporum resurrectionem firmissimis rationib⁹ comprobasset, hæc verba subdidit. 1. Cor. 15. *Itaque fratres stabiles estote, abundantes in omni opere Domini, scientes quòd labor vester non est inanis in Domino.* Quæ cum ita sint. *Non turbetur cor vestrum.* Et hoc est quod dic. Dauid. Psal. 16. *Satiabor cum apparuerit gloria tua.* Iterum animaduertendum est, quod pollicetur hic clementissimus Dominus suorum morti se affuturum. Dixit Moyses populo Hebræo Deut. 9. *Tu transgredieris hodie Iordanem, vt possideas nationes maximas, & fortiores te, ciuitates ingentes, & vsque ad cælum muratas, populum magnum atque sublimem filios Enacim*, id est, Gigantes. Et quia iter erat periculosum, & Gigantes, terræ possessionẽ erant impedituri, vt populum incitaret, addidit. *Scies ergo hodie, quòd Dominus Deus tuus, hodie transibit ante te ignis deuorans atque consumens, qui conteret eos.* Mortis transitus Auditores, est Iordanis transitu periculosior, per quem ad cælestis patriæ possessionem datur nobis aditus, vbi socij & amici nostri, scilicet, Angeli & omnes electi viuunt, & vbi maiores fortioresq; inimici sunt, in eo transitu regiones nos expectãt, & laqueos nobis parant, vt affirmat Dauid Ps. 55. *Aduersum me omnes cogitationes eorum in malum: ipsi calcaneum meum obseruabunt.* Calcanei nomine, quæ est vltima pars corporis, mors significatur. Et quemadmodum venator in angusto aliquo transitu tendit retia, vt sit præda securior, ita etiam dæmones in angustissimo illo mortis transitu, magnas iustis parant insidias, quia si tunc elabuntur incolumes, vicerunt. Verum quemadmodum Moyses populo Hebræo, Dei nomine dixit, ne Iordanis transitum timeret, *Scies ergo hodie*: Ita nunc Saluator ipse ad suos, inquit. *Iterum veniam.* Ideoq; moribundi eo citius & deuotius deberent Sanctissimũ Sacramentum Eucharistiæ percipere, vt securius transirent.

Alter alterum in vita æterna quibus prærogatiuis antecedat.

Christus pollicetur mortis suorum se affuturum.

Diabolus insidiator, venatori comparatur.

Expende iterum quod nihil suauius, nihil grandius nobis polliceri potuit, quam: cum ait. *Vbi sum ego, illic & vos sitis.* Admirantur cæli, pauent inferna, vbi audiunt hominẽ cum Deo futurum, creaturam cum creatore, seruum cum Domino, peccatorem cum ipsa sanctitate. Sicut enim De⁹ benedixit, Labam propter Iacob Ge. 30. Ægyptò propter Ioseph Gen. 39. Syriæ propter Naaman 4 Reg. 5. Persiæ propter Danielem, ita propter Christum & propter nomen eius, id est, propter incarnationem, natiuitatẽ, passionem, ac mortem atq; propter alia Sacramenta atq; mysteria generis humani cõcendit nobis Deus omnia, quæ ad salutẽ corporis & animæ sunt necessaria. Item propter sanctos & iustos seruat regna, ciuitates, imperia, priuatas ædes, & in ipsis pa-

cem &

cem & temporalia interdum multiplicat. Et propter dilectum filium suum atq; sanctus Ecclesiam Catholicam immunem seruat ab hæresibus. Idem Ecclesia ex Apostolorũ traditione, in fine earum orationum, quas vniuersalis canit Ecclesia concludit dic. *Per Dominum nostrum Iesum Christum*, id est, per virtutem passionis eius & mortis. Ambrosi⁹ l. de Isaac & anima loquens de Christo d. *Ipse enim os nostrum est, per quod patri loquimur, oculus noster, per quem Patrem videmus dextra nostra per quam nos Patri offerimus, quo absinte intercedẽte, nec nobis, nec sanctis quicquam cum Deo est.* Sicuti nihil Deus Pater nobis concedit, nisi per Christum ita nihil à nobis vt gratum accipit nisi per Christum oblatum. Parate ergo vos Auditores, vt cum Christus redierit, vos secum assumere valeat.

Et quo ego vado, scitis. & viam scitis.] Scrutator cordium Christus nouit discipulorum desiderium: Scire enim cupiebant quo vaderet, ideo subiungit hæc verba, vt occasionẽ & animum excitaret interrogandi, sicque rem ipse explicatius aperiret, & rectè dic. Chrysost. ho. 72. *Scitis quo vado, nec solum hoc, sed etiam viam, qua ad locum, quo vado perueniendum sit.* Nulla etiam ratione eos cõsolatur, quia discedente eo quẽ diligimus, maximum affert solatium scire quo vadat & viã, qua ad eum peruenire possim⁹. Obijciet aliquis, verba hæc

Verba inter se visa pugnare, conciliantur.

pugnare cum his, quæ sequuntur. *Nescimus quo vadis.* Nemo enim dicet Christum deceptum, putasse illos scire quæ nesciebant aut ipsos mentitos negasse scire, quæ sciebant. Sed dicendum vtramq; sententiam veram esse, nullamq; in eis esse repugnantiam. Quod enim vno modo scitur, altero modo ignoratur. Hoc etiam Philosophi tradiderunt & cõsuetudo communis loquendi docet, idq; multis modis accidit. In primis nouerant Christum ipsum, qui revera erat Via, per quam ad cælum patet aditus, tamen nesciebant ipsum esse viam. Sic etiam nouerant Patrem & sciebant esse regnum cælorum, tñ ignorabãt hunc locum & terminum, ad quem Christus iret. Propterea verum est, scitis viam, & ignoratis viam, & vtrique verum dicunt, *Scitis quo vadam.* & *Nescimus quo vadis.* Hic modus in scriptura repetitur. Ioan. 9. *Tu*, inquit, *credis in filium Dei? Quis est vt credam in eum? Et vidisti*, inquit, *& ipse est qui loquitur tecũ.* Si dicitur, *vidisti*, quomodo ipse tanquam ignorans petit, quis esset? Viderat quippe, quia nouit eum, qui erat filius Dei; tamen talem esse nesciebat. Hic modus discipulis non omnino accommodatur,

Scimus aliquid in habitu, ignoramus actum.

Iam enim audierant & nouerant Christum ad Patrem iturum. Altero igitur modo scimus aliquid in habitu, tñ ignoramus actu, quia non recordamur, nec mentem applicam⁹. Sic Apostoli sciebant viam & quo Christus iret, habitu tñ non actu, quia non considerabant, nec quod nouerant, applicabant. Tertio modo scire dicimur, quando scire potuimus, tamen tenera nondum ad scientiam peruenimus: sic dictum est Ioan, 7. *Et me scitis, & vnde sim scitis.* Et hac ratione nunc interpretari possumus, *Scitis quo vado & viam*, quia vo-de scire potuissetis, vos docui, & ipsi de facto ignorabant. Iam enim de morte sua, & de reditu ad Patrem locut⁹ erat,

Via relata ad Christũ & ad discipulos, & ad nos.

iam se Deum esse declarauerat, & eum per quẽ vita æterna erat consequenda, per quæ facile potuissent hæc verba intelligere & scire quo nunc vaderet, & viam qua eum sequi debebant. Aduerte rursus, Viam posse ad Christum, & ad discipulos, & ad nos referri. Via per quam Christus ibat ad Patrem, mors & passio eius est. Lu. 24. *Oportuit Christum pati.* Via, per quam nos sequimur, fides in eum vera, & viua est, p quam credentes salui fiunt, Vtramq; discipuli aliquo modo sciebant, modo aliquo ignorabant. Præcipuè tñ Christ⁹ de ea per quam ad eum locum, quo ipse abibat, & Apostoli & alij peruenire possent, loquebatur, nam in hunc finẽ hæc prolata est sententia, vt non desperarent se posse venire, quo ipse abiret, quando & locus & via nota sibi essent.

Dicit ei Thomas. Domine, nescimus quo vadis. & quomodo possumus viam scire?] Ex affectu & cupiditate sciendi quo abiret,

B. Thomas, vt de Christi abitu doceretur, omnium discipulorũ ignorantiã proponit.

obijcit Thomas di. *Nescimus.* Ignorato enim termino, viam ad illum ignorare necesse est. Thomas etiam de ea via inquirit, per quam ipsi Magistrum sequi possent. Vt autem hanc ignorantiam faterẽtur, & occasio instructionis daretur, pronuntiauit semẽ. iam superiorem Christus. Thomas ergo vt induceret Christum, ad explicandum, quo abiret, omnium ignorantiam proponit. *Nescimus*, inquit, non ego solus, sed nos omnes. Quam cæterorum ignorãtiam facile sibi persuasit Thomas, quia primum eorum Petrum interrogantem audiuerat, *Quo vadis*, nec respõsum acceperat. Si igitur Petrus ignorabat, cæteros ignorare non dubitauit Thomas: ignorato autem termino, quo vaderet, indubitata res erat viam nesciri. Hac ergo ratiõe omnium nomine generalem denuntiat ignorationem. Est autem cum reuerentia & humilitate, digna Discipulo erga tantum Magistrum prolata sententia, non vt argueret inscitiæ Magistrum, qui nesciret eos ignorasse, sed vt suam tantum ignorantiam & discendi desiderium proponeret. Ex vna .n. parte nõ intelligebat, qua ratione scitis dicti sint, ex altera sententiam Domini veram esse sciebat. Interrogat ergo quo modo hęc cohæreant. Sic equidẽ deceret Auditores interrogare sapientes, aut orare Deum, vt quæ obscura sunt in scriptura intelligeremus, nec iudicare proprio nostro ingenio quæ nobis incognita & sublimia, nec cuius facilem cognitu scripturã asserere. Vt. de licet vnicuiq; hæretico dicere. *Nescimus quo vadis*, quia ad inuia à via veritatis defluxisti. Nescim⁹ etiam quo vadis mortalis, peccator, moribunde. Nã si in via peccatorum ambulare non desieris, si pœnitentiam non egeris, vades ad infernum. Vadis nũc de peccato ad peccatum, de labore & dolore in laborem & dolorem, de periculo in periculum, donec nesciamus quò perueneris.

Dicit ei Iesus, Ego sum via, & veritas, & vita.] Non solum ad verba Thomæ respõdet Dominus, sed ad animos Discipulorum. Non enim confirmati erant in promissione Christi. *Si abiero & praeparauero vobis locum, veniam ad vos*, &c. Idcirco declarat viam, & promissionem confirmat. *Ego sum*, inquit, *via*, per cuius fidem oportet venire. *Ego sum veritas*, quæ ergo promisi faciam. *Ego sum vita*, quia etiamsi mortui fueritis, & occisi, reuocabo vos ad vitam. Quid hoc potest ad animã-dum fortius, ad persuadendum efficacius esse? Reuocabo vos ad vitam, vt assumam vos ad me quando veniam. Dici-

Christus quare via dictus.

tur autem Christus *Via*. Vt enim via est, per quã ab vno termino ad alterum fit transitus, ita per Christum à peccato in iustitiam & ab hoc sæculo in æternam beatitudinem veniendum est: nempe fide in ipsum & obedientia mandatorũ ipsius Eph. 3. *in quo habemus fiduciam & accessum in confidentia per fidem eius.* Vnde rectè Aug. l. 11. de c. D. c. 2. *Hominis*, inquit, *iter est ad Deum, per Deum & hominem qui Christus est.* Ego sum veritas, qui non solum non mentior, nec fallo, sed quæ promitto, impleo, idcirco non est, cur dubiteris me venturum ad vos, & assumpturum ad me. Mihi ergo & in me credite, quia via sum, & quę promisi, certò sperate, nec diffidatis quia veritas sum: vt ne aliquãdo turbemini cum vos occisi propter me fueritis, dicentes, Quomodo ergo ibimus

Christus quare vita.

ad te? Ego sum vita, qui vos resurgere faciam à morte, vt vos assumam ad me, Mors enim non poterit impedire quo minus ad me veniatis, quia ego sum vitæ causa. His ergo verbis instruit, dum docet viam, confirmat, dum promissa stabilit, allicit dum vitam promittit. Aug. in tract. de Epicureis & Stoicis ait: *Quia via est Christus, & piger viator venire nolebat ad viam, ad te, venit via.* Non errabis quia ipsa est veritas ad Christum pergens per Christum. Si Christus tibi via fuerit, hoc eximium bonum consequeris, quod à laqueo venantium liberabis. Diaboli enim tãquam venatores, innumeros tendunt hominibus laqueos, & hæc eorum solicitudo maxima est, vt illaqueatos homines secum deferant. Ab his laqueis longè ambulant illi, quib. Christus est via. Non. n. in via laqueos ponit, sed, *iuxta iter*, Ps. 139. *Scandalum posuerũt mihi.* Non ergo declines ad dextram neque ad sinistram & securus incedes. Si autem viam deserueris, innumera parietis pericula. Diabolus habitat super latitudinem terrę, vt possideat tabernacula non sua, dum diuites & deliciosos possidet, qui viam dereliquerunt. *Quia Deus homo factus*, ait

Deo homine facto, via ad cælum nullum impedimentum.

Hier. *via erit tam recta & plana atque campestris, vt facile possit ab omnibus perambulari.* Non erit ibi leo, qui circumeat quærẽs quem deuoret, & mala bestia non ascendet per eam. In quo ministros dæmonis intelligit idem Hier. neque .n. vestigiũ colubri in petra inueniri potest. Ambulabunt aũt p eã qui liberati fuerint de vinculis peccatorum & redempti à Domino conuertentur, & venient in Sion, & lætitia sempiterna super capita eorum, gaudium & lætitiam obtinebunt. & fugiet dolor & gemitus, vt victo sæculo dicere possint

Cursum

Cursum consummaui in reliquo reposita est mihi corona iustitiæ. tūc ista accident, cum venerit ex Sion qui eruat, id est, Deꝰ carnem accipiēs, factus fuerit via. Qui autem hanc deseruerint viam, in ea incident mala, quæ dolens in persona Domini dicebat Iere. 18. e. *Oblitus est mei populus meus, impingentes in vijs suis, vt ambularent per eas in itinere non trito.* Impingunt hi non in vijs Domini, quæ sunt viæ pulchræ, & omnes semitæ eiꝰ pacificæ. Prou. 3. Sed in vijs suis, antiquas sempiternasq́; semitas derelinquentes, q̄ omnium Sanctorū sunt triteq; vestigijs colentium Deum. Viæ quibus incedunt iusti, sunt pulchræ, rectæ, plenæ, & planæ. Viæ filiorum Adam in necessitate & cupiditate versantur, quę plenę sunt periculis. Nota autem q̄ viæ quæ ducunt ad mortem, sunt triplices, ærumnosa, laboriosa & deliciosa. *Errauimus à via veritatis.* (erit in iudicio impiorum vox) *qui lassati in via iniquitatis viā Domini ignorauimus.* Sap. 5. Summè autem necessarium est viam Domini agnoscere, qua ad ipsum perueniamus, de qua, Ex. 33 *Et nūc, si quæso inueni gratiā in oculis tuis, scire me fac viam tuā, & sciam te.* Ecce orat vt vias suas illi ostendat. Sic David Ps. 132. *Notas fecit Moysi vias suas, filijs Israël voluntates suas.* Vnde David clamabat Ps. 24. *Vias tuas Domine demonstra mihi, & semitas tuas edoce me.*

Via ducētes ad mortem, triplices.

Dicitur autem Christus via & ratione suæ doctrinæ, & ratione suæ exemplaris cōuersationis, mortis, resurrectionis, per quæ nobis ascēsum in cælum parauit & meruit. Hac via incedere debemus obediendo eius doctrinæ, imitando eius exempla, ne audiamus illud Pro. 14. *Est via quæ videtur homini recta, nouissima autem eius ducunt ad mortem.* Vel sic verba accipe. *Ego sum via,* incipientium, *veritas,* proficientiū *& vita* perfectorum. Ego sum via ducens, Ducam te per semitas æquitatis, quam cùm ingressus fueris, non arctabuntur gressus tui, & currens non habebis offendiculum. Veritas lucens, *vobis,* inquit, *timentibus nomen meū orietur sol iustitiæ.* Vita pascens. *Ego sum via,* de qua scriptum est, *state super vias & interrogate quæ sit via bona & ambulate in ea.* Via etiam quia legē manifestauit hominibus qua itur in cælum, sicut longe ante promiserat per Is. 30. *Erunt oculi tui videntes præceptorem tuum, & aures tuæ audient vocem post tergum monentis: Hæc est via ambulate in ea.* Itaq; qui tanquam Doctor iustitiæ à tergo viā salutis demonstrabat, modo vt Rex & pastor ante oues suas vadit, & virtutum suarum exemplis, qua illum sequantur, ostendit viam cæli angustam, quam ille ambulauit.

Christus quare via.

Animaduertamus quid ipsa verba nobis insinuant primo. *Via.* Est via naturalis, est virtuosa, est criminalis. Prima est cunctorum, altera bonorum, malorum tertia. Quoad primam scimus omnia naturalia habere vias suas certas naturales & necessarias per quas vadunt: vt sunt flumina & fontes qui per suas vias currunt versus mare. Et sic homo cum sit res naturalis, & ex principijs naturalibus cōstitutus, necesse est quod viam naturalem currat suam, quę nihil aliud est quam status & decursus humanæ naturæ, infra cuiꝰ ambitum vadunt, & veniunt vniuersi, iuxta illud Isa. 30. *Hæc est via, ambulate in ea, non declinetis ex ea, nec ad dextram, nec ad sinistram.* Et hæc via est triplex, via, sc. per quam venimus per q̄ transimus, per quam eximus. Prima est via natiuitatis, per q̄ intramus huius mundi miseriam, de qua quilibet qui nascitur, dicere potest illud Ios. 23. *Ecce viam vniuersæ terræ ingredior hodiè.* Et hæc est immundissima Ezec. 36. *Iuxta immunditiam menstruatæ facta est via eorum coram me,* & 1. Re. 21. *Porro hæc via polluta est.* Altera per quam progredimur est via præsentis vitæ, & ista est sicut via spatij, per quam de termino ad terminum peruenitur. Hæc autem est aspera & ad transeundum molesta, sicut montium tortuosorum, aut vbi latrones insidiantur: sic via ista tortuosa propter errores, periculosa propter dæmones. Prou. 23 *Insidiatur in via quasi latro, & quos incautos viderit interficiet.* De molestia autem peccatorum est illud Gen. 49. *Fiat Dan coluber in via, cerastes in semita.* De asperitate tribulationum & laborum. Bar. 4. *Delicati mei ambulauerunt vias asperas.* Tertia est via mortis, valde stricta, similis viæ per quam transit coluber, quando vult dimittere pellem suam. Secundo, Est via virtutis aut honoris, per quam boni ad paradisum vadunt, & à mundo & à peccato recedunt. Est arcta propter pœnitentiam. Mat. 7. *Arcta est via quæ ducit ad vitam & pauci ingrediuntur per eam.* Est trita per laborum multitudinem Psal. *Propter verba labiorum tuorum ego custodiui vias duras.* Est recta propter iustitiæ rectitudinem Pro. 11. *Iustitia simplicis diriget viam eius.* Et quælibet virtus est vna via ad eundum in cælum.

Via virtutis & honoris quæ.

Est vero hæc via virtutis multiplex. Quædam enim sunt faciliores & latiores sicut Elcēmosyna & charitas, quę sunt pro diuitibus, quædam asperæ, vt ieiunium, pęnitentia, peregrinatio quæ pro pauperibus sunt. Via Veritatis est certior. Psal. *Viam veritatis elegi, iudicia tua non sum oblitus.* Tob. 1. scribitur, quòd *in captiuitate positus, viam veritatis non deseruit.* Via pietatis est planior: non enim est ita aspera, sed mollis. 2. Reg. 15. *Cunctus populus incedebat per viam oliuæ.* Via puritatis mundior, & hæc est innocentia interior, & continentia exterior. Psal. *Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini.* Quia alibi dicitur. *Deus meus, impolluta via eius.* Via sanctitatis est tutior, signata per viam tritam. Deut. 19. *In medio terræ, quam dedit tibi Deus sternes diligenter viam tuam.* Via honestatis est pulchrior Pr. 30. *Viæ eius viæ pulchræ, & omnes semitæ eius pacificæ.* Via paupertatis breuior, quia minus inuenit vbi erret, quam in alia. 2. Reg. 18. *Currens Achimaas per viam compendij præuenit Chusi.* Via charitatis est latior. Continet enim Deum & proximum, amicum & inimicum, vnde est via regia, Num. 20. & 27. *Gradiemur via publica non declinantes ad dextram, nec ad sinistram.* Via æquitatis est rectior 1. Re. 12. *Docebo vos viam rectam.* Via spiritualis iucunditatis est latior. Psalm. *Cantent in vijs Domini, magna est gloria Domini.* Has vias Auditores ambulemus, vt ad cælum veniamus. Sap. 10. *Iustum deduxit Dominus per vias rectas.* Et de his ait: Psalm. *Notas mihi fecisti vias vitæ, adimplebis me lætitia.* Christus autem generalis via est, per quam ambulantes non deficiunt, nec errant, vt ait ipse hodiè in Euangelio. Iniquis hæc vis arcta est, at si Christus, si caput hanc transiuit, cur nos eam detestamur? Dicunt enim impij illud Isa. 30. *Loquimini nobis placentia, videte nobis errores. Auferte à me viam, declinate à me semitam, cesset à facie nostra sanctus Israel.* Et ideo propter raritatem perambulantium istæ viæ sunt hodiè desertæ & destitutæ. Thr. 1. *Viæ Sion lugent, eò quòd non sit qui veniat ad solennitatem.* Et merirò, quia sicut dicitur, Is. 33. *Dissipatæ sunt viæ, & cessabit transiens per illam.* Si autem viæ pulchræ sunt & amabiles, quando sternuntur herbis virentibus, currunt aquis fluentibus, frequentantur auibus cantantibus: viæ Domini pulchræ sunt & iucundæ, viæque virtutum, quia ibi viror est omnis virtutis & religionis, fluit ibi aqua diuinæ gratię, ibi cantus spiritualis lætitiæ laudat Deum Psalm. *Hic ambulans in via immaculata, mihi ministrabat.* Sunt & semitæ, quæ licet sint difficiliores, asperiores & occultiores, tamen ad cælum certiores, breuiores, & rectiores. Ioan. 1. *Dirigite viam Domini, rectas facite semitas Dei nostri.* Ad incedendum per istam viam, monemur. Isa. 2. *Venite ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob, & docebit nos vias suas, & ambulabimus in semitis suis.* Ne dicatur de nobis quod Pron. 2. *Ipsi dereliquerunt iter rectum, & ambulauerunt per vias tenebrosas.* Vię etiam istæ sunt pacificæ Luc. 1. *Ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.*

Via paupertatis breuior quàm opulentiæ.

Via ad cælum expeditior, etsi versa à ...

De alijs malorum vijs ait Ps. *Contritio & infœlicitas in vijs eorum, & viā pacis non cognouerūt.* Ipsorum via est altissima: semper. n. in mirabilibus super se gradiuntur, sicut capra in altissimis rupibus, & non sicut ouis. Est fœda, sunt enim sicut limax, cuius via apparet immunda. Ps. *Inquinatæ sunt viæ illius in omni tempore.* Est profunda vt auarorum, qui more talpæ infra terram, id est, in bonis terrenis quærunt & faciūt vias suas. Iob. 3. *Quasi effodientes thesaurum, gaudent vehementer cum inuenerint sepulchrum viro, cuius abscondita est via.* Est longa, vt vix possint mundani ad paradisum venire. Prou. 6. *Abijt via longissima, sacculum pecuniæ secum tulit* Io. 9, *Tollite in manib. vestris cibaria ob longissimam viam.* Est torta, vt proditorum qui similes sunt cancro, vel serpenti, qui nunquam faciunt viā rectam. Eccl. 2. *Dereliquerunt vias rectas, & diuerterunt in vias prauas.* Est obscura, vt imperitorum, qui quasi sine lumine de nocte vadunt, & facile in lutum cadunt. Pro. 4. *Via impiorum tenebrosa, nesciunt vbi corruant.* Est incerta, vt stultorum. Pro. 16. *Via stulti recta in oculis eius.* Est lata vt diuitum. Matth. 7. *Spatiosa est via quæ ducit ad mortem.* Ideo Auditores mei, viæ illæ sunt prouidendæ, cauendæ, & dimittendæ. Iere. 2. *Vide vias tuas in conualle, scito quid feceris.* Ierem. 6. *State super vias vestras.* Psalm. *Ab omni via mala prohibui pedes meos.* Et Ierem. 18.

Reuer-

Reuertatur vnusquisque à via sua mala. Et hæc de via.

Christus est veritas.

Christus etiam est *Veritas.* Non tantum verus est, sed & in abstracto veritas ipsa. Verum.n. balsamum cognosces, quia semper ad profundum aquæ in qua ponitur descendit: Sic veritas fæ charitatis apparuit per hoc, quia per carnis assūptionē de cęlo in terram descēdit. Ps. *Veritas de terra orta est, & iustitia de cœlo prospexit.* Habuit, habet, & habebit veritatē Qualitatis corporeæ, Deitatis, & bonitatis. Nam verū corpus humanū assumpsit. *Veritas de terra orta est*, id est, de corpore Virginis ortus est Christus. Habet veritatē bonitatis: quia iustitia cōtinet oēs virtutes: Et omnia quæ in Christo fuerunt, dicta & facta, fuerunt iusta, vera atq; sancta. Apoc. 15. *Domine Deus omnipotens, iusta & vera sunt viæ tuæ.* In illo fuit vera perfectio, non erat. n. hypocrita, sed verus & sanctus. Ps. *Oēs viæ tuæ veritas.* Vera cōpassio. Ps. *Misericordia & veritas præcedent faciem tuam.* Vera protectio. Psalm. *Scuto circundabit te veritas eius.* Vera correctio Psalm. *Iustitiæ Domini rectæ.* Et, *In veritate tua humiliasti me.* Vera donatio. Ps. *Veritas tua manet in æternum.* Vera ordinatio. Ps. *Omnia mandata tua veritas, iniqui persecuti sunt me, adiuua me Domine.* Et Psal. *Iustitia tua, iustitia in æternum, & lex tua veritas.* Vera illuminatio. 1. Ioa. 2. *Tenebræ transierunt, & verum lumen iam lucet.* Vera vita & cōuersatio. Vnde ipse dic. Eccl. 24. *In me gratia omnis vitæ & veritatis, in me omnis spes vitæ & virtutis:* Et Psal. *Propter veritatem & mansuetudinem & iustitiam.* Veritatem etiam habuit realis diuinitatis. Quia de cœlo prospexit, quod illi sedes est. Isa. 66. *Ego sum*, spectat ad diuinitatē veram. Ipse fuit verè carne velatus. Isa. 45. *Tu es verè Deus absconditus.* Vere in cruce grauatus. *Verè languores nostros ipse portauit.* Isa. 53. Verè à morte surrexit. Luc. 24. *Surrexit Dominus verè, & apparuit Simoni.* Verè virtute plen⁹. Luc. 23. *Verè hic homo iustus erat.* Verè honore dignus. Mat. 27. *Verè filius Dei erat iste.* Verè in altari cōsecratus, Ioan. 6. *Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus.* Verus Propheta. Ioa. 6. *Hic est verè Propheta, qui venturus est in mundū.* Ab illo vero omnis veritas & omnis verus. Ioa. 8. *Si manseritis in sermone meo, verè mei discipuli eritis.* Ps. *Veritatem diligit Deus gratiam & glor. dic. Domin. Beatus autem.* Eccl. 25. *qui inuenit verum amicum.* 1. Esd. 4. *Veritas magna est & fortior præ omnibus, omnis terra veritatem inuocat, & cœlum etiam benedicit.* Veritas valet & inualescit in æternum, & viuit & obtinet. Itaq; ad veritatē tenendam, credendam, & dicendam, vt filii Dei, tenemur, Matth. 22. *Magister scimus, quia verax es, & viam Dei in veritate doces.* ne dicatur illud Oseæ 4. *Non est veritas, non est misericordia, non est scientia in terra.* quod de omnibus statibus & actionibus intelligitur.

Christus vera vita & conuersatio.

Christus est vita.

Et Christus est *Vita.* Nō hic necessariū est miserias nostræ mortalis vitæ exaggerare, cuius cōditio laboriosissima, ortus vilissimus, substantia debilissima, destructio facillima, reparatio impossibilis, vt vix vitæ nomine appellari debeat. Sed ex huius cōsideratiōe cognosci potest, qualis vita sit Christ⁹, & iustorū & beatorum, itaq; ad illā aspirare debemus. Sicut aūt videmus q multiplex alteratio & dispositio in corpore requiritur ad hoc, q corpori vita infundatur, q a primo necessarium est, q corp⁹ organizetur & ad susceptionē vitalis animæ disponatur, sic verè ad infusionē vitæ gratiæ necessarium est q dispositio voluntatis & alteratio morum præcedat, vt sic Deus vitam hanc influat & mutet. Disponitur anima culpam auferendo, vt illa primo exeat anteq̄ vita gratiæ introeat. Et sic loquitur Ezech. 18. *Quare moriemini filij Israel, reuertimini, & viuite.* Quia sicut ibid. dicitur, *Non vult Deus mortē peccatoris.* Itē mentem offerendo, & voluntatem & deuotum & hilarem se exhibendo. Res.n. non accipitur, nisi vas apertum teneatur. Heb. 12. *Obtēperabimus Patri Spirituū, & viuemus.* Vltimo Deum inquirendo. Quia sicut forma sine artifice nō inducitur: Sic nec gratia sine Deo infunditur. Quia sicut vita animalis à corde, vita arboris à radice ꝓcedit: Sic vita animę à Deo exit principaliter. Ideo dit Ps. *Quærite Dominū, & viuet anima vestra. Sed dilexerūt homines magis mortē, quā vitā.* Sicut autē natura inueniēs aliq̄ dispositionē materiæ vult exinde animal ꝓducere, sed ꝓpter frigiditatē in dispositione nō potest: Sic frigiditas obdurati hominis obstat, quo minus vitā gratiæ possit infundere Deus. Apoc. 3. *Nomē habes q viuas, & tamen mortuus es.* Viuunt sicut argentum viuum, cum per gratiam non viuant. Et hæc de præueniente motu. Vitæ subue-niens est nobis valde necessaria. Multæ.n. causæ occurrūt, quæ sunt necessariæ ad vitā corpori influendā. Quędam.n. causæ sunt efficiētes, sicut Deus, sol & anima, virtus vtriusque seminis. Quædā sunt causæ materiales, sicut vtrumq; semē, spiritus, cor & arterię. Quędā formales sicut intrinsecæ cōditiones vitæ, quædam finales, sicut illæ ꝓpter quas fit vita: Sic spiritualiter ad habendam vitam gratiæ, multæ causæ spirituales sunt necessariæ. Nam si vna virtus deficit, tota virtus & tota vitæ substantia euanescit, iuxta illud Iacob. 2. *Ille qui deliquit in vno, factus est omnium reus*, imò necessarium est, q quælibet virtus de suo aliquid influat, ad hoc quod gratiā vitæ habeat. Sicut Astrologi de vita corporali dicunt, quod necesse sit, quod quilibet planeta, antequam infans possit esse viuus, influat illi per vnum mēsem, & sic septimo mense possit viuere, & in lucem exire, ꝓ eo quod tunc ibi septem planetæ per ordinem influxerunt: Sic verè necesse est, q in nobis septem, id est, vniuersitas virtutū operetur & influat ad hoc, q vitā gratię nobis donet. Ex quibus videre possumus quod septem sint necessaria ad vitam perfectam & moralē habendā. Eccl. 39. dicitur, q initium necessariæ rei vitæ hominum, aqua, ignis, ferrum, sal & lac, panis similagineus, mel & botrus vuæ, & oleū & vestimentum. Itaq; qui spiritualiter & moraliter vult viuere, debet habere. Primo, Cōpunctionis humorem sc. aquam lachrymarum, Quia sicut pisces sine aqua viuere non possunt, sic homo non potest sine irriguo lachrymarum vitam gratiæ cōseruare. Ps. *Deus vitā meā annunciaui tibi.* Iob. 8. *Nūquid scirpus viuere potest sine humore, & carectū sine aqua?* Sic radix cordis aqua lachrymarum debet irrigari. Secundo, Dilectionis feruorem, aut ignem. Nihil enim sine caloris beneficio potest viuere. Sicut patet, quod circa cor vbi est sedes vitæ, solet calor præcipuus abundare. Et in vere propter calorē solent omnia reuiuiscere. Talis calor est feruor dilectionis & charitatis, quæ est vita propriè cordis. 1. Ioan. 3. *Qui non diligit, manet in morte.* Carbo non viuit nisi igni iungatur, & Tob. 8. dicitur, *Particulam iecoris posuit super carbones viuos.* Tertio, Correctionis rigorem, id est, ferrum. Rigor iustitiæ ferrum est carnis, inquantum est culparum peremptiuus, per quē constat, quod vita gratiæ custoditur. Prou. 12. *In semine iustitiæ vita.* Sapient 5. *Iusti autem in perpetuum viuent, & apud Dominum est merces eorum.* Sicut pluuia & æstas faciunt omnia reuirescere, sic tempestas facit interire, & sic est in homine, cum gratia adest Dei omnia viuunt, cum tempestas tribulationum & frigoris omnia perfundet. Psa. *Si ambulauero in medio tribulationis, viuificabis me.* Sicut enim acetum superfusum apibus oleo mortificatis solet eas viuificare; Sic pœnitentia & acris iustitiæ executio solet illos, quos tangit ad vitam gratiæ reuocare. Math. 7. *Arcta est via q ducit ad vitā.* Ferrū q durum est, & scindēs, Seneca in Epist. dic. Quod *vita humana est quasi ferrū, q si exerceas conteritur, si nō exerceas, rubigine cōsumitur.* Vnde iustitia tā in nobis, q in alijs faciēda dicitur. Pro. 16. *Initiū viæ bonæ facere iustitiā.* Quarto, Discretionis splendorē, id est, sal. Cōmuniter.n. homo viuere nō potest sine discretione salis. Sal.n. condimētum & tēperamentum sapiētiæ designat. Et ideo oportet tā vitā naturalē, q̄ virtualē intrāre, quādo baptizatur, sal in ore ponitur ad denotandū, q tota vita ipsius sale prudētiæ saliatur. Marc. 9. *Habete in vobis sal.* Sicut dic. Sapiens. *Sapientia filijs suis vitā inspirat.* Vnde Pro. 8. *Qui me inuenerit, inueniet vitā, & hauriet salutē à Domino.* Quinto, Affectionis candorē, id est, lac. Quia necesse est q sit lacteus & candidus p castitatē exteriùs corpore & per innocentiæ claritatē & puritatem interiùs in affectione & mente. Lac.n. quod est candidum & dulce, candorem & puritatē continuæ innocentiæ significat, sine quo quidem lacte nequaq̄ vita gratiæ perseuerat, sicut nec pueri viueret, si in principio lac nō haberet. Isa. 55. *Venite & emite absq; argento vinum & lac.* Sequitur, *Audite, & viuet anima vestra.* Sexto, Saporem refectionis, id est, panem. Sicut panis cibus corporalis vitam continuat corporalem, sic cibus spiritualis & sacramentalis scilicet, panis Christi, vitam causat & efficit spiritualem. Septimo, Deuotionis dulcorē, id est, mel, q̄ deuotio continuat nobis vitā. Quia sicut ros de cęlo veniēs cōtinuat vitam aliquib. piscibus & ostreis conchylibus, sic deuotio & oratio Deo commendata, vitam gratiæ continuat hominibus. Vnde de S.

Multæ causæ ad vitā corporis necessariæ.

Viuere spiritualiter volens, quid habere debeat.

Apes oleo mortificatas, acetū superfusū viuificat.

Ioãne legitur Mat. 3. Quod ipse viuebat de melle syluestri, & locustis. Deuotio .n. mel syluestre dicitur, eo quod dulcedo eius multum est syluestris, & nõ domestica reperitur. De isto melle & de ista vua potest dici illud. Ezech. 16. *Dixi tibi, in sanguine tuo viue.* Sequitur: *similam & mel, & oleũ comedisti.* Octauo Cõpassiuus dolorẽ: quia dolor cõpassionis & passionis Christi necessarius est ad vitã gratiæ cõseruandã, quod ostenditur, cum dicitur, *botrus vua*. Botros enim fuit Christus, qui tres naturas in se continuit sc. diuinitatis, animæ & corporis, & qui more botri cũ pressusio palo crucis pependit. Can. 1. *Botrus cypri dilectus meus*. Huius .n. botri passio & in torculari crucis depressio, & vini scil. sui sanguinis captis sio deuotè considerata, & cũ dolore cõpassionis meditata vitã tribuit, & gratiam continuat atq; custodit. Gal. 2. *Christo crucifixus sum, viuo aũt ego, iam nõ ego, viuit verò in me Christus*. Nono, Miseratiuus liquorẽ scil. oleũ. Quia in scriptura clementia & pietas, miseratio, Eleemosyna & benignitas per oleum designantur. Mat. 6. *Tu aũt cum ieiunas, unge caput tuum oleo.* Et sicut vita corporis ieiuniorum dieb. oleo sustentatur, sic vita gratiæ in ieiunio & miseria huius mundi oleo misericordiæ refouetur. Pro. 11. *Clemẽtia præparat vitam.* Quod figuratũ est. 4. Reg. 4. vbi dicitur de oleo, ipsi viduæ mulieri, quòd satisfaceret debitoribus suis, & quod ipsa & filij sui viuerent de reliquo. Psa. *Melior est misericordia super vitas*. Decimo, Cõuersatiuus decorẽ, cũ dicitur vestimentũ. Vestimenta .n. ad vitã corporis sunt necessaria contra frigoris tẽpestatem: Sic verè vestes honestæ apparentiæ vitæ honestæ cõuersationis sunt vtiles & necessariæ. Nam sicut arbor nõ diu viueret, si non haberet corticem, sic nec homo spiritualiter, si vestẽ honestatis & bonæ cõuersationis corticẽ derelinqueret. Animaduerte hic, quod fructus hinc prouenienś, est vita æterna, q́ sequitur viã virtutis. Nulla .n. propriè dicitur vita, nisi ista: quia omnis alia vita, siue moralis, siue naturalis, potest deficere, sed ista nõ, quia Sap. 5. *Iusti aũt in perpetuũ viuent*. Et ista sola est quã Dauid optãda. *Portio mea in terra viuentiũ*. Et alibi. *Domine apud te est fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen*. Ecce itaq; quid sit dicere Christu. *Ego sum vita*. Sunt aũt quattuor virtutes q̃ istã vitã principaliter procurãt prima *Eleemosyna à morte liberat*, & ipsa purgat peccata, & facit inuenire vitã æternã Tub. 4 Secunda, Mandatorum adimpletio. Lu. 10. *Domine quid faciẽdo vitam æternã possidebo*: Cui respondit Dñs. *Si vis ad vitã ingredi, serua mandata*. Tertia, Sapientiæ inquisitio. Eccl. 24 *Qui elucidant me, vitam æternã habebunt*. Quarta, Terrenorum detestatio. Mat. 18. *Omnis qui reliquerit patrem & matrem*. Et quis illã vitam vnam nec oculus vidit, nec auris audiuit, satis explicare poterit? Rogemus eum qui vita est, vt ad illam & nos perueniamus, in qua iam omnes electi triumphant.

Vita gratiæ in ieiunio & miseria, oleo misericordiæ refouetur.

Fructus ex via virtutũ, vita æterna.

Virtutes quæ vitã cælestẽ potissimùm procurãt.

Attendite autem Auditores, horum verborum ordinem. Priùs enim viam, mox veritatẽ, in fine verò vitam posuit, vt doceat neminem vitam assequi posse, nisi priùs per veritatem transeat. Si Christianos vẽs quid quærant interrogaretis, Vitam se quærere responderent, quam per veritatem inuenient, si eam serio & diligẽter quærunt. Dic obsecro religiose, quid quæris? quæro vitam. Benè facis, sed quam nã viã elegisti? Christi inquies, ideo S. religionis habitum accepi. Optimè sed transitum veritatẽ esse scias, vt omnium verus sis religiosus. Iesu Christi exemplum intuere paupertatis, obedientiæ, & castitatis. Verum eius esse imitatorem stude. Religiosum dixerunt aliqui, dici à verbo Relinquere, & illud religiosum appellari, quod est à reb. prophanis ob eius sanctitatẽ separatum. Monachus aũt hominem solitarium significat, & à sæculari conuersatione remotũ. Tu vero Ecclesiastice, qd quæris? Quæro, inquies vitam per viam incedens regiã, quæ est Iesus Christus, eius doctrina & exemplo. Optima quidẽ via, si per veritatẽ trãsis, si verè Iesu Christi vestigia imitatis Summus .n. hic sacerdos secundũ ordinem Melchisedech, Eleemosynas quidem recipiebat, sed nõ vt maioratus institueret, non vt affines suos ditaret, non vt voluptatibus & delitiis se dederet, sed in maxima semper puritate & sanctitate vixit. Quare si quærũ in vobis est, ipsum imitamini, facilè & tutè per veritatem peruenietis ad vitam. Tu verò Iurisperite, quid quæris? Quæro inquies, vitam, ideo Parisijs tot annos literis operam dedi, vt per viam q̃ Iesus Christus est, incederẽ. At opus est te per veritatem transire.

In ordine, prima est via, hinc veritas, postremò, vita.

Christũ imitati, per veritatem facilè perueniemus ad vitam.

& eam omnibus viribus declarare sequi, & à mendacij & violentiæ viribus tueri. Sed tu claram aquam turbas veritatis, sicut equus, vt tu postea lucrum habeas. Tu nobilis vitam quæris per viam voluptuosam quæ pecodum est. Et Dominus detestatur omnes qui loquuntur mendacium, merces & pondera, & alia corrumpunt.

Nemo venit ad Patrẽ, nisi per me.] sc. per fidem in me perfectã & viuã. Terminus igitur Pater est, quo ipse vadit & quo discipuli venturi erant. Sensus ergo est *Ego sum via*. & nõ est alia via perueniendi ad Patrẽ & cœlestẽ gloriam, nisi per me, Act. 4. *Non est aliud nomen datum sub cælo, in quo oporteat nos saluos fieri*. Dum dicit, *Per me*, indicat se esse mediatorẽ Dei & hominum, per quẽ habemus recõciliationem & accessum ad Deũ, cuius gratia & merito & virtute iustificamur & saluamur. Est ergo via vt homo, ad Patrẽ vt terminum, & ad seipsum, vt vnus est cum Patre Deus. Itaq; Auditores quærite Dñm dum inueniri potest & viã dum haberi põt, ne cùm velitis ad Christum, & ad Patrẽ venire, minimè possitis. Nota Io. 6. dixit, *Nemo venit ad me, nisi Pater meus traxerit eum*, hic autem nemo vadit ad patrem, nisi per eum. Ratio est, quòd hic exæquat seipsum ei qui genuit: & ideo hic d. vt ostendat suã diuinitatem, qua est vnus cũ Patre.

Si cognouissetis me, & Patrem meum vtiq; cognouissetis. & amodo cognoscetis eum. & vidistis eum.] Ostensis via & termino, Dñs proponit radicem, vnde procedit eius nescire, quo vaderet, seu terminum ignorare, sc. quia eum perfectè nõ nouerant. *Si cognos. me.* Qui .n. mei perfectam & integrã fidem habet, patris etiã fidem habet. Vna .n. est vtriusq; diuinitas & substantia, quæ sicut diuidi non potest, ita & cognitio & fides indiuiduæ sunt. Promittit aũt cognitionem hanc, & fidem perfectam eis dandam. Amodo .i. deinceps seu ex nũc *cognoscetis* Patrem & me, nempe quando post ascensionem missus est Spiritus S. infundens fidem perfectissimam & integerrimam, qua nouerunt Patrem, ad quẽ Christus verbo iam abibat & ad quem ipsi perducendi erãt. *Amodo*, inquit, *cognoscetis eum*. At, ne se omninò diuersum esse aliquid à Patre significare videretur, quia dixit se esse viam ad Patrẽ, cùm sit verè vnius cum Patre substãtiæ, & ne eos omni cognitione patris hactenus priuatos vsus esset significare, adiunxit. *Et vidistis eũ*, nẽpe in meipso existentẽ. Viderãt .n. eum in Christo per humanitatem, quia cũ sit vna diuinitas Filij & Patris, qui per humanitatẽ videbat Deũ, videbat ẽt Patrem similiter per opera miraculorũ. Nam ẽt Pater illa opera mira per humanitatẽ efficiebat vna cũ Filio. Qui ergo videbat Christum, videbat Patrẽ, sed non cognoscebat, nisi is, qui perfectã fidẽ habebat: sicut is, qui videt eũ, qui Rex est, nesciens eũ esse Regem, videt Regẽ, sed Regẽ nõ agnoscit: sicut Io. 9. cæco dicenti: *Quis est filius Dei, vt credam? Et vidisti eum*, inquit. Viderat prius, sed nõ agnouerat. Vidistis ergo iam, sed amodo cognoscetis per perfectam in me fidem. Si sciretis me & gratiam & dignitatẽ, & eam vtiq; q̃ Patris est, sciretis. Nam per nihil aliud res melius scitur, q̃ per verbũ, & imaginẽ suã. In Filio ergo cognoscitur Pater, & in verbo & imagine propria. Cæterùm discipuli viderunt Christũ secundùm carnem humanã, in qua erat verbũ, & in verbo Pater, vnde in ipso viderunt Patrẽ. Sed attende q Pater nõ erat in carne per vnitatem personæ, sed erat in verbo incarnato per vnitatem naturæ & in Christo incarnato videbatur Pater. Ex eo quidem Deum cognoscimus, quia Christum non imitamur. Vnde Greg. ait: *Quid autem mirũ si in sacro eloquio incommutabilitatem suam Deus pro propter humana menti non aperit, quando & resurrectionis sua solennitate celebrata, quibusdam pronectionum accessib. innotuit, per incorruptionem corporis, quod resumpsit?* Luca quippe attestante didicimus c. 24. quod quibusdam se in monumento quærentibus, prius angelos misit: Et rursum discipulis in via de se loquentibus, ipse quidem, sed non agnoscendus apparuit, qui post exhortationis moras, cognoscendum se in panis fractione mõstrauit. Ad extremũ verò repente ingrediens, non solum se cognoscibilẽ, sed etiam palpabilem præbuit.

Viso Christo, videbatur Pater cœlestis

Christ⁹ de se in via loquentibus apparuit.

Dicit ei Philippus. Domine ostende nobis Patrem, & sufficit nobis. Dicit ei Iesus, tanto tempore vobiscũ sum, & nõ cognouistis me?] Audiens Philippus Patrẽ amodo cognoscendum tantæ cognitionis ardens desiderio d. *Domine ostẽde no. Pat. Sufficit*, inquit, ad deponendum omnem timorem & tristitiam, q. d.

Tu nus de tuo discessu & alijs quæ dixisti tristes & timidos cõsolari & confirmare conaris, ꝑmissione aduentus tui & assumptionis nostri ad te, & p̄parationis mansionum: at ostende nobis Patrem, & sufficit nobis, vt timore & tristitia depositis, non opus sit te plurib. vti rationib. Arguit præterea ignorantiam Philippi, ex qua talis ꝓcedebat petitio. Patrē .n. à Christo separatum, quales humani Patres sunt, existimabat, quorū filij videri & cognosci possunt, non visis nec cognitis patentibus. Idcirco Patrem sibi ostendi petit, quasi iam nouerit filium, paterq; solus superesset cognoscendus. Multum aūt in hoc decipiebatur. Filius.n. Dei nō est à Patre separatus, cū vna & indiuidua sit vtriusq; natura & substātia, vt qui videt & cognoscit filium, videat & cognoscat simul Patrē. Ex hac ignorantia petit, *Ostēde nob. Pat.* At Dñs, ad radicē & causam petitionis conuersus, dic. *Tāto tēpore vobiscum sum*. q.d. putas Phil. te me nouisse, & Patrem tibi superesse cognoscēdum. Non sic est. Non.n. me nouisti, quē ꝓfecto debuisses nosse, tāto tēpore à me edoctus. Si.n. me nouisses, & nouisses Patrē. Vide q̄ Apostoli nihil in terris maius aut iucūdius optant q̄ visionem Patris, ibi sufficit illis. Dicit in Psalm. Dauid. *Satiabor cū apparuerit gloria tua*. At quid miseri mortales pro vno haustu, pro minima carnis voluptate, ꝓ quauis re leuissima negligit & amittunt Patrem & Filium, & omnē gratiā. *Sufficit nobis*: inquit. Multis modis, ô Dñe, ad fidem tuam nos traxisti, innumerisq; signis. Iudæorum impudentia repelli potest, sed nihil omnino deerit, si etiam ipse Deum Patrē ostendes: Hoc.n. maximè faciet, vt Iudæorum ora confutare possimus. Aduerte aūt quod solus Deus ostendere vult, pōt, & ostendit nobis, sicut medicus ægroto, quæ sunt ad sanitatē: Sic ille peccatoribus & mortalibus, quæ sunt ad salutē. Et sicut elephas hominem in nemore errantē inueniēs, p̄cedere solet & ei viam ostēdere, eūq; si necesse sit, à Dracone defendere. Sic Deus in sylua huius mundi nos errantes à diabolo defendit, q̄ nos rogamus, *Et ne nos inducas in tentationem*, vt viā mandatorū suorum nob. enucleat. Eccl. 17. *Creauit ille scientiā spiritum. sensu impleuit cor illorum, bona & mala ostendit eobis*. & Eccl. 18. dicitur, *Ostendit ille viā æquitatis*. Ostendit ergo tenenda, ostendit etiam cauēda, & istam ostensionem petebat. Iob. c. 13. dic. Dño. *Respōde mihi, quātas habeo iniquitates & peccata, scelera & delicta ostende mihi*. Ostendit nob. timenda, vt Dei potentiam & authoritatem, quæ est insuperabilis. Lu. 12. *Ostēdā aūt vobis quē timeatis. Timete eum, q postquā occiderit, habet potestatem mittere in gehennā*. Iob. 13. *Cōtra folium q̄ vento rapitur ostendis potentiā tuā, & stipulā siccā persequeris*. Iustitiam p̄terea, quæ est irrefragabilis, & maximè ille rigor, illa iustitia, q̄ ostendit nob. quotidie in pœnarum & tribulationum immissione, qui timēdus est, quia signum est, quod Deus nobis ꝓpter peccata irascitur, vel ne peccemus, ad nos terrendum talib. tribulationibus terret. Ad terrorem incutiendum, dando legē suā ostendit populo Israel terribilia, ignem ardētem, montem fumigantem, tubam clamantē. De quo Deut. 4. *De cælo audire fecit te vocem suā, vt doceret te, de terra ostendit tibi ignem maximum*. & Psal. *Ostendisti mihi tribulationes multas, & malas, & cōuersus viuificasti me*. Postremò scientiam quę est infallibilis Iob. 11. *Vtinā Deus loqueretur tibi, & ostenderet tibi secreta sapientiæ suæ, & q̄ multiplex sit lex eius*. Ipse est sicut auriga, qui ostēdit virgam equo pigro, vt timore ipsius celeriter currat. Ostendit etiam quid debemus horrere, q̄ est periculum ęternæ damnationis. Ostēdit in quo debemus gaudere, sc. beneficia sua & misericordiam suam nos corrigendo, & curā de salute nostra gerendo. Hoc petebat Dauid, dic. *Ostende nobis Domine misericordiā tuā, & salutare tuum da nobis*. & iterum: *Ostende faciem tuā, & salui erimus*. Multa & damnatis ostendit dorsum Dñs Ier. 18. *Dorsum & nō faciem ostendā eis in die perditionis eorum*. Et ideo faciem diuinæ misericordiæ & gratiæ petebat Moyses. Ex. 33. *Si ergo inueni gratiā in conspectu tuo, ostende mihi faciem tuā, vt sciā te, & inueniā gratiā ante oculos tuos*. Ostendit nob. quomodo debemus inflāmari, ostendens gaudia beatorum. Ideo ipse dic. Apoc. 21. *Veni ostendam tibi nouam nuptam sponsam agni*. Sap. 10. *Iustum ded. Dominus per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei*. *Ostendisti populo tuo* ad timorē incutiendum, *ostendam omne bonum*. Ex. 33. ad alliciendum. Sicut diabolus ostendit omnia regna mundi. Et Deut. 34. dicitur quòd Deus ostendit Moysi omnem terram Galaad & Ester 1. quòd Assuerus fecit grande conuiuiū, vt ostenderet omnib. diuitias regni sui. Ostēdit ad stuporem efficiendū, sicut Ester 1. Assuerus voluit omnib. ostēdere populis pulchritudinem reginæ Vasthi, vt mirarentur & stuperent: Sic ostendit nobis quotidiè virtutē mirabilium suorum, vt ex eorum consideratione in admirationem rapiamur. Mic. 7. *Secundū diem egressionis tuæ de terra Ægypti ostendā ei mirabilia*. Ostendit ad pietatem eliciendam. Miseri vincula & vlcera ostēdunt: Sic nos miserias fragilitatis nostræ debemus Auditores, Deo ostendere, vt ipse ostendat nobis misericordiā suā. Ester 14. *Ostende te nobis in tempore tribulationis*. Ostendit manus & stigmata Thomæ, vt credat. Ostendit multa bona opera nobis. Ioa. 10. vt imitemur. Ostende ô pie Dñe Iesu misericordiam & gratiam tuam & post hanc vitā, gaudia sempiterna. Iterum nota quod discipuli dicant ostensionem patris sibi sufficere: at mortalib. nihil sufficit, nam quo plus abundant honoribus, diuitiis, voluptatib., agris & similibus, eo magis sitiunt alia, nullis cōtenti. Sed & hoc obserua, quod Christus tanto tempore nobiscū est per suā doctrinam, misericordiam, gratiam, sacramenta, miracula imo vsq; ad consummationem sæculi nobiscum esse pollicetur, & tamē adhuc tot sunt hæretici, peccatores, impij, q non volunt cognoscere Christum in sua Ecclesia, fide, sacramētis & donis. Quid faciet in iudicio Deus, quādo hæc rigidius examinabit & duriùs exprobrabit, & grauius vindicabit? Tarditatem enim pœnę grauitate recompensabit.

Apostolis terris nihil maius aut iucundius visione calestis patris.

Metuendū periculum æternæ damnationis, & gaudendū de misericordia Dei, nos corrigēdo.

Cur discipuli dicāt, sibi patris ostensionē sufficere.

Philippe qui videt me, videt & Patrem meum.] Ignorantia redarguta veritatē docet, dic. *Philippe qui videt me*. Cùm.n. vna sit vtriusq; diuinitas, q videt me, eum necesse est videre Patrem. Tu existimas te videre me, & non Patrem, quasi alia sit natura Patris à mea, & ideo petis videre Patrem, scito aūt qui me videt, Patrem etiam videre simul. Duplex est visio, mentis & corporis. Visione corporis Deus nō potest videri p se, tamen videtur p aliud, Quando.n. Deus olim in corporeis figuris apparebat, videri dicebatur etiā oculo corporeo, nō qdem in se sed in figura repræsentante: ita etiam in humanitate assumpta Deus videbatur. Erat.n. Deus vnitus homini, q videbatur, & ea ratione, qui videbant Christū, videbant Deū non per se, sed p humanitatem illā. Cū igitur natura & diuinitas illi humanitati vnita, sit eadē Patris & filij, nō poterat videri filius, quin simul videretur Pater, q esse non posset, nisi vna esset vtriusq; natura & simul etiā homo ille Deus esset. Idcirco ex his verbis multi articuli fidei cōprobantur, nēpe hominem illum Deum esse. Si.n. nō esset nisi merus homo, qui eum videbat, non diceretur Deū videre. Rursus Patrē & Filiū eiusdē, & vnius esse substantiæ. Si.n. non ita esset, non subito, qui videt Christum, videret Patrem. Et id annotat Hil. l. 7. Trin. Rursus aliū esse Patrem, alium filiū in personis, quod annotat etiam Basil. ho. 27. cōtra Sabellianos. Et de hac visione sententia ista ꝓcedit, q̄uis Hilar. non admittat. Si aūt loquimur de visione mentis, tunc aut fides est, aut visio intuitiua. Si de intuitiua loquamur, verissimum est qui videt Patrem, videre Filium, & qui videt filium videre patrem. Si aūt de fide, quæ etiam in scriptura visio dicitur 1. Cor. 13. *Videmus nunc per speculum*, etiam est vera sententia. *Qui videt Filiū, videt Patrem*. Qui.n. diuinitatem filij confitetur, eum patris diuinitatem fateri necesse est, cùm vna & eadem sit. In omnibus his vera est sententia Saluatoris. Magis tñ videtur ad contextum facere, vt de visione illa sensibili intelligatur. Nam visionē distinguit à cognitione, quasi viderint, & nō nouerint. Fides aūt & intuitiua visio ad cognitionem potiùs spectant. Erit igitur sensus. Existimabat Phil. patrem esse alienius substātiæ à Christo, idcirco eū videre cupiebat. Respondit Christus, Non me nouisti: Si.n. nouisses me, sciuisses me esse filium Dei, eiusdem substantię cum patre. Et si hoc nouisses, intellexisses eum qui videt me, videre etiam patrē. Et sicut mea diuinitas per hanc carnem assumptam videtur, ita etiam videtur diuinitas patris quæ eadem est & non q̄siuisses videre patrem, quasi a me separatum. Nam sicut me vides, ita & patrem iam vides. Augu. *Illuc festinate, vbi semper viuatis. Si enim hic amatis miseriam & flendā vitam, vbi homo nascitur cū dolore, viuit cum labore, & finitur cū luctu & mœrore, quāto magis amare debetis vitam æternam, vbi semper summa securitas, summa fœlicitas. Si diuitiæ appetuntur, ibi quærātur, ubi perire non possunt*

Visio mentis est, & corporis.

lampadis. In ore.n.lampadis ardet ignis à quo diffunditur lumen. Etiam Iacob .dic.lampas. Iob. 12. *Deridetur iusti simplicitas, lãpas contempta apud cogitationes diuitũ, parata ad tempus statutũ.* Ambo fuerunt lãpades ignis, quib. ad amorem Dei accẽdimur. Est flammatũ, quib. illuminamur ad cognitionem fidei. Phil.n.gentilib. pdicauit Euangelium Christi, p 20. annos discurrens per Scythiã & Ecclesias construens & presbyteros ordinans, iterum per vnum annum ibi pdicauit, vbi quatuor miranda fecit. Primo, Draconem repulit, Nam cũ quidã Draco, qui erat sub statua Martis, exiuisset, & filium Pontificis, & duos tribunos cũ plurimis occidisset, iussu B. Philippi in locum desertũm descendit nullique omnino nocuit. Secundo, Idolum Martis confringi iussit, & loco eius crucem erexit, quã oẽs fideliter adorauerunt & deuotè. Tertio, Oẽs morbidos flatu Draconis perfectè sanauit, & illis trib. mortuis vitæ beneficium impetrauit, qui oẽs crediderunt in Christum & baptizati sunt. Quarto, hæresim Hebionitarũ, qui carnẽ Christi Phantasticam asserebant, extinxit. Erant aũt illi duæ filiæ sanctissimæ virginis, per quas Dñs multas virgines ad fidem Christi conuertit.

In Scythia Philippus miranda 4.

B. aũt Iacobus pdicauit Iudæis fidem Christi. Vnde quadrupliciter dictus est iustus. Primo, quia iustitiã fidei, qua homo iustificatur, in corde habuit. Ro. 5. *Iustificati igitur ex fide, pacem habeamus ad Deum.* & sic dicitur iustus, quasi iustitiã tenens Eccl. 15. *Qui continens est iustitia, apprehendit illã.* Secundo, Quia iustitiam ore prædicauit. Ps. *Annũtiauerunt cæli iustitiam eius.* Nã septimo anno Episcopatus sui, cõuenientib. Apostolis Hierosolymis ad diẽ Paschæ, Iacob pdicauit illis septem dieb. Paschæ in templo, coram Caipha & alijs Iudæis: & sic dicitur iustus quasi iustitiã tonans. Ps. *In omnẽ terrã exiuit sonus eorum.* Tertio, quia iustitiam operib. ostendit, sicut Iudæi de ipso testificati sunt dic. *Di te tam nos, quam omnis populus, testimonium ferimus, quia iustus es & personam nullius accipis.* Et sic dicitur iustus quasi iustitiam tuens. Quia iustitiam fidei vsq; ad mortem defendit. Eccl. 4. *Pro iustitia agonizare pro anima tua, & vsq; ad mortem certa pro iustitia.* Vnde 30 anno Episcopatus sui conuenientib. Iudæis in die Paschæ Hierosolymis, pdicans de Iesu, clamauit voce magna, dic. *Christus Iesus quẽ vos occidistis suspendentes in ligno, receptus est, sedet in cælis à dextris summæ virtutis Dei, venturus iudicare viuos & mortuos.* Et sic dicitur iustus, quasi iustitiam tutans, quoniam Christianos tutat⁹ est, assecurans eos de pmio iustitiæ fidei.

B. Iacobus dictus quadrupliciter iustus.

Quarto, *Qui videt me*, acerbitate passionis, *videt & Patrem* affabilitate cõsolationis. Vnde dicitur. Sap. 5. *Stabant iusti in magna constantia aduersus eos, qui se angustiauerunt.* Nã quidam sunt, qui pœnas fugiunt. Psal. *In labore hominum non sunt.* Isti aũt Apostoli p Christo pati elegerunt. Ps. *Propter te mortificamur tota die.* Quidam sunt qui etsi pœnas suscipiunt, tamẽ impatienter portant. Sunt.n. sicut rota plaustri, quæ onus portat, & tum remurmurat. Eccl. 32. *præcordia fatui, quasi rota plaustri.* Isti aũt Apostoli in pœnis gloriabãtur. Ro. 5. *Gloriamur in tribulationibus, scientes quod tribulatio patientiam operatur.* Quidam etsi eas patienter tolerant, tñ non pseuerant. Iob. 4. *Tetigit te plaga & defecisti.* Isti aũt Apostoli vsq; ad mortẽ perseuerarunt, 2. Cor. 4. *In omnib. tribulationem patimur, sed nõ angustiamur, persecutionem patimur, sed non derelinquimur, semper mortificationem Iesu in corpore nostro circumferentes, vt & de vita Iesu in corporib. nostris mortificetur.* De passione B. Phil. dicit Isido. l. de vita & obitu Sanctor. *Philippus gentilib. pdicat Christum, barbarasq; gentes vicinasq; tenebras mari Oceano coniunctas ad scientiæ lumen, fideiq; portum duxit. Demum in Hierapoli Phrygiæ vrbe crucifixus, lapidatusq; obijt, simul cum filiabus suis ibi requiescit.* Hæc ille. De passiõe B. Iacobi refert Egesippus Apostolorum contemperaneus l. de Eccl. hist. quod *fuit de pinnaculo tẽpli præcipitatus, deinde lapidatus, cum pertica fullonis exterebratus, tamen super genua procumbens orabat pro persecutoribus.*

Puniti & murmurantes, rota sub onere gementi similes.

Quinto, *Qui videt me*, sublimitatem honorationis *videt & Patrem*, potestatem exaltationis. Sap. 5. *Quos aliquando in derisum habuimus, & in similitudinem improperij, nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniam, & finem illorum sine honore. Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei.*

Hi duo Apostoli computantur inter Sanctos quadrupliciter. Primo, per assistentiam Dan. 7. *Millia milliũ ministrabãt ei, & decies mil. assist.* Assistunt illi, [illegible] sum perfectè videndo, quietè diligendo, iucundè viuendo, promptè obedien[illegible]o.

Philippus & Iacobus inter SS. relati quadrupliciter.

Apoc. 11. *Isti sunt duæ oliuæ & duo candelabra in conspectu Domini terræ stantes.* Secundo, per permanentiam Eccl. 1. Terra aũt in æternum stat. Stant itaq; quia nõ deijciuntur per pugnã quoniam ibi plena victoria est: quia non opprimuntur per culpam, quoniã omnimoda munditia est: Quia nõ debilitantur per pœnam, quoniam ibi nulla miseria est. Quia nõ alterantur per tristitiam, quoniam ibi summa lætitia est Ps. *Stãtes erant pedes nostri in atrijs tuis Hierusalem.* Tertio, per pmenentiam. Isa. 6. *Seraphin stabant super illud.* Quia habent pmineentiam in iudicio. Mat. 19. *Sedebitis & vos.* Quia habẽt præeminentiam in pmio. Lu. 22. *Et ego dispono vobis.* Quia honorãtur à populo. Ps. *Nimis honorati sunt amici tui Deus.* Quia inuocantur p beneficio. Apo. 11. Habent potestatẽ claudere cœlũ nubibus, vt & canit Ecclesia. *Quorum præcepto* Quarto, per audaciam contra inimicos, contra quos stabunt tãquam testes, tanquam iudices, tanq sententiam exequentes, tãquam de sententia gaudentes. Isa. 3. *Dominus ad iudicandum veniet, cum senioribus populi sui.* Et sic viderunt patrem hic per gratiam, nũc aũt per gloriam. Animaduerte, quod nihil est virtutis amatori æquè iucũdum, & quod nulla minus satietate offendatur, atq; iusti memoria, & maximè si passus sit pter Christum. Ea nullum magis excitat ad lætitiam, quã aut pecuniæ amatores, & quæcunq; sunt visu delectabilia eos, qui pulchrarum rerum tenentur amore. Adde quod ipsa iusti memoria nõ solum est iucunda, sed etiã valde vtilis, cum aliquem zeli & æmulationis stimulum immittat animis & ad similia aggredienda excitet. Obseruaetiam ex verbis superioribus, quòd sicut verba & facta Christi sunt patris, ita verba & facta Apostolorum & omnium ministrorum sunt Dñi nostri Iesu Christi. Si quando igitur audis pdicari Euangelium, vides baptizari paruulum, peccatorem absolui, alia sacramenta administrari, Traditiões Apostolicas tractari, poteris ac debes dicere: Hodie vidi opus Dei, imo ipsum Christum vidi pdicantem, absoluentem, baptizantem, sacrificantem, aut similia exhibentem. Nam lingua & vox quidẽ hominem [illegible]ant, sed officium, verbum authoritas, & virtus Dei est. Qui non ita sublimiter sentit de sacramento administrato per simplicem sacerdotem, nec eadem reuerentia suscipit eius doctrinam Catholicam, etiam à malo sacerdote traditam, atque ab aliquo Apostolorum reciperet, iniuriam Christo facit.

Virtutis amator per unde nulla re delectatur, vt vi viri iusti, & maximè pro Christo passi, memoria.

Quomodo tu dicis. Ostende nobis Patrem? Non credis quia ego in Patre & Pater in me est?] Ostẽsa veritate, dictum Philippi carpit, quasi ex imperfecta fide pcedẽs. Si igitur inqt, *qui videt me, videt & Patrẽ*, cur ergo petis, vt, ostẽdã tibi patrẽ quasi à me separatum, cũ ego in patre, & pater in me sit, vna sit vtriusque diuinitas? Suaui reprehensione vtitur dum interrogat. Nõ credis? q.d. Caue ne ita dicas, attẽde, qd petis. Nam id petere, id dicere, est credere me non esse vnum Deum cum patre. Obijciet aliquis, Philippum quæsiuisse videre apertè & distinctè patrẽ. Respõdetur. Si hoc qrebat, petere debuerat. Filiũ etiã sibi ostẽdi, nã nec filium viderat: at ipse existimabat Filiũ ostensum esse sibi & visum, Patrẽ aũt quẽ videre cupiebat, minimè: pptereà reprehenditur. Nã sicut viderat filium, viderat etiã patrẽ, quantum ad naturam & diuinitatẽ, quod vna est. Viderat aũt per humanitatẽ. Signãter tñ dixit. *Nõ credis*: quatenus scirem⁹, in pollicitatione visionis patris & filij, nõ agnitionẽ, sed fidẽ fore necessariẽ. Nunc videlicet *quãdiu in hoc passibili viuo corpore*, ait Apost. 1. Co. 13. *cognosco ex parte*, mediante, ac reuelante fide: *Tunc aũt*, quando scilicet omni triumphata corruptionis molestia, manifesta erit Dei essentia, *cognoscam sicut & cognitus sum.* Id vero tantùm, quod ex parte cognoscimus, & p fidẽ credimus, de patre p filium, & de filio in patre, nob. suadẽt eloquia sapiẽtiæ, eiusdemq; opa mirabilia. Maius quã sermonẽ veritatis testimonium habere nõ possumus, mentiri quidẽ non potest, cùm sit veritas, nec potest non esse quod asserit, cùm sapientia propterea aiebar. *Cælum & terra transibunt, verba autem mea non præteribunt.*

Verba quæ loquor vobis, à me ipso non loquor, Pater aũt in me manens, ipse facit opera.] Duob. argumentis probat se esse in patre, & patrẽ in se. Primum est ab effectu, nẽpe ex verbis & doctrina sua, quæ satis indicabat eum non esse hominem merum, sed Deum vnius cũ patre substãtiæ, & hoc est quod dicit, *Verba quæ loquor*, id est, ostẽdunt, me nõ esse merum hominẽ, sed Dei filium à patre pcedentẽ & diuinitatẽ eius ha-

Christum, esse in patre, & Patrem in se quomodo probet.

bentem. Verba autem Christi id significabant, non solum quia Christus suis verbis id exprimebat, sed quia doctrinæ qualitas & verbi efficacia hominis meri non er[illegible] el inimicis fatentibus, *Nunquam sic locutus est homo.* Non [illegible]m ergo verba significabāt illum à Deo loqui quasi Prophetam & Sanctum, sed etiam quasi Dei filium, in quo diuinitas existebat. Attende verba illa, quę per humanitatem proferebantur fuisse Patris & Filij, quantum ad verborum substantiam, nam effectu erant à diuinitate, quæ vna est patris & filij, nihilq; efficiebat filius, quod non faceret pater: tamen quantum ad significationem filio tribuebantur, quia persona filij erat vnita humanitati illi non autem persona Patris. Et hac ratione Christus dicebat se esse filium Dei, nō aut dicebat, se esse patrem, quāuis verbum hoc factum esset à filio & à patre: quia à filio procedebat per humanitatem, tanquam instrumentum suæ personæ coniunctum, & à patre per eandem humanitatem, sed tanq̄ per instrumentum separatum respectu personæ.

Christus cur se dixerit esse filiũ Dei, & non, se esse patrem.

Alterum quod est fortius argumentum colligit ex operibus. Si.n. sola verba essent, dicerēt increduli: Nescimus an verba ista sint patris: at de operib. nisi per impiam blasphemiam & deploratam malitiam id dicere non poterant. Suscitare.n. mortuos, illuminare cæcos & alia huiusmodi, aptè erant opera patris. Ex operibus igitur confirmat patrem in se manere, id est, eādem cum patre habere diuinitatem, quia eadem facit cum illo. Sensus igitur totus hic est: Pater in me est & ego in patre sum, quia vna est vtriusq; diuinitas, quod ex eo colligere potestis, quia verba quæ ego loquor, diuina sunt, nec hominis meri, sed Deo ꝓpriæ, Est ergo in me diuinitas patris: At si hoc vobis satis non est opera cōsiderate, quæ solius Dei esse negare nemo potest, & ex hoc colligetis me esse in patre & patrem in me, i. me eandem cū patre habere diuinitatem. Inde.n. procedit, si ego loquor, ipsum etiā mecum loqui, & si operor, ipsum etiam operari. Vnū percōtabitur aliquis. q etiam ꝓposuit Chrysu. ho. 73. Cur nō dixit. Verba, *quæ loquor, à me ipso non loquor, Pater aūt in me manens, ipse loquitur*, sed dixit, *Pater in me manens ipse facit opera*. Respondetur, Hebraismū esse, & breuitatis causa sic dictum, loco huius sententiæ: Verba: q̄ ego loquor, à me ipso nō loquor, & opa quæ operor, à me ipso non operor, sed pater in me manens ipse loquitur & ipse mecum operatur, vt cōmunia sint vtriq; verba & opera sicut etiam natura. Cōcludit itaq; quod ꝓbare intendebat & sensus est. Si nō creditis me in patre & patrem in me esse, id est, si ꝓpter sola verba mea & mihi simpliciter affirmanti fidē nō habetis, saltem ꝓpter ipsa opera quæ patris sunt credite. Hoc. o. argumentum fortius est. Nisi.n. pater in me maneret, opera talia non facerē. Hinc confirmata manet illa sententia. *Qui videt me, videt patrem*. Huius.n. occasione reliqua dicta sunt.

Cur dictũ, Pater in me manēs. ipse facit opera.

Amen amen dico vobis. Qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipse faciet, & maiora horū faciet.] Exhortatus erat discipulos, vt crederēt eū esse in patre, & patrē in se, & ex operib. ipsius facile illos posse cognoscere patrem esse in se. Ad hāc eandē fidē, ꝓter opera nouū inducit argumentū, q.d. si opera quę ego facio vob. non suadent, me esse in patre & patrē in me suadeāt saltē opa, quę facturi sunt credētes in me, & me esse in patre, & patrē in me; Nā hi faciēt opera, quæ ego facio patris & diuinitatis. Vis & efficacia hui⁹ argumētī in eo est posita. Qui me esse in patre, & patrē in me, hoc est, me esse filiū Dei patri cōsubstantialē credēt, faciēt mira opa, q̄ ego facio, ꝓpter fidē hāc. Igitur verū est me esse in patre & patrē in me; Nisi.n. hoc verū esset, q id crederet, nō efficeret opa talia p hanc fidē. Et reuera magnū & efficax argumentū ad veritatē Christi confirmandā fuerunt, & sunt opa, quę virtute talia fidei fiunt & effecta sunt. Auget argumentū. Nō .n. inqt, hęc faciēt, q̄ ego facio tantū, sed adhuc maiora his, q̄ ego feci. Nō significāt hæc verba, omnia miracula ꝑ credētes facta fuisse maiora his omnib⁹, quæ fecit Christ⁹, sed multa fecisse maiora multis, quæ per Christū effecta sunt. Maius.n. fuit vmbra Petri sanatos infirmos, q̄ tactu fimbrię Christi, vt dic. Aug. trac. 72. Nec est generalis hęc ꝓmissio, quasi oēs credētes id facturi sint. Hæc.n. verba ad cōfirmādam illā sententiā ꝓnunciata sunt, nēpe Christū esse in patre & patrē in eo; ad q sufficit, si virtute hui⁹ veritatis & fidei fiant, & facta sint opera diuina; Non tñ necessarium est semper fieri, & à quocunq;, quod ipse Dominus paulò inferius exponit. Aug. tract. 72. sic exponit verbum hoc. *Maiora, inquit, fecerunt discipuli, quia multò plures conuerterunt, quā Domino ipso prædicante cōuersi sunt, quod non solum in gentibus factum est, sed in ipsismet Iudæis.* Vel d. *maiora faciet*, si expedierit, & maiora faciendi se obtulerit occasio iusta. Vel *maiora* secundùm hominum æstimationem. Vel *maiora*, id est, plura. Significat ergo Iesus, ideo credentes in se facturos eadem, imò & maiora, quod ipse mundum relinquens iam vadit ad patrem, ad quem regnans gloriose facturus sit per fideles, quæ illi peterent, etiamsi maiora peterent, quàm ipse fecisset. Quoniam quamdiu in mundo vixit, tempus humiliationis ipsius fuit; Ipso autem in cœlo existēte, maiora & plura miracula erant optanda, quod per eos nunc nomen Christi erat illustrandum magis, ac tunc opportunum esset, vt sua potentia & gloria, quam apud patrē habetet, magis toti orbi declararetur. Hæc maxima Apostolorum fuit dignitas, quorum admirandis operibus Christiana Religio propagata est, in quibus illud Sophon. impletum retulit c. vlt. Hieron. *Auferam de medio tui magniloquos superbiæ tuæ*, hoc est, Sacerdotes & Pharisæos Iudæorū, *& derelinquam in medio tui populum pauperem & egenum & sperabunt in nomine Domini.* cùm è medio sublatis legis sacerdotibus, egeni loco illorum, Apostoli sunt electi & delegati, qui Domino fidente ea ingentia patrarunt opera. His dictum fuerat Isa. 41. *Ego posui te quasi plaustrum triturans nouū, habens rostra serrantia triturabis montes & comminues, & colles quasi puluerem pones*, cùm hominum duritiam ad Euangelij humilitatem adduxerunt. Homines miracula videntes in stuporem conuersi sunt. Sicut & Paulo accidit & Barnabę, Act. 14. Credentes Lycaonici, quod dij similes hominibus descendissent ad illos, quos vt Deos colere nitebantur, nō credentes facta illa miracula & opera hominibus esse possibilia, sed diuorum qui cęlos incolebant, propria. Cùm primates Iudæorum indignatione pleni Apostolos à docendo coercere niterentur, mirabantur eorum constantiam, comperto quod homines essēt idiotæ, si in carcerem mittebantur, angeli aderant, vt soluerent illos. Et valdè salubre est nobis ex hoc, vitas & res gestas sanctorum audire & conseruare.

Apostolorum in quo dignitas maxima.

Quia ego ad Patrem vado, & quodcunque petieritis Patrem in nomine meo, hoc faciam, vt glorificetur Pater in Filio. Si quid petieritis me in nomine meo, hoc faciam.] Causa, cur credentes, miracula facturi sint: est: *Quia vado.* q.d. Iam ego in hoc sæculo visibiliter non ero, nec amplius cum hominibus, vt hactenus conuersabor, ideo hoc munus manifestationis mei credentibus in me relinquo, & ipsi facient & persequentur facere opera mea, Ita Chrysost. hom. 73. exponit. Secūdum verbum causam reddit, cùm maiora facient: *Quia iam ego ad Patrem vado.* Tempus humilitatis & abiectionis meę iam completum est, gloriam meam recipiam, non est, cur iam multum abscondam in paupertate & humilitate sicut feci, quia passurus & pro hominibus moriturus veni: ideo opera feci mira, quibus in me homines credere potuissent, si voluissent: At non ea omnia feci, quæ si fecissem, omnes ad me traxissem, Non enim locum dedissem morti meæ & redemptioni: at nunc ad patrem gloriosus vado, nomen meum manifestandum gentibus & populis, & ideo maiora & quæ ego non feci, facient discipuli & fideles mei. Ita exponit Cyril. l. 9. c. 41. Tertium Verbum. *Et quodcunq; petieritis.* Vtramque complet rationem. Vado quidē & ad patrem vado, non vt otiosus sim, non vt ab opere vacem, sed facturus quodcunque petieritis in nomine meo, id est, ad nominis mei inuocationem faciam omnia, per q̄ pater glorificandus est in filio, id est, quibus manifestabitur diuinitas mea, secundùm quam pater est in me. Glorificatur enim pater in filio, dum filius consubstantialis ostenditur ipsi patri, per illa opera quæ facit filius, qui Christus est. Sunt autem hæc verba continuata, vt sit sensus, Iā non est. cur meam occultem gloriam, vt primùm per vos faciam omnia, quæ ad mei manifestationem necessaria fuerint, idque ad vestram petitionem, quam facietis in nominis mei inuocatione & in virtute fidei declarandæ. Attende dic *Hoc faciam*, se [illegible]eum ostendit, qui hæc operatur, nec esse discipulos, qui propria virtute efficiunt, sed Chri-

Credentes quare miracula essent facturi.

Quomodo pater glorificetur in filio.

stum

stum in ipsis. Maiora ergo facient at non erunt maiores, eadem facient, sed non erunt æquales, quia Christus est, qui per eos facit. Obseruatis sus. *Vt glorificetur pater in filio*, non semper miracula fiunt, nisi quando ad fidei manifestationē & gloriam Dei id opus est. Animaduerte tandem in his verbis, quod post fidem ad quam discipulos exhortatus est, rectè ponitur inuocatio. *Si quid petieritis*. Nisi enim fides præcedat, inuocatio esse non potest. Rom. 10. *Quomodo inuocabunt, in quem non crediderunt?* Rursus ante cætera omnia merito inuocatio & petitio statuitur. Ad ea enim omnia asse-quenda auxilium diuinum necessarium est, ideo ab eo petere oportet. Percontaberis cum iam dictum sit, *quodcunq; petieritis Patrem in nomine meo*, cur hæc repetat? Respondetur ad distinctam sententiam hæc pertinere. Priora enim illa verba posita sunt, vt ostenderet credentes facturos opera mira, quæ fecit Christ⁹ & maiora. Et ratio adiuncta est, quia vadit ad patrem, facturus ea quæ petierint credentes, vt pater in filio glorificetur, id est, ad veræ fidei ostentationē. Idcircò ad documentum fidei, nempe vt credant. Ita enim illa pertinent: verba ista aliā habent sententiam & documentū generale omnib. credentib⁹, & nō de miraculis, sed de his, quæ vnicuique ad salutem spiritualem propriam necessaria sunt, procedunt. Loco enim præsentiæ suæ relinquit & dat petitionem in nomine suo. Dicitur aūt, *Petieritis me in nomine meo*. Petere Christum, est orationem & petitionem dirigere ad Christum. Petere autem ipsum in nomine eius, est ea quæ rogamus, ipsiusmet merito & virtute ac fide petere, vt ipse sit quem petimus, & ipse sit, cui⁹ merito impetrare speremus, quod petimus, quod sine fide in ipsum esse non p̄t.

Cur repetita verba, Quodcunque pet Pat. in nom. meo.

Petere Christum, & Christum petere in eius nomine quid.

Considerate quæso, Auditores, quàm dispar sit petitio visionis Thomæ Apostoli, volentes etiam vulnera Christi tangere, & horum discipulorum, illius tamen post Christi resurrectionem, horum ante passionem, & quàm leuiter, q̄ solidè eos pro nostra instructione & fide instituat. Per illos enim nos fidē accepimus, in qua vt maneamus, vt viuimus, vt saluemini, vehementer rogandus est vt Deus. *Optat autē dare*, inquit Chrys. *qui præcipit petere beneficia ingerit, qui petendi hortamenta exprimit, cupit largiri. qui desiderat posci clari. ille sua dat, qui præstat, ille hortatur qui donat, occasiones ille dandi exquirit, quia beneficia tribuere consueuit. Si quid petieritis*, ait q.d. Talem me sentietis in dando, qualem nunc in promittendo conspicitis. Magna vtique fœlicitas hominis, si beneficijs respondeat creatoris. Habete fiduciam Christiani, vt petatis, petite quod desideratis, vt si tamen actus vos non faciunt indignos, si facta, quod vocamini, ostendunt. Deus enim & fiduciam petendi tribuit, & voluntatem dandi se habere ostendit. Tunc tribuitur quod optatur, si bonus actus & morum probitas comitetur. Ecce Christus via est. Eam viam rectam qui sequitur, errare non poterit. Christus veritas est, qui in hac veritate, scilicet Christo, manet, is falli nequit. Christus vita est, qui in charitate Christi manet, manseritque vsque ad mortem, is veniet ad patrē, superato omni periculo carnis, mundi & diaboli, quo ille fortiter prostrauit & subiugauit. Ecce Christus ipse Aduocatus est, 1. Ioan. 2. *Si quis peccauerit aduocatum habemus*. Intercessor est, Ro. 8. *Iesus qui ad dextram Dei sedet, qui etiam pro nobis interpellat*. Mediator est, 1. Tim. 2. *Mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus*. Saluator est, Phil. 3. *Saluatorem expectamus*. Eph 5. *Christus caput Ecclesiæ, ipse est saluator eius*. Redemptor est, Isa. 34. *Redemptor tuus sanctus Israël Dominus*. Magister est, Ioan. 13 *Vos vocatis me, Magister & Dominus*. Pastor est, Ioan. 10. *Ego sum pastor bonus*. Sacerdos est, Psal. 109. *Tu es sacerdos in æternum*. Iudex est. Act 10. *Constitutus est à Deo iudex viuorum & mortuorum*. Omnia est, omnia potest, omnia promittit, omnia donat, & donabit; ad illum ergò currite, in nomine ipsius petite, *petite & accipietis* hic veniam, misericordiam, & gratiam, & in futuro sæculo fœlicitatem & gloriam. Amen.

Fœlicitas hominis magna, beneficijs respondere Creatoris

(****)

Laus Deo, *& Beatissimæ* Mariæ *Virgini, & omnibus Sanctis.*

IN FESTO S. SIGISMVNDI REGIS BVRGVND. MARTYRIS CHRISTI, ET PATRONI BOHEMIÆ.

Ego sum vitis vera, Ioan. 15.

MAGNUM in nobis quodammodo igniculum, ad iustitiæ suæ adipiscendam semitam, diuina pietas succendit, cùm dicit: *Oculi Domini super iustos & aures eius ad preces eorum*. Ostendens quod qui iustitiam ea toto corde dilexerit, cùm deprecatus fuerit, audiatur à Domino. Vtinam quisque nostrum cùm hæc tentare cœperit, statim spretis mundi scandalis, neglectis concupiscentijs vanis, & derelictis semitis prauis, iustitiæ viam expeditus, & sine impedimento sæcularium actionum conaretur non ingredi, sed & irrepere. Per hanc enim viam Abel iustus suscipitur, Enoch beatus assumitur, Noë reseruatur, Abraham eligitur, Isaac benedicitur, Iacob dilatator, Ioseph custoditur, Moyses sanctificatur, Dauid prædestinatur, Salomō ditatur, tres pueri inter incendia vehementia vaticinātur, Daniel inter innocuas bestias pascitur. Per hanc viam Apostoli diriguntur, martyres beati glorificantur. Et qualiter dicetis, scilicet dum infima curant, mortua suscitant, præsentia contemnunt, futura desiderant, tortores despiciunt, pœnas non sentiunt, ad cœlestia regna contendunt. Quod procul dubio virtute propria non obtinerent, nisi per viam iustitiæ incedentes rectissimè, à Domino audirentur. Sic & inclytus martyr Sigismundus quondam Rex Burgundiæ, nunc magnus patronus Bohemiæ, cuius reliquias Dei gratia, & Caroli Quarti Imperatoris auxilio hæc Ecclesia obtinet, cuius diem festum annuū tota Bohemia hodie celebrat, ab hoc igne succensus hæc concupiuit, & tota mente desiderauit. Diuinis autem muneribus & cœlestibus beneficijs condignas referre gratias non possumus. Nam vt venerādas sanctorum reliquias haberemus, Deus noster tribuit, deinde vt hæc honori eorum Basilica fundaretur ipse largitus est, & hodie vt memoriam & patrocinium S. Sigismundi celebrare mereamur, ipse cōcessit. Et quia Euangelium superius latissimè explicatum est, pauca de Martyrio dicemus, cuius quidem magna est gloria, quia est vera fidei regula, & donum Dei, & gradus purpureus ad cœlum, & ipsi martyres sunt post Christum fidei & salutis authores, & stellæ hybernæ, quæ in hyeme Idololatriæ illuxerunt, & magni diuini nominis & verbi testes, qualis & Sigismundus fuit, cuius in fine historiam breuiter enumerabimus.

Per quam viam sancti olim Dei amicitiam & beneficia experti.

Martyres post Christum, fidei & salutis autores.

In hoc natali S. Sigismundi martyris, Auditores, non possum melius loqui, quàm quod D. Bernhardus Abbas serm. de natali martyr. scribit, cuius hæc sunt verba: *Quia Dominus noster Iesus Christus, nostræ carnis suscepit infirmitatem, vt inimici à vobis expelleret potestatem*, prophetica sinè dubio restat oratio, quam in Typo fidelium Dauid olim proferens dic. *Deus repulisti nos & destruxisti nos*. Per hunc quippe Dauid, qui in libris Regum plurimas regiones cæde & incendio debellasse narratur, verus ille manu fortis Iesus Christus Dominus noster spiritualiter signatur, qui in hunc mundum veniens, vt filium à patre, & nurum à socru diuideret, attulit ignem quo incenderet, & gladium quo occideret: vt cùm in cordibus fidelium, non ferro, sed verbo, non gladio, sed spiritu vitiorum faceret stragem, per amoris ignem ad geminæ dilectionis compagem eos reuocaret. Hæc igitur vitiorum stragea, & virtutum series in sanctissimis Christi martyribus, Sigismundo & socijs, quorum hodie festa colimus, perfectissimè claruit, quando diuina inspirante gratia, mundus & cōcupiscentia eius in eis funditus exarsit: ita vt peccatis omnibus in eis destructis, non immeritò dicere possint inter alios: *Deus repulisti nos & destruxisti nos*. Qui enim in primis pater-

Sigismundus omnisq; vitiorum hostes, & virtutum studiosi.

ribus nostris repulsi sunt à Deo pro traduce pomo, hos in ligno crucis postea traxit ad se idem Deus & homo. Et ideo pia repulsio & paterna destructio, quæ sic hominē repellit vt reuocet, sic mortificat vt viuificet. Talis quippe destructio corda fideliū & virtutib. decorat, & à vitijs purgat, de qua d. Ps. 40. *Nunquid qui dormit, nō adijciet vt resurgat?* Hæc est illa destructio, per quā Deus hos sanctissimos viros destruxit, vt Saulum, vt in melius mutaret vt Paulum. Qui etsi in primo ætatis flore, quasi mane alicuius malitiæ prædā comederent cum Saulo, postea tñ in præsentis vitæ vesperis prorsus animis suis spolia veritatis diuisēre cum Paulo. Sed tñ aliter destruxit eos Deus, de quibus d. Ps. 27. *Destrues eos & non ædificabis eos*, aliter eos qui mutantur in melius, de quib. hic d. *Deus repulisti nos, & destruxisti nos.* Illos enim destruxit ad ruinam, non ad resurrectionem, istos verò ad correctionem, non ad perditionem. illos vt in melius non mutētur, istos vt ædificentur & sanētur: Illos destruxit, vt cum Saulo deijciantur, illos vt cum Dauide erigantur, illos vt cum vxore Loth respiciant retro, illos vt ad pœnitētiam reuertantur cum Petro. Tali quippe modo & hos sanctissimos viros repulit & destruxit, qñ per fidei lumen & charitatis ignem eis clementer illuxit, quatenus diuinæ dilectionis igne succensi, perpetuò illi adhærerent igni, qui nullis vnquā tentationibus poterit extingui. Repulit etiam eos & destruxit, qñ de tenebris ad lumen, de morte ad vitam sua eos pietate reduxit, quatenus per ipsum liberarentur ab inferno mortis æternæ, qui per Prophetam Os. c. 13. d. *Ero mors tua, ò mors: morsus tuus inferne.* Repulit eos & destruxit, qñ in eis magnificans misericordias suas, secundum Isa. 43. *Deleo iniquitates tuas:* quatenus in plenis Ecclesiæ pressuris eo facilior illis pro Christo omnis videtur labor: quæ continuò subiūgēs, *Peccatorū tuorū*, inquit, *non recordabor.* Repulit eos & destruxit, qñ ab eis sicut nubem ventū abstulit iniquitatē aptans eos omni bono, vt facerent eius voluntatē. Repulit & destruxit eos Christi charitas inuicta, qñ conuiuificauit eos cum illo condonans eis omnia delicta. Repulit eos & destruxit, qñ vt immarcessibilem vitæ æternæ perciperēt coronā, conuersationē inter gentes habuerunt bonā, quatenus confirmati per verbum Dei viui & permanētis liberarētur à voce exprobrātis & obloquentis. Repulit eos & destruxit, qñ vnusquisq; eorum dolore cordis intrinsecus tactus, non solùm auditor verbi, sed etiā factor est factus. Qui quoties vultum natiuitatis suæ, diuinæ legis cōsiderauit in speculo, toties se immaculatū custodiuit ab hoc sæculo. Repulit eos & destruxit, qñ spiritus disciplinæ qui effugit fictum, à cordibus illorū quodlibet extirpauit delictum, quatenus à malarū cogitationum eo diligentius se custodirēt affectu, quo idē spiritus veritatis aufert se à cogitationib⁹, quæ sunt sine intellectu. Repulit eos & destruxit qñ vnusquisq; illorū recolens apud se, quòd lingua imprudētis subuersio est ipsius, applicare se noluit imprudētiæ illi⁹, quatenus per ipsum, cui omnis linguarū scurrilitas est sēp exosa liberaretur à labijs iniquis & lingua dolosa. Repulit eos, & destruxit, qñ repleri fructu iustitiæ, epulari noluerunt in fermento malitiæ & nequitiæ, sed cōtempto poti⁹ cibo falsitatis, epulati sunt in azymis synceritatis & veritatis. Repulit eos & destruxit, qñ vt apprehēderet in eis messium diuinarum matura vindemiā, Spiritui S. noluerūt inferre blasphemiā, scientes videlicet, quia spirit⁹ gloriæ Dei vere in illo requiescit, qui Christiani nominis nomen non erubescit. Repulit eos & destruxit, qñ odio habentes oēm viā iniquitatis, viā potiùs eligēre veritatis, illi videlicet sine intermissione supplicantes verbis & re; ad quē Psalmograph⁹, Ps. 118. *Viā iniquitatis amoue à me.* Repulit eos & destruxit, qñ vt in eis cœlestis sapiētiæ requiesceret thesaur⁹ iuxta præceptum Salomonis, non se extollebant in cogitationib. animæ suæ, velut thesaurus, ne fortè illuderetur virtus illorū per stultitiā, si amare iniquitatē, & odisse viderētur iustitiā. Repulit eos & destruxit, qñ odio habētes oēm raptorem & bilinguem in seipsis totius detractionis ac susurroris extinxerunt ignem, scientes videlicet, quia sicut cōfusio & pœnitentia est super furem, ita & detractio pessima super bilinguem. Repulit eos & destruxit, qñ possessione virtutis & depositione malitiæ liberati à peccato, serui facti sunt iustitiæ, cum populo illo gloriari nolentes in malitia, de quo Dauid, *Labor in medio eius & iniustitia.* Repulit eos & destruxit, qñ in cordib. eorum sermo ille fructificauit egregius, de quo Apost. *Non regnet*, inquit, *peccatū in mortali vestro corpore, vt obediatis cōcupiscentijs eius.* Repulit eos & destruxit, qñ terrenam ex integro deserentes curam, pecuniā suam nō dederunt ad vsurā, ne quis illorū plebis illius pœnā incideret solus, de qua Dauid, *Non defecit de plateis eius vsura & dolus.* Repulit eos & destruxit, qñ recolētes apud se, quòd omnis peccator est iouid⁹ & bilinguis, cōmunicare nolebant operib. eorum indignis, ne perfidiam illorū lingua imitarentur venenosa, de quib. Propheta, *Locuti sunt aduersum me lingua dolosa.* Repulit eos & destruxit, qñ in diuina cum illis cōuersabantur theoria, de quib. d. *Beati immaculati in via.* vt inter illos qñq; mercedem perciperent laborum, de quib. scriptum est, *Nouit Dominus dies immaculatorū.* Hæc est illa destructio, per quā isti martyres sanctissimi, inter electos & circumcisus destructi sunt patres, qñ per armaturam Dei induti iustitiæ armis, circumcisi sunt circūcisione non manufacta, in expoliatione corporis carnis. Et ideo quia nullus vitiorum nostrorū potest expellere chaos nisi cui pro gratiarū actione dicimus: *Deus repulisti nos & destruxisti nos.* ideo propheta enumerat ius adhuc & alia beneficia redēptoris cōtinuò subinferens. *Iratus es*, inquit, *& misertus es nobis.* O ira misericors, quæ sic irascitur vt subueniat, sic minatur vt parcat, sic aufert vt restituat, sic tradit vt eripiat, sic destruit vt muniat, sic abijcit vt recipiat, sic auertit, vt respiciat, sic claudit vt aperiat, sic exigit vt dimittat, sic deijcit, vt erigat, sic perdit, vt requirat, sic amittit, vt custodiat. Sed quæ sit ista indignatio, Propheta testatur, quā vtramq; exprimens euidenter, inquit: *Ira in indignatione eius, & vita in voluntate eius.* Ps. 29. Quasi. n. ita in indignatione eius versatur, qñ impijs & sceleratis sic irascitur, vt non misereatur Hanc vocē filij Dei martyres isti beatissimi nō immeritò qñq; cum electis debent audire, *Venite benedicti*, & nō, quā scelerati, *Discite à me.* qui in seipsis olim quæ vel quanta sit ira vel misericordia Dñi, solebant benè viuendo sentire, quod Dauid nobis in exemplum proponens diuinæ miserationis. *Iratus es*, inquit. *& misertus es nobis.* Quasi enim iratus es huic sanctissimo martyrum choro, quoties carnis infirmitate peccauit, misertus qñ seipsum lachrymis pœnitentiæ post flagitia mundauit. Iratus, qñ superstitiones totius erroris in eo destruxit, misertus, qñ ei lumen veræ fidei & veritatis illuxit. Iratus est erci Deus, si qñ in vno præcepto charitatis offendens, factus est omniū reus, misertus qñ ei studebat adhærere charitate, *quæ non gaudet super iniquitate, congaudet aūt veritati.* Iac. 1. Iratus, si qñ pupillis non erat misericors vt pater, misertus qñ misericordiæ operib. misert⁹ est eorum magis quàm mater. Iratus, si qñ, quod absit, ore falsitatem proferens, corde nō habebat veritatē, misertus, qñ conuenticula declinans, fallaciam aduersus fratrem suum noluit amare mendacium. Iratus, si qñ animo feruens cōtentioso contra præceptum Salomonis. Pro. 22. *Cū viro ambulauit furioso*, misertus, qñ obediens eidem viro facundo, noluit esse amicus homini iracūdo. Iratus, si qñ misericordiæ operib. nec Deo amabilē, nec cōgregatione pauperū se fecit affabilem, misertus qñ per amorē viui & permanētis verbi liberauit eum qui iniuriā passus est, de manu superbi. Iratus, si qñ innocentiam despiciens saltem, non eruit eos qui trahebantur ad interitum. Iratus, si qñ postponens sententiam Salomonis, proximis suis reddit mala pro bonis, misertus qñ præceptum Apostolicū corde prosequens inuicto, nō reddidit malū pro malo, vel maledictū pro maledicto. Iratus, si qñ imitatus est illorum nequitiam, de quibus scriptum est, *Os stultorū ebullit stultitiā.* Misertus qñ illorum secutus est sapientiā, de quib. scriptū est, *Lingua sapientium ornat scientiā.* Iratus, si qñ oblitus infirmitatis humanæ, misereri noluit ei, qui egebat pane. Misertus qñ ille proximo diuiserat panem suum, de quo veritas, Isa. 58. *Frange esurienti panem tuum.* Iratus, si qñ diuitiarum illarum delectatus est onere, de quibus scriptum est, *Diuitiæ si affluant nolite cor apponere.* Misertus qñ diues fide, & pauper censu, paruulus erat malitia, & perfectus sensu. Vnde quia talis ira, tantáq; misericordia creatoris, beneficia solummodo sunt diuinæ dignationis, ideo vox martyrum immeritissima, non immeritò ei cum Ecclesia dicit, *Iratus es & misertus es nobis.*

Martyres illi sanctissime, quomodo destructi.

Lingua imprudentis subuersio est ipsius.

Sancti non extollebant se in cogitationibus animæ suæ.

Præceptū Apostolicum, non malum pro malo, non maledictū pro maledicto reddere.

Martyres virtute Spiritus S. de Christo testantur.

O ira misericors & incomparabilis misericordia, quę ab omnibus vitijs humana semper emundat pectora, per quã peccator inuitatur ad veniam, iustus ad vitam, martyr ad palmam, confessor ad gloriam. Obserua aũt q̃ martyres virtute Spiritus S. Christo testimonium exhibeant. Saluator ipse d. ad discipulos. Lu. 11. & 12. *Cùm adduxerint vos in synagogas, & ad principatus & potestates, ne sitis soliciti, quid respondeatis, aut quid dicatis. Spiritus enim S. docebit vos in illa hora, quid vobis dicendum sit.* Fieri non potest, vt quis de Christo præbeat testimonium, nisi per Spiritum S. testetur. Si enim nemo potest dicere Dñm Iesum, nisi in Spiritu S. vitam pro illo & sanguinem quis profundet, nisi in Spiritu S. B. Apostolus Paulus fideles ad martyrium incitans in Epistola ad Heb. 12. d. *Deponentes omne pondus, & circumstans nos peccatum, per patientiam tamen curramus ad propositũ nobis certamen.* Primum quod nos admonet S. Paulus est, vt per virtutẽ pœnitentiæ pondus peccatorum deponamus, omnesq; peccandi occasiones, quæ non vndiq; circumstant & expugnant, diligentissimè auferamus, atq; hoc modo dispositi & præuenti in fide, patientia & bonis operib. perseuerantes, animosè curramus ad propositum nobis certamẽ, hoc est ad martyrium, q̃ ex parte persecutorum S. Ecclesiæ nobis imminet. Vt aũt maiorem animum ad hoc aggrediendum habeamus, S. Apostolus proponit nobis tormẽtum, quod Christus redẽptor noster in sua sacratissima passione passus est, dum ait: *Aspicientes in authorem fidei, & cõsummatorem Iesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucem confusione cõtẽpta, atq; in dextera Dei sedet.*

Christus quomodo fidei consummator ab Apostolo dicitur.

Vocat hic Apostolus Christum cõsummatorẽ fidei, quia ipse nõ solum est principium, fundamentũ & causa nostræ fidei, sed ẽt est ille, qui postquam fides in nobis genita est, & perfectum & consummatũ esse præbet. Ille. n. primus fuit qui fidẽ prædicauit, sicut B. Ioãnes docet, inquiens, *Deum nemo vidit vnquam: vnigenitus Dei filius qui est in sinu patris, ipse narrauit nobis.* Hic aũt vocatur fidei consummator, quia non solum eam nobis prædicauit, verum etiam suis cõfirmauit miraculis, quæ ẽt S. Apostoli per virtutem eius operabãtur. Recogitate ẽt eum qui talẽ sustinuit à peccatoribus aduersus semetipsum cõtradictionem. Vniuersæ tribulationes omnium martyrum, fraude & versutia nequissimi diaboli, accendebantur ad deterrẽdũ hominum genus debile à suscipienda fide. Idem tñ magis ac magis confirmabatur, & cęleste incrementũ assumebat, sicut & vitis in ore gladij percussa amplius pulchritudine & vberiori fructu decoratur, vt Isa. 54. prædictum erat, his verbis: *Ecce ego creaui fabrum sufflãtem in igne prunas, & proferentem vas in opus suum ad dispergendum.* Nonne sufflauit faber diabolus in igne prunas in corde concilij Ierusalem, cũ cædebant Apostolos, Et in corde Herodis? Nonne sub Nerone cęterisq; tyrannis sufflauit in igne prunas satanas, vt proferret vas suũ ad dispergendũ Euangelium & nomẽ Christi Iesu? Sed quid d. scriptura. Isa. 60. *Aperiẽtur portæ tuæ iugiter, die ac nocte non claudentur, vt afferatur ad te fortitudo gentiũ, & reges earũ adducantur. Gẽtes & regnum, quod non seruierit tibi, peribit.* Aduersus ergo fabrum creauit Deus interfectorem, sed nec ipsa q̃ fabricauit, directa fuerunt, imò perierunt, Persecutores. n. Ecclesiæ oẽs miserè perierũt. De iusto dicitur Eccl. 27. q̃ *permanet sicut sol.* Nõnunquam in media regione aëris nubes obscurissimas cõgregari videmus, quæ solis prospectum impedire vidẽtur, fulgura, tonitrua sonare; ignem ac fulmina non sine magno hominum pauore descẽdere, tñ oẽs hi terribiles sonit⁹, & formidolosa fulmina in ipsa aëris regione dũtaxat contingũt; sol q̃ppè ipse non has in se patitur perturbationes, sed in sua sphæra liber ille illuminat, cõsuetisq; splẽdoribus micat, imò & suis ardentissimis radijs hæc omnia subuertit: Sic certè animus cotq; iustorum se habet, cũ corpus affligitur, dilaniatur, percutitur, fame & siti vel alijs cruciatib. cõficitur, mẽbratimq; dilaniatur, fluit cor, sonat vngula, emittũt cõminuta ossa stridorẽ, cõmiserantium gemitus aërem quatiunt, animus tñ liber solius virtutis splẽdorib. emicat, caro sola perturbatur, cor immune à pauore constãs tot mala libentissimè suffert, imò amoris igne ac virtutũ viribus munitũ hæc omnia subuertit, atq; cum palma triumphans euadit. B. Chrysost. ait: *Habet paupertas martyrium suũ, & egestas benè tolerata facit martyrium, sed egestas propter Christum, non propter necessitatẽ.* Et B. Hieron. in vita S. Paulæ: *Non solũ effusio sanguinis in confessione martyrium reputatur, sed deuotæ quoq; mentis seruitus quotidianũ martyriũ est.* Et B. Bern. *Est martyrij genus, & fusio quædã sanguinis in quotidiana corporũ afflictione, sic quippe infirmis & pusillis corde necesse est, vt sanguinẽ quẽ semel pro Christo ponere nõ sufficiũt, saltẽ mitiori quodã, sed diuturniori martyrio sanguinẽ fundant.* B. Theodoret. in serm. ait: *Martyrum interfectores similes sunt his, qui flammã quidẽ volentes extinguere, oleũ pro aqua instillantes, ardentiorem illã efficiunt, & sicut ignis rubũ vrebat, & non consumebat, quinpotius sicut lignatoribus syluã cadentibus, multò plures propullulãt propagines à radicibus, quàm sint rami qui exceduntur, ita nunc quoq; pijs cõpluribus interfectis, multo plures quotidie ad doctrinam Euangelicã accedebant.*

Martyrũ interfectores quibus similes.

In Ex. c. 1. legitur Pharaonem dixisse seruis suis: *Venite sapienter, opprimamus filios Israel ne fortè multiplicentur.* Sequitur. *Quando; opprimebantur, tanto magis multiplicabantur & crescebant.*

Mors sanctorum, lachrymis olim celebrata.

Olim sanctorũ mors celebratur lachrymis, sic Ioseph mortẽ Iacob patris sui lachrymis celebrauit, Iudæi Mosis obitũ, Hebræi ẽt Samuẽlis exitũ celebrarũt: modò aũt in gaudio & lætitia agũtur exit⁹ ab hac misera vita sanctorũ. Non. n. nunc est tempus flendi, neq; tristandi in talib. festis, sed vt incredibili quodã gaudio atq; lætitia à nobis celebrentur, maximè cũ ipsi nõ ponerent oculos suos in tormẽtis, sed in paratas sibi coronas eos omninò defigerent. *Simul atq; tuba Tyranni insonuit*, inquit B. Basil. *sanctus martyr ad prælium agonemq; se quã ocyssimè præparauit. & animã & corp⁹ obiecit sine mora ac dilatione, tormẽtis.* Hæc est aũt vt ait Basil. in ho. 40. de martyr. *vera iam martyrũ, alios ad eorũ virtutem æmulãdã inuitare.* Et vt est in vitã S. Adalberti Epis. *Martyribus nõ occurrit accusans satan, nec verbũ procul fugiens, eò q̃ Saluatoris vmbrã imitãtur.* Et sicut Dñs sine peccato ꝑpter nos mortuus est, ita & martyres quãuis criminum rei, fuso sanguine propter Deum, omninò cunctis peccatis carebunt.

Martyres etsi criminum rei, fuso tamẽ propter Deũ sanguine, carebunt omni peccato.

At nunc ad S. Sigismundum patronum nostrum: qui rex Burgundiæ erat, & filius Gundebaldi. Burgundionum verò magna est gloria, quàm temporalib⁹ historici celebrãt. Non satis est Regem esse, sed & Rege, & Christiano Rege digna facere. In hac regia dignitate & se mortalem & Deum superiorẽ, & sanctos amicos Dei magnos cognouit, vnde multa deuotionis suæ dedit argumẽta. Quorum vnũ est, q̃ ad tumbam SS. Mauritij & sociorum peregrinatus, vbi deuotis orationib. humi prostratus incumbens, mente à terrenis subtracta audiuit angelorum voces, per choros psonãtes, vbi & monitus fuit cœlitus, vt simili modo choros psallentiũ Deo institueret. Ecce peregrinationis antiquus vsus, modus & causa, ecce & vtilitas, quia tantam Dei gratiam meretur, vt noui generis laudis diuinę sit post Deũ author præter alia, & nunc quoq; in Ecclesia eadẽ seruetur institutio. Obserua ẽt q̃ si Reges & principes in terris suis personaliter adessent supplicationibus, diuinis officijs, & cultui diuino, populus magis accurreret, magis excitaretur, videns sicut Niniuitæ Regem suum humiliatum, fructuosior longè esset processio.

Si Reges & Principes ipsi diuinis exercitijs personaliter adessent, exemplo suo magis populum excitarent.

Habemus in historia Bohemica de Carolo S. cũm semel in matutinis, quibus frequẽter in Ecclesia Metrop. interfuit, deuotè post eas matutinas orasset, vidit patronos sanctos 4. ab altari maiori cum suis habitibus, vsq; ad S. Wenceslai sacellum procedere, cantantes Responsorium, *Isti sunt sancti*, ad quorum honorem & memoriam instituit 12. Choralistas, qui post alia etiam finitis matutinis processionem cum eodem Respõsorio ad idem sacellum facerent, q̃ hodie post primã certis de causis obseruatur: Vtraq; sancta institutio & S. Sigismundi & Caroli IV. Imperatoris Regisque Bohemiæ.

Vide aũt quãta armatura necessaria sit ei, q̃ militiã sacrã cõtra cõiuratũ humani generis hostẽ iniit, ne succumbat, quãtas insidias struat inimic⁹, vt supplãtet gressus, & q̃ p se nõ põt, sicut in Paradiso fecit, p mulierẽ aggreditur vt superet. Vide q̃d mala mulier, q̃d suspicio, q̃d libido regnãdi & opes congrendi possit, dũ vxor nouerca quidẽ psuadet marito Sigismundũ, vt è medio tollat filiũ Sigericũ regno inhiantẽ, q̃ & fecit, & studio insũ ebrii vino filiũ & occidi. Nemo itaq; sibi tm̃ firmitatis suæ aut sanctitatis tribuat, q̃ possit cadere: & ad mala patranda multæ vię, multa cõsilia, magna prõptitudo. Sed qui dormire cœpit in peccatis, non adijciet vt resurgat? ergone palmas victas dabit sata-

næ, vt

næ, vt de eo triumphum canat. Minime. Agnouit.n. facinoris sui magnitudinē, ad sanctorum loca humilis, deuot⁹ & lachrymans cucurrit, eos erga se clementissimos fore efflagitans rogauit, vt si quid minus perfectum, diuinæque maiestati aduersum in suis reperiretur actibus, id eorū interuentu iustus iudex, in hoc sæculo potiùs q̄ in futuro puniret examine. Ecce aūt q̄ vtilis, q̄ necessaria sit sanctorum inuocatio hominib. peccatorib. vt resurgant iustis, ne condãnentur. Ecce pœnitentiæ modus, quæ est post naufragium secunda tabula, ecce satisfactio, quia Basilicam SS. Maritij & sociorum, magnis extruxit expensis in loco, qui vocatur Agauno. Circa eundē quippe locum magnanimitatē ostendit deuotionis suæ, dum esset vir optimæ mentis & sanctarum locupletator Ecclesiarum. Nam & prædiorum illi loco contulit copiā & clericorum ordinem psallentiū constituens, sanctæ Religionis martyres propitios sibi adsciuit. Agnouit ergò se peccasse grauissimè, pœnitentia ductus est, contritus est, fassus est culpam, deprecatus veniā, satisfactionem oēm quæsiuit, sanctos intercessores adhibuit, & vltra id se diuinæ iustitiæ humiliter submisit, vt si ea misericordia Dei non obtineret omnimodā peccatorū remissionem, saltem in hoc sæculo à iustitia Dei cōsequeretur vltionē. Memor illius voti B. Augustini clamantis ad Deum, *Hic vre, hic seca, hic punias, dummodo in æternum parcas.* Et hoc quidē ille impetrauit. Vide q̄ grauiter & multipliciter peccata puniat Deus. Audiens Sigismundus exercitū Francorum cōtra se venire, instruit & ipse copiosam suorum manum, atq; aduersus eos pugnaturus aciē dirigit. Congressione itaq; facta, Francis acriter præliantibus, victi Burgundiones fugæ præsidio se committunt. Sigismūdus verò cum tutelam sanctorum Agaunensium martyrum citato cursu expeteret, à Clodomiro Francorum Rege, q eum persequebatur, captus, atq; Aurelianum perductus, in carcerem coniectus est. Tunc B. Auitus, qui in territorio eiusdem vrbis Abbas erat, rogare Clodomirum cœpit, ne tam excellentis nobilitatis & insignis bonitatis virum necidaret, futurum (prout alia habet historia) se triumphaturū de hostib. suis, si verò Sigismūdū occideret, se quoq; simili mortis genere in eodem loco occisum iri, q factum est. Ecce Dei voluntas & sententia quàm ineuitabilis: & tñ quantam libertatem relinquat humano arbitrio. Pōt Clodomirus parcere, & ecce pmium, triūphus pōt negare gratiā, & ecce pœna. Ecce iterum induratum cor Clodomiri, q victoria nescit vti mitiùs. Audite.n. detrectās Abbatis intercessionem, eum in villam, cui Calumpnia nomen est, perduci, ac ibidē cum coniuge & filijs cæsum, in puteum proijci iussit occultatū, sed per reuelationē postea inde euolutis trib. annis ab Abbate SS. martyrum leuatus, non longè ab Ecclesia eorū in monasterio, q ipse construxit, vbi eorum corpora, sc. Mauritij & sociorum eius, sex millium, sexcentorum, sexaginta sex, posita sunt, honorificè sepultus est, vbi virtutibus postmodū & ipse claruit. Quē sanctorum collegio Christum Dñm adnumerasset, ideò non ambiguum habetur, q febricitā es quiq;, si p remedio animæ ipsius, salutare fideliter fecerint offerri sacrificium, cōtinuò ab infirmitatis suæ liberantur incōmodo. Aduerte q̄ sanctum, q̄ meritorium sit, Ecclesias & monasteria, ad amplificandum & propagandum cultum diuinum, fidem & religionē Catholicā, honorare Deum & sanctos eius; Quia nil gratis nil frustra fit, q Deo & sanctis eius impenditur. Neque monasteria esse propter otia & repotia, sed propter sancta officia & exercitia. Disce etiam quàm peruersè agant mortales, qui cùm in aliquo loco sancto post mortē velint cum suis cōquiescere in Dño, palatia aūt in viuis habeāt ornatissima, Ecclesijs nihil donant, nihil fundant, nihil ædificant, nisi q ad sepulchri superbiā, q est viuorum non mortuorum solatium spectat, Dei, sanctorum & sui immemores. Peruersè ēt aguot, qui nullius fidei sunt, Ecclesias in viuis nunq̄ frequentant, & Ecclesiasticas sepulturas detestantur, in morte aūt volunt aut debent amicorum rogatione in templis sepeliri, quod animabus illorum magis est ad cruciatum q̄ ad salutē. Secùs longè fecit S. Sigismundus, & lōgè maiorem cōsecutus est gratiam & fœlicitatem, vt & miracolis à Deo in hodiernum diē illustretur, & cum illis stet ante conspectum Dei,

Sigismundus de occiso innocente filio, pœnitentiam agit.

Sigismundus à Clodomero superatus in carcerē conijcitur.

Monasteria non in stituta, propter otia & repotia, sed propter sancta officia & exercitia.

B. Sigismundus illustrat operatione miraculorum.

qui circumierunt cum Psal. *Propter te mortificamur tota die, æstimati sumus sicut oues occisionis.* Ps. 43. Vnde Io. Apoc. 7. d. se vidisse *turbam magnam*, in Ecclesia triumphanti, *quam dinumerare nemo poterat ex omnibus gentibus, & populis, & tribubus & linguis, stantes ante thronum & in conspectu Agni, amicti stolis albis, & palmæ in manibus eorum, & clamabant voce magna dicentes: Salus Deo nostro, qui sedet super thronum & Agno, etiam omnes Angeli stabant in circuitu throni laudantes Deum. Et interroganti Ioanni qui essent, respondit senior Hi sunt qui venerunt ex magna tribulatione, & lauerunt stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine Agni: Et ideo sunt ante thronum Dei, & seruiunt ei die ac nocte, & qui sedet in throno, habitabit super eos, non esurient nec sitient.* Turba dicitur innumerabilis, quia copiosa. Nam secundū Hiero. omni die exceptis Kal. Ian. posset fieri festum 5000. martyrum, cùm ēt post Hieron. transierant mille anni & vltra, quibus ēt millia multa hominum martyrio coronati sunt, inter quos hodierni nostri sancti martyres. Stolæ albæ sūt gloria animarum, quā exquisierant ex martyrio. Vnde anima ab omni macula peccati purificatur, ēt quoad pœnam, ideò dicitur, q dealbauerunt eos in sanguine agni, i. in passione, in qua imitati sunt agnum. Agnus enim immaculatus est Dñs noster Iesus Christus secundùm humanitatem: nam qui sedet in throno, est diuina maiestas. Palmę in manibus eorum, victoria est, quam habuerunt contra mundum in suis pœnis. Sicut.n. palma æstate & hyeme conseruat viriditatē suam, ita nec calore promissionum rerum mundanarum, nec frigore cōminationum vel passionum defecerunt à viriditate virtutis, vnde & cum palma pingūtur martyres. Patiūtur multi multa, sed ppter sua scelera, & nō sūt martyres. Patiuntur ppter mundi gloriā, & illi sūt mundi aut diaboli martyres, sicut & illi qui propter hæresin & schismata. Sed martyres sunt, qui nulla sua culpa, sed propter honorem & amorem Dei patiuntur, & hi gloriosè coronantur, secundùm illud Ps. 20. *Posuisti Dom. super caput eius coronam de lap. pret.* Et canit Ecclesia: *Qua vox, qua poterit lingua retexere, Quæ tu martyribus munera præparas.* Per excellentiam aūt Martyres dicuntur testes, qui propter Deum sustinent mortem violentam, quia non potest esse testimonium efficacius eius, q dicit quis, quàm pro confirmādo q sit verum, vel iustū sustinere mortem sibi illatam patienter, de quib. Heb. 11. *Alij distenti sunt. Et hi oēs testimonio fidei probati sunt*, sc. fideles Martyr propriè est, non solū qui mortē sustinet violentam pro testificatione fidei Christianæ, sed ēt pro alijs operibus virtutū, cùm quis mortē sustinear magis quā assentiar contra illa agere, corona martyrij decoratur. Nam & Ioānes Baptista martyr dicitur, qa mortē sustinuit, non p cōfessione fidei, sed pro reprehensione adulterij. Et illa mulier venerabilis cū 7. filijs mortē cū varijs tormētis ppessi sunt, quorū martyriū solennizat Ecclesia, & solum inter sanctos oēs vet. test. quia noluerūt comedere carnes porcinas eis prohibitas, tunc per legem Mosaicam, 2. Mach. 7. Et hoc est primum q requiritur ad martyrium, sc. causa. Secundum est pœna mortis, sc. violētiæ. Est aūt secundùm Bern. triplex genus martyrij. Primū est operis tantum, q fuit sanctorum innocentū, qui passi sunt pro Christo ab Herode, in quib. quodāmodo Christus fuit occisus: ideo.n. omnes illos occidit, vt Christū inueniret. Apoc. 14. *Hi empti sunt de terra, ex omnib. primitiæ Deo & agno*, id est, de terra humani generis sublati sunt precio sanguinis Christi, pro quo passi sunt, vt sint primitiæ primi fructus martyrij noo. testam. ad honorem Dei & Christi incarnati. Et licet non habeant vsum rationis, tñ quia pro Christo occisi sunt, merito passionis Christi coronam acceperunt. Secundum est affectus seu voluntatis, cùm quis affectat illud propter honorē Dei & salutem proximi, quod est signum perfectæ charitatis. Et quāuis mereatur aureā, i. præmium essentiale, nō tñ aureolam: Aliud est martyrium animo defuisse, aliud animum defuisse martyrio, tale desiderium habuit B. Dñicus & B. Martinus, vt historia eorum declarat. Huic martyrio potest annecti triplex martyrium, q D. Cypr. videtur ponere: Primum est patientia aduersorum, vnde ait: *Sine ferro & flammis martyres esse possumus, si patientiam in animo veraciter custodiamus.* Secundum est compassio afflictorum. 2. Cor. 11. *Quis infirmatur, & ego non infirmor.* Tertium est dilectio inimicorum.

Multi multa patientes propter sua scelera non sunt martyres.

Ioannes Baptista quomodo martyr.

Martyrij genus triplex.

Vltı-

Vltimum genus martyrij hoc est proprium & perfectum sustinere mortem violenter ab alio illatam propter Deum vel virtutem, ad quod non peruenitur nisi per contemptum mundi & speciali dono Dei. Vnde Ecclesia: *Hi sunt quos retinens mundus inhorruit.* Per varios enim modos mortificati sunt, & quia imitati sunt Christum in morte sua, ideò coronas triumphales à Christo meruerunt. Tantum erat gaudium partis inferioris & superioris à Deo illustratæ ad gustandum præmium gloriæ eis paratum, & ex conformitate voluntatis eorum ad voluntatem diuinam, & ad imitandum Christum Dominum suum in passione, tantum desiderium, quod redundabat ista lætitia, & consolatio ad partem sensitiuam & refrigerium præstabat, vt minùs sentirent illas pœnas. Laurentius corporali laborabat incendio, sed diuinus amor naturalem restrinxit ardorē: Hinc dicitur Tyranno: *Disce miser, quod carbones tui mihi refrigerium præstent.* Iterum: *Versa, & manduca.* Et B. Vincentius ad Dacianum: *infelix, hac epulatione semper optaui.* Et Marcus & Marcellianus ad præfectum, cùm haberent pedes affixos clauis: *Nunquam sic bene epulati sumus, Vtinam permittas nos diutius permanere.* Et Tiburt. super carbones ignitos ambulans, dicebat se super roseos flores incedere in nomine Domini Iesu Christi. Et gloriosa Agatha ducta ad carcerem, ibat quasi ad epulas inuitata. Et B. Catharina Maxentio dicebat: *Quæcunq; tormenta potes excogita, quia carnem & sanguinem meum Christo offerre desidero, sicut ipse pro me.* Tertium, in martyrio constantia est vsque ad finem. Io. 12. *Nisi granum cadens in terram.* Et Ecclesia, *Caduntur gladijs more bidentium, &c.* Sunt autem tres vtilitates in martyrio. Prima est remissio omnis culpæ & pœnæ debitæ, & subita euolatio ad cœlum, vnde in hoc excedit Baptismum, quia adultus baptizatus non fictè, aliquando recipit remissionem omnis culpæ, puta venialis, si fixus est in illo, nec subitò euolat, quia non tunc moritur, sed aliquando efficitur tunc reprobus. Vnde D. Cypr. *Martyrium est delictorum finis, periculi terminus, dux salutis, patientiæ Magister, domus vitæ.* Quod autem in Apoc. 6 dicitur clamare, *Vindica sanguinem nostrum,* est quia petunt sua corpora iterum habere, & illorum gloriam, cùm iam habeant animarum, quod non potest fieri nisi in fine mundi, donec compleatur numerus conseruorum & electorum, hoc illi expetunt, & hoc expectare adhuc modicum iubentur, tamen eorum voluntas diuinæ voluntati cōformis est. Secunda, Quia instruit populum; Martyria enim nos docuerunt contemnere mundum, aggredi ardua, sufferre aduersa, nec refugere omnia mortis tormenta in omni ætate & sexu, vt & in hac historia elucescit. Tertia est suffragium. Moyses orauit pro populo, & S. Stephanus pro lapidantibus, & exauditus est in viuis, vt argumentatur Hieron. contra Vigilantium, & cùm de se erant soliciti, quid iam non poterunt post coronas, victorias, & triumphos? Et certè magna pugna, magna victoria, constantia & toleratione tantorum tormentorum malitiam Tyrannorum posse debellare & vincere. Quæ omnia in laudem & gloriam S. Sigismundi patroni nostri cedunt, qui & viriliter certauit, & mortem patienter tulit, & testis factus est Christi, & à Christo testimonium suæ sanctitatis habet, ob quam eam celebrat Ecclesia.

Martyrij tres vtilitates.

Ideò Auditores, qui in hoc certamine estis, aut esse cupitis milites Christi, cogitet quisq; intra se & attēdat, quod Antoninus Episcopus Constantiensis ad Arcadium in exilium eiectum consolatoriè scribit, ita enim ait: *Perge fidelis anima, perge & confessor veritatis. gaude, quia pro nomine Christi pati meruisti contumeliam, sicut cùm Apostoli flagellati sunt. Ecce iam serpens ille sub pedibus tuis iacet, ipse te confligere potuit, sed ipse cecidit, quia te eludere non potuit. Rogo te, preme caput eius, non surgat in isto agone martyrij, nemo te commoueat. Ecce gaudet Christus & inspicit te, lætantur angeli & adiuuant te. Turba dæmonum calcantium tuum obseruat, ne desistas vt dæmones, qui nunc lugent gaudeant. Tecum est omnis chorus martyrum prædecessorum tuorum, expectant te martyres & defendunt, & coronam extendunt. Rogo te tene, quod tenes.* (Apoc. 3.) *ne alter accipiat coronā tuam. Quantum temporis est, quo pugnaturus eris, & quantum temporis erit, quo in æternum victurus eris? Iam cœpisti Christiane miles, perfice, hodie apparet cur pateris. Dominum tibi latet, non te fallat diabolus in causa cum tibi ingerit nebulam, hoc vult ne charissimus patiaris. Verùm, frater, habes certamen, integra sit ista confessio, si mortuus fueris certus esto, martyr eris. Iob non attendit vxorem, & ideo vicit non familias, non diuitias, non amicos, & meritò superauit. Adam mulierem suam plus satis dilexit, & ideo tam lacrymabiliter cecidit. Sic dicit Dominus, Qui non dimiserit patrem aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut familias propter me, non est meus discipulus. Quid si conditione vita mortuus esses, vxor te aut familia habuit reuocare? Nam quem tenuisti, ipsum attende, ipsi adhære, tene eum fortiter, ne dimittas, ne respexeris retro ad vxorem aut familiam, sursum cor, perfectam inchoasti pugnam. Ipse tecum Archangelus qui cecidit, dimicat, ipse tecum luctatur. Sed tecum est Pater & Filius, & Spiritus S. Vide ne timeas, adiuuat te, vt coronet te. Ipse te fecit, te ornauit, & cùm omnia quæ vides peritura sint, confige pro anima tua, quæ aut semper viuet, aut semper perit. Time pœnas æternas, vbi semper ardetur, modo est, vt aut viuas, aut pereas, nemo te recuperabit, si in ista pugna defeceris. Christus omnia sustinuit pro tua culpa, quanto magis tu firmus stare debes pro anima tua, vt nemo tollat coronam tuam. Minùs tormenta sentiuntur, quando pro Christo pugnatur, quia virtus animi superat dolores mundi, & cùm inuocata fuerit diuinitas, mitigatur tormētorum acerbitas. Et te pro homine teneri & affligeris, & non perdes fidem, etiamsi amiseris carnem, exhibe Deo hanc perseuerantiam, & ne valdè timeas pœnam. Aut enim grandis erit & citò finietur, aut leuis erit, & non valdè cruciabitur anima. Iam in stadio es, calca fortiter, ne timeas, ne expaueas, nihil penitùs pertimescas, quia omnis pro te Ecclesia deprecatur, vt vincas. Expectat te Ecclesia Catholica martyrem suum, vt honorificet sicut Stephanum suum. Vide ne confundas nos in hoc sæculo, ordine humilies nos in conspectu aduersariorum. Sustinet tecum Dominum Christum, sustinet tecum Ecclesia, esto securissimus de corona, non timeas penitus præterita, quæcunq; committere potuisti, expecta.*

Antoninus Const. ad Arcadiū exulem.

Vxoris nimia dilectio fuit Adamo ruina causa.

Sic sic Auditores, exsuscitate, accendite, inflammate animas vestras, vt si in prælio estis, non deficiatis, non succūbatis, ne detis vos in confusionem omnium cœlestium, & in lætitiam iniquissimorum, & crudelissimorum hostium dæmonum, in confusionem SS. Ecclesiæ Catholicæ, in vestrum perpetuum interitum palmas vestras inimico diabolo, sed adiuti diuina gratia, sanctorum omnium Ecclesiæ triumphantis & militantis intercessione & suffragijs fortiter dimicetis, hostem elidatis, triumphum & coronam reportetis, & in cœlesti gloria in æternum viuatis & triumphetis. Amen.

(***)

Laus Deo, & B. Mariæ Virgini, & omnibus Sanctis.

IN FESTO INVENTIONIS S. CRVCIS.

Erat homo ex Pharisæis nomine Nicodemus, Princeps Iudæorum, hic venit ad Iesum nocte,

Ioan. 3.

HODIE fratres charissimi, vt cũ B. Petro Damiano loquar, hodiè, inquã, quia crucis inuentionem colimus, quasi reperto communi totius mũdi thesauro, cõmuniter in Christo gaudere debemus: & sicut ille inuenta perdita oue, vel drachma, cõuocatis amicis & vicinis cõgratulatus est, ita & nos, inuento eo, non quod ipse perdiderat, sed quo nos perditus acquisierat, iustum est gloriari, præsertim cum Apostolus dicat Gal. 6. *Mihi autẽ absit gloriari nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi*, tantoq; propensiùs spiritualem lætitiam alacri mente debemus concipere, quãto non ignoramus & ipsum humanæ salutis inimicum amariùs suspirare. Gaudebat namq; diabulus ad euadendum ignominiosæ suæ cõfusionis opprobrium, quod triumphale vexillum, sub quo perdiderat, sub quo prostratus & captiuus fuerat, eatenus maneret occultum & ruinæ suæ dedecus, quod succumbendo pertulerat, suppresso signo victoriæ compensaret. At vbi repertum est, vbi cum tanta gloria Christianæ deuotioni & pietati, perpendit esse conspicuum, erubescit se vbique iam videre prostratum, quia vbiq; titulum diuinæ victoriæ videt erectum. Vbicunq; enim crucis signum erigitur, illuc procul dubio & Christi victoria, & diaboli captiuitas denotatur. Per lignum serui facti, per lignum libertati pristinæ restituti. Per lignum de paradiso fueramus eiecti, per lignum sumus ad patriam reuocati. Et qui per lignũ inimici deputati fuimus, per sacramẽtum crucis in amicitiam Dei & in angelorum concordiam conciliati sumus. Crux sancta est victrix mortis, fidelium spes, lux orbis terræ, paradisi reseratrix, profligatrix hæresum, monachorum adminiculum, firmamentum fidei, magna salutisq; custodia & gloria perpetua orthodoxorum in æternum. Hoc signo conspecto aduersariæ potestates conterritæ, trementesq; recedunt. Crux ipsa Christi veraciter sanctificauit orbem, fugauit tenebras, lucemq; reuexit. Hæc eliminauit errores viamq; monstrauit. Hæc ab ortu solis & occasu, à septentrione & meridie collegit gentes, atq; in vnam Ecclesiam, in vna fide, sub vno capite in charitate connexuit. Hæc orthodoxorum inexpugnabilis numerus est. Itaq; quicquid agimus, vbicunque sumus die ac nocte, Crux Christi salutifera nobis summè recolenda est & obseruanda, de qua quidem post

Quanto diabolo maior ex nostra salute dolor, tanto magis nobis lætandum spiritualiter.

Sancta crucis effecta & attributa.

EVANGELIVM.

ERat homo Pharisæus, Nicodemus nomine, princeps Iudæorum, hic venit ad Iesum nocte, & dixit ei.] Quia hoc Euãgelium multa fidei nostræ, & præcipua continet fundamenta, nẽpè Baptismi institutionem & necessitatem, Incarnationis mysterium, & eius causam, Christi passionem, & eius effectum, Trinitatis articulum, & alia ad hæc pertinentia, & crucis mysterium multa ad hæc facit, ideò hoc Euangeliũ tam hodie, quàm die Dominico Trinitatis legitur. Verum quoad Nicodemum, quatuor eius circumstantias describit, professionem, nomen, dignitatem, genus. Pharisæus erat professione, Nicodemus nomine, princeps dignitate, Iudæus genere. Nec casu aliquo aut inutiliter hæc omnia commemorat Euan. enim Pharisæi genus hominum propter sanctitatis & veræ doctrinæ & arctioris obseruantiæ opinionẽ inter Iudæos in honore habiti. Horũ secta maximè contra Christum laborabat inuidia, propterea huius professio indicatur, vt inter tot ac tantos persecutores & inuidos, vnum in Christum credidisse mirabile videatur. Alia de hoc Nicodemo ipse Ioannes narrat c. 7. hic restitit Pharisæis Christũ defendens, & c. 19. venit ad Christi corpus vngendum: hic est qui nunc ad Christi doctrinã percipiendam accedit, propterea nomen eius exprimitur. Dicitur Princeps, quia vel publicam aliquã gerebat administrationem, vel propter nobilitatẽ, vel propter opulentiam, vel quia caput familiæ, quasi vnus ex primoribus erat. Hæc fuit causa, cur noctu & occultè veniret, metuebat. n. ac propterea Ioannes eius principatus meminit. De tribu ẽt erat Iuda, propterea Iudæorum princeps dictus. Erat aũt tribus hæc, quia de ipsa Christus venturus erat, studiosissime Christi aduentum inquirens. Hic sermo habitus est in Ierusalem. Quamuis aũt nondum Iudæi decretum de eijciendis è synagoga Christum confitentibus, edidissent, tñ eos iam ipsi infensos, & odio in eũ ferri conspiciebat. Christum etiam confiteri vile & contẽptibile inter eos reputabatur, qua ẽt de causa maximè, quia Nicodemus Doctor erat, cumq; pudebat palam ad Christum venire, noctu accessit, & hãc causam Cyril. l. 2. c. 38. assignat, & sic vt vtriq; scrupulo, & timori, & pudori satisfaceret. Sed auditores mei nolite esse pusillanimes, sed imitemini Paulum, qui Ro. 1. d. *Non erubesco Euangelium, virtus enim Dei est in salutem omni credenti.* Et quẽadmodum publicè Euangelium prædicare & confiteri nõ erubescebat, ita oẽt eius præcepta seruare. Huc 1. Pet. 2. monemur d. *Obsecro vos tanquam aduenas & peregrinos, abstinere vos à carnalibus desiderijs quæ militant aduersus animam, conuersationem vestram inter gentes habentes bonam, vt in eo quod detrectant de vobis, tanquam de malefactoribus, ex bonis operibus vos considerantes glorificent D.ñm in die visitationis.* Certè qui bane in nobis vitã vidẽt, vos esse humiles Dei seruulos admirarentur citiùs quã vituperarent, dic. Ecce quã lasciuus, quãtus potator & vsurarius erat, & similia, & ecce quantũ mutatus ab illo. Benedictus Deus qui talia in isto vel illo operatus est. Magna profectò cõfusio, quod malos esse & videri non pudeat, bonũ verò Deo seruire, & in virtute exerceri erubescãt. *Qui me erubuerit*, ait summa veritas, Lu. 9. *& meos sermones, hũc filius hominis erubescet, cùm venerit in maiestate sua.* Non erat ex hoc numero sanctus ille Propheta Dauid, qui dicebat Psal. 21 *In medio Ecclesiæ laudabo te.* Cùm Deus iussit Moysi, Num. 11. vt ex vniuersa illa multitudine 70. viros sibi coadiutores eligeret, *congrega*, dixit, *septuaginta senes, quos tu nosti, quod senes sint.* In quo apertè se velle ostendit, vt viri essent boni, & boni exteriori etiã exemplo existimarentur. Neq; solũ gloriosum nobis esse existimare debemus exercitia virtutum exempla præbere, verum etiã iniurias & aduersitates publicè Dei amore perferre. Nullus vnquã Imperator, tantum sceptro & corona superbiuit, vt gloriosus Apostolus Paulus catenis se vinctũ esse, pro Iesu Christi confessione gloriabatur. Quare dixit Act. 28. *Propter spem Israel catena hac circumdatus sum.* Et Eph. 3. & 4. *Ego Paulus vinctus Iesu Christo.* & *Obsecro vos ego vinctus in Domino.* 2. Tim. 1 *Noli erubescere testimonium Domini nostri, nec me vinctum eius.* Vnde D. Ioannes refert Apocal. 7. cùm angeli quidam terram vastare vellent, alterum se angelum vidisse, hæc verba dicentem: *Nolite nocere terræ & mari, neq; arboribus, quoadusq; signemus seruos Dei nostri in frontibus eorum.*

Pharisæorum secta Christo maximè inuida.

B. Pauli gloriatio de vinculis & catenis pro Christi confessione toleratis.

Attendite mysterium. Seruos Dei in frõtibus signatos ait esse debere, non in sinu, sed in frõte & publicè sãctissimum crucis signum apparere debet. In quo & illi delinquũt, qui nouiter chrismate vncti, statim volunt ablui, aut qui Clerici tonsuram non gestant; quia honor qui his defertur, defertur Deo. Nõ pudet stultorum laruas induere, & inanẽ gloriã consectari, non pudeat etiam Dei habitũ & nomen venerari. Discamus ergo cœli viam à Deo & in orationibus petere, & intelligere eum, etiam consulere, cùm sanctissimam eius legem cõsulimus, vt eam sequamur ducem quemadmodum Dauid faciebat, qui dicebat Ps. 118. *Consilium meum iustificationes tuæ.* Et tempus quærere debemus liberum, quale est nocturnũ, quia *in die mãdauit Domi-*

Cœli via à Deo in orationibus petenda.

nus mi-

nus misericordiam suam, & nocte canticum eius. Ps. 41. Neq; hoc contenti, sed & viros prudentes & sanctos consulere, quia per eos tanquam per os Deus loquitur & operatur. Nā sicut per os cibi in corpus immittuntur, ita etiam iusti & sapientes instrumentum sunt, quo peccatores cōuertuntur & diuino vniuntur amori. Nec serui in hoc negligendi, si prudentes sunt & alij desunt. Cum Saul asinas frustra quærēdo defatigatus, 1. Reg. 9. patris domum reuerti decreuisset, puer quidā, q cum eo erat dixit: *Ecce vir Dei est in ciuitate hac, omne quod loquitur, sine ambiguitate venit: nunc ergo eamus illuc, si forte indicet nobis de via nostra, per quam venimus.* Paruit Saul pueri sui consilio, & cū sanctum illū virū consuluisset, certior de eo q quærebat, factus est, & vnctus est ab eo in Regē. De Naaman, qui Regis Syriæ militiæ princeps erat, legitur captiuæ eiusdem Hebrææ, q̄ domi habebat consilio Prophetam Elisæum conuenisse. à quo cum Iordanis aquis lauari iussus esset, irat⁹ recedebat; Cumq; vertisset se & abiret indignans, accesserunt ad eum serui sui, & locuti sunt ei: *Pater, etsi rē grandē dixisset tibi Propheta, certè facere debueras, quanto magis, quia nunc dixit tibi, Laua te & mūdaberis*, quorum consilio cum paruisset, mundatus est, & veri Dei illustrat⁹ est fide. Obserua q propterea, quia Magister, Doctor, Consiliarius, Princeps est, & similis est, nō omnia nouit aut potest, ideo sibi tm̄ non debēt ex hoc arrogare, quia & Dei & hominum ope & consilio egent. Præterea Nicodemus de nocte, quærit Christum, nunc verò qui noctu errāt, vt plurimum quærunt diabolum. Et Christum, Iudæi noctu ceperunt, & de ipsi⁹ morte tractarunt. Venit etiā noctu, ne affines & amicus offenderet, quot iā fiūt sententiæ & actiones contra iustitiā, ne amici aut affines lædantur! illi verè noctu & in tenebris ambulant, lumen veritatis relinquentes. Erat ille homo, & tu te hominē noueris & mortalem, & sub potenti manu Dei, à quo omnia debes petere, & tibi de proximo esse mādatum, & quæ alia sunt huiusmodi.

Saul mirabili modo vnctus in Regem.

Cur noctu venerit ad Christum Nicodemus.

Rabbi, scimus quia à Deo venisti Magister.] Confessionē suā erga Christum manifestat, & hanc sibi sufficere arbitratur, q. d. O Doctor seu Magister, mihi persuasum est te venisse à Deo missum esse, vt doceas veritatem, hoc enim est venisse magistrum à Deo, nempe missum à Deo, vt doceat doctrinam rectam & legitimam, & secundum Deum. Et nota q non significat, quòd magister venerit à Deo, quasi nat⁹ sit magister, sed quod missus sit à Deo, vt magister esset & doceret, sicut & illud Mat. 2. *Vbi est, qui natus est Rex?* id est, vbi natus est qui futurus est Rex Iudæorum, non quod à natiuitate sit Rex, quamuis verè Rex esset à Natiuitate, & à Deo magister venerit. tñ nec Magi tunc illud, nec Nicodemus, id nunc cognoscebant. Voluit his verbis Nicodem⁹ verum prophetam à Deo missum confiteri & separare ab eorū numero, de quibus dictum erat Ier. 23. *Ipsi prophetabant, & ego non loquebar ad eos.* Sed & altiorem continent hæc verba doctrinam. Venit enim Christus à Deo magister, quia ab æterno pcedens à patre, totā eius substantia accepit sapiētiam patris. In eo enim omnes thesauri sapientiæ & sciētiæ patris sunt, imò ipse est patris sapiētia infinita. Rurs⁹ miss⁹ à patre in carnem eodem instanti, quo carnem assumpsit omni scientia & sapientia animam illam sibi vnitam adimpleuit, vt magister à Deo venerit, eodem temporis momēto, quo factus est homo. Præterea venit à Deo magister, quia doctrina eius non est humana, qualem Philosophi & mundi sapientes habuerunt, sed cœlestis & diuina, qualē nemo huius sæculi principum cognouit, q̄ homines ipsos perducit ad Deū. Deniq; venit Magister à Deo etiā vt homo, quia non per doctrinā & disciplinam didicit, sicut oēs Philosophi, sed per redundantiam diuinitatis, quæ humanitati erat vnita, Propter hæc verè venit magister à Deo, Quamuis hi sensus à Nicodemo tunc non percipiebantur.

Verba autem præterita melius ad mortalitatem reducamus. Obserua igitur q dixit Euāgelista: *Erat homo.* Ecce cōditio humanæ fragilitatis. Nam homo ab humo dicitur, vnde sumptus est. Ideò Iob 7. *Quid est homo, quia magnificas eum?* & respondet Ps. 134. *Homo vanitati similis factus est, dies ei⁹ sicut vmbra prætereunt.* Vtinam homo cogitaret ista, & q dic. Chrys. *Quid plus habet vita ista, quam somnium in nocte?* Isa. 29. *Sicut somniat esuriens & comedit, quando autem fuerit expergefactus, vacua est anima eius. Et sicut somniat sitiens & bibit, & postquā fuerit expergefactus, lassus adhuc sitit*: sic est delectatio mūdi apparens & non existens, & modicū durans in præsenti vita. Ecce illa est conditio humanę fragilitatis, quod homo nascitur vt moriatur. Præterea quotidiè quasi morimur, cū non habeamus hic manentem ciuitatem. Vt antē ad mortem bene disponamur, necessarium est. Primo, Vt cognoscamus propriā conditionem & tangitur his verbis. *Erat homo.* Debet aūt cognoscere, quia debet reddere rationem de omnibus suis verbis, actionibus, cogitationibus, vnde & pœnam aut præmium recipient. Aug. l. de ciu. Dei 1. d. *Non multum est quod moriamur, sed quare cogamur, hoc meditare.* Et in alio loco dic. *Angustiæ sunt mihi vndiq;, in carne manere non valeo, carnem exire formido, iudex ante ianuam assistit, hunc timeo, videbo eum, cuius mandata cōtempsi, inspirationes neglexi: sponsum vereor, quia fornicata sum cum alienis amatoribus, quid igitur faciam cùm ad iudicandum surrexerit Dominus*: Secundo, Vt prauas cogitationes & congregationes segreget, quod dicitur ibi, *Ex Pharisæis abijt ad Christum.* Isa. 52. *Recedite, immundum nolite tangere*, 1. Cor. 5. *Nunc autem scripsi vobis non commisceri: si is qui frater nominatur inter vos est fornicator*, &c. Phares autē dicitur diuisio. Separandus autem seruus Dei, non tantum à mala societate, sed ab omni mala concupiscentia. Ps. 96. *Qui diligitis Dominum, odite malum.* Tertio, Vt fugiat auaritiā. Ibi, Nicodemus, quod est effluxio terrestreitatis, 1. Pet. 5. *Omnem solicitudinem vestram proijcientes in eum.* Nam diabolus tunc tentat. Eccl. 8. *Multos perdidit aurum & argentum.* Quarto, Necessaria est viua spes inscriptionis, sc. in libro vitæ, cū dicitur, *Nomine*, Ps. 61. *Sperate in Domino, & effundite coram illo corda vestra.* Ro. 5. *Spes non confundit.* Quinto, Attentio significationis, Ibi, *Princeps*, ratione liberi arbitrij & dignitatis, quia *ad imaginem suam Deus creauit hominem*, vt eum diligat & timeat. Sexto, Plenitudo confessionis Ibi, *Iudæorum*, id est, confitentium. Isa. 43. *Narra si quid habes, vt iustificeris.* Et intelligitur de confessione fidei in ore & corde. Matt. 10. *Qui me confessus fuerit.* Septimo, Accessus. Ibi, *Venit ad Iesum*, Ps. 33. *Accedite ad eum & illuminamini.* Charitas est ignis transformans amantem in amatum. Octauo, Attributio donationis, ibi, *Nemo potest hæc signa facere.* Itaque omnia bona naturalia, temporalia & spiritualia Deo attribuas, & nihil tibi. Ideò August. *In omnibus da illi charitatem, tibi humilitatem, quia non sunt talia merita propter quæ datur vita æterna, nisi ex Dei gratia.* Idcirco homo moriens deberet habere in meditatione Dominicam passionem, virtute cuius omnes saluantur, qui sunt de numero saluandorum.

Vt ad mortem nos bene præparemus, quæ necessaria.

Necessaria viua spes, vt inscribamur in libro vitæ.

Nemo enim potest hæc signa facere, quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum eo.] Causam suæ confessionis aperit, q. d. signa tua non sunt Magorum, seu arte dæmonis facta, non sunt naturalis alicuius virtutis, sed diuinæ potentiæ quæ per te operatur, propterea te à Deo missum, & tuam doctrinam esse ex authoritate & mandato Dei pfiteor. Fuit Nicodemi fides aliqua, sed imperfecta, quia credebat Christū merum esse hominem, & Deum per illum operari. Dicit enim, *Nisi fuerit Deus cum eo.* Affectus ētillius fuit bonus, aliàs enim non venisset ad eum, nec honorificè salutasset nec eipsius amicitiā ambiuisset, sed & ille affectus imperfectus erat: nam pluris principatū & gloriā hominum faciebat, quā Christum publicè profiteri. Minùs ergò Christum diligebat, q Ioan. 12. dictum est de illis, qui metu quodā impediebātur, quo minus Christum confiterentur. *Dilexerunt*, inquit, *magis gloriā hominum, quàm Dei.* Christi enim miracula vera erant & existentia. Nam quæ fiunt tantum circa sensuum obiecta possunt aliquando decipere, ex sola apparentia: at q̄ in ijs ipsis fiunt, qui sentiunt, necesse est vera esse, per visum enim apparentem nemo videret. Præterea quod quæ apparētia tm̄ sunt, diu non consistunt, nec omni loco & tempore, nec omnibus apparent: at affectus mirabiles Christi diu durabunt omni loco & tempore, & omnibus talia videbantur. Igitur non erant præstigiæ aut ludificationes sensuum.

Nicodemi fides imperfecta.

Secundo, Nota, Christi miracula virtute naturali fieri non potuisse, tum quia nulla virtus naturalis est, quæ visū cæco à natiuitate vel mortuo vitam restituat, cùm à priuatione ad habitum non detur regressus, tum quia virtus naturalis, per virtutem effectui proportionatam operetur; At Christus contraria effectibus aliquando adhibuit, vt quādo cæco lutū imposuit, vt visum redderet. Præterea virtus

naturalis in tempore agit, & per medium determinata est: Christus verò sine mora in locis distantibus, & solo verbo miracula operatus est in viuis & mortuis.

Tertio nota Miracula Christi virtute dæmonis fieri nõ potuisse hinc patet, quia ille vel illudit sensus tñ, aut per virtutem aliquam creaturæ operatur, sine qua nihil amplius potest, nec solo verbo, nec in instanti. Ideo Iudæi & pagani negantes Christi hoc modo miracula, blasphemarunt.

Quarto, Miracula Christi si soli effectus considerentur, nõ probabant eum esse Deum aut filium Dei, nam omnia illa fieri poterãt à Deo p Prophetam aliquẽ qui solum esset homo: Nã omnipotens Deus sicut p multos homines suscitauit mortuos, & solẽ stare p Iosue, & p Prophetã à suo cursu retrocedere decẽ lineis fecit, & p martyres & alios sanctos, imò aliqñ p peccatores miracula operatus est: ita etiã potuit p quẽmuis hominẽ facere illa omnia miracula quæ Christus fecit, & quæ Deus per humanitatem sibi vnitam operatus est. Imò Io. 14. dixit de suis fidelibus, *Maiora horũ facient*. Si igitur non aliud spectemus in miraculis Christi, quàm effectus ipsos, non pbant eorum factorem esse Deum, sed tñ diuina virtute facta esse, sicut Nicodemus cõfessus est.

Quinto, si consideremus finem, ppter quẽ faciebat miracula, sufficientissimẽ pbabant eũ Deum & filium Dei. Sciendum aũt miracula fieri diuina virtute in cõfirmationem fidei, seu alicuius veritatis, quæ humana ratione destituitur. Vt. n. dic. Greg 27. mor. c. 8. *Miracula sunt in defectũ probationis, & sunt auxiliũ rationis humanæ, vt assentiant alicui veritati, suppleantq; argumentorũ defectum. Sunt. n. velut sigillũ Dei vt quod affirmatur, à Deo esse credatur*. Sunt aut ad diuersas veritates. Exo. 4. Misit Dñs Moysen vt liberaret populũ Dei de Ægypto. ad confirmandam hanc veritatem, se videlicet missum à Deo, vt populũ educeret, miracula accepit à Deo. Vt fides ei daretur, Ex. 7. misit eum ad Pharaonem vt diceret. *Dimitte filios Israel*. Vt aũt confirmaret se à Deo venisse, vt hæc diceret, miraculũ edidit. 4. Reg. 18. Elias, vt Deũ Israël verum Deum ostenderet, ignem de cælo super holocaustum descendere fecit, 4. Reg. 1. *Si homo*, inquit, *Dei sum, ignis de cælo descendat & deuoret te, & quinquaginta tuos, & descendit ignis*. Aduerte etiam quod nullus prophetarum fecit miracula ad comprobandum se esse Messiã. sicut fecit Christ⁹, quia in hunc finem fiebant, quod Christus Iudæis sæpe expressit. Mat. 9. *Vt sciatis quia filius hominis in terra habet potestatẽ dimittendi peccata, Tibi dico surge*. Io. 11. Suscitaturus Lazarum dixit, *Pater ago tibi gratias: Propter populũ qui circumstat dixi, vt credant, quia tu me misisti*. Denique, noua doctrina sua, quam se à patre missum, & filium Dei docuit, & operibus patris se id confirmare docebat

Moyses populum liberaturus de seruitute Aegyptiaca faciendi miracula potestatem cur acceperit à Deo.

Sexto, Miracula Christi etiam in se ipsis considerata, probabant ipsum esse Messiã Christũ promissum, tempore & his quæ per Prophetas dicta erant. Nam per Isaiam c. 35. Messiam per miracula cognoscendum asseruerat. *Tunc aperientur oculi cæcorũ*. Et Ioanni Baptistæ, Mat. 11. renunciabat: *Cæci vident*. &c Longè itaq; peiores sunt nostri temporis hæretici, quàm oẽs Iudæi & pagani: illi. n. nondum in eam cognitionem & veritatem peruenerant, vt nunc, cum omnia salutis mysteria completa sint: At hi miracula sanctorum, & quæ fiũt in sanctissima hostia in multis locis & temporibus derident, aut diabolicæ tradunt potestati. *Nisi sit Deus cum eo*. Hæc est ratio cur vos hæretici miracula facere nequeatis, quia De⁹ non est vobiscum, quia extra Ecclesiã Dei estis, contra Deũ & veritatem eius pugnatis, & signa illa reliquit Christ⁹ Ecclesiæ & discipulis suis, per quę cognoscerentur ab alijs, & Christum nomenq; suum testarentur & confiterẽtur. Ideo nec ad Magos nec ad superstitiones in necessitatib. recurrendum, quia De⁹ non est cum eis. Attende etiam quod nemo põt resipiscere, facere condignam pœnitẽtiam, præseruari à malo, corroborari in bona voluntate. & legem adimplere Dei, facere opus bonum, nisi sit Deus cum eo: Ideò si Deus vobiscum non est, non nitemini, si horum nihil potestas.

Nostri temporis hæretici, quo peiores omnib. Iudæis & paganis.

Respondit Iesus, & dixit ei: Amen amẽ dico tibi. Nisi quis renat⁹ fuerit denuò, non potest videre regnum Dei.] Venit Nicodem⁹ ad Christum, cõscientiæ stimulo agitatus, sibi necessariũ esse existimãs Christum recipere, eumq; confiteri, tñ conscientiæ satisfacere sibi videbatur, si nocte & secretẽ veniret, ac Christum Doctorẽ à Deo missum cõfiteretur, nihilq; amplius faciendum credebat: hoc vno facto in eorum numero, qui Christo adhærebant & adhæsuri erant, se futurũ esse arbitrabatur Christus autem ipsum instruit, multoq; plura ei credenda & facienda aperit, si conscientiæ suæ satisfacere & de numero eorum, qui Christo adhærere debent, esse cuperet. Quia vero quodãmodo de sua scientia psumebat, nec discere quærebat, cum Doctor esset, Dñs sic respõdet, vt eũ suam met ignorantiã agnoscere faciat. Pri⁹. n. obscurẽ loquitur, vt postquàm ignorãtia ppria ei fuerit cognita, aperiat mysteria veritatis. Et est sensus: Rẽ certam & cõstantem tibi dico, & hæc est, nisi homo secundo nascatur, nõ põt videre regnum Dei. Non satis vita ante acta, necesse est iam iterum gigni seu nasci, si quis vult Messiæ pmisso adhærere & de numero Ecclesiæ ipsius esse, & tandem æternam salutem consequi. Ne ergo te securum arbitreris hoc tuo aduentu nocturno, & hac tua confessione, denuò potes renasci, si regnum Dei videre cupis. Regnũ Dei appellat Ecclesiam sequentium Christum. Iudæi. n. temp⁹ & statum aduentus Messiæ hoc nomine appellabant. *Beatus qui manducabit panem in regno Dei* Luc. 14. id est, beatus qui fruetur aduentu Messiæ & de numero illorum, qui eum visuri & secuturi sunt, erit. Mat. 12. *Si in digito Dei eiicio dæmonia profectò peruenit in vos regnum Dei*. Mat. 21. *Auferetur à vobis regnum Dei*. Videre dicuntur, qui assecuti Christi aduentum de numero fidelium eius facti sunt. Mansueto Saluatoris & prudentia est hic consideranda. Mansuetudo, quia non exprobat Nicodemo, quo iure exprobare poterat. Non. n. dixit, si me à Deo magistrum & Doctorẽ missum confiteris, cur tu & occultẽ & non interdiu venis? cur nihil à me appetis, quærens? At mitissimus Dñs nihil horũ exposuit, sed infirmitatem eius considerans, se ad ipsum curãdum conuertit. Prudentia autem quia sic eum instruit, vt instructione egere, eum prius cognoscere faciat. Nũ enim magni fit sanitas ab infirmo, suam non agnoscente infirmitatem, minusq; grata est ei medici operatio. Vt hanc igitur nouitatis necessitatem psuadeat, eum ignorantiæ conuincit, vt sic facilius veritatem acciperet. Animaduerte in eisdem verbis quatuor magni momenti mysteria Saluatorem insinuare, quamuis nullum Nicodemus perceperit. Primum est, illum Iudæorum statum esse mutãdum in Euangelium, & synagogam in Ecclesiam, vt Iudæus qui ante fide liberat. & fide iustitiam obtinebat, iã non sit in eo statu securus nec tutus, nec iustitiam consequatur, nisi mutetur in alium statum, id est, in Christum credat, & eius doctrinæ inhæreat. Hoc insinuat Dñs per hanc nouam natiuitatem per quam nouus fiat homo, & veteribus ceremonijs & sacrificijs relictis, atq; antiqua fide conuersa, assuefcat nouæ doctrinæ, se subdat nouæ legi, nouum amplectatur statum fidei, qua credat præsentem, quem prius futurũ credebant. Meritò autem hoc dicitur Nicodemo, qui quæ veteres credebant, sibi putabat sufficere, vt Christo adhæreret. Hunc sensum faciunt illa verba Gal. 6. *In Christo neque circumcisio aliquid valet, neque præputium sed noua creatura*. Secũdum, In nouo testamento homines collocandos in statu filiorum Dei. Hoc. n. significat denuo nasci oportere. Natiuitas quippe filiorum est: At vbi noua est natiuitas, noua etiam est filiatio. Nasci ergo dum dicit oportere, indicat filios constituendos esse eos, qui regnum Dei videre debẽt quod per Euangelium factum est. Hactenus. n. Iudæi erant in statu seruorum. Ro. 8. *Non accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum*. Tertium, Ianuam cœli tum in hoc nouo statu esse aperiendam: hactenus quippe nemo iustus ingressus erat regnum cœlorum. At in Euangelij statu decedentes purgati, admittuntur iam in regnum: hoc insinuat dic. *Nisi quis natus fuerit denuò, non potest videre regnum Dei*. Si ergò iustificatur videbit Ecclesiam. Regnum Dei ideo dicitur, quia ianuam cœli aperit. Idẽ. n. est regnum Dei & cœlorum. Quartum, Omnia futura esse per Christum, Oportet enim per ipsum nasci, filios fieri, videre Regnum: hoc tacitẽ insinuat Nicodemo existimãti, se partem habere cum Christo, illa sua confessione respondens; *Nisi quis ren*. q. d. Non sunt tales, qualis es tu, qui partem mecum habere debent, sed oportet eos nasci denuò, filios Dei fieri, & hi sunt qui soli regnũ Dei videbunt. Hoc si audissent Iudæi, cum illi abijssent; Nicodemus verò &

Nicodemus de sua scientia præsumens ex Christi responso adductus est, vt ignorantiã suam agnosceret.

In verbis. Nisi quis renatus fue. quatuor magna mysteria.

Iudæi vocati ad Euangelium ex statu seruitutis erant,

in

in hunc discendi studium præ se tulit, & propterea obscurè aliqñ Christus loquitur, vt audientes reddat attentiores, siquidem clarum & manifestum verbum fugit nunnunquã auditorem, obscurum autem etiam diligentiorem efficit.

Particula Amen. vis & proprietas.

Nota etiam quod *Amen*, dictio sit Hebræa, qua frequenter Christus vsus est. Vnde ob eius reuerentiã nullus translator Græcus aut Latinus eam transferre voluit. Sed hanc dictionẽ solus Ioannes inter Euangelistas ingeminat, quia alij Euangelistæ ea principaliter tradunt, quæ ad humanitatem Christi pertinent, ad q̃ cum facilius credibilia sunt, minor assertior necessaria erat, Ioannes vero ea quæ ad diuinitatem Christi pertinent, principaliter tractat, quæ cũ occulta sint, & à cognitione hominum remota, maiori assertione indigebant. Et est aduerbium affirmandi. Aliqñ sumitur vt sit substãtiuum, & significat fidelitatem seu veracitatem, Sic sumitur Is. 63 *Benedicetur in Deo Amen* vbi Amẽ regitur à voce Deo. q.d. in Deo fidelitatis & veracitatis, qui fidelis & verax est Apo. 3. *Hæc dicit, Amen testis fidelis*, id est, hæc dic. Deus, qui est veracitas & fidelitas.

Quando tardius ad Deum cõuerteris, tanto plus experieris difficultatum.

Considera etiam quod quanto magis tardaueris ad Deũ conuerti, tanto maiorem difficultatem apud te experieris. Nam & vitium fit potentius, cum altas defixerit radices, & tua etiã imbecillitas maior est. Sicut enim infirmitas corporalis, quanto diutius durat, tanto magis hominem debilitat, & motibus hominem magis vincit & exuperat: ita de vitio existimare debes. In hoc laudãtur Niniuitæ, quod non procrastinauerint pœnitentiam, sed ad vocem Ionã-tis Prophetæ instituerunt conuersionem.

Dixit ad eum Nicodemus: Quomodo potest homo nasci, cum sit senex? nunquid potest in ventrem matris iteratò introire & renasci?] Imperfectus & animalis Nicodem⁹, de carnali generatione interpretatur. Senex dicit, quia de se loquebatur, q senex erat, & vt rem magis repugnantem ostenderet, Pl⁹.n. distat à generatione senex, quam puer. Maiorem autem repugnantiam & verbis clarioribus exponit *Potest ne homo*. q. d. Non p̃t iterum introire in ventrem matris, nec ergo p̃t renasci. Quamuis autem Nicodemi responsio rudis admodum fuerit, dum carnaliter verbum exponit, habet tñ admixtam quandam scintillam superbiæ. Non.n. interrogat discere volens, quæ est ista noua generatio, sed sibi visus intellexisse, ad carnalem generationem sensum accõmodat. Non tñ adeo processit superbia, vt verbis sit vsus negatiuis dicendo non p̃t fieri, non p̃t homo renasci, sed tacitã negationẽ admirando adhibuit, q modestiæ cuiusdã fuit. Has & similes reddunt heretici, vt rectè Chry. ho. 23. dic. ad mysteria fidei responsiones, Suo.n. captu res fidei metientes fieri non posse existimãt & dicunt. Quomodo hoc fieri p̃t? quomodo Christus p̃t esse in sacramento realiter? quomodo Christus vna persona diuina in duplici natura est? quomodo virgo peperit & permansit? Animales homines non percipiunt, quæ sunt spiritus & stultitia eis videntur, quæ sunt summa sapientia: quia suo captu & iudicio suo rẽ diuinã metientes, sententiam suam preferunt totius Ecclesiæ magisterium spernentes, ideoq; multo magis quàm Nicodemus, qui nõdum plenè instructus fuerat, reprehendẽdi.

Nicodemus non est sus. & superbis vsus negatiuis apud Christum.

Respondit Iesus: Amen amen dico tibi. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu S. non p̃t introire in regnum Dei.] Clarius rẽ nõ intellectam Christus explicat, dicens eã esse spiritualẽ, & ex aqua & Spiritu S. q.d. Sententiam meã videns min⁹ intellexisse, accipe ergo eam dilucidiorem. His autem verbis edisserit baptismum Euãgelicum, p quem regeneratus homo in nouum hominem, & in statu filiorum Dei cõstituit, vt hæreditatem regni Dei pcipere possit. Habent aũt quãdam ad testimoniũ Ioannis (quod Nicodemus forsan non ignorabat) verba hæc relationem; Nam Ioãnes dixerat: *Ego vos baptizo in aqua, ille vos baptizabit in Spiritu S.* Christ⁹ ergo se eum esse confirmat, de quo Ioãnes illud testimonium pbibuit. Hunc etiam baptismum necessariũ esse, vt homo in regnum Dei introeat, docet, quod Ioãnes non expresserat. Et verbum superius *Videre* explicat, per introire. Hunc ortum nouũ ex aqua & Spiritu S. Baptismũ esse nemo dubitat, q Paulus ad Tit. 3. confirmat dic. *Saluos nos fecit per lauacrum generationis & renouationis.* Cur autem Baptismus dicatur regeneratio, ratio est, q in statum adoptionis filiorũ adducat, & homines filios Dei facit, q̃ circũcisio nõ habebat: Omnes.n. in statu seruitutis, quantumcunq; iustificatos ponebat, hac de causa baptismus generatio & natiuitas quædã est: Vbi.n. filiatio est, natiuitas & generatio est, & ex hoc Baptismus effectum habet illum aperiendi ianuam cęlorũ, & homines capaces faciendi introitus regni Dei. Nã hæreditas filio non datur, nisi qñ est in statu filiorum. tunc .n. filius perfectè dicitur, Filiorum aũt hæreditas est. Illis olim Iudæis, quia in statu seruorum erant, ianua regni non aperiebatur: Baptizatis verò vt perfectis filijs aperta est, ob id Baptismus generatio quædã est, & sacramentũ renouationis & simul regenerationis à Paulo dicitur. Sicut ergo in naturali generatiõe generatio vnius corruptio est alterius: sic Baptismus generatio cùm sit, quia per eum homo sit & nascitur filius Dei corruptio est, nẽpe mors quædã veteris hominis respectu peccati & veteris legis; Moritur.n. peccato & legi, quia per Baptismum seruitus peccati & onus legis ablata sunt: Et hac ratione per Baptismum cõmorimur & consepelimur cum Christo. Ita Ro. 6. dic. *Quicunq; baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Consepulti enim sumus cum illo per baptismum in morte: vt quomodo Christus surrexit à mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulem⁹.* Quã et sententiã ad Col. 2. idẽ Paulus cõfirmauit. Quia verò fides in Baptismo infunditur, sacramẽtum illuminatiõis dicitur, & ratione variorum effectuum varia nomina sortitur. Tamen ratio ppria ipsius est regeneratio quædã, qua hõo ex filio hominis fit filius Dei, ex seruitute peccati & legis in filiorum libertate cõstituitur. Triplex est aũt hominis generatio in S. Scriptura. Prima est naturalis, qua hõo nascitur in suo esse naturali, vt sit homo, & filius tñ hominis. Misera est hæc generatio & natiuitas post peccatum parentum, Nã nñ nascitur homo filius hominis, quin simul nascatur peccator & filius peccatoris. Psal. 50. *In iniquitatib⁹ cõcept⁹ sum, & in peccatis cõcepit me mater mea.* Duo soli homines sine peccato naturã acceperũt, qua homines essent Adã & Eua, sed hi non sunt generati nec nati. Secunda est, q̃ fit per Baptismum, per quẽ deleto peccato natura hominis illa, q̃ infecta erat peccato, recepit iustitiã & sanctitatẽ, ac Dei filiorum adoptiuã; habent tñ aliquid miseriæ, quia sic generatus, adhuc huius mundi calamitatibus manet subiectus, adhuc mortalis est & passibilis. Animarũ est iste ort⁹ potiùs q̃ corporum, & nñ omninò perfecta adhuc, quia peccare p̃t & peccat renatus. Tertia est perfecta, ac fælix ab omni morte & miseria libera, q̃ est corporum resurrectio. Hanc dici regenerationẽ seu natiuitatem in scriptura certum est, Nã Mat. 19. dicitur, *In regeneratione cũ sederit filius hominis* De secunda hic fit mẽtio. Nolite itaq; Auditores, interrogare, quomodo q̃ supra nos sunt, fiant, quia humanus captus est imbecillis. Sed si inueteratus quis fuerit in vitijs & cõcupiscẽtijs, postulet humiliter gratiã à Christo vt possit ab eis resurgere, & sibi persuadeat, q si diligenter perseuerauerit in huiusmodi petitiõe, facile q cupit impetrabit, Nã & equi indomiti & leones assidua cura cicurantur. Ex hoc et vide quam sit difficile prauã peccandi cõsuetudinẽ extirpare. Fiat ergo primũ pax animæ & cordis cum pcepto Dei, vt aduersus cõsuetudinẽ corporis & flagitiarẽ duo sint victores, pceptum Dei & consensus tuus. Casus talis est. Medicus ægrotus & ægritudo, si iste ægrotus cum ęgritudine se dederit, vincitur medicus efficiuntur duo aduersus eum, atq; superat medicus; Si vero ægrot⁹ cũ medico se dederit, vincitur infirmitas: Sic de te cogita, qui infirmus es, ppter peccata, quorũ medic⁹ Christus est. D. Aug. de verbis Dom. dic Inter cętera q̃ mortalis magis decipere solẽt, illud est q vt errores suus excusent eorũ qui boni sunt, virtute metiri se nolunt, sed eorũ qui seipsis sunt deteriores morbi, ita vt satis illis sit, si nõ tã mali sunt. Auar⁹ se maiori alteri⁹ auaritia metit, sic superb. & alij alteri⁹ cũ superbia luxuria, & similib. cõferunt, nõ vt se corrigãt, sed vt altero se existimẽt deteriorẽ. Cùm Deus dixit, Iustificata est Sodoma in cõspectu Samarię, num fortè non ideò Sodomam puniuit, quia ea erat Samaria deterior? Minimè. Sic nec tu impunitus habere.

Hominis generatio triplex.

Ne quæramus, quomodo ea, quæ supra nos sunt.

Quod natũ est ex carne, caro est, & q natũ est ex spiritu, spiritus est.] Carnẽ hoc loco appellat hominẽ ipsum, secundũ esse naturale & humanũ, q in naturali generatiõe accipitur. sicut *verbũ caro factũ* dicit. Vtitur autẽ hoc vocabulo, vt distin-

Per carnẽ intellectum homo ipse.

guat a generatiõe carnali hanc, per quam nascitur spiritus, sen secundũ esse spirituale, & discernat esse corporeũ ab esse spirituali, q. est per gratiã. Multũ ergo à vero sensu huius loci aberrant, q carnẽ hoc loco exponũt de carne peccati, cum nihil de peccato agatur: & quis nullum esset peccatũ verum esset, q. natũ est ex carne, caro est. Propositũ Christi solum est ostendere terminum carnalis & corporalis generationis esse similẽ principio, & qa principiũ generationis naturalis homo est, homo est q generatur cum principiũ generationis secũdæ sit spiritus, q. producitur & nascitur, spiritus est, ob id non ponit sanctus, sed spiritus, quia .i. q. opponitur carni, non q. esse humanum per naturalem generationem pductã destruatur, manet.n. natura hominis; sed superadditur aliud esse, aliaq; vitã spiritualis & gratię à Spiritu S. producta. Vt.n. homo viuit vita vegetatiua, sensitiua & rationali, nec vna vita perit, eo quod alia vita simul sit, sed potius perficitur: ita natura humana supra vitã rationalem, & super esse humanum, per Spiritum S. accipit aliam vitam diuinam, supernaturalem, incorpoream, nec tamen perit vita naturalis, sed perficitur.

Non mireris, quia dixi tibi, oportet vos denuò nasci. Spiritus vbi vult spirat.] Admiratio Nicodemi ex incredulitate erat, ppterea Dñs corrigens dic. *Non mireris*, non dixi vt iterum nascatur homo, sed vt nascatur, q. nunc erat & accipiat q. non habebat, nempe esse diuinum & spirituale, secundũ q. sit Dei filius. Si.n. magnitudinem rei ex fide admirat' esset, non esset correctus; Nam admiratio bona esset, & nos fideles rectè altitudinẽ hui' ministerij admiramur. Admirati sunt Iudæi, Io. 6. dic. *Quomodo potest hic carnẽ suam dare ad manducandũ?* Sed malè, quia cũ infidelitate. Admirati sunt etiã illi homines dicentes, Mat. 8. *Qualis est hic, quia mare & venti obediunt ei?* Sed rectè, quia cum fide & ex fide. Docet ergo Christus natum de spiritu spiritum esse, similem q. ipsi spiritui, de quo nat' est, non quidem per omnia, fieri.n. nõ pt, vt homo Spiritui S, qui Deus est, omnino sit similis, sed est similitudo aliqua participata, quæ in tribus est. Primum est, *Spiritus vbi vult spirat*, .i. est, liber est in suis operationib' q. vult facit, nullo retinetur impedimento, nulla premitur seruitute. Hoc alijs verbis Paulus 1. Cor. 12 explicuit dic.

Homo spiritus S. cõparatus quomodo.

Vnus atq; idẽ spiritus diuidens singulis prout vult. Sic est omnis q. natus est de spiritu, habet.n. libertatem quandã spiritus, & vbi vult spirat. 2 Cor. 3. *Vbi spiritus Domini, ibi libertas.* Legem implet, tentationem superat, peccata vitat, diabolũ vincit, quod bonum vult, operatur, in libertatem filiorum Dei per Spiritum S. erectos, à charitate Dei nunq̃ inimicus separatur. Talis efficitur qui ex aqua & Spiritu S. renascitur. Adducere quadruplicem libertatem eũ adipisci. Prima est a seruitute legis Mosaicæ. Nã qui sub lege illa tenebantur, in statu seruitutis erant. Gal. 4. *Cũ essemus paruuli, sub elementis mũdi huius eramus seruientes.* Ab hac seruitute Christus nos liberauit per spiritum adoptionis filiorum. Vnde eodem in loco Paulus adiunxit dic. *Vbi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum ex muliere factũ sub lege, vt eos qui sub lege erant, redimeret, vt adoptionẽ filiorũ reciperemus. Quoniã aũt estis filij Dei, misit Deus spiritũ filij sui in corda vestra, clamantẽ Abba pater.* Spiritus ergo Filij facit filios Dei, & liberat à seruitute legis illius. Altera libertas est à lege ipsa morali, q̃ hominũ cordibus à natura insita est, non q. obseruantia legis huius ablata sit renatis, sicut ablatum est iugum legis illius Mosaicæ, q̃ iam est abrogata, sed q. per SpiritũS. renatis sit collata gratia & virtus, qua eam implere valeant; Sine spiritu.n. moralis lex perfectè impleri non potest, peccato vires adimente. Ideò qui de spiritu nati non sunt, seruiunt legi, seu potius legis seruitute premuntur: Nati verò de spiritu, eam implere omninò valent spiritus gratia roborati, ideò non sunt sub legis seruitute, sed liberi ad eam obseruandã. De hac libertate Paulus Ro. 7. *Quis me liberabit de corpore mortis huius? gratia Dei per Iesum Christũ.* Tertia est libertas à seruitute peccati & diaboli, qui.n. est in peccato, diu perseuerare nõ pt. quin in alia incidat, nec tentãti diabolo valet omninò resistere, Seruit ergo necesse est. Hanc libertatẽ confert renatis spiritus Dei, de qua Paulus Ro. 6. dic. *Cum serui essetis peccati, liberi fuistis iustitiæ.* Hæc cum præcedenti coniũcta est, sicut & seruitus peccati cum seruitute legis. Quarta est à seruitute corruptionis & mortalitatis, quã spiritus tribuit renatis, non quidem in hoc sæculo, sed in resurrectione, Ro. 8. *Viuificabit mortalia corpora vestra propter inhabitantem spiritum eius in vobis.* De qua ibidem dic. *Creatura liberabitur à seruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei.* Spiritus ergo est, qui de spiritu nascitur, & sicut hic liber est, ita & ille. In hanc libertatem per Euangelium vocati sumus. Gal. 5. ideoque Euangelium lex perfectæ libertatis dicitur, Iac. 2. *Euangelium autem lex est spiritus.*

Ex aqua & Spiritu S. renatorũ libertas quadruplex.

Existens in peccato, diu perseuerare non potest, quin incidat in alio.

Et vocem eius audis.] Hinc est alterum, in quo qui natus est de spiritu, similis est spiritui, de quo natus est. Spiritus in se insẽsibilis & inuisibilis est, voce tñ eius auditur, Loquitur .n. Spiritus S. per eos, quos inspirat, 2 Pet. 1. *Spiritu S. inspirati, locuti sunt sancti homines.* Mat. 10. *Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri.* Act. 6. *Non poterãt resistere spiritui, qui loquebatur.* Qui ergo audierunt prophetas, Apostolos & eos, qui diuino afflati sunt spiritu, audierunt vocem spiritus, quis non omnes perceperint vocem fuisse spiritus, sicut oẽs qui Christum audierunt, audierunt quidem vocem filij Dei, licet non oẽs crediderint vocẽ filij Dei fuisse. Sic est omnis, qui natus est de spiritu. Inuisibile est, q. latet interius, nimirum gratia & dona spiritus, quib' consors effectus est diuinæ naturæ. Hæc.n. corporeis oculis non videntur, opera tñ mirabilia & diuina, quæ inde procedunt, apparent, & hominum sensibus obiecta sunt. Hoc res ipsa confirmat. Videmus.n. & legim' homines rudes, ignaros, debiles, vitijs deditissimos, spiritu renatos, euasisse sapientissimos, fortissimos, omni bonitate & sanctitate illustres, vt ex operibus ipsis nouæ & diuinæ mutationis & natiuitatis internæ efficax appareat argumentum. Vox igitur natorum de spiritu auditur, sed q. intus est non videtur. Loquitur autem Dñs in secunda persona, quia cũ Nicodemo loquebatur qui ex sacra scriptura sciebat spiritũ Dei p Prophetas locutũ esse.

Gratia & dona spiritualia quomodo inuisibilia.

Sed nescis vnde veniat, aut quo vadat: Sic est omnis, qui natus est de spiritu.] Hoc est tertium, in quo geniti de spiritu, cum ipso spiritu, de quo natus est, similitudo cõsistit. Nemo scit, quo vadat spiritus, aut vnde veniat, quantumcunq; vocem eius audiat, i. nemo vias, consilia, iudicia Spiritus S. assequitur, Ro. 11. *Quã incõprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius, quis cognouit sensum Domini? aut quis consiliarius eius fuit?* Sap. 9. *Quis hominum poterit scire consilium Dei? aut quis poterit cogitare, quid velit Deus?* hoc est, q. nunc dicitur. *Nescis vnde veniat.* Est.n. metaphorica locutio. *Sic est omnis, q. natus est de spiritu.* Nam homines huius sæculi vident opera iustorũ natorum de spiritu: at vias eorum nemo nouit, nisi qui eodẽ spiritu Dei agitur. Cogitationes.n. desideria, fines, intẽtiones spiritualium latent eos, qui spiritum Dei non habent. 1. Cor. 2. *Animalis homo non percipit quæ sunt spiritus.* Act. 2. Apostoli pleni spiritu, visi sunt Iudæis incredulis pleni musto; Quia licet in eis audirent verba & voces spiritus exterius, cõsilia tñ, iudicia, intentiones, & fines eorũ nõ percipiebãt, nescientes vnde venirent, aut quo tenderent. Insipientium oculi, nati de spiritu, reputati sunt stulti, cum essent prudẽtissimi, iudicati sunt scelerati, cùm essent innocentissimi, existimati sunt sine honore, cũ essent filij Dei, visi sunt mori, cùm tñ essent in pace. Deniq; opera renatorum vidẽtur quidem, nondum tñ apparet quid sunt, & quid erunt. *Spiritus ergo est omnis, qui natus de spiritu.* Vide ex hoc, an nõ Lutherus ex carne natus fuerit, qui reiecta spirituali generatione ad nuptias illicitas, & ad carnalia omnia degenerauit. Obserua etiam ex hoc, ne quis sibi tñ arroget, qui de spiritu natus, quia castus, sobrius & similis, quia eadẽ re pt, caro enim debilis, & habet multa incommoda, multasq; miserias: si illa eleuatur, spiritus deprimitur & è cõtra, vt in lance sit: ideò nõ nisi tributo alenda, non autẽ opiparè & splendide. Præterea hanc cõparationem nõ ita de aura vel vento, q̃ de Spiritu S. explicanda est, quia textus euidenter docet. Nõ vnt illi qui de spiritu nati, quanta miseria sit carnis & carnalium, quanta verò eorum conditio & fœlicitas.

Carnalium quanta miseria & quanta spiritualium felicitas.

Respondit Nicodemus & dixit ei: Quomodo possunt hæc fieri? Respondit Iesus & dixit ei, Tu es Magister in Israel, & hæc ignoras?] Ignarus, & admirãs, & discere cupiẽs interrogat, quomodo fieri possit, vt homo fiat spiritus, & talis quidem fiat, qualis spiritus dictus est esse. Non malitiæ, sed vt Chrys. ho. 25. annotat, ignorantiæ & stultitiæ hominẽ accusat, eò maximè q. cùm insignis Doctor esset ab omnibus habitus, nesciret

quæ

quæ scire deberet. Merito Doctori vitio datur ignorantia; Nescire.n. quæ sui muneris sunt, reprehẽsione dignũ est & nõ solum nescire, sed adhuc doctrinã non capere. Bene Cyril. l.2.c.46. aduertit *Si qui apud eos Doctor erat, ita rudis inuenitur, quales eius discipulos fuisse credendum est: Non.n. discipulus est super magistrũ suũ. Quãuis aũt maior discipulorũ sit ignorantia, tamen magistrorum maior est culpa.* Interrogat Chrys. in quo hæc generatio spiritualis, cum Iudaica doctrina cõmuniet, vt Nicodemo vitio detur ignorantia. Respondet primo, hãc generationem pdictã in Prophetis. Ps.21. *Annuntiabitur Domini generatio ventura.* Ps.102. *Renouabitur vt aquilæ, iuuentus sua.* Promissa est ẽt aqua mundaos ab omni peccato & inquinamento. Ezech.36. Secundo, Figuræ huius præcesserunt in multis miraculis, quæ per aquã facta sunt, vt in mundatione Naaman à lepra, in transitu maris & Iordanis, & alijs multis. Adde q̃ Deut.30 dicitur: *Circũcidet Dominus cor tuũ, & cor seminis tui, vt diligas Deũ.* Si igitur circumcisio spiritualis est, cur non generatio? Præterea Ezech.36. *Dabo vobis cor nouũ, & spiritum nouum ponam in medio vestri, & auferã à vobis cor lapideum.* Si hæc pnunciata sunt per aquã & spiritum futura, cur non percipitur verbum Dñi, q̃ non est obscurius verbis illis? Præterea in scriptura spiritus Dñi legitur per Prophetas locutus, vox audiebat & credebatur esse, in spiritus nõ fuit visus. Legitur mutatio interior per spiritum, nam Saul mutatus dicitur in alterum virum. Legitur vnctio spiritus interior, legitur homines filios Dei futuros & alia multa, quæ si Doctor scripturæ diligenter considerasset, non ita nouũ visum fuisset ei verbum Christi, de nasci hominem interius spiritualem per spiritum & per aquã. Propterea ignorãtiæ Dñs eum arguit, & attende quomodo Nicodemum de sua scientia præsumentem Dñs depresserit. Nota, erunt duo in vna concione, alter commouebitur, alter indurabitur. Lazaro resuscitato plurimi crediderunt, multi ẽt Iudæorũ magis odio exacerbati sunt. Vnus latro scelus suum agnoscit, veniam petit & saluatur, alter non. Itaq; nescis qua occasione aliqñ illæ bonæ mutationes fiant. Vide etiam quã turpis & ignominiosa ignorantia, apud eos maximè, qui ex officio aut nomine scire sua tenentur, quamq; periculosum sit, sua tanq̃ valde magna aut certa venditare, vt Lutherus, qui nec angelum, sibi contraria pdicantem censet audiendum. Interrogabis aliqñ sacerdotem de Breuiario, Monachum de Rosario, adultum de oratione Dominica, præsidem causarum de iure & iustitia, alium de fide, alium de alijs, & ignorabit. Ideò ignorans ignorabitur.

Spiritus Domini per prophetas loquebatur etsi non cernebatur.

Amen, amen dico tibi: Quia quod scimus loquimur, & q̃ vidim⁹ testamur, & testimonium nostrum nõ accipitis: si terrena dixi vobis, & non creditis, quomodo si dixero vobis cælestia, credetis?] Tria in Nicodemo reprehensione digna erãt, Ignorãtia, Quæ.n. Doctor ex lege scire debuit, nesciebat. Incredulitas; Quia q̃ Christus asserebat partim negauit, partim in dubiũ vertit. Tarditas, quia tot verbis eductus, intelligentiam assecutus non est. Antea ignorantiæ redarguit, nunc incredulitatis, q.d. Ego q̃ scio loquor, & q̃ vidi, testor, i. certissima sunt & verissima verba, quia nõ ex auditu, nõ ex opinione, non ex alterius relatione, sed ex scientia & visu dico & loquor, & adhuc nõ accipitis testimoniũ meum, nec verbis meis creditis. Non vult præcipuè Dñs Nicodemum ignorantiæ & incredulitatis arguere, sed potius vt horũ admonitus, fidẽ Dño habeat, & etiamsi nõ percipiat, credat. Hac de causa testimoniũ suum iã iterè cõmendat Christ⁹. Vnde rectè Cyril. l.2.c.47. hæc verba connectens, ait: *Cũ reipsa rudior, quã vt posset diuina dogmata capere, longe iã consumpta oratione, Nicodemus videretur omissa exquisitiore inuestigandi diligentia simpliciori fide, q̃ non poterat intelligere, recipiendũ ei esse consulit, Dominus.n. hominum fidẽ desiderans nõ vult semper omnino explicare mysteria, ne potius res euidentia, quã verbi obedientia assensum faciat. ppterea adhuc re non intellecta; vt credat: suadet.* Ibidẽ Cyril. *Attendamus, inquit, q̃ docendi potestatẽ accepimus, melius esse si simpliciter fidẽ, quã pfundiori ratione diligentius expositam Neophytis tradamus.* Recordari autem debuerat Nicodem⁹ priorum verborum, *Scimus quia à Deo venisti magister.* Credendum ergo ei erat, si magistrum à Deo confitebatur. Sciendum, Christũ, vt Deum omnia scire in seipso, vt hominẽ autem, in diuina essentia omnia q̃ loquebatur mysteria, videre. Vnde q̃ dicebat optimè & perfectissimè sciebat & videbat. Loquitur autẽ in plurali numero vt dicit Cyril. quia Patrem & Spiritum S. in seipso habet, quasi testimonium suum non sit vnius, sed plurium & ex visu & ex scientia, iuxta illud Io.8. *Iudicium meum verum est, quia ego non sum solus, sed ego, & q̃ me misit Pater. Et in lege vestra scriptum est, quia duorum hominum testimonium verum est.* In Nicodemo ẽt cæterorum Iudæorum reprehendit incredulitatem: ideò plu. numero vsus, dic. *Non accipitis.* Tertio loco tarditatem ingenij Nicodemi & Iudæorũ arguit, argumẽto à maiori adducto negatiuè, si non creditis q̃ faciliora sunt, nec credetis quæ difficiliora. Et perpende verba, nam tacitè allicit Dñs ad assentiendum ijs, q̃ dicta sunt, spe multo maiora cognoscẽdi, similiter timore amittendi fidem cælestium, impellit ad habendam sibi fidem de terrenis, q.d. Habeo maiora & diuiniora q̃ doceo, eorum tñ cognitione & fide priuabuntur, q̃ dictis hactenus terrenis fidem non habuerit. Rectè Chrys. ho.25. per terrena generationem spiritualem, q̃ per Baptismum fit, exponit, per cœlestia æternam Filij Dei generationem à Patre: cuius cõparatione generatio omnis nostra terrena est, quia finita & creata est. Omnis autem creatura creatori collata, non solum terra, sed velut nihil est. Obserua ẽt causam, cur hoc Euangelium Dominica Trinitatis legatur, quia de ea apertius agitur, quia nullum est sacramentum, q̃ nitidius Trinitatis mysterium exprimat, q̃ baptismatis sacramentum. Quod cùm Christ⁹ suscepit, tres personæ Trinitatis se mundo ostenderunt, Pater per vocẽ, Spiritus S. per columbam, Filius per susceptionem sacramenti, cuius virtute nos in charitate viuere, vitã speram⁹ æternã. Nota etiam q̃ vehementius tangat Christus Nicodemum, quia per visum qui est sensus apud nos certissimus conatur illi persuadere. O admirabile igitur Dei beneficium, cœlestem nobis Baptismi fontem dedisse, in quo vetus Adã demersus nouus in Christo Spiritus S. gratia renatus resurgit. Ex sanctissimo illo sanguine in cruce nostri causa effuso fons ille emanauit, & hoc Is.64.c. his verbis petebat: *Vtinã disrumperes cælos & descenderes, à facie tua montes defluerẽt.* Mẽbra.n. Redemptoris nostri cœli appellari conuenientissimè possunt, Cœli.n. à cœlando dicuntur, ea autem verbi diuinitatẽ cælabũt. Quæ vtinam, inquit [illegible]phera, factus homo descenderes, & cælos, i. tua membra, flagellis, clauis, lãcea, spinis, & cruce disrumperes, & ea ad tantã ignominiã demitteres, vt nos ad cæli gloriã diuina gratia nobis passionis tuæ virtute communicata ascenderemus. Hoc ẽt plurimum exaggerat D. Paulus Eph.5. dic. *Christus dilexit Ecclesiã, & seipsum tradidit pro ea, vt illam sanctificaret, mundans eã lauacro aquæ in verbo vitæ, vt exhiberet ipse sibi Ecclesiã non habentẽ maculã aut rugam aut aliquid huiusmodi, vt sit sancta & immaculata.*

Nicodemi & Iudæorum ingenij tarditas arguitur.

Euangelium hoc in Dominica Trinitatis cur legatur.

Cur si tu incarnatio & passio à sanctis desiderio.

Et nemo ascendit in cælũ, nisi q̃ descendit de cælo, filius hominis q̃ est in cælo.] Dixerat superius, *quomodo credetis si dixero cælestia?* id est, non credetis, si cœlestia dixero. Tacitè hãc incredulitatem exprobat, dic. cœlestia nobis non credetis, cũ iñ reuera nemo sit, qui ea valeat, sicut ego, enarrare. Quia nemo ascendit in cœlum, vt videret ibi cœlestia, nisi ego, qui erã in cœlo, & ascendi: & ppterea nemo sicut ego, cœlestia valet enarrare. Prudentissimè animam ppatat ad credẽda cælestia q̃ dicturus est & cõfirmat ad fidem eorum quæ dicta sunt. Loquitur autem de se in tertia psona sub nomine filij hominis, vt vnitatem siue idẽtitatem suæ psonæ significet. N.i qui est Filius hominis, idem est fili⁹ Dei, qui est in cælo. Credidistis alijs cælestia, vt Prophetis omnib⁹ & Iudæis, & ñ nemo illorum ascendit in cælum, vt ea videret & enarraret. Similis est sensus illorum verborum Io.1. *Deũ nemo vidit vnquã, vnigenitus, qui est in sinu patris, ipse enarrauit.* His ergo verbis se filiũ Dei super omnes Prophetas Christ⁹ ostendit. Quomodo autem intelligi debeãt verba illa. *Nemo ascẽdit, nisi qui descendit,* & Christo qui nõdum ascenderat cõpetãt, sciendum est, Christum Deum & hominẽ, dictũ esse ascẽdisse & descendisse, & esse in cælo, non tñ ratione vtriusq; naturæ, sed cum sit vna persona in duplici natura p cõmunicationem idiomatum, quã vocant, recipit pdicationes vtriusq; naturæ. Idem.n. est Christus qui est Deus, & qui est homo, idem qui natus ex matre in tẽpore, & ab æterno ex patre genit⁹, sed nõ ratione vni⁹ naturæ, sicut idẽ homo videt & idẽ ambulat, sed nõ ratione eiusdem instrumenti vtrumq; facit. Filius ergò hominis q̃ Christ⁹ est descẽdit de

Reprehensibilia in Nicodemo tria.

Christus quare de se loquitur in tertia persona. Filius hominis.

Vna Christi persona duplici natura.

cœlo & ascendit, & est in cœlo, sed nō ratione vnius & eiusdem naturæ. Dicitur quidē esse in cœlo, qn̄ hæc loquebatur ratione diuinæ naturæ, dicitur descendisse de cœlo, ratiōe diuinæ, vt principij, ratiōe humanę, vt termini. Nam Deum descendisse de cęlo non est aliud, q̄ Deum q in cęlo est, hominē factum esse. Solius.n. naturæ diuinæ ratiōe nō descendit, quia vbiq; est, ratione verò humanæ nō descendit, quia nō erat in cęlo. Ratione igitur vtriusq; dicitur descendere. Sed tota difficultas est in verbo *Ascendit*. Dictum autē hoc est ꝓpter homines, quorum nemo in cęlum ascēderat, vt cęlestia ibi possit inuenire, quia hominum nemo, cū in terra sit, in cęlo esse poterat, nisi ascēderet. Christus autē non dicit se ascendisse, sed esse in cęlo. Itaq; *Nemo ascēdit*, i. nullus homo in cęlo fuit eo ascēdes, *nisi filius hominis*. At ne intelligeretur fuisse in cęlo, quasi ipse fuerit in terra, vt homo & in cęlum ascenderit, additum est, *Nisi filius hominis*. q. d. Nemo fuit in cęlo, nisi filius hominis, qui est in cęlo, & de cęlo descendit: At quia loquitur de hominibus, fuisse in cęlo, exponit per verbum Ascendendi, quia in cęlo esse nō poterat nisi ascendendo. Propterea tamen de se loquens addidit: *Qui est in cælo*, ne eum ascendisse vt hominem arbitremur, & in præsenti loquitur, vt se semper in cęlo esse significet ratione diuinitatis suæ.

Tres hæreses refutatæ, & tria dogmata Catholica confirmata.

His verbis tres hæreses refutantur, & tria dogmata Catholica confirmantur. Primum contra Nestorium pluralitatē psonarum in Christo affirmantem, Nisi.n. esset vnica psona, dici nō posset, *Filius hominis qui est in cælo*. Secundum contra Cherinthum & alios, diuinitatē Christi negantes: si Deus nō esset, eum nec descendisse, nec esse in cęlo, verum esset, Tertium contra Manichæos verā Christi humanitatē negātes. Nā si vera humanitas non fuit, quomodo filius hominis esse potuit? Nostra aūt conuersatio in cęlis esse debet, Phil. 3. Hic igitur qui nunc in cęlo spiritu & conuersatione versatur, eò post mortē, vt Deo in æternū pfruatur, ascēdet, nō autē ille qui nunq̄ ad cęlestia consideranda cogitatur, sed humi tanq̄ bestia repit, terrena spectat & optat. Hęc honestat peccator verba. Qui hīc ad alā ciuitatē ꝓficisci intendit, semp illam habet in animo, de illa cogitat & loquitur, & quid in ea fact[...], disponit secum. Quod si eo ꝓfecturus nō est, nunq̄ eius ferè recordatur. Videte iā & de vobis iudicate, si mansiones vestras cęlestis Ierusalem. Et videte vt cum nemo, nisi Christus ascenderit & descenderit, nemo ēt sine illo ascēdere possit, conatus vestri sint oēs omnium, vt adhæreatis Christo, tanq̄ membra capiti, vt cū illo ascendere valeatis. Superbus non est mēbrū, nec auarus, nec similes, itaque videant, quo illi sint descensuri.

Nunc in cælo spiritu versantes, post mortem & ipsa in cælum ascendunt, Deum æternum perfruituri.

Et sicut exaltauit Moyses serpentē in deserto, ita exaltari oportet filium hominis, vt omnis qui credit in ipsum, nō pereat, sed habeat vitā æternā.] Altero argumento vtitur. q. d. Vt mihi credatur, necessarium est: Nā ego exaltādus sum, vt qui in me credit, vitā habeat æternam. Eum ergò qui vitam æternam habere, & ab ęterna morte liberari cupit, mihi credere oportet. Illa coniunctio. Et, copulat cū superiori sententia. q. d. Nō creditis mihi cęlestia, & tñ ego sum in cęlo, & de cęlo descendi, & cęlestia aperte vobis noui. Et rursus, Ego sum exaltandus, *Vt, qui credit in me, non pereat, sed habeat vitā æternā.* Ex qualitate ergò loquētis, quia de cęlo sum, & ex fidei necessitate ad vitam mihi credere debes. Dum autē ad fidē sibi habendam hortatur ēt ea q̄ credenda sunt, reuelat: tale est hoc nēpe ipsum esse exaltandum, vt credētes in eum salui fiant. Vtitur autem figura ex scripturis sumpta, vt facilius Nicodemus doctrinam assequi possit, erat.n. legisperitus. Ex ipsa autē figura manuduci aliquomodo poterat ad fidē habendam dictis Christi. Nam Moysis facto mysterium aliquod magnum significari, dubitare non poterat. Quis.n. non intelligeret serpentem æneum in ligno appensum nihil ea se, ad sanandos serpentū venenosos morsos ꝓfuisse, Deumq; qui mille modis sanare poterat, illud præcepisse, quia magnum aliquod mysteriū futurum significaret? Vt igitur vel ex hoc mirabili facto facilius Christus, q docet, persuadeat, mortē suam & crucifixionē his verbis indicat. Non solum autem in hac figura genus mortis significatur, & fruct⁹ ei⁹, sed etiam à quib. esset occidendus & exaltandus. *Exaltari oportet filiū hominis.* A quibus, si petas, non exprimit, tñ significauit seu pfignauit. Moyses enim Iudæorum populum repræsentauit, à quibus exaltatus est Christ⁹ & crucifixus: quod Io. 8. Dominus apertè dixit: *Cùm exaltaueritis filiū hominis, tunc cognoscetis, quia ego sum.* Historia huius facti. Nu. 21. habetur. Deus enim propter impias murmurationes & blasphemias, immisit in eos ignitos serpētes, quorum morsibus, postq̄ multa Hebræorum millia perierant, iussit serpentem ęneum pro remedio erigi, quem quicunq; aspicerent, ab eo liberarentur exitio: hoc mortis & crucis Christi in salutem nostram figuram prætulit, & hæc est etiam causa, cur hodie hoc Euangelium canitur.

Cur familiare Christo, filium hominis appellare se.

Cur Christo familiare fuerit seipsum filiū hominis appellare, alibi dictum est copiosè. Primo, vt nō solū incarnatio, sed ēt ei⁹ incarnatiōis mod⁹ significaretur. Secundo, vt cōiunctio, q̄ nobiscum habebat, exprimeretur. Tertio, vt hoc nomine ꝓmissiones factę patrib. iā cōpletæ uidērentur: quia illis & de semine eorum erat ꝓmissus. Quarto, vt filiationis nouę q̄ facturus veniebat, signum aliquod daretur. *Quia.n. filius Dei factus est homo, homo effectus est filius Dei.* Gal. 4. Quinto vt de se humiliter loqueretur? Quę oīa latiùs superi⁹ sunt deducta.

Serpens æneus perfectissima legis veteris figura aduentus Domini.

Aduerte q nulla erat figura in veteri testamento, quæ oēs partes mysterij Aduentus Domini ita exprimeret, vt hæc, ꝓpterea Dominus eam proponere voluit. Primo quidē in ipso serpente æneo Christi incarnatio & aduētus exprimitur, Serpens.n. ille apparebat, & similis erat serpenti, sed verè non erat: quia Christus sumpsit carnē in similitudinem peccatoris, ñ reuera nō erat peccator. Ad Ph. 2. *In similitudinē hominū factus.* non q non esset verus homo, vt mentitus est Manichæus, sed q apparebat homo peccator similis alijs, cùm nō esset, quod Ro. 8. apertius est dictum: *Misit Deus filium suum in similitudinē carnis peccati.* Eius igitur incarnatio in serpente significatur, vt ait Cyr. l. 2. c. 50. Secundo, significatur eius incarnationis modus, Serpens ille igne conflatus est, ob id in Hebręo dī ignitus, sic Christus de Spiritu S. conceptus, qui ignis dī. Tertio, Eius mors & passio, Serpēs.n. ille exaltatus est in ligno, quod factum est vt facilius & à plurib. veneno infectis videri posset: Sic Christus exaltatus est in cruce. Crucifixio.n. eius sæpe exaltationis vocabulo nominata est. Ioa. 10. *Ego si exaltatus fuero à terra*, Io. 8. *Cū exaltaueritis filium hominis.* Et hāc significationem notat S. Aug. l. de pec. mer. & remiss. c. 32. Quarto, Causa aduētus & mortis, Ille.n. serpens æneus conflatus & exaltatus est, vt morsu serpentium ignitorum saucij sanarentur. Sic Christus carnē sumpsit, mori voluit propter peccata hominum, vt à peccatis homines liberarentur. Quinto, Exprimitur fructus, Qui aspiciebant serpentem, sanabantur, qui nolebāt aspicere, peribant. Sic qui in Christum hominē crucifixum credunt, liberātur à peccatis, & vitam habent æternam, qui verò nō credunt, pereunt. Mar. vlt. Sexto, Efficacia, Vnus ille serpēs ad salutem multorum à varijs serpentib. sauciatorum positus est, & tam qui prope, q̄ qui procul, tam qui ab vna parte quàm qui ab altera aspiciebāt, sanabātur: Sic Christus vnus in salutē omnium varijs infectorum peccatis, p fidē est cōstitutus, Ro. 10. Christus ad iustitiam omni credēti, & tā patres antiqui à principio mundi, quā qui nunc & qui futuris erunt tēporib. in hoc nomine salutē habent. Septimo, morbi qualitas, A serpente.n. illi icti erant. Erant aūt serpētes igniti, sic appellati, quia morsu vehementissimo caloē corpora consumentē efficiebant: ita serpens dæmō peccatum inducit, quod ignis est consumens spiritualia bona, & sitim terrenarum rerum excitans. Octauo, Qualitas sanitatis, Nā morte vitam, contrariū contrario effecit: sic p æneū serpentē dedit sanitatē. Sapientes.n. iudicant, tactis morsu serpētum, aspectū æris candētis causā potius esse mortis, in quo miraculi vis eminet: quod.n. causa mortis erat, id profuit ad salutē. Deniq; ille serpens dictus est poni in signū: sic Christi crux vexillum est Christianorum, erectum cōtra acies inimicorū dæmonū, & tale vexillum futurū prædictū est. Isa. 5. *Eleuabit signū in nationib. procul.* Ier. 4. *Leuate signum in Sion.* De hoc Lu. 2. *Positus est in signū cui contradicetur.* Adde q præcepto Domini erectus est serpens, quia patris volūtate Verbū carnē assumpsit, & homo factum Patris præcepto, mortē crucis p nostra salute subijt, idq; in huius mūdi deserto, sicut & ille serpēs cōflatus & erectus est in deserto. Sed necesse præterundū, cur Deus hanc crucis mortē & exaltationē Christi in remediū peccati p ordinauerit cum multis modis alijs,

Cur serpens æneus conflatus & exaltatus.

Serpentes quare dicti sint igniti.

etiam

Cur mors crucis & exaltatio Christi, in peccati remedium à Deo praordinata.

etiam sine morte liberare nos potuerit, sicut & puros sine serpentis ænei exaltatione Iudæus sanare. Primã huius causã Hiero. ad Gal. 3. & Damas. l. 7. de fide c. 12. afferunt. Nempe vt medicina morbo respunderet, fuit lignum causa mortis, sit ergo lignũ causa vitæ. Hanc causam dupliciter accõmodare possumus: Vnu modo ex parte hominis, altero ex parte dæmonis hominem seducentis. Ex parte hominis sic. Inobedientia primi hominis ruinam mũdo intulit, fuit aũt inobedientia hæc in ligno, quia mandatũ Dei transgressus est circa lignũ, obedientia ergo Christi hominis reparauit nos, & quidẽ obedientia in ligno, quia pceptum patris impleuit in ligno. Ro. 5. *Per inobedientiã vnius hominis peccatores cõstituti sunt multi, per vnius obedientiã iusti cõstituentur multi.* At de qualitate obedientiæ ad Phil. 2. *Factus obediens vsque ad mortẽ, mortẽ aũt crucis.* Repetitio hæc nõ solũ auget Christi obedientiã q extenditur vsq; ad crucẽ, sed etiam simul insinuat obedientiam fuisse in ligno, sicut inobediẽtia præcessit in ligno: vt quia ille in ligno, circa rem facilem nõ obediuit, abstinendo à pomo, obediẽtia respõdeat in ligno circa rem difficilem, vt moriatur in cruce, in quo maximè Dei potentiam admirari oportet, qui per lignum q mortis erat causa, attulit vitam & multo pretiosiorem ea, q per lignum pdidimus. Altero modo, hæc eadem causa, ex parte dæmonis accõmodatur pposito; Hic. n. victoriã de homine in ligno & p lignũ reportauit. Cõueniebat ergo eũ, qui iniustè in ligno vicerat, in ligno, & p lignum iustè superari spolijsq; priuari. Quã causã Ecclesia S. docet, cum canit, *Vt qui in ligno vincebat, in ligno quoq; vinceretur.* In quo diuina sapientia commendatur, quia ijsdem artib⁹, quib. hominem capere tentat dæmon, ipse capitur, & incidit in foueã quã fecit, vt in adinuentionib suis pereat. Quod Ans. li. *Cur Deus homo* c. 6. annotãs, maximã asserit sapientiã esse, eisdem armis aduersarium vincere, quib. ipse sibi victoriã pparabat. Alteram causam Paulus docet ad Gal. 3. d. *Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictus,* quia scriptum est Deu. 28 *Maledictus omnis qui pependit in ligno,* vt in gentib. benedictio Abrahæ fieret in Christo Iesu. Obiurasse. teotia, sed maximè ad rem faciens, ubi id declarãda: Deut. 28. maledixerat Moyses omnib. legis illius transgressorib. *Maledictus,* inquit, *omnis qui non permanserit in omnibus quæ scripta sũt in libro legis, vt faciat ea.* Christus veniens Iudæos & Gentes saluaturus, & in vnam Ecclesiam cõgregaturus, debuit ab obligatione legis illi⁹, q Iudæis ppria erat, liberare, vt nouum sibi populum faceret, & salutem ẽt gentib⁹ cõmonicaret: Cum autem legis illius transgressoribus inflicta esset maledictio, hoc effecit, vt inde se susciperet maledictum, & eos à maledicto liberaret, Nã qui suscipit maledictum, quo non tenebatur, iure liberat à maledicto eum, qui iure tenebatur. Nulla autem mors erat, pptere q lex maledictũ inferret, nisi mors ligni Deut. 21. *Maledictus omnis, qui pependit in ligno,* Propterea Christus suscepit crucem, vt maledictũ legis in se sustinens, q reuera ad illum non pertinebat, qui innocens erat, liberaret, iureq; solueret ab obligatione legis illius, vt iam maledictum non comprehenderet eos, q talem legem non obseruarent. Soluta autem lege illa, Iudæis & gentib. omnib. communem vitæ legem dedit: hæc est causa cur crucis mortem elegit, & apertus est sensus verborum. Notat autem Ambr. Gal. 3. in illis verbis, non dici Christum natũ maledictum, sed factum, quia maledictio ad eum iure non pertinebat, quia innocens erat, sed sponte p nobis suscepit, vt à legis illius maledicto liberaret in se credentes. Tertiã causam Athanas. l. de incarnatione. Verbi, & corporali ei⁹ aduentu exponit, quo in loco hãc discutit quæstionem, nempe cur Crucis mortẽ Christ⁹ elegerit, & quatuor causas affert, quarum vna hæc est cæteris prætermissis, vt mors Christi omnib⁹ esset nota. Cum. n. ipsius resurrectio futura esset vnus ex pcipuis fidei articulis, vnũq; potissimum probandæ eius diuinitatis argumentum, mors debuit esse manifestissima & certissima, vt nemo mortẽ fictam esse affirmare auderet; Talis fuit Crucis mors, q non solum notissima, sed acerbissima erat, vt tãto mirabilior esset resurrectio, quãto horribilior & acerbior mors ipsa fuerat. Adde crucis mortem præter acerbitatem fuisse tũ cabiectissimã & summè contemptibilem, hominibus sceleratissimis infligi solitam, Cum ergo Christ⁹ omnia peccata in

Dæmoniis dũ capitur artibus, quib. hominẽ capiat.

Christus dicitur maledictũ, non natũ, sed factũ.

se puniẽda suscepisset, suppliciũ tale subire elegit, vt grauitas peccatorum nostrorum, p quib. patiebatur, in eo vindicaretur. Oportebat etiam filium hominis exaltari, vt non solum Dei misericordia, verũ etiã iustitia manifestaretur q nulla in re tantopere apparuit, vt in pprio filio, tanta pœnarum grauitate puniendo. Nam quotquot supplicia De⁹ de angelis & hominib⁹, iustitiã suam manifestãdo, desumpsit, omnia de puris tm̃ creaturis desumpta sunt: at vero proprium filium ob aliena castigasse peccata, hoc mire ei⁹ iustitiam extollit, & timorem magnum incutit: quia vt ipse filius Dei dixit, *Si in viridi ligno hoc faciunt, in arido quid fiet?*

Filiũ hominis cur exaltari oportuerit.

De ipso festo Inuent. Crucis. Inuẽtio S. Crucis post annos ducẽtos à resurrectione Christi facta est, de qua hodie gaudet Ecclesia. Attamen hoc lignũ ante multo inuentum est. Primo, à Seth filio Adæ (ita habet thesaur⁹, cui ppter testimonia antiquitatis fides negari nõ omnino pt, vt ille allegat Euangelium Nicodemi, quantũuis non receptũ ab Ecclesia) Cũ Adã infirmaretur, Seth filius eius portas paradisi adijt, & oleum misericordiæ quo corpus patris perungeret postulauit, Cui apparens angelus Michaël ait *Noli laborare & flere p oleo misericordiæ, quia nequaquã illud cõsequi poteris, nisi cõpleta fuerint quinq; millia annorũ.* Attamen alibi legitur, q dedit sibi ramusculum, vt illum in monte Libani plantaret. Sed in quadã Græcorum historia legitur, q dedit ei de ligno, in quo Adã peccauit, dic. *Quando fructũ fecerit, tunc pater saluabitur.* Rediens igitur & patrẽ mortuum inueniens, hũc ramum super tumulum patris plãtauit, qui creuit in arborẽ magnam, & vsq; ad tẽpora Salomonis perdurauit. Accipe meditationis loco, si historiã negas, sed nec incredibile est, quĩ sicut B. Virgo pdestinata fuit, vt esset mater, sic & lignũ pelectum, in quo salus mundi pẽderet. Secũdo, à Salomone, Nã Salomon dũ domum saltus ædificaret, vidit arborẽ tã pulchrã, fecit eã succidere, & in pdictã domũ collocare, nusquã tñ locari poterat lignũ ei⁹, nec alicubi aptari voluit modò nimis lõgum, modò nimis breue; Ideò indignati artifices ipsum reprobauerunt, & super quendã locũ, vt esset pons transeuntib. piecerunt. Tertiò, A regina Saba, q secũdum Iosephũ dicta fuit Nicaula, q venit in Hierusalem 3. Re. 10. vt audiret sapientiã Salomonis. Et cũ pdictum lignũ p nãsire debebat, iuxta scholasticã historiã, vidit in spiritu q Saluator in illo ligno suspendendus erat, ideo sup illo ligno ire noluit Et Salomoni intimauit, q in illo ligno qdã suspendend⁹ erat, p cuius mortẽ regnũ Iudæorũ deleri debebat. Ideò Salomon lignum inde sustulit, & in pfundissimis terræ viscerib. submergi fecit. Quarto, à Iudæis in probatica piscina vbi hostias abluebant, q habuit potestatẽm sanandi infirmos, & pserti in eum q prior descẽdebat, Io. 5. Et hoc post descensum angeli, etiam fuit ex virtute angeli, (quamuis in illo Euãgelio Quadragesimali aliter diximus.) Appropinquãte igitur passione pdictũ lignũ supernatauit, q Iudæi videntes ipsum acceperũt, & crucẽ Dñi parauerũt & ipsum in eo crucifixerũt. Mortuo aũt & sepulto Christo, crucem in terra absconderunt, vbi p 200. annos & ampli⁹ latuit. Quinto, Ab Helena & hæc ab Ecclesia celebratur, quia aliæ quatuor inuẽtiones ligni nondũ Christi sanguine cõsecratæ erãt, & ipsa inuenit p Iudã sacerdotẽ, vt habetur in legenda, tres cruces, ad designandũ, q homines vtriusq; lex⁹ triplices inueniuntur, q in eis gerunt crucẽ. Historiã aũt hui⁹ S. Crucis, sic accepite ex Sozomeno. Cũ iã Cõcil. Nicæn. venisset ad exitũ, & sacerdotes oẽs reuertissent domũ, Imperator supra modũ ideo lætatus est, q Ecclesiã vniuersam de doctrina fidei cõsentientẽ videret. Atq; vbi p Episcoporũ cõcordia p se, p liberis, p Imperio deniq;, Deo gratias egisset, tẽplum Hierosolymis circiter locũ, q dicitur Caluariæ, ad honorẽ Dei illustrandum ædificare instituit. Per idẽ ferè temp⁹ Helena Imperatoris mater Hierosolymã venit, cum precãdi causa, tũ loca illa visitandi. Quæ quoniã pio animo erga religionẽ Christianã erat affecta, visa est sibi operæ pretiũ factura, si lignũ crucis inuenire posset; Verũ nec illa, neque diuinũ Dñi sepulchrũ tam facilia repertu erant. Nã veteres gẽtiles q Ecclesiam psecuti fuerãt, quoniã Christianã Religionẽ iam recẽs ortã cõcidere, & cõprimere omnib. opetib. & virib. laborabãt, idcirco eũ locũ ingenti aggere supra iniecto obruerũt, & in maiorẽ altitudinẽ erexerũt: quin etiã vniuerso loco, tum sepulchri, vnde Christus resurrexit

Lignũ crucis quomodo longè ante Helenæ tempora inuentũ.

Helena quomodo sanctam Crucẽ inuenerit.

rum Caluariæ muro vndiq; circundato, cum pro suo arbitraru exornare cęperunt. Nam primum sternunt lapidib⁹, deinde fanū Veneris supra extruunt, postremò simulachrū in eo statuunt, ad eum sane finē, & vt q Christum in eo loco adorarent, Venerem viderentur colere, & tēporis diuturnitate vera causa cur homines eum locum venerarētur, veniret in obliuionem: quippe cum Christiani neq; eo tutò ipsi accedere possent, nec alijs indicare auderent, sed cōtra omnib. pro certo confirmaretur, in eo loco esse aliud nihil, præter fanum gentium & Veneris statuam. Qui locus Dei indicio p somnia & visiones, q verius, eō monstratus est, atq; vt primum Imperatoris mādato ppurgatus, è profundo quadā in parte illius antrum vnde Christus resur. exit, emersit: in altera aūt parte eiusdem loci tres inuentæ sunt cruces, & aliud ligniculum separatum, q tabulæ gessit similitudinē, verbis & literis non Hebraicis solum, verum etiā Græcis & Latinis inscriptum, q verba ac literæ non aliud cōplectebantur, q̄ Iesum Nazarenum regem Iudæorum. Cæterum adhuc erat perdifficile, crucem Dñi è reliquis duab. dignoscere, præsertim cùm non illius modo inscriptio ab ea diuulsa esset, verum etiā ipsæ tres cruces promiscuè proiectæ, ordine earum vt est verisimile, eo tempore, quo corpora illis suffixa oblata erāt, penitus confusu & perturbato. Nā cum milites Iesum in cruce mortuum reperissent, eum inde sublatū, primum sepeliendum tradiderunt. Deinde quo latronib. vtrinq; suspensis, mortem maturarent, eorum cura cōfregerunt. Postremo cruces nullo ordine, aliā alio in loco disiecerūt. Nobilis aūt qdam mulier Hierosolymis in morbū grauissimum eumq; planè incurabilē inciderat, ad q̄ in lecto decumbentē, Macarius Episcopus Hierusolymorū sibi Imperatoris matre & alijs. quos ipse circum se habebat, assumptis venit, atq; vt primū precatus est, dederatq; in spectantib. illud signum, nimirum cā esse Dñi crucem, q mulieri adhibita, morbo illā liberaret, singulas cruces mulieri admonuit; Verum duab. illarum appositis, factum quippe ineptum & planè ridiculum visum est, quippe mors nihilominus mulierem erat tā iā occupatura: Sed simul vt tertia ei itidem fuit adhibita, de repente aperuit oculos & collectis virib. extēplu è cubiculi sana exilijt. Fertur nē mortuū crucis virtute simili ratione ad vitā reuocatum. Huius antē crucis Saluatoris, iā tum inuentæ maxima pars adhuc etiā Hierosolymis in capsa argētea custoditur, reliqua verò ab Imperatrice ad filium Constantinum deportata est. Quod ad clauos attinet quib. corpus Christi confixum erat, memorant Imperatorem ex illis sibi confecisse galeam, & frenum equi, vt scriptū est à Zacharia Propheta, & à quo prędictum, q in tempore isto illud, quod sit in frenum equi (his enim ferè verbis vtitur propheta) sanctum esse Domino omnipotenti. Ista quidem vt olim prænuntiata à sanctis prophetis & prædicta fuēre, sic postea factis planè admirabilibus rum confirmata, cum Deo tempus visum est eiusmodi rebus opportunum. Neq; certè tantopere mirā dum, præsertim cum ipsi gentiles ingenuè fateantur hoc esse Sybillæ carmen. *O lignum fœlix, in quo Deus ipse pependit.*

Locus crucis latentis indicio Dei per visiōes & somnia commonstratus.

Crux Christi à duorū latronum crucibus quomodò distincta cognita.

Ex his multa & pulchra moralia & fidei testimonia colligi possunt. Vt sicut præordinata fuit Christi natiuitas, sic & mors & omnia quæ eo spectabant: Sic & tu quia morituros & iudicandus es, dispone iam omnia tua ad illum finem vt paratus sis. Deus manifestauit Crucis vexillū, & tibi consilia & auxilia pro sui nominis gloria, proq proximiq; salute manifestabit, si rogaueris. Sicut Iudæi cruces abscōderunt & omnia extirpārunt, ne Christiani Saluatorē suū honorarent, aut fidem propagarent; sic faciunt hæretici, cū templis Catholicorum, reliquijs Sāctorum, imaginibus, libris, & similibus: ne Catholici sumant incrementum. Sed Deus confundit illos sicut hic Iudæos q cruces defoderāt. Veritatem præterea omnem nūq̄ posse supprimi, licet opprimat. Differētiā esse inter hæreticos, q Venerē & delitias mundi quærunt, & inter veros Christianos, q Iesum Christū crucifixū quærunt, q mori & crucifigi volunt cum Christo. Dissipatum Veneris delubrū, dissipatas quoq; iri cogitationes Venereas & actiones illicitas. Crucē viuos à diuūisse ne morians, mortuos ad vitā excitasse, vt videas vim crucis & virtutē crucifixi, q adiuuat ne moriaris in tentationib & in periculis & mortuos specialiter suscitat. Antiq̄ pietatē & deuotionem extruere templa Catholica, item ibi crucē in medio erigi & omnia crucis signo benedici, confirmari & muniri. Et talia multa occurrent piè meditanti.

Obserua etiā q quidā inueniūtur in cruce mali latronis, quales sunt peccatores in mortali peccato. Nā tales habēt cruciatum secundum Augustinum. Vnaquæq; culpa sibi ipsi pęna est. Eccl 12 *Nō est bene ei, q assiduus est in malis.* Nā cōscientia eorum nunquā noctuq; vegetatur. Et licet latronū crux nō habuit nisi tria cornua, ponam⁹ tñ quatuor. Primū cornu est pęna ante peccatū, vt iracundi, superbi, fures & sic de alijs, primo meditātur, puniunt se cogitationib. in seipsis, quomodo perueniant ad peccatum, ita vt impleatur illud. Ps. 31. *Multa flagella peccatoris.* Sicut. n. aranea se inuoluit, vt capiat muscas multis laborib⁹. Is. 59. *Telas araneæ texuerunt*, veniet paruus ventus mortis & destruit telā, & diues nisi horreum dilatare, Lu 12. & dictum est ei. *Stulte hac nocte animam repetetur à te.* Ps. 75. *Dormierunt somnum suū, & nihil inuenerūt viri diuitiarū.* Secūdū est pęna post peccatū. Sa. 17. *Subitaneus timor superueniet illis*, pessima redarguente cōscientia, velit nolit peccator, non erit requies. Vnde Is. 57. *Cor impij quasi mare feruens q quiescere non pt.* Tertium, est cōfusio coram hominibus. Sap. 17 *semper præsumit sæua*, *conturbata conscientia* Iob. 15. *Cum pax sit, ille semper insidias suspicatur* Iere. *Malitia tua amara* Sed nō fit melior, quia nō timet Deū, Quartum, est æternum tormētum. Sap. 17. *Timida nequitia dat testimoniū dānationis.* Ps. 41. *Abyssus abyssum inuocat*, quia abyssus criminis inuocat abyssum condemnationis. Ro. 6. *stipendiū peccati, mors* Quia de hac cruce culpæ descendit in damnationem æternæ pœnæ, & sic latro malus in infernū.

In mali latronis cruce qui inueniātur.

Cornua crucis latronū quæ.

Iterū obserua: Est etiam inuenta crux boni latronis, & est crux pœnitentiæ. Hanc crucē debet hodie nobis inuenire Helena regina, i. ratio q̄ debet regere omnia, & cōpellere Iudā, i. sensualitatē & igne minitari æterno. Et debet habere quatuor cornua. Primunū cornu est contritio & dolor pro peccatis, quē habuit Dauid, Ps. 5. *Dolor meus in conspectu meo semper.* Et ad hanc hortamur, Ier. 31. *Pone tibi speculū, statue amaritudines.* Hæc amaritudo facit pacē conscientiæ. Isa. 38. *Ecce in pace amaritudo mea amarissima.* Aug. *Vbi de dolore finitur, de pœna nihil relinquitur.* Secundum cornu, vbi pedes cōfixi fuerunt clauo vno, significat affectiones animæ, q̄ debēt affigi vno clauo s. timore Dñi & timore peccati, ne Deum amplius offendat. Ps 118. *Configę timore tuo carnes meas.* Eccl. 27. *Nisi in timore Dei te tenueris, cito subuertetur domus tua.* Tertium, ad sinistrā est promptitudo ad ignoscēdum. Lu. 23. *Pater dimitte illis.* Eccl. 28. *Relinque proximo nocenti tibi.* Sed clau⁹ est timor de propitiato peccato, Eccl. 5. *De propitiato peccato noli esse sine metu.* Ex quo dicit Apostolus 1. Cor. 4. *Nil mihi conscius sum, sed in hoc iustificatus non sum.* Videm⁹ quod canis offendens Dñm cum timore accedat vocatus. Quartū, à dextris est satisfactio q̄ docet Ioannes Baptista, Luc. 3. *Facite dignos fructus pœnitentiæ*, sicut dic. Apost Ro. 6. *Sicut exhibuistis mēbra vestra seruire iniquitati ad iniquitatem, ita nūc iustitiæ in sanctificationē* Deut. 4. *Secundum mensuram peccati, plagarum erit modus* S. d clauus affigens est timor iudicij Ps. 118 *A iudicijs tuis timui.* Eccl. 12. *Cuncta quæ fiunt, adducet Dominus in iudiciū, pro omni errato*, siue bonum sit, siue malum.

Crux boni latronis quatuor cornuum.

Tertia crux inuenta fuit, q̄ est Christi & significat crucē iustitiæ, quam portant iusti, dicendo cum Apostolo, Gal. 2. *Christo confixus sum cruci.* Gal. 5. *Qui Christi sunt carnem suam crucifixerunt cum vitijs & concupiscentijs.* Aug. in gloss. d. *Congruit nostræ deuotioni, vt qui Domini crucifixi passionem celebramus, reprimēdarum carnalium voluptatum crucē nobis faciamus.* Quatuor gemmis ornatus Christus quatuor cornua crucis secundum Bern. charitate à dextris, obedientia à sinistris, Patiētia in alto, humilitate in profundo, q̄ semper habuit & retinuit. De charitate, vnde fit dolor crucis de subtractione spiritualis consolationis, Ps. 103. *Auferes spiritum eorū & deficient*, id est, spiritualem consolationem. De obediētia in difficilium operatione 3. Reg 2. *Effundit sanguinem belli in pace* hoc est, in corporali afflictione sanguinem attenuare. De humilitate. Phil. 2. *Propter quod exaltauit eum.*

Christus quatuor sua Crucis cornua, totidem ornauit gemmis.

Attēde q hoc lignū crucis figuratū est multipliciter in veteri lege. 1. Gen. 22. in struē lignorū, vbi promissa est seminis multiplicatio, & sic Christianorū facta est multiplicatio. 21. *Si mortuū granū fuerit*, Boni Christiani p stellas; mali p arenam

Lignum crucis figuratum in lege multipliciter.

nam maris intelliguntur Secundo, Exo.15. De ligno q immissum in aquas conuertit eas in dulcedinē, aquas sc. tribulationis. Psal.68. *Saluū me fac Deus, quoniā intrauerunt aquæ.* sed ad reddēdam dulciorem tribulationem efficax est lignū S. Crucis, & consideratio Dominicę passionis. Tertio, Nu.21. Figuratur in palo, in quo serpens æneus. Quarto, 1. Reg.17. in Dauidis baculo contra Goliath. Ge.32. *In baculo meo trāsiui Iordanem istum.* Lapides quinq; sunt vulnera Christi, Iacob pauper venit in Mesopotamiam, sed cum duab. turmis rediit, sic cum turma gentium & Iudæorum rediit Christ° de victoria in cruce habita. Quinto. Hest.5. per lignum ab Amā Mardocheo paratū, & ipsem cōmisit. Sic diabolus nobis damnationem parauit in ligno transgressionis, sed victus est p lignum crucis. Sexto, Dan.4. de arbore in medio terræ. Ps.73. *Operatus es salutem in medio terræ.* Attingebat cœlum, quia per crucem Christi nos oēs oportet ascendere. Mat.10. *Qui non accipit crucem suam, & sequitur me, nō est me dignus.* In hac arbore pendebat esse omnium animalium, i. omnium fidelium, quia Christi corpus nobis datur in cibum, Et oēs volucres cœli, id est, fideles nidificāt in ea. Ad vulnerum Christi refugium, remedium est efficacissimum. Ab hac cruce non patiaris tibi à diabolo persuaderi, vt descendas, neque à vita Christiana, quæ est crux & martyriū.

Lignum Crucis benedictum

Benedictum itaq; lignum crucis, Primo, quia diabolus in eo superatur, & homo de potestate eius liberatur. Ezech.9. *Super quem videritis signum Tau, non occidetis.* Secundo, quia p illud meritum nostrum augetur, Sicut multiplicatio seminis, Ge.22. Tertio, quia in eo omnia sustentātur. Ps.22. *Virga tua & baculus tuus, sc. crucis, ipsa me consolata sunt.* Et hic est baculus Dauidis 1 Reg 17. Quarto, Quia in eo homo recōciliatur. Col.1. *Pacificans per sanguinē crucis, q in cœlo & in terris sunt.* Ideo ambas manus extēdit in cruce ad reconciliandū ambas partes. Ro.5. *Cū inimici essemus recōciliati sumus per sanguinē filij eius.* Quinto, Quia in eo aduersitas fit dulcis, vt aquæ per lignum. Ex.15 Sexto, Quia Christus in eo honoratur. Phil.2. *Factus est obediens vsq; ad mortē, mortē aūt crucis propter q*, &c. Septimo, Quia p illud datur omnis benedictio. Octauo, Per illud cœlum aperitur. Is.22. *Dabo clauem domus Dauid sup humerū eius.* De hac apertione dixit Saluator, *Hodie mecū eris in Paradiso.* *Et qua die & hora* dic Rabanus super Gen. *præuaricatorē Adam de paradiso expulerat, ea hora latronem cum confitentem in paradisum induxit.* Magna arbor hęc fuit ppter charitatis indicium, quia in cruce reconciliati sumus Deo Patri, & in ipsius charitatem sumus recepti. Ro.5. *Recōciliati sumus Deo per mortē filij sui.* Ier.31. *In charitate perpetua dilexi te, & ideo attraxi te, miserans.* Apoc.1. *Dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo.* Arbor fortis certè quæ Dominum omnium portare poterat, & quam Dominus maiestatis sic prælegerat. Isa.4. *Forte lignum & imputribile elegit artifex sapiens.* Erat imputribile non ex natura, sed ex aspersione sanguinis Christi, quæ tanto tempore durat. Fortis etiam quia fortem armatum sc. diabolum eiecit foras. Vnde Chrys. in ho. de Cruce dic. *Crux nobis totius beatitudinis causa est, hæc nos à cæcitate liberauit erroris, hæc à tenebris reduxit ad lucem, hæc debellatos quieti sociauit, hæc alienatos Deo coniunxit, longè constitutos, proximos præsentauit, peregrinos ciues effecit, hæc discordiæ amputatrix est, hæc pacis firmamentum, hæc bonorum omnium abundans largitio, hæc paradisum præclusum nobis aperuit.* Ideò adoratione latriæ adoranda. Sic enim ait Damas. l.2.c.3. D. *Omnib. mirabilib. mirabilior est crux. Per nullum enim aliud mors euacuata est, primi parentis peccatum solutum est, infernus spoliatus est, resurrectio donata est, virtus nobis ad contemnendam præsentia, etiam & ipsam mortem, indulta est, ad pristinam beatitudinem reuersio data est, porta paradisi aperta sunt, natura nostra in dextera Dei sedet, filij Dei & hæredes per eam facti sumus, per ipsam potentia Dei nobis manifestata est, id est, victoria Christi demonstrata est. Ista nobis signum in fronte data est, quemadmodum Israëli circumcisio. Per ipsam enim fideles ab infidelibus cognoscūtur. Hæc galea & scutum & trophæum aduersus diabolum: hæc signum vt non appropinquet nobis vniuersalis vastator, hæc dormientium resurrectio, infirmorum baculus, pastorum virga, conuertentium manuductio, proficientium profectio, salus animæ & corporis, omnium malorū auersio, omnium bonorum datrix, peccati interemptio, arbor resurrectionis, lignum vitæ æternæ. Pretiosum, inquam, lignum vt sanctificatū contactu sancti corporis & sanguinis decenter adorandū.* Hęc ille. S. Thomas etiam 3.p.q.25.ar.4.dic. *Honor seu reuerentia nō debetur, nisi rationali creaturæ. Creaturæ aūt insensibili nō debetur honor vel reuerētia, nisi ratione naturæ rationalis. Et hoc dupliciter. Vno modo in quātū repræsentat naturā rationalem. Altero in quātum ei quocunq; modo coniūgitur. Primo modo cōsueuerūt homines venerari regis imaginē. Secundo modo eius vestimentū. Vtrunq; aūt venerātur homines eadē veneratione, qua venerantur & regē. Si ergo loquimur de ipsa cruce, in qua Christus crucifixus est, vtroq; modo à nobis veneranda est. Vno, inquantū repræsentat nobis figurā Christi extēsi in ea. Secundo, Ex cōtactu ad membra Christi & ex hoc q eius sanguine est perfusa. Vnde vtroq; modo adoratur eadē adoratione cum Christo sc. adoratiōe latriæ, & propter hoc ēt crucē alloquimur & deprecamur, quasi ipsum crucifixum. Cantat n. Ecclesia.* O Crux aue spes vnica. *Si verò loquamur de effigie crucis Christi in quacūque alia materia lapidis argenti & simili, sic veneramur crucem tanquam imaginem Christi, quam veneramur adoratione latriæ.* Hæc Thomas.

Insensibili creaturæ quatenus honor & reuerentia debentur.

Per Crucē Christi scandalizantur multi, propter antecedentia Passionem.

Sciendum verò, q p crucem Christi multi scandalizātur, auditis his, q in Christo fuerunt ante passionē eius. Primo, In incarnatione. Quia in illa Deus & homo vnitur, in ista Deus & homo moritur, quoniā in illo triduo nō fuit homo, vt dic. Mag. sent. l.3. In illa de Spiritu S. cōcipitur, in ista spiritu nequitiæ sanguis effunditur. Illa ex virgine sancta & nupta, ita fit à nouerca, adultera & corrupta. In illa exultat Baptista in vtero, in istā inquit, *Aduersū me loquebātur, q sedebāt in porta.* In illa sanctę mulieres mutuo se salutāt, in ista lachrymāt maximè & plorant. In illa ad mulierē mittitur angelus visibiliter, in ista mittitur diabolus inuisibiliter. In illa aue quasi sine væ dr̄ & annuntiatur, in ista væ mulierib. pgnantibus pdicatur. Secundo, In educatione. Quia in natiuitate nascitur in stabulo, in ista moritur in Caluariæ loco. In illa reclinatur in psepio, in ista cōfigitur crucis patibulo. In illa pānis à matre inuoluitur, in ista à nouerca in terris crucifigitur. In illa stat in medio duorū animalium, in illa pendet in medio duorū latronū. In illa à Maria vbere de cœlo pleno lactat, in ista crux ei° sanguine cruētat. In illa angeli in cœlo cantant gloriā, in ista Iudęi in terra diuinā potentiā blasphemant. In illa benedicunt Christū rodes pastores, in ista maledicunt ipsum legis Doctores. In illa Magi gētiles munera offerunt, in ista principes & serui gētiles crucifigūt. In illa sol media nocte radios influxit, in ista sol in medio diei lucē obstruxit. Tertio, In cōuersatione. Quia in illa sm legē circuncidıtur, in ista sanguis vndiq; eijcitur. In illa super altare in tēplo ponitur, in ista sup crucē in patibulo suspendit. In illa gladius doloris Matri pdicitur, in ista gladio mœroris eius anima trāsfigitur. In illa moriuntur innocētes, in ista moritur ppter peccatores nocentes. In illa fugiendo in Ægyptū nutu angeli se occultauit, in ista cōfortat° ab angelo se psentauit. In illa Maria pditum in medio Doctorū inuenit, in ista in medio peccatorum amittēs discipulum accepit. Quarto, In glorificatione. Quia in illa à Ioanne Bapt. baptizatur, in ista synagoga cruētatur. In illa Spiritus S. sup baptizatum apparuit, vox patris intonuit, in ista pater eum dereliquit. In illa diabolum deserto supauit, in ista diabol° eum p suos ministros in cruce exaltauit. In illa vinum ex aqua miraculosè fecit, in ista sanguinem cū aqua dedit. In illa peccata hominib. remittebat, in ista cum clamore valido p crucifixorib. orat. In illa vt Deus, vt rex honoratur, in ista spinis coronat° blasphematur. In illa cum publicanis & peccatorib. mādicauit & bibit, in ista latroni paradisum pmittit. In illa miracula faciebat p humanitatē, in ista occultat suā diuinitatē. In illa Petro Ecclesiā cōmisit, in ista matrem discipulo dimisit. In illa ab infirmis expellitur omnis infirmitas, in ista *à plāta pedis vsque ad verticē nō est in eo sanitas.* In illa turbæ ab ipso cibum & potum susceperunt, in ista ipsum in sua siti felle & aceto potauerunt. In illa oēs inuitat ad bibēdum aq viuā, in ista se sitire clamat p nobis vitam ęternā. In illa se habere potestatē ponendi animā clamabat, in ista patri spiritum cōmēdabat. In illa mortuos suscitauit, in ista inclinato capite spiritum emittens expirauit. In illa fuit vitę speculum, in ista fuit ludibrij spectaculum. Et sic in cruce fuit omnib. scandalum. Sed aduerte quod di. Aug. in Ench. *Deus omnipotēs nullo modo sineret aliq malū esse in operibus suis, nisi vsq; adeò esset omnipotēs & bonus, vt benefaceret ēt de malo.* Eodem modo Crux Christi habito respectu ad particularē vitam Christi scandalizauit plures, nō aūt habito respectu

In Christi conuersatione multi scandalizati.

Christus omnibus in Cruce scandalū.

ad redemptionem & salutē totius vniuersi. Hoc.n.ad maiorem dignitatem hominis processit. Vt sicut homo victus fuerat & deceptus à diabolo, ita etiā homo esset q diabolū vinceret, & sicut homo mortem meruit, ita homo moriendo mortē superaret. Vnde 1.Cor.15. *Deo gratias, qui dedit nobis victoriam per Iesum Christum.* Et 1.Cor.1. *Verbum crucis pereūtibus quidem stultitia est, his autē qui salui fiunt, id est, nobis, Dei virtus est.* Ergo *euacuatum est scandalum crucis Christi,* Gal.5. de quo hodie triūphat Ecclesia, & iuēta est crux ad omnia illa, q̄ dicta sunt & dici possunt, & iterum læ.atur Ecclesia. *Euacuatum est scandalum crucis Christi.* Primo, Diuinitatis ostēsione. Exemplum.n.crucis originaliter & primo inuentū est in altitudine maiestatis diuinæ. Vnde Eph.3 *In charitate radicati & fundati possitis comprehendere cum omnib. sanctis, quæ sit lōgitudo, latitudo, sublimitas & profundum,* in qnib designat crucis mysterium. Iob.11 *Excelsior cœlo est, & quid facies? profundior inferno, & vnde cognosces? Longior terra mensura eius & latior mari.* Vbi designat per altitudinem excellentiā virtutis sup omnia, per profunditatem, virtutem ad cognoscendū occulta. p longitudinem durationem sui esse, p latitudinem affectum dilectionis ad omnia. Vel secundū Diony c.11.de diu.no. Per altitudinē intelligit immensitas diuinitatis ei⁹, cum sit sup omnia existens. Per profunditatem intelligit incōprehensibilitas essentiæ ipsius. Per longitudinē processus virtutis ei⁹ omnia procedētis. Per latitudinē vero superexcessio eius ad omnia, in quā sub eius protectione omnia cōtinent. Secundo, angelorū distinctione. In altitudine pone Cherubin & Seraphin. In profundo angelos & archangelus, in dextra virtutes & potestates, in sinistra principat⁹ & dominationes. In medio thronos. Et sic habebis crucē Christi formatā ex nouē ordinib. angelorum ad designandū, q hi ordines reparati sunt p crucē Christi, quia Christ⁹ pendēs in cruce habuit officia omnium istorum ordinum. Cherubin.n.interpretatur plenitudo scientiæ. *Sed in Christo sunt oēs thesauri sapientiæ & scientiæ Dei absconditi.* Col.1 Seraphin interpretatur incendium. Sed Christ⁹ Deus noster *ignis cōsumens est.* Est & angelus, quia vocatur magni cōsilij angel⁹. Est et archangelus, quia fortitudo Dei. Ps. *Dominus fortis & potens, Dominus potēs in prælio.* Est etiam virtus Ps. *Dextera Domini fecit virtutem.* Est etiam potestas. Mat.vlt. *Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra.* Est et principatus. Is.9. *Factus est principatus super humerū eius* Est etiā Dominationes. Ps. *Dominabitur à mari vsq; ad mare.* Est etiam thronus. Ps. *Thronus tu⁹ Deus in sæculū sæculi.* Tertio, Euacuatum est in creaturarum productione, quantum ad distinctionē. Altitudo.n.est creatura intellectualis incorruptibilis. Profundū est creatura purè corporalis corruptibilis. Dextrū est creatura corporalis cœlestis incorruptibilis. Sinistrū est creatura partim corporalis, & partim intellectualis s.homo. Etiā in mundi situatione. Cui⁹ sublimitas est meridies, profundū Aquilo, dextrum oriens, sinistrum occidēs, vt dic. Philos.2.de cęlo & mundo. Etiā in temporum varietate, cui⁹ sublimitas est æstas, profundum hyēs, dextrū Ver, sinistrum autumn⁹. Etiā in elementorum cōbinatione, cui⁹ sublimitas est ignis, profundum terra, dextrum aër, sinistrum aqua. Et qualitatum variatione. Cuius sublimitas est caliditas, profundum siccitas, dextrum humiditas, sinistrum frigiditas. Quarto, hominis formatione, qui extenso corpore & brachijs, gerit similitudinem crucis: & oculos distinguit nasus in crucis signū, & in manu multæ cernunt cruces. Etiā in humorum cōpositione, cui⁹ sublitas sanguis, profundum melancholia, dextrum cholera, sinistrum phlegmā. Etiā in virium coaptatione, cui⁹ sublimitas est intellect⁹, profundum sensus, dextrū irascibilis, sinistrum cōcupiscibilis. Etiā in natiuitatis origine, cui⁹ sublimitas est nasci de matre sine patre, vt Christ⁹ profundū est nasci de patre & matre, & Abel, & Cain, dextrū est nasci sine patre & matre, vt Adā sinistrum nasci sine matre de patre, vt Eua. Quinto, figurarū verificatione. Fuit.n. figuratū primo in ligno sciētiæ boni & mali. Qui hoc genus mortis maximè cōueniens erat satisfactioni p peccato primi parētis, q fuit ex eo q contra mandatū Dei pomum ligni vetiti sumpsit, & ideò cōueniēs fuit, q Christus ad satisfaciendū p peccato illo seipsū pateret ligno affigi, quasi restituens q Adā sustulerat, secundum illud Ps. *Quæ non rapui, tūc exoluebā.* Secundo, in arca Noë, quia crux a diluuio

Crucis è hostis scandalū euacuatū.

In hominis corpore ac memb. ia est signum crucis.

Crux Christi multis præfigurata.

per æternalis liberat. Tertio, in virga Moysis qa diabolū prostrauit, & populum Dei redemit. Quarto in extensione manus Moysi cōtra virgā ad subuersionē Amalech. Nā vt Amalech vinceret, cōtra virgā Moysis expansis omnib. extendit. Quinto, in arca testamenti. Sexto, in altari holocaustorū, quod erat factū de lignis, in quo in sacrificia animalia offerebāt Exo.26. Septimo, in palo serpentis, Io.3. Octauo, in virga dulces aquas reddente. Nono, in Iacob qui cācellatis manib. in modum crucis benedixit filios Ioseph. Decimo, in Isaac q portauit ligna p sui immolatione. Vndecimo, in Aman q suspensus est in cruce. Duodecimo, in signo Tau. Ex.7.S. xto, In Christi incarnatione. Cuius sublimitas est, q diuinitas assumpsit humanitatē in vnitate psonali, vt de natura corrupta & infirma assumeret q in tantā dignitatē & virtutē meret promouendum. Profundum est natura cum defectib. aptis ad redemptionem. Ad hoc.n. filius Dei carne assumpta in mundum venit vt p peccato humani generis faceret satis. Vnus autem p peccato alterius satisfaciendum pęnā peccati alterius debitā in seipsum suscepit. Huius autem defectus corporales s.mors, fames, sitis, & huiusmodi, sunt pęna peccati, q intro mundum p Adā introductum. Ro.5. *Per vnū hominē peccatū intrauit in mūdū, & p peccatū mors,* ideo cōueniens fuit q Christus huiusmodi pœnalitates susciperet in carne sua vice nostra. Is.53. *Verè lāguores nostros tulit.* Dextrum est q simul fuit viator & cōprehensor. Nā ante passionem secundum mentem, plenè videbat Deum, & sic habebat beatitudinem quā ad id q est proprium animæ sed quā ad alia deerat ei beatitudo, qa & anima eius erat passibilis & corpus passibile & mortale. Ie.14. *Quasi colonus futurus es in terra, & quasi viator declinans ad manendū,* & ideo simul erat cōprehensor, in quā tēdebat in beatitudinē animæ, propriā & simul viator, in quā tēdebat in beatitudinē secundum id, q ei de beatitudine deerat. Sinistrum est vnitas indiuisibilis diuinitatis & humanitatis. Septimo. Mediatoris Redemptione Diuinæ.n.e. Tim.2. *Vnus est mediator Dei & hominū homo Christus Iesus.* Cuius sublimitas est ascensus ipsius in cœlum, Mat vlt. *Dominus quidē Iesus.* Profundum est descensus eius in sepulchrum, quā ad corpus, & in limbum quā ad animā Ma.26 *Mittēs hæc mulier vnguentū hoc.* Ps. *Tollite portas principes.* Dextrum est resurrectio Lu.vlt. *Oportebat Christū pati.* Sinistrum est passio vsq; ad mortem. Octauo, Virtutum moderatione. Primo per crucē intellectualem, cuius sublimitas est sapientia, quę cōsiderat altissimas causas. Vnde cōuenienter iudicat & ordinat de omnib., qa ita hominum perfectum & vniuersale habent nū pt. nisi per resolutionem ad primas causas. Profundum est scientia q̄ est de conclusionib. demōstratis ex principijs. dextrum est intellectus qui est habitus principiorum secundum se consideratorum. Sinistrum est cōsilium q perficit rationem practicā. Secundo, per crucem moralem. Cuius sublimitas est prudentia, q̄ perficit rationem. Profundum est temperātia q̄ perficit concupiscibilitatem. Dextrum est iustitia q̄ perficit voluntatem. Sinistrum est fortitudo q̄ perficit irascibilitatem. Tertio per crucem trāsformalem, per q̄ homo supra rationem extollitur. Cuius sublimitas est virtus exemplaris, per q̄ homo ad diuina se trahit quā pt. Ma.6. *Estote perfecti sicut Pater vester.* Profundum est virtus politica, per q̄ viri boni Reip. cōsulunt, vrbesq; tuentur. Dextra est virtus purgatiuanimi, q̄ terrenas cupiditates nō reprimit, sed penitus obliuiscitur, & passiones non vincit, sed penitus ignorat. Sinistrum est virtus purgatoria, quę quadam humanorum fuga, solum se ingerit diuinis. Quarto, per crucem doctrinalem, cuius sublimitas est spes, quæ est ad caput crucifixi, quia benè sperantium superna expectatio est. Profundum est gratuita gratia, quæ menti occultè à Deo infunditur. Dextrum est bona operatio sinistrum est perseuerantia in bono opere. Nono, Peccatorum recōciliatione. Primo, per crucem venit à cuius sublimitas est reparatio ruinæ angelicæ. Col.1. *Pacificās per sanguinē crucis eius, siue quæ in cœlis, siue q̄ in terris sunt.* Profundum est liberatio patrum sanctorum de limbo. Zach 9. *Tu quoq; in sanguine testamēti tui emisisti vinctos.* Dextrum est vocatio vtriusq; populi s. Iudaici & gentilis. Sinistrum est cum initio redemptio populi Io. 17. *Pater sancte serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi, vt sint vnū.* Secundo, per crucem iustificantiā, i. Pœnitentiæ. Cuius

In Christo diuinitas assumpsit humanitatem, in vnitate persona.

Ratione cuius Christus beatitudine carebat.

sub-

sublimitas est amor Dei, quē offendisti, ꝓfundum est dolor pro gratia, q̄ amisisti, dextrum est timor mortis ad quā curris. Sinistrum horror pœnæ, ad quā transcurris. Tertio, per crucē mortificatiuā. Cuius sublimitas est mortificatio ꝓpriæ voluntatis. Gal. 2. *Viuo ego, iā nō ego, sed viuit in me Christus.* Profūdū est mortificatio carnis Gal. 5. *Qui aūt sunt Christi carnē suā crucifixerūt.* Dextrū est mortificatio in mūdanis. Gal. vlt. *Mihi mūdus crucifixus est, & ego mūdo.* Sinistrū est mortificatio in naturalibus, Apostolus. *Mihi viuere Christus est, & mors lucrū* Quarto, per crucē gratificatiuā scil. per iustificationē impij, cuius sublimitas est gratiæ infusio. Profūdū est remissio culpæ, dextrū est motus liberi arbitrij in Deū, ipsum sequēdo, sinistrū est motus liberi arbitrij in peccatū, ipsum detestando. Ps. *Dixi, confitebor aduersum me iniustitiā meā Domino.* Decimo, Spiritali innouatione. Primo, per crucē originatiuā, cuius sublimitas est natiuitas spiritualis, Ioan. 3. *Nisi quis renatus fuerit*, ꝓfundū est natiuitas corporalis. *Nunquid potest homo iterato introire.* Dextrū est natiuitas ex matrimonio. Ge. 2. *Crescite, &c.* Sinistrum est natiuitas ex adulterio: huiusmodi fuerunt in patribus, à quibus ꝓcessit Geneologia Christi. Matt. 1. Secundo, per crucem peregrinatiuam. Cuius sublimitas est, posse non peccare, sc. in statu innocētiæ, ꝓfundum est, non posse non peccare, sci. sub originali. Dextrū est, non posse peccare scil. in statu gloriæ, sinistrum est, posse peccare, si tamē peccare est in statu gratiæ. Magister sen. l. 2. Tertio, per crucem restauratiuam, cuius sublimitas est diuina inspiratio. Apo. 3. *Ego sto ad ostium & pulso.* Et Ps. *Audiam quid loquatur in me Dominus Deus.* Profundum est contritio cordis. Ioël. 2. *Scindite corda vestra, & conuertimini ad Dominum Deum vestrum.* Dextrum est confessio oris. Iaco. 5. *Confitemini alterutrum peccata vestra, & orate pro inuicem vt saluemini.* Sinistrum est satisfactio oper. s. Luc. 19. *Si quid aliquē defraudaui, reddo quadruplum.* Quarto, per crucem perfectiuam, cuius sublimitas est amor Dei, profundum amor proximi, dextrum amor sui, sinistrum amor inimici. Vndecimo, Animæ beatificatione. Cuius sublimitas est clara, & meridiana visio Dei in patria. Io. 3. *Scimus quoniam cū apparuerit, similes ei erimus: & videbimus eum sicuti est.* Deorsum est vespertina visio rerum in proprio genere. Dextrum est cōprehensio 1. Cor. 9. *Sic currite, vt comprehendatis.* Sinistrum est sempiterna fruitio & delectatio, Ps. *Delectationes in dextera tua vsque ad finem.* Duodecimo, Corporis glorificatione. Cuius sublimitas est claritas, profundum agilitas, dextrum impassibilitas, sinistrum subtilitas, quæ sunt quatuor dotes corporis glorificati in resurrectione. Gaude ergo de crucis inuentione.

Mortificatio propriæ voluntatis.

Natiuitas spiritualis.

Crucis perfectiua quatuor extrema.

Ideoque Auditores, lætamini in hoc festo inuentionis S Crucis, & ad S. Crucem in hac misera mortalitate & vitæ periculis recurrite. Mundus mare est, & plenum naufragijs, sed crux nauis est, ad nauē properate securissimā, per hanc Christus ad patrem de hoc mundo transfretauit, & vos per pœnitentiā. Sap. 14. *Exiguo ligno credunt homines animas suas, transeuntes mare per ratem liberati sunt.* Chrysost. *Crux est nauigantium gubernatrix.* Infirmi estis, debiles estis, crux est baculus, ad sustētandum, vt palus cucurbitas, arbores, vites, & ruinosas domos. Psal. *Virga tua & baculus tuus* Chrys. *Crux claudorum baculus consolatio pauperum, crux resurrectio diuitum, destructio superborum, sicut proijciuntur baculis nuces & poma.* Milites estis, indigens ad propugnandum ligneis & ferreis lanceis, crux est lancea, qua Christus superauit dæmones, & nos cum volumus, quotidie possumus. Ista est lancea, quā rex Saul ad caput habebat vna cū scypho pleno aqua, 1. Reg. 24. Quia verè si rex Christus in corde nostro dormierit, lanceam crucis, id est memoriam passionis & vas aquæ, id est, liquorum deuotionis nobiscum habere debemus. De tali ait Chryso. *Crux aduersa dæmones triumphus, crux demolitio diaboli, crux adolescentium pædagogus.* Et certè crux est sagitta, gladius, lancea & omnia. Vultis ad montem Domini ascendere, crux scala est ad patriam, quam vidit Iacob. Gen. 28. verè scala ista est Crux sancta, quæ stetit super terram in Christi passione, & cacumen eius tetigit cælum, solem eclipsando & parua cæli luminaria obtenebrando, cum Christus Dominus innixus, imò cōfixus scalæ, morte sua genus redemit humanū, placatū faciēs Deo Patri. Ro. 5. *Reconciliati sumus Deo per mortem filij eius.* In hac scala angeli, id est, homines qui sunt cum angelis participes rationis ascendunt mente sursum eleuata, vt Christi passionem qua redempti sunt contemplentur Hebr. 2. *Videmus Iesum authorem salutis eorum per passionem consummari.* Descendunt considerando Christi in terris conuersationem, & doctrinam Euangelicam in terra traditam, qua leue religionis orthodoxæ iugū nobis iniecimus, & legis graue onus abiecimus. Defatigati estis, lassi estis, Et crux sedes est ad quiescēdū. Etenim si carnē luxus agitat, si mentem tentatio solicitat, si mundi vanitas oculos inquietat, sedeat ad Christi crucem homo, contempletur Christum, propter hominis scelera in cruce pendentem, meditetur vulnerum Christi squalorem, & fieri non poterit, quin sentiat in se compesci impellentē ad opera nefanda furorem. Nihil scitis, nihil capitis, nihil intelligitis, crux schola est ad discendum. Pendet inclinato capite, vt doceat humilitatem. Pendet perforatis manib⁹, ne manus tua sit contracta & clausa inopi. Pendet corpore vulnerato, ne tuæ carni blandiaris. Illuditur, irridetur, vt sis mansuetus Potatur aceto, disce temperantiam. Orauit pro crucifixoribus, disce benignitatem. Pendet, non iacet, vbi reclinet caput non habet, disce à lecto surgere ad diuinas laudes. In hac schola, ab hoc præceptore omnia disces, quæ ad salutem sunt necessaria, vt hic Deo tuo possis rectè seruire, proximo prodesse, & similis esse illis qui erudiunt iustitiam in splendore & gloria, in perpetuas æternitates.

Mundus, mare naufragum, Crux nauis.

Crux Christi, qua lacea.

Laus Deo & Beatæ MARIÆ *Virgini, & omnibus Sanctis.*

IN FESTO CORONAE DOMINI.

Apprehendit Pilatus Iesum, & flagellauit, Ioan. 19.

SI gaudendum est cū gaudentibus, & flendum cū flentibus. Auditores, iuxta D. Pauli consilium & hortationem, non video, cur cum SS Ecclesia Catholica nō velimus non debeamus gaudere in hac solennitate. Hæc est sacra illa festiuitas spineæ, imò nobis aureæ coronæ Saluatoris nostri Iesu Christi & diadematis Regis regum, quo in hac terra pro nostra salute pugnans coronatus est, & vltimo die iudicij apparebit. Causam huius lætitiæ profert Ecclesia, dum canit hodie: *Hymnum dicamus hodie psallentes laudum cantica, æternæ regi gloriæ pro corona Dominica. Coronat regem omnium corona contumeliæ, cuius nobis opprobrium coronam confert gloriæ. De spinis aculeis Christi corona plectitur, qua monstrum Tartareum mundi potestas tollitur. Corona Christi capitis sacro perfusa sanguine, pœnis solutis debitis reos purget à crimine, Lauda fidelis concio spinæ tropheū inclytum, per quam perit perditio, vitaq; datur meritū.* Hæc est illa corona Auditores, qua coronauit eū mater Ecclesia in die solennitatis suæ, & quia hodie de ea exultat, merito & nos cum ea exultare debemus, tanquam filij, Dominoq; & Redemptori laudes & gratiarum actiones ꝓ tam amarissima passione, & pro Redemptione totius humani generis persoluere, neque pati vt vnquam ea è memoria Ecclesiæ, scilicet, è memoria nostra excidat. Vnde addit ipsa SS. mater Ecclesia. *Plaudat tribus fidelium, quod per spinæ ludibrium purgat creator omnium spinas nostri vitium. Laus Christo, regi gloriæ, pro corona virtutibus, qua nos reformans gratia coronet in cælestibus.* Et quia meritò cum SS. Ecclesia Domino per omnia suæ passionis tormenta, & merita, grati esse debemus, & in hoc Regno Bohemiæ monasterium aureæ, quod est spineæ, coronæ dedicatum est, in quo ea laboribus fulta in modum cuculli propter suspensos ibidem

Christi corona spinea, verè nobis aurea.

à Ziska

Arborum folia in modum cuculli, propter monachos ibidem suspensos

à Ziska monachos, enascuntur, hunc diem solennem meritò facimus; de qua quidem corona post

EVANGELIVM.

Apprehēdit Pilatus Iesum, & flagellauit.] Tota cohors præsidis, quæ vt minimum secundùm Vegetium, habebat 555. milites chlamydem coccineam seu purpuream Christo circundant, spinea corona coronant, arundinem pro sceptro porrigunt, in faciem eius exspuunt, & quantum credi par est, eum conculcant. Dictum enim erat. Psal. 55. *Miserere mei Deus, quoniam conculcauit me homo, tota die impugnans tribulauit me, conculcauerunt me inimici mei, quoniam multi bellātes aduersum me.* Quid apertiùs dici potuit, quàm quod bellantes siue milites, quasi contra vrbem munitam, contra Christum armata cohorte dimicarent? Porrò corona spinea, vepres illos significat, inter quos aries (quem pro Isaac Abraham immolauit) cornibus hærebat. Genes. 22. Quod verò per faciem Christi, militum saliua deflueret, significatum videtur in facie Dauid, quæ coram Achis rege gentili, 1. Reg. 21. saliuis defluentibus erat deformata.

Circa Christi regiam despectam & pompā ludicram, quæ consideranda.

Attende, nunc inspiciendus est Christus, regia, sed tristi, regia, sed ludicra pompa despectus, vbi multa se proferūt dicēda. Primum, eā pompā tam luctnosā docuit Christus, regnum temporale quandam regiam videri, sed reuera tristem esse & afflictam. Coronam sanè reges habent in capite, auro & margaritis fulgentem, eandem verò habent mille curis & doloribus in corde pungentem. Sceptrum habent in manu, idem verò habent arundineum, vanum, breuiq; finiendum. Chlamydem induunt purpureā, æternas, nisi cauerint, inferni flammas cōminantem. Genu flectunt ministri, quis nesciat, quàm frequenter, qui exterius adorant, interius despiciant, rideant, imò & oderint? En igitur quale regnum mundi est? Secundò, Pompa illa infœlix significat, qualem pompam mundus iustitiæ tribuat & sanctuari, & quale præmium referant ex hoc mundo pij, pro cuius salute, manibus, capite, totoq; corpore fidelissimè laborārunt. Laborauerunt Apostoli, laborauerunt & Martyres, & pro labore infinitas in facie, in capite, in toto corpore iniurias retulerunt. En quale stipēdium piorum laborū mundo expectabit. Tertiò, Regum ministri, Regumq; subiecti suas opes Regibus exhibent, in quibus illi triumphant. In auro enim & opibus subiectorum regia pompa resplendet. Si ergo Christus rex hominum est in opibus nostris, quas illi nos præstemus, eius pompa fulgebit: At opes nostræ spinæ sunt, vulnera sunt, sputa sunt, dolores & miseriæ sunt. Terra enim spinas & tribulos pro diuitijs profert. Matres nostræ in doloribus nos pariunt, dolores in socios nobis adhibentes. Quid ergo miramur? Si vestra rex noster Christus in diuitijs nostris regali pompa coronatus egrediatur? Et profectò Isaias 1. docuit peccata coccinea esse: hæc nos Christo præbuimus, in his Rex ille mōstratur. Quartò, Mysterium magnum ostensum est. Sanè Samuel olim Regnum institutum tēporale, ipsum in honoribus, diuitijs & delitijs instituit. 1. Reg. 8. Quā institutionē reliqui Reges plusquam sanctissimè obseruārunt: At Christus multo diuersum Regnū venit instituere. Dixerat .n. *Beati pauperes spiritu. Beati qui lugent. Beati qui persecutionem patiuntur, quia ipsorū est regnū cælorū.* Docuit ergo regnum quodam esse cœleste in medijs spinis, in medijs sputis, in medijs cōtumelijs. *Aue igitur, Rex Iudæorum.* Aue noue rex, in medijs regnans tribulationib. in medijs miserijs regnans. Aue, ô regie anime, qui inuictissime contumelias excipiebas, & exceptas reuerētissimè & amātissimè tuo patri offerebas. Procorre, Auditor. Si cōtumelias ab hominib. accipere, Deoq; offerre, an nō plusq̄ regij est animi? Ita profectò, cuius signum id esse intelligas, vbi videris, q̄ miseriæ illatæ nō miserā fecerunt Christo fœlicitatē, sed cōtra fœlicitatē à Christi fœlicitate susceperunt. Iam .n. nunc miseriæ à Christianis pro fœlicitate æstimantur, dicente Paulo. Gal. 6. *Mihi absit gloriari, nisi in Christo.* Dicente Andrea. *O bona Crux, suscipe me, tādiu à gliscente animo desiderata.* Gaudentib⁹ Apostolis, *quod digni habiti sunt pro nomine Iesu cōtumeliā pati.* Act. 5.

Persecutionum temporibus maximè Ecclesia eminuit.

Quintò, Ostēsum est ex hoc Ecclesiā tunc regnaturā, cum contumelijs & opprobrijs satiaretur. Nunq̄ profectò Ecclesia adeò floruit, adeò regio splendore emicuit, q̄ cum militum sanguine, veluti chlamyde operiebatur, persecutionib⁹ veluti spinis pungebatur. Reuera tūc nigra erat Ecclesia, sed formosa, qualia sunt tabernacula Cedar Cant. 1. quales pelles Salomonis, q̄ licet exteri⁹ solis æstib⁹ nigrescerent, intus regijs splendoribus coruscant. Quo fit, vt quia Ecclesia ex hominibus fidelibus constat, tūc quinis nostrum regnare poterit, cū varijs & insignib. calamitatib. premitur. Quod enim in capite factum est, id in mēbris fieri posse, ipsum caput & exemplo docuit, & inclyta patiētia promeruit 2. Cor. 12. *Dum infirmus sum fortior sum. & libenter gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virt⁹ illa regia Christi.* Sexto, Forsan Dñs in regali pompa se cōtemni permisit docens, q̄ à Regum luxurijs, nimia pompa, infinito apparatu, soleat offendi. Profectò nimius ille Regū splendor, quo sibi videntur esse dij, quoq; in superbiā elati Deū vix vt Dñm agnoscunt, tantopere forsitan Deum despicit, quàm ludicrus ille & contumeliosus apparat⁹ olim despexit. Cum vero arundinē Christus in manibus accepit, grauissimè indoluit, memor peccatorum, q̄ arundinea & vana iustitia solet in populo committere. Sanè sceptrum iustitiā significat; Ah quanta peccata vani iudices, sub prætextu sceptri mundo intulerunt? Septimo, Voluit Dñs speciatim pati in spinea corona, detrita purpura, docens, q̄ peccent grauiter qui caput & corpus plus nimio exornant, quique nimium aureas & gemmeas corollas capiti, purpurā & byssum corpori circundant. Vt .n. Dñs pro crine crispante caluitium, pro aurea zona funiculum. Hebræis olim induxit, ita Christus pro vanitate ornamenti nostri, acerbitatē tormenti sui accepit, culpam certè nostram, pœna sua puniu⁹.

Christum pati quæ voluerit in spinea corona, & purpura detrita.

Vltimo docuit eos, qui impio animo licet corpore reuerēti, Christum adorant, similes ijs esse militibus Christū exterius adorantibus, interius illudentibus. Nec prætereūe libet, quod nunquam Dominus contumelijs adeò confectus est, quam in palatio summi Pōtificis, & in palatio summi Præsidis, Caueat ergo sibi à palatijs Dominus

Dicit itaq; Euangeliū, q̄ cum Christus corā præside accusatus à principibus sacerdotum & senioribus, nihil responderet, nec Pilatus causā in eo inueniret, nec plebs eum vellet dimittere, & illæ ri suæ conscientiæ innocentiam Christi dictanti, & illorum furori vellet satisfacere, apprehendit Iesum & flagellauit. Tunc impletum est illud Ps. 43. *Congregata sunt super me flagella, & ignoraui*, id est, innocēs & sine culpa fui, nec q̄ mihi imponebantur, commiseram. Et illud Is. 50. *Dedi corpus meum percutiētibus.* Flagellatus fuit, vt seruus, per quam pœnam & magno affectus dedecore, & grauiter vulnerat⁹ est. Erat aūt flagellatio Iudæis & Romanis incōmunis, tñ apud Iudæos senior ac mitior erat flagellatio Nā præceperat Dominus Deut. 25. ne numerus plagarū quadragenarium numerum excederet: at apud Romanos erat grauior & seuerior, neque certus numerus. Dñs ergo noster non Iudaico, sed Romano more flagellatus est, cui⁹ plagarum & vulnerum numerus quadragenarium, longissime superauit, licet non sit determinatus. Et flagellatio fiebat ante crucem, vt per eam homo velut à ciuium corpore, tanquam seruus separetur, tanto dedecore affectus. Id autem iam flagellatio ista effecerat, & forsan Pilatus ea pœna eum affecit, vt liberare posset, si populus placaretur, sin minus, ad crucifigendum disponeret.

Flagellatio apud Iudæos mitior quam apud Romanos, & vnde.

Et milites plectentes coronam de spinis, imposuerunt capiti eius, & veste purpurea circundederunt eum.] Regno eius illudebant: vnde pro regio diademate coronam spineam imposuerūt, & pro regali purpura vestem illam Matthæus addit, *Et arūdinem in dextra eius*, q̄ erat loco sceptri. Corona autem erat ea iuncis marinis, q̄ duriores sunt terrestrib⁹ cōfecta quorum spinæ longæ & acutissimæ sunt. Spinarū numerū nemo determinat: hoc autē certum est ex multis iuncis fuisse contextam, spinisq; circumcirca abundasse. Quantum aūt ad vestem attinet, Matthæus addit chlamydem, & esse vestem hanc declarauit, q̄ genus est vestis militaris qua Imperatores vtebant super arma. Vestē .n. alicui⁹ militis Romanis attritā & vsu ineptā fuisse probabile est. Addit Matthæus, coccineam fuisse, at Ioannes purpuream affirmat, ob quā causam Ambr. Luc. 23. duas vestes esse existimauit, tunicam nempe purpuream, & desuper chlamydē coccineam, in illa martyrū palmas, in hac regiæ potestatis insignia significari dicēs. Doctores tñ vnā & eādē vestē putār.

Et veniebant ad eum, & dicebant, Aue Rex Iudæorum, & dabãt ei alapas.] Fingebant se diuersis de causis, & propter varia negotia tanquam ad Regem venire, ipsumque deridentes alloquebantur. Salutabant verbo tanquam Regem, sed tanquam seruum & vilissimum hominem, alapis cædebãt, & secundum Matthæum in faciem expuebant, arundinẽ & coronam spineam dabant, & alia. Sed magnũ mysteriũ significabant. Iudæus enim & gentilis Christo illudunt eumq; cædunt, sed Iudæus velata facie, gentilis aperta, vt in velamine eorum futura cæcitas vsque ad vltimum tempus signaretur. Aperta autem facies gentium conuersionem & illustrem fidem indicaret. Grauior.n. multo culpa Iudæorum, quam gentium in his quæ in Christum patrata sunt scelera, extitit, grauiorisq; illi pœna digni fuerunt. Obserua autem quod ista omnia, diuina prouidentia permissa fuerint, sed ordinata & relata in significationem, satisfactionem, meritum & eruditionem. In primis quid hæc tria, corona, vestis, & arundo significauerint audiamus. Athanasius dicit, Christum Dominum omnium nostrum peccata in se suscepisse, vt æterno patri satisfaceret, & solueret redemptionis pretium. Factus est enim pro nobis omnib9 debitor peccatorum, nec his contentus etiam nostras solicitudines, ærumnas, afflictiones, quæ ex peccato nobis in pœnam inflictæ sunt, ita in se transtulit, vt pœnis his nos liberaret, vt iam non nobis pęnæ, sed exercitium & virtutis occasio ac materia essent. Sic dic. Is. c. 53. *Posuit Deus in eo iniquitates omnium nostrorum.* Ecce primũ adiunxit. *Vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit.* Ecce secundum. Rursus vtrorumq; causa, diabolus extitit. Ipse enim serpentis formam assumens, peccati fuit causa, & peccatũ per eum introiuit in mundum, & ꝓpter peccatum cætera mala subsecuta sunt. Christus igitur vtraq; suscepit delenda & destruenda, & adhuc de serpẽte ipso, q omnium fuit causa malorum victoriam & trophæum reportauit. Mũdi enim principem ipse iudicaturus, & vt fortior, duis est debellaturus, & spoliaturus venit. Hoc magnum mysterium significatum est in hoc facto, quod à militibus instigãte diabolo & procurantibus Iudæis, & consentiente Pilato, per execrandam iniquitatem patratum est. Per mala enim etiam bona bonorum author significauit, & ex malis bonum virtute sua elicuit, Nã corona spinea capiti imposita, solicitudines, & ærumnas, & labores nostros à Christo esse susceptos significabat. Chlamys illa sanguinis habens colorem, peccata hominũ, nomine sanguinis in scriptura significata repræsentabat, quæ super humeros suos, & super carnem suam puniendaꝫ transtulit. Arundo in manu dextera serpẽtẽ occidendũ, nẽpe imperium dæmonis destruendũ indicabat, Arundinis enim ictu venati serpentes occiduntur.

Quid per coronam, vestem, & arundinem significatũ.

Quid corona spinea & Chlamys & arundo, significent.

Quantum ad satisfactionem, attente considerandum est, singula opera & actus Christi propter vnionẽ humanitatis ad verbum, tanti fuisse meriti & valoris apud Deum, vt quilibet actus fuerit sufficientissimum pretium Redemptionis omniũ hominũ. Vna igitur oratio, vnum ieiunium, vna peregrinatio, vnus actus charitatis, & denique singula opera virtutum, iustum erat pretium & meritum quo nos liberaret; At non eo solo diuina bonitas fuit contenta, sed vt amoris erga nos magnitudinẽ ostenderet, voluit filium suum vnigenitum, hominẽ factum, non vno aut altero opere satisfacere. Sed pluribus & arduis ac difficillimis, quæ in toto tempore vitæ huius & maximè in vltimo passus est, q multo ante Dauid Psal. 130. præuidens dixit, *Copiosa apud eum redemptio.* Et quia multa & varia ac multiplia susceperat soluenda peccata hominum, ideo multiplicẽ et pati pęnam voluit. hac de causa factum est, vt passio Christi tam vniuersalis esset: Nam in omnibus in quibus peccant homines, in his Christus patiens satisfecit. Peccãt rebus exterioribus homines, peccant honore, fama, voluptate, corpore, anima: Christus igitur in his omnibus patitur. Nã omnib. suis spoliatus est ẽt vestimentis. Rursus contra honorem, contumelias & sputa sustinuit, pro insipiente ẽt seductore & iniquo, contra famam reputatus est. Inexplicabiles dolores est passus contra voluptates, in anima autem tristitias & mœrores & timores, in corpore vero mortem & passionem sustinere dignatus est, vt nullum genus peccatorum in Christo maneret inultum. Corona igitur hæc & insignia regia per ludibrium imposita ad satisfactionẽ accipiebantur ab eo pro superbis & ambitiosis qui mundi dignitatib. & honoribus allecti diuina præcepta neglexerant, & neglecturi erant in posterum. Nam in hoc facto in honore & fama præcipuè passus est Christus dum tractatur à militibus, tanquam qui regnum iniquè ambiret, turpissimis idcirco affectus contumelijs.

Cur multiplices tam Christus pati voluerit.

Quantum ad meritum iterum aduertendum est. Christi opera nõ solum fuisse satisfactoria, nimirum quia pro peccatis nostris satisfecit, & ab eis nos debito nostro soluto liberauit, sed simul ea fuerunt meritoria. Non enim solum à malo eripuit, sed ẽt bonum acquisiuit, nec tantum ne periremus, sed ẽt vt vitam æternã haberemus effecit. Porro fuit abundans & copiosum meritum, sicut & satisfactio. Multis enim modis & operibus meruit nobis vitam & gratiam, quæ vno opere potuit, quantum ad sufficientiam mereri. Interea igitur, q̃ à patre nobis suo merito consecutus est, id fuit, vt Reges essemus, non vt in regno temporali & caduco, sed æterno & spirituali ac cœlesti. Regnant.n. iusti & sancti in cælis perfectè, quamuis & in terris participent regnum hoc. De qua dignitate regia locutus est Petrus 1. Ep. 2. dic. *Vos estis genus electum, regale sacerdotium, gens sancta,* &c. Hanc dignitatem petimus quotidie orantes. *Adueniat regnũ tuum.* Voluit ergo Dominus hoc regnum mereri nobis pręter cætera merita sufficientissima Et hoc regno ludicro & derisorio efficitur ille rex ridiculus, qui verus erat Rex regum, & Dominus dominantium, vt nos non ludicri, & derisorij, sed veri reges maiori, perfectiori, & diuturniori regno, quam cuncti Reges mundani, efficeremur, pro corona regali & victoria de qua prædictum est Ps. 102. *Qui coronat te in misericordia & miserationibus,* ipse coronam portat spineam, & pro veste illa de qua dictum est Isa. 1. *Induit me vestimẽto salutis.* & 1. Cor. 15. *Oportet induere corruptibile hoc incorruptionẽ, & mortale hoc immortalitatẽ.* Ipse indutus est vili chlamyde, & pro palmis victoriæ, & triumphi, de quibus dicitur Apoc. 7. *Amicti stolis albis, & palmæ in manibus eorum.* Ipse calamum & arundinem vacuam accepit in manu.

Christus multis operibus meruit vitã, cum posset uno.

Quintum ad eruditionem. Post multa alia docemur vnum illud sc. ad regnum cœleste, quod nobis promeruit, deueniendum esse per tribulationes, iniurias, cõtumelias, quas sustinere pro Christo, qñ opus fuerit, paratos esse oporteret. Si.n. qui verus rex est, talia passus est pro subditis iniquis, qui subditi sumus, & non solum nos nobis ipsis reges nõ sumus, sed carcere potius, quã regno æterno digni, qualia nos pati oportet, vt cum ipso vero Rege regnemus?

Ad regnũ cælest. per quæ nobis veniendũ.

Exiuit iterum Pilatus, & dixit eis. Ecce adduco eum vobis foras, vt cognoscatis, quia in eo nullã inuenio causam. Exiuit ergo Iesus foras, portans coronam spineam, & purpureum vestimentum, & dixit eis, Ecce homo.] q.d. Ecce ego adduco foras extra prætorium, vt significem me non inuenire causam damnandi eum: si causam inuenissem, non erat, cur vobis ego eum foras adducerẽ, sed in prætorio sententiam mortis tulissem, Illic.n. locus est ferendæ sentẽtiæ: at eum foras adduco, quia sententiam ferre in eum non possum, nulla inuenta damnationis causa. Attende fuisse atrium in quo flagellatus est Christus, ante prætoriũ, quo nõ intrauerant Iudæi. Post flagellationẽ aũt iterum in prætorium, vbi manebat Pilatus, est introductus Christus, & inde foras à Pilato eductus. Sperabat Pilatus, vultu & præsentia Christi, vel immanib9 Tigribus miserabili, Iudęos posse placari, vt dic. Cyril. l. 12. c. 16. quo facto quanta Christus fuerit passus, facile deduci potest. Cum.n. sciret Pilatus, Iudæos summa inuidia & odio contra Christũ agitatos, & efferatos esse, profecto animos eorum placatos iri nunquam sperasset, nisi Christum talẽ vidisset, vt solo intuitu in eum, vel adamantina corda potuissent emolliri. Cum autẽ tormentorum vi & vestimentorũ cõmutatione agnitum iri dubitaret, verbo & digito ostendit eis dicens, *Ecce homo.* Iam non rex Iudæorum, ne forte animi eorum accensi voce hac inflammarentur. Dum autẽ ostenditur Christus inimicis horrendum spectaculũ à Pilato, ipsemet Christus tunc se patri ostendit acceptissimum sacrificium pro eodem Pilato, ipsis ẽt inimicis ac omnibus hominibus. Meritò *Ecce homo,* dicit, qui solus potuit hominem liberare. At verbum illud, *Ecce homo,* multa nobis insinuat. Primo, *Ecce homo,* Homo est, non lapis aut ferrum aut

Illud, Ecce homo, significat multa.

æs. Plus tormentorum ferre non poterit, & quæ sustinuit via credibile est quomodo sustinuerit, cessit igitur vestra contra eum accusatio. Secundo, Homo est, vt vos etiã homines estis: At hominum est, misero homini compati, quantoque est ille miserior, tanto potius in eum viscera miserationum effundere. Dictum est enim Ps. 108. *Dispereat de terra memoria eorum, pro eo quod non est recordatus facere misericordiã, & persecutus est hominẽ, inopẽ, mendicũ, & cõpunctum corde.* Ferarum quippe est, non parcere subiectis. Et super dolorem vulnerum, addere velle dolorem. Psal. 68. Tertio, Quod irati estis, quia hic filium Dei se fecit Deum se faciens, en homo est, homo monstratur, non Deus. Vix. n. hominem esse iudicatis, tantum abest, vt Deus esse monstretur. *Vermis est potius* Ps. 21. *& non homo, opprobrium potius est, & abiectio plebis.* Si dicto filium Dei se fecit, opere minus quam hominem videtis. Quarto, Et equidẽ si is homo est, qui magno animo, inuicta patientia, inflexa constantia, multa mala impertetritus excipit. Ecce qui reuera homo est. Vt. n. nulla mortalium memoria tantas & tales contra vllum hominem audiuit iniurias, ita nulla sæculorum memoria tantam in talibus iniurijs vidit constantiam. Quinto, *Ecce homo*, qui solus hoc est nomine dignus. Nam Adam ille homo dici meruit, sed hominum potius pestis, & præsentissimum venenum. Adam rursus & cæteri eius filij comparati sunt iumentis, & similes illis facti, si solus sine crimine Christus, solus ipse homo nominandus, vt qui nec iumentis cõparatus est Ps. 48. nec hominibus damna, sed potius tanta intulit cõmoda. Sexto, *Ecce homo*, hominum principium, hominum etiã finis, hominum via, hominum veritas, hominum vita. Homines qui prius imitabamini, vt Abrahamum inspiceretis, dicente Deo: *Attendite ad Petram vnde excisi estis, & ad cauernã laci, vnde excisi estis.* Isa. 51. Iam nunc immutamini, vt hunc verè hominem viuæ humanæ incorruptissimum exemplar inspiciatis. Septimo, *Ecce homo.* Ecce tota in Christo humana natura. Vt enim in Adam omnes exiuimus. 1. Cor. 5. Siquidem in Adam omnes mortui sumus, ita in Christo oẽs tunc eramus Et ipso castigato, nostra erat castigata natura. O igitur Iudæi, qui humanum genus in Christo iam castigatum videtis, an non sat videtur vobis castigatus? Octauo, Si homo Hebræis significat ærumnosum, quid ærumnosius, quàm Christus, quem coram vobis habetis? Nullus. n. mortalium fuit aut erit, qui tot fuerit passus iniurias quot Christus. Verum. n. illud in Christo est. Attendite & videte. Thren. 1. *Si est dolor sicut dolor meus.* Nono, Quod si Duces & Imperatores à partis trophæis nomina sibi vendicãt. Africanus. n. dictus est Scipio, quia Africam sibi cõparauit, quanto verius Christus dicitur homo, qui homines suo subiugauit imperio, à dæmonis potestate eripiens? Decimo, Demũ *Ecce homo*, qui Deus est, nullo maiori quod fuit aut erit in orbe miraculo. Ecce qui sicut miracula potentiæ facit, quib. credatur homo. Par enim periculum est, aut in vilitate eum nõ credere Deum, aut in maiestate nõ credere hominẽ. Obserua ẽt quod nunc etiã, vbi nõ sunt causæ contra Christum, causæ excogitentur, cõtra suam Ecclesiã, fidem, sacramenta, & omne eius nomen suum, vt eum damnent. Sic homo contra hominem inquirit & excogitat causas vt eum deijciat, eliminet, honore & vita priuet, quod quidem charitas proximi non admittit, & Magistratus valde deberet impedire aut vindicare, Atq; in hoc quod dicitur, *Ecce homo.* Cogita tu, quid habes iam contra Redemptorem tuum, quod non ille tibi præstitit & præstat. Sed tu cogita, quãdo tu iudicandus conspectui suo astabis, quando erunt aperti libri cõscientiarum & diceretur de te, *Ecce homo*, & opera eius: quid tu dices, quid facies, quò appellabis, redire non potes, progredi oportet quo dimitteris. Si dices, non potuit ab vsura abstinere, Ecce Christus non fuit vsurarius, Matthæus abstinuit, & sic de omnibus flagitijs habebis Christum exemplar, & Apostolos iudicantes, & semper tibi hominem ostendentes, qui talia bona opera, & virtutes exercuerunt, quas neglexisti, aut facere noluisti.

Ab omni æuo inaudita qua lis Christi fuit in tot ac tantis iniurijs, cõstantia.

Christo à Iudæis castigato, nostra castigata erat natura.

Causis nullis existentibus, excogitantur contra Christum & ea quæ Christi sunt causæ.

Nunc priusquam de laude eiusdem coronæ dicamus, de generali Regum inauguratione, coronis, sceptris aliquid in communi breuiter præmittemus. Communiter solebãt Reges suos electos primo plausum manuum, & omnibus signis publicæ lætitiæ, & acclamatione, *Viuat Rex*, & tubarum clamore cohonestare, & imponere diadema, vel simile aliquod capitis ornamentum, induere corpus singulari vestimento, & addere hastam & sceptrum, & statim ad sacrificia ducere, vt honorem Deo acceptum referrent & salutẽ à Deo Regi precarentur. Hæc facilè applicabuntur Christo Domino, die Palmarum Ierusalem aduenienti, vbi puerorum voce salutatus, & turba comitatus, tandem ad sacrificium die Veneris ductus est. Capitis ornamentum pro gentium varietate fuit multiplex. Plerumq; corona militaris erat olim ex lauro vel hedera, vel odoratis alijs, etiam in Imperatoribus, tandem ex auro radijs distincta, & illa vel sola, vel cum diademate alligata. Prima Romanorum corona, Plinio teste, spicea fuit, successit aurea, qua vsus primũ Tarquinius Priscus, Vespasianus ex cinnamomo coronam intertextam auro gestauit, Antigonus hederam. Godfridus Ierus. Christianus pius rex, Dux Lotharingus dictus Bullonius, dict⁹ coronã ex spinis confectã. ad Christi imitationẽ. Sed inualuit aurea & erat in multis Regnis corona certa. quæ Regni dicebatur, & asseruabatur, ad coronandos Reges, vt in Bohemia, Vngaria, Gallia. Tamen sæpe quisq; Rex nouam sibi parabat. Interdum loco coronæ, & rursus cum corona, erat diadema regium insigne, i. fascia, qua caput circumligatur, & hæc vel tota candida, vel tota purpurea, vel vtraque intersperis maculis, interdum cæruleo albo interspersa, vt plerique Medi, Persæ, & Armenij. Parthorum Reges duplici diademate vtebantur, & nonnulli Græci cum duo Regna coniunxissent. Ægyptij interdum diadema aspidis imagine distinctum, alij aliter gerebãt. Sic pro corona erat Tiara, vel Causia, vel Cydaris, vel vitta, quæ omnia capitis erant integumenta, sed diuersis formis, omnia tñ ad Tiaræ figuram confirmata. Medi igitur, & Persæ, & Armeni Cydarim ferebant cum diademate. ex cærulea albis maculis intersticta fascia, ẽt interdum Tiaram, Assyrij Tiarã diademate obuolutam. Sardium Reges rectam, & non inclinatam Tiarã, vt & Parthi Macedones Causiam, Numidę candidam vittam in fronte. Recta vero Tiara apud multos regia erat. Imperatores præsertim posteriores, in coronæ medio Tiaram interponunt anteriore parte semicircularẽ, postea paulatim inflexam, cum acumine in fastigio instar mitræ. Indi annexam mitram multis gemmis distinctam, capitibus Regum imponebant. Ægyptij leonis, vel Tauri vel Draconis effigiem, vel ignem pictum, vel arborẽ supra caput pro insigni regio vsurpabant. vel diadema sub aspidis forma. Persæ odoratam in ea capite gestabat, Græci antiqui galeas. Eodem modo non erat vna ratio vestitus regij. Medi, Persæ priores & Armenij vtebantur amictu purpurato byssino interdum ẽt hyacinthio & candido quadrangularis figuræ Hetrusci eodem sed rotundo. Persæ posteriores palla picturata & auro distincta. Assyrij tunica purpurea, & partim alba Romulus & Romani reges trabea regia, ex purpura maculis albis. Tulli⁹ Hostili⁹ primũ inter Latinos pura purpura. Clearchus Heraclien. veste purpurea simplici. Phœnices, Syri. Cilices & Macedones Chlamyde. Siculi purpura gemmis extructa. Syri & Græci nonnulli etiam stola. Romanorum Reges quidam amictu semicirculari purpureo, & purpurea clamyde. Indi sindone & carbasis auro & purpura distinctis, plerisq; purpura. Iudæi bysso & purpura, & ex ijs facta stola. Præter illa sceptrum cõmune erat Regum ornamentum, & Regni insigne. Erat autẽ sceptrum olim hasta, quam Reges gestabant Babylonij certe nunquam nisi sceptris, & quidem aureis veniebant in conspectum, vel sedebant in solio. In quorũ fastigio erãt imagines mali, venenosæ, vel lilij, vel aquilæ, vel auis alterius. Indi sceptrum iñ ex ebore. Tarquinius Priscus eodem modo, sed quod in summo imaginem aquilæ præferret. Reges antiqui Græciæ hastas pro sceptris, in quarum capite inscripta Ciconia, in calce hippopotamus, tanquam hortamentũ ad pietatem & lenitatem. Æthiopes sceptrum in aratri formã, vt & nonnulli Ægyptij. Antigonus thyrsum pro sceptro, Siculi argẽteum baculum, Romani antiqui lituum. Lybi securim loco sceptri, plerique, sinistra manu portabant. Insidebant vero Elephantis, vt Indi, velis vt Iudæi vel equis vt alij, vel curru tantum vehebantur, quod Reges Sardium obseruabant studiosè, vel sellis curulis, vt Romulus, vel lecticis aurea gemmarum plenissima, vt interdum Indi, Æthiopes, & Medi Et hæc de hac materia, ex quibus facilè quis Chri-

Capitis ornamentũ pro gentiũ varietate multiplex.

Medorum, Persarum, & Armeniorum Regum qualis corona.

sti Re-

sti Regis nostri coronam, vestem, & sceptrum accõmodare poterit quisq; pro suo capto, & occasione auditorum?

Exiuit itaq; Iesus portans coronam septemplicem. Primo, Coronam sanctificatiõis: Nam sanctificari est aliquid fieri sanctum, fit aũt aliquid non solum ex contrario, sed ẽt ex negante vel priuante opposito, sicut album fit ex nigro, & ẽt non ex albo. Nos aũt ex peccatorib. sancti efficimur, & ita sanctificatio nostra est ex peccato. 1. Cor. 6. *Et hæc quidẽ fuistis aliquando s. peccatores, sed abluti estis, sed sanctificati estis.* Sed Christus quidẽ secundum hominem factus, quia hanc gratiæ sanctitatem non semper habuit, non tñ factus est sanctus ex peccatore, quia peccatum nunquam habuit. Sed factus est sanctus ex non sancto secundum hominem, non quidem priuatiuè, vt sc. aliqñ fuerit homo, nõ sanctus, sed negatiuè, quia qñ non fuit homo, non habuit sanctitatem humanam, & ideo simul factus fuit hõo, & sanctus homo, Propter q̃ dic. Angelus Luc 1. *q̃ nascetur ex te sanctum.* Quod exponens Greg. 18. moral. dic. *Ad distinctionẽ nostræ sanctitatis & sic sanctus nasciturus asseritur.* Nos quippe, si sancti efficimur, non tñ nascimur, quia ipsa naturæ corruptibilis conditione constringimur. Ille aũt solus veraciter natus est sanctus qui ex coniunctione Carnalis copulæ conceptus non est, & Io. 10. *Quẽ pater sanctificauit & misit in mundũ.* Et sicut p verbũ Dei oĩa facta sunt, ita per verbũ incarnatum sunt oẽs homines sanctificati qui sanctificantur. Heb. 2. *Qui sanctificat, & qui sanctificantur, ex vno oẽs.* Est aũt duplex sanctificatio. Vna quidẽ adultorum, qui secundum ꝓprium actum sanctificantur. Alia puerorum, qui non sanctificantur secundum proprium actum fidei, sed secundum fidem Ecclesiæ vel parentum. Prima sanctificatio est perfectior, secunda, sicut actus est perfectior q̃ habitus, & q̃ est p se, eo q̃ est per aliud. Sanctificatio vero Christi fuit perfectissima, quia sic sanctificatus est, vt esset aliorum sanctificator duplicitet. Primo quidem per suã passionem. Heb. vlt. *Christus vt sanctificaret populũ per suũ sanguinẽ, extra portã passus est.* Secundo, p Baptismum. Ioã. 3. *Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu S.* Quia gratia collata est animæ Christi, sicut cuidã vniuersali principio gratificationis in humana natura, secundũ illud Eph. 1. *Gratificauit nos in dilecto filio suo.* Et sic exiuit Iesus, portans coronã sanctificationis nostræ. Ideo dic. Eccl. 32. *Ornamentũ gratiæ accipies coronã.* Secundo. Coronã glorificationis. Ps. *Gloria & honore coronasti eũ Domine, & constituisti eum super op. man. tuar. oĩa subiecisti.* Nam Christo collata est gloria maior, quã Adæ primo homini io statu innocentiæ, vt patet ex priuilegijs vtriusq; q̃ fuerunt 12. I. fuit formationis. Dicit' .n. 1. Cor. 15. *Primus homo de terra terrenus, secũdus de cælo cælestis.* Christ'.n. dicitur de cælo descẽdisse dupliciter. Vno modo ratione diuinæ naturę, non ita, q̃ diuina natura in cælo esse defierit, sed quia in infimis nouo modo esse cepit, sc. secundum naturam assumptam, iuxta illud Ioa. 3. *Nemo ascendit in cælũ, nisi qui desc.* Alio modo ratione corporis, non quia ipsũ corpus Christi secundum suam substantiam, de cælo descendit, sed quia virtute cælesti. i. Spiritus S. corpus formatũ est. II. Impletionis. Nam incarnatiõis mysterium est primo homini reuelatũ, Quia dixit, *Hoc nunc os ex ossibus meis.* Quod Apostolus dicit esse magnum sacramentum in Christo, & Ecclesia Eph. 5. Sed per Iesum Christum impletum est. Si.n. homo non peccasset, filius Dei non venisset, ait Aug. Et 1. Tim. 1 dic. glos. *Nulla causa fuit veniendi Christo Domino, nisi peccatores saluos facere. Tolle morbos, tolle vulnera, & nulla est tanta medicina.* III. visionis. Nam primus homo vidit Deum, vt viator in ænigmate. Homo.n. in paradiso fuit beatus, non illa perfecta beatitudine, in q̃ transferendus erat, q̃ in diuinæ essentiæ visione consistit. Habebat tñ perfectam vitam secundum quẽdam modum in quantum habebat integritatẽ, & pfectionem quãdã naturalem, vt dic. Aug. 11. super Gen. ad literam, vnde dic. 1 Cor. 15. *Non prius q̃ spiritnale est, sed q̃ animale est.* Christus aũt vidit Deum, vt viator, & comprehensor sine ænigmate, quia diuinæ essẽtiæ visio conuenit omnib. beatis, secundum participationẽ luminis deriuati ad eos, à fonte verbi Dei, secondum illud Eccl. 5. *Fons sapientiæ, verbũ Dei in excelsis.* Huic aũt verbo Dei propinqui' coniungitur anima Christi, quę est vnita verbo in persona, quam quæuis in alia creatura. Et ideo plenius recipit influentia luminis, in quod Deus videtur ab ipso verbo, q̃ quæcunq; alia creatura, & iõ p̃ cæteris creaturis pfectius videt ipsam primã veritatẽ, q̃ est diuina essẽtia. Ioan. *Vidimus gloriã eius, quasi vnig.* Et Eph. 1. *Deus cõstituet eũ, s. Christũ, in cælestib. sup oẽm principatũ, & potestatẽ & virtutẽ, & dominationẽ, & sup oẽ nomẽ q̃ nõ nominatur nõ solũ in hoc sæculo, sed etiã in futuro.* IV. Cogitationis. Nã primus homo de reb. naturalib. & supnaturalib. ista cognouit, quæ erat necessariũ ad gubernationem vitę humanę sm̃ statũ innocentiæ. Alia verò q̃ nec naturali hõis studio cognosci põt, nec sunt necessaria ad gubernationẽ vitæ humanæ, primus homo nõ cognouit, sicut sunt cogitationes hominũ futura contingẽtia & q̃dã singularia, puta quot lapides iacent in flumine & similia: Christus aũt cognouit omnia sm̃ statũ diuinum, quia anima Christi cognoscit totã suã potẽtiã & omnia in q̃ pt. Põt aũt in emẽdationẽ infinitorum peccatorũ, sm̃ illud 1. Io. 2. *Ipse est ꝓpitiatio p peccatis nostris, nõ aũt p nostris tãtũ, sed ẽt p totius mũdi.* Iõ anima Christi cognoscit infinita, q̃a omnia q̃ sunt in potẽtia creaturæ. Vnde cũ in potẽtia creaturæ sint infinita p hunc modũ scit infinita, pfectum rũm nobis datus sum doctorẽ, sm̃ illud Ioel. 2. *Lætamini in Domino Deo vestro, qui dedit vobis doctorẽ iustitiæ.* V. pseruationis. Nã primus hõo non poterat decipi, nisi peccato pueniẽte, quia intellectus non poterat decipi p æstimationẽ falsi. Vnde & seductio mulieris etsi pcesserit peccatũ op.s, subsecuta est tñ peccatũ interni elationis. Dicit.n. Aug 11. sup Gen. ad literã. Qd mulier verbis serpẽtis non crederet, nisi iam esset mentis eius amor ꝓpriæ potestatis, & q̃dã sui pba psumptio. Christ' aũt non potuit peccato esse pueniẽs, Io. 8. *Quis ex vobis arg. me de pec.* & 1. Pet. 2. *Qui pec. nõ fec. nec dol. inu. est in ore eius.* VI. Dñationis. Nã primus hõ habuit dñium sup omnia naturalia, qñ ad effectus naturales. Dicitur.n. Ge. 1. de homine: *Præsit piscib. maris, & volatil. cœli, & bestijs terræ.* In alijs.n. animalib. inuenitur sm̃ æstimationem naturalem q̃dam participatio prudentiæ ad aliquos particulares actus; in homine aũt inuenitur vniuersalis prudentia, q̃ est recta ratio omnium agibilium. Omne aũt q̃ est p participationẽ subditur ei, q̃ est p essentiã & hoc naturaliter, vnde est naturalis subiectio aliorum animalium ad hominẽ. Christus aũt habuit Dñium super omnia qñ ad effectus sup.naturales. Nã anima Christi sm̃ q̃ est instrumentũ Verbi Dei sibi vniti habuit instrumentalẽ virtutẽ ad oẽs immutatiões miraculosas, ordinabiles ad finẽ incarnationis, q̃ est instaurare siue q̃ in cœlis, sunt, siue q̃ in terris Mar. vlt. *Data est mihi omnis potest. in cælo & in terra.* VII. Assimulationis. Nam Adam non assimulabatur nisi duplici statui hominum. Non.n. pertinebat hoc ad originalem iustitiam, q̃ Adam habuit in statu innocẽtiæ, q̃ anima hominis haberet virtutem transmutandi corpus ꝓprium in quãcunq; formam, sed q̃ posset ipsum conseruare absq; nocumento, & hãc ẽt virtute Christus assumere potuisset, si voluisset. Sed cũm sint 3. status hominum, innocentiæ, culpæ, & gloriæ: Adã non fuit in 3. statu Christus aũt sicut de statu gloriæ assumpsit cõprehensionẽ, & de statu innocentiæ immunitatẽ à peccato, ita de statu culpæ assũpsit necessitatẽ subiacendi pœnalitatib. huius vitæ. Heb. 2. *Debuit per omnia fratrib. assimilari.* VIII. Incorruptionis. Nam hõo in statu innocẽtiæ erat incorruptibilis ex parte causæ efficientis, quia inerat animæ vis q̃dam naturaliter data, p quam poterat corpus ab omni corruptione pseruare, quandiu ipsa Deo subiecta permansisset. Vnde vis illa præseruandi corpus à corruptione, non erat animæ humanæ naturalis, sed p donũ gratiæ, & q̃uis gratiã recuperauerit ad remissionem culpæ & meritum gloriæ, non tñ ad amissæ immortalitatis effectum. Hoc.n. reseruabatur Christo, p quem naturæ defectus in melius reparãdus erat. Christus aũt habuit immortalitatem per gratiam & gloriam. Poterat.n. suã passionem & mortẽ impedire, primo quidẽ aduersarios reprimendo, vt eum aut non vellent, aut nõ possent interficere, vt pluries fecit. 2. Quia spiritus eius habebat potestatẽ conseruandi naturã carnis suæ, ne à quocunq; læsiuo inflicto opprimeretur, q̃ quidẽ habuit anima Christi, quę erat Verbo Dei coniuncta in vnitate personæ. Aug. l. 4 Trinit. IX. Perfectionis. Nã primus homo habuit perfectionem omnis virtutis secundum statusui condecentiam: quia iõ erat Deo subiecta, & inferiores vires erant rationi subiectę. Virtutes aũt sunt q̃dam pfectiones, quib. ratio ordinatur in

Sanctificatio duplex.

Christo gloria maior collata quã Adæ.

Christi descensus de cælo duplex.

Adam Deum vidit viator, in ænigmate.

Adami per omnia naturalia dominium quomodo

Homo in statu innocentiæ erat incorruptibilis.

Deum & inferiores, vites viæ disponuntur secundum regulã orationis. Vnde rectitudo primi status hoc exigebat, vt homo aliqualiter omnes virtutes haberet, Christus autem habuit perfectiones omnium virtutum secundum plenitudinem gratiæ, quia quanto aliquod principium est perfectius, tantò magis imprimit suos affectus. Cum autem gratia Christi fuerit perfectissima, ideò ab ipsa processerunt omnes virtutes ad perficiendum singulas potentias animæ, quantum ad omnes animæ actus. Vnde super illud Ps. *Sed in lege Domini fuit voluntas eius*, ait glossa. *Hic ostenditur Christum plenum omni virtute & bono.* X. Gubernationis. Nam primus homo est gubernator, & caput omnium nascentium naturaliter, quia homo est naturaliter animal sociale. Vnde homines in statu innocentiæ vixissent socialiter: Socialis autem vita multorum esse non posset, nisi aliquis præsideret, qui ad bonum commune intenderet, Multi enim per se intendunt ad multa, vnus vero ad vnum. Ideò Philosophus d. 1. Pol. Quod quandocunque multa ordinantur ad vnum, semper inuenitur vnum, vt principale & dirigens. Christus autem est gubernator, & caput omnium nascentium spiritualiter, sed secundum diuersos gradus. Primo est caput eorum qui actu sibi vniuntur per gloriam. Secundo eorum qui actu vniuntur sibi per charitatem. Tertio qui actu vniuntur sibi per fidem. Quarto, qui sibi vniuntur solum in potentia nondum in actum reducta, quæ tamen est reducenda secundum diuinam prædestinationem sicut sunt infideles, per conuersionem. XI Assimilationis. Nam primus homo fuit similis Deo secundum duplicem imaginem, Christus autem secundum triplicem creationis, recreationis, & glorificationis. Imago enim Dei reperitur in homine tripliciter. Vno modo secundum quod homo habet aptitudinem naturalem ad intelligendum & amandum Deum, & hæc aptitudo consistit in ipsa natura mentis, quia est communis omnibus hominibus. Secundum, quod homo actu vel habitu cognoscit, & intelligit Deum, sed imperfectè, & hæc est imago per conformitatem gratiæ. Tertio, secundum quod homo actu Deum cognoscit & amat perfectè, & sic attenditur imago secundum similitudinem gloriæ. Primis duobus modis fuit imago Dei in Adam in statu innocentiæ, sed omnibus modis in Christo. XII. Translationis, Nam primus homo fuit positus in paradiso terrestri. Ge. 2. Christus autem in cœlesti. Eph. 4. *Ascendit super omnes cælos, vt adimpleret omnia* Ps. *Ascendit super cælum cæli ad Orie.* Tertio, Coronam Redemptionis. Gentiles enim coronam spineam in capite suo imposuerunt, quem cruentantes derisorie salutauerunt. Iudæi enim ipsum Cæsari postposuerunt, & *Crucifige* clamauerunt. In ipso autem modo passionis Christi præfiguratus est effectus Redemptionis, quoad vtrosque, scilicet Iudæos & gentiles. Primo enim passio Christi habuit effectum salutis in Iudæis quorum plurimi in morte Christi baptizati sunt. Act. 2. & 3. Secundo, Iudæis prædicantibus effectum passionis Christi transiuit ad gentes, & ideò conueniens fuit, vt Christus à Iudæis pati inciperet, & posteà Iudæis tradentibus per manus gentilium eius passio finiretur. Quia vero Christus ad ostendendum abundantiam charitatis suæ, ex qua patiebatur in cruce positus, veniam peccatoribus postulauit, huius petitionis fructus ad Iudæos & gentiles peruenit, à quibus patiebatur, ideo Cant. 3. *Egredimini filiæ Sion, & videte Regem Salomonem in diademate, quo coronauit eum mater sua.* Debemus autem egredi à 4. quæ nos impediunt à fructu Redemptionis. Primo à vitio, conformando voluntatem nostram diuinæ voluntati, Matt. 26. *Non sicut ego volo, sed sicut tu vis.* Quod dicit, quia rectum vult esse hominem & ad Deum dirigi. Aug. & glossa super illud Ps. *Rectos decet collaudatio.* dic. *Rectum cor habet qui vult quod Deus vult, sic vt homo velit aliquid ex charitate, sicut Deus vult* Secundo ab odio, Nam odium vinceret amorem nunquam, nisi propter amorem maiorem, cui odium correspondet, sicut homo magis diligit seipsum quam amicum. Tertio, à passione Rom. 7. *Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati* Quia passio ligat rationem, imò cum passiones intenduntur, ligant totaliter vsum rationis, Multi enim propter abundantiam amoris & iræ versi sunt in insaniam. Quarto à vindicta, Nam peccatum Iudæorum crucifigentium Christum, quod processit ex inuidia, odio & vindicta, fuit grauissimum, Sicut dic. Christus Pilato. Ioan. 19. *Qui tradidit me tibi, maius peccatum habet.* Quarta, Exaltationis. Nam meritum importat quandam æqualitatem iustitiæ. Vnde Apost. dic. *Ei qui operatur, merces imputatur secundum debitum.* Cum enim aliquis sibi ex iusta voluntate subtrahit, quod debet habere, meretur, vt sibi amplius aliquid superaddatur, quasi merces iustæ voluntatis, Et inde est quod sicut dic Luc. 14. *Qui se humiliat, exaltabitur* Cum autem Christus in sua passione se humiliauerit infra suam dignitatem, atque ad contusionem & opprobria quæ sustinuit, ideo per suam passionem & præcipuè per coronationem spinarum meruit exaltationem, quantum ad consessum paternæ dexteræ & manifestationem diuinitatis ipsius, secundum illud Isa. 52. *Exaltabitur & eleuabitur, & sublimis erit valdè.* Sicut obstupuerunt super eum multi: Sic inglorius erit inter viros aspectus eius Et Phil. 2. *Factus est obediens vsque ad mortem propter quod Deus exaltauit illum* Et Is. 28. *Eris corona gloriæ in manu Domini, & diadema regni in manu Dei tui.* Quinto, Coronam adorationis. Cum enim in Christo sit vna tantum persona diuinæ & humanæ naturæ, & etiam vna hypostasis & vnum suppositum, ideo eius est vna adoratio, & vnus honor, ex eius parte qui adoratur. Dam. l. 3. dic. *Adoratur caro Christi incarnato Dei verbo, non propter seipsam, sed propter vnitum ei secundum hypostasim verbum Dei.* Et super illud Psal. *Adorate scabellum pedum eius*, dic. glos. *Qui adorat corpus Christi non terram intuetur, sed illius potius cuius scabellum est, in cuius honore scabellum adorat* Et in c. 5. Synodi dic. *Si quis duabus naturis adorari dicit Christum, ex quo duæ adorationes introducuntur. Sed non vna adoratione, Deum verbum incarnatum cum propria ipsius carne adorat, sicut ab initio Ecclesia Dei traditum est, talis anathema sit.* Sexto, Retributionis. Quantum ad potestatem iudiciariam. Vnde Iob 36. *Causa tua quasi impij iudicata est, propter causam iudicium causamque recipies.* Nam iudiciaria potestas Christo homini competit, tum propter diuinam personam, tum propter capitis dignitatem, tum propter plenitudinem gratiæ habitualis, tum ex merito sc. vt secundum iustitiam Dei iudex esset, qui pro iustitia Dei pugnauit, & vicit, & iniustè iudicatus est. Vnde ipse dic. Apoc. 3. *Ego vici, & sedi in throno Patris mei.* In throno autem intelligitur potestas iudiciaria. Ps. *Sedes super thronum, & iudicat æquitatem* Septimo, Præmiationis. Ps. *Posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso.* Sicut enim lapides pretiosi firmantur in corona, & ipsam ornant, & ipsa est ornamentum coronati, sic in merito Christi firmantur omnes electi, & sunt ad ornamentum gloriæ suæ: Prout patuit in Ioseph, qui venditus à fratribus suis, ductus est in Ægyptum, & non fuit factus Eunuchus, ne Pharao abuteretur eo, quem à tam graui peccato Dominus custodiuit, Pharaone infrigidato. Vnde propter fidem & castitatem à domina sua accusatus, incarceratus fuit. Inde autem extractus & dominus Ægypti constitutus, dum circuiret Ægyptum declinauit ad domum Putiphar principis Satraparum Pharaonis, cui erat filia speciosissima nomine Aseneth, sed Idololatra, quæ Idola abiecit, vt Ioseph haberet sponsam. Ad hanc autem desponsandam accessit Ioseph, indutus tunica candida, & cum aurea corona, in curru aureo, In corona vero erant inserti 12. lapides pretiosi super quibus erant 12. astra aurea, & virga regia in manu eius, vt dicitur in spec. hist. l. 2. c. 118. Hæc omnia fuerunt figura Christi, præcipuè corona in qua sunt 12. tribus Israel, super quibus sunt 12. Apostoli Apoc. 12. Et sic corona Christi est numerus omnium saluandorum, qui decorat Christum hic in statu gratiæ, & ibi in statu gloriæ. Quocirca Auditores mei, cum eadem SS. Ecclesia cum qua & per quam vos in hac coronæ Domini festiuitate gaudere debere monui, cum eadem iterum dico: *Nos à punctura liberat æternus Patris Filius, dum spinis pungi tolerat spinarum culpæ nescius. quod iterum lætitiæ causa est, & dum spinarum aculeum Christus pro nobis pertulit, per diadema spineum vitæ coronam contulit. Plaudat ergo turba fidelium quod per spinæ ludibrium purgat creator omnium spineti nostri vitium. Laus Christo regi gloriæ, pro coronæ victoribus, qua nos reformans gratia coronet in cælestibus.* Itaque & vnanimi voce ad Deum Patrem cum S. Ecclesia clamemus dic. *Tuorum militum rex omnium virtutem corrobora, vt quos in huius mortalitatis stadio, vnigeniti Filij tui corona lætificas, consummato cursu certaminis, immortalitatis brauium apprehendant. Per eundem Christum Dominum nostrum, &c.*

In Christo perfectiones omnium virtutum.

Christus omnium nascentium caput, sed gradibus diuersis.

Adam similis Deo secundum duplicem imaginem, Christus vero, secundum triplicem.

Effectus redemptionis præfiguratus in modo passionis Dominicæ.

Egrediendum nobis à quatuor quæ nos à fructu redemptionis impediunt.

Iudiciaria potestas homini Christo competit.

Ioseph propter fidem & castitatem, à domina sua accusatus, in carcere reclusus fuit, & Dominus Ægypti constitutus.

Laus Deo, & Beatissimæ Mariæ Virgini, & omnibus Sanctis.

IN FESTO S. STANISLAI EPISCOPI ET MARTYRIS, PATRONI Poloniæ.

Ego sum vitis vera, Ioan. 15.

QVEMADMODVM mare concutitur multis fluctibus Auditores, terra multo frigore constringitur, aër mouetur multis flatibus, & hoc naturaliter: ita planè homo, quandiu hic viuit diuersis tribulationibus mouetur & affligitur, & tanquã hyems, multis afflictionibus exponitur. Nam sicut Elementa non vni impressioni, sed multiplici mutationi subijciuntur: Sic & homo multis mutationib⁹. Ideò regius Propheta canit, *Quantas ostendisti mihi tribulationes*, & hoc ille, qui rex erat, & sanctus, & ad desiderium cordis Dei. Has tribulationes senserat etiam vir patientissimus, Iob 5. dic. *In sex tribulationibus liberabit te, & in septima non tanget te malum.* Sex tribulationes quæ nos premunt in hoc sæculo, sunt dolor, labor, esuries, timor, infirmitas, & casus, septima verò mors est, in qua malum temporale nos non tanget amplius. Causa autem quare in cursu nostro eas posuit Deus, à S. Gregorio scribitur, vt dum iter vitæ præsentis plenum tribulationibus inuenimus, ibidem sistere pedem non amemus, & ne viam pro termino acceptemus, sed vt tribulationibus impulsi alibi quietē quæramus, & per bona opera ad patriam properemus, & æternæ vitæ terminum totis visceribus affectemus. Feræ namq; in illo loco vbi perpetuo à canibus & venatoribus inquiruntur, diu commorari non solent. Sic Auditores mei, sic S. Stanislaus Episcopus martyr & Patronus Poloniæ, concussus, constrictus, & commotus fuit, animo tamen licet vita non succubuit: eaque & libenter & pro Deo proque suo grege sustinuit. Fuit ille Apostolus Poloniæ, vbi & Episcopus, fuit Doctor & Rector spiritualis illius gentis, vita virgo, morte martyr, quippe à sibi infensissimo Rege Boleslao, quem ad viam salutis libenter deduxisset, ad altare occisus est, tantæ sanctitatis & facultatis, vt mortuus pro testimonio sibi dando è tumulo prodierit, & omnis populus illi testimonium veritatis, æquitatis & sanctitatis præbuerit, & nunc non solum Polonia, sed & vniuersalis S. Ecclesia Catholica eum sanctum & martyrem annua celebritate colat & veneretur, magnum palmitem maximę vitis & vitium ostendat vniuersis. De cuius vita agemus paucis, cum antea satis sit explicatum.

Homo multis obnoxius mutationibus.

B. Stanislaus, Apostolus Poloniæ.

EVANGELIVM.

EGo sum vitis vera.] Vanitas huius mundi multum gloriatur in parentum & proauorum famosis imaginibus, & rebus gestis, vel diuitiarum abundantia, & similibus. Verum non hoc erat satis S. Stanislao, qui oriundus ex nobili familia Sucpanuuia, sed sibi magis gratulabatur & gaudebat, quod Dei benignitate gratuita præuentus, animam sortitus bonam & donis naturæ diuinitus auctus, vnde ad ea præclarissimas quasque Deoque gratissimas virtutes, quantum in se erat, studebat adijcere. Hinc omni iuuenili corruptione cõtempta, & scholis adhibitus, tantum in pietate profecit & literis, vt Lambertus Episcopus Cracouiens. fama eius percepta, eum ad se accersiri fecit, eumq; Canonicum ibidem instituit, vbi inter reliquos sicut stella matutina in medio nebulæ emicuit. Atq; adeò, vt post mortem Lamberti Cracouiens. Episcopus præ reliquis dignus habitus sit, eligi, vbi tanquam lucerna super candelabrum positus, omni virtutum sanctitate refulsit. An non hæc magis illum exornarunt, quam gentis honor? annon hæc illustria sunt suæ pietatis & industriæ testimonia? Pręstat vbiq; nobilem esse virtute, quam genere, & à Deo nobilitari, quàm à principe. Quid faciebat, putatis, in suo hoc amplissimo officio Episcopus? Otiabatur, fruebatur præsentibus intentus erat conuiuijs, delitijs, venationibus, vsuræ, diuitijs corradendis & similibus? quibus proh dolor, multi Episcopi nostra tempestate inuigilant. Minimè profectò. Residebat frequenter in Ecclesia sua, orationi & lectioni vacans: assiduè verò etiam parœcias suæ Diœcesis, prout poterat visitabat, & quæ inuenit emendatione digna, pro viribus corrigebat. Eos qui in Clero numerabantur & Ecclesiastico fruebantur beneficio, in Diœcesi sua sedulò perurgebat, vt decor honestatis, pudor castitatis, & bonę conuersationis odor in eis redoleret.

Quam necessarius esset hoc tempore nobis talis Stanislaus, Auditores. Nam vel non visitantur Ecclesiæ & parochiæ, aut si visitantur, fit lucri aut laudis causa humanæ, vel etiam vbi manifestissima sunt & intolerabilia, tamen dissimulantur, non corriguntur, non mutantur, & sicut est parochus, ita populus, & simul ibunt in damnationem. Quid amplius faciebat S. Stanislaus. Si qui fuissent planè incorrigibiles, eos & beneficio priuabat & è sua Diœcesi expellebat. Etsi autem iustus & seuerus erat, attamen peccatores clementer admittebat ad agendum pœnitentiam, & eorum confessiones excipiebat. Ad clamores pauperum non obstruebat aures suas, & oppressos omnique auxilio destitutos è manibus violentorum eruebat. Præterea viduas & pupillos suæ ditionis memoriæ suę, haud secus atque libro inscriptos habebat, eosque suis Eleemosynis tum palam, tum occultè sustentabat. Discite Tyranni, quid sit misereri & parcere, discite auari quid sit adiuuare pauperes, & maximè viduas & pupillos, quorum Deus ipse curam gerit. Nam & erga afflictos pietatis & commiserationis viscera gerebat. Mensa eius splendida erat, & communis, maximè peregrinis & religiosis viris, sed multorum ferculorum vsum non habebat. Comessationes atque compotationes nocturnas, haud aliter atque pestem abominabatur. Talibus enim vacare, gentilium potius est & improborum hominum. Domesticos & familiam castissimè diligendam docebat. Aulici & beneficiarij atque causidici eius, vbicunque cum eo morabantur, siue domi siue foris, nulli erant oneri. Decimas suas vel vendi, vel colligi curabat. Procuratores suos opportuno mittebat tempore absque messis & pauperum detrimento. Æquum pondus, æquam mensuram, & æquum volebat habere modium. Erat ille Deo deuotus, mente pudicus, corpore castus, moribus maturus, sermone prudens, iudicio iustus. Cumque ob dignitatem Pontificiam esset prælatus omnibus, animi tamen submissione, & cordis humilitate propter Deum subiectus erat omnibus. O quanta in S. Stanislao dignitas, quanta pietas & humilitas, quanta in eo sanctitas, quanta in eo diuina gratia? Atque vt vnum exemplum illustre ex omnibus afferam suæ facultatis & sanctitatis, suæ apud Deum gratiæ, audite quæso, Auditores, audite stupendum miraculum. Cum vellet vir sanctus Cracouiensis inquam Ecclesiæ, non amicorum, non liberorum suorum, non auaritiæ suæ prouentus augere, prædium ad ripam Vistulæ, cui nomen Petrauinum, à Petro milite, qui vendiderat illud, iusto pretio comparauit. Illo Petro defuncto fratres eius, vel cognati propinquiores, tanquam legitimi successores cœperunt accusare Episcopum de restituenda ipsis hæreditate, & quia sciebant Boleslaum Regem, alias Prauum & Audacem dictum, infensissimum Episcopo, eò quod Regem Tyrannidis redarguerat suique officij, vt pastor bonus monuerat, durius illum adiuuante Rege, deuexabant. Nam & testes huius iustæ emptionis coram iudicio, sic prohibente Rege, comparere nolebant. Sentiens ergo seruus Christi Stanislaus humano auxilio se destitui, ne Ecclesia suo prædio fraudaretur, totum

Necessarii nobis hodie similes B. Stanislao, propter Prælatorum negligentiam.

S. Stanislaus summa virtute.

se ad diuinam opem implorandam, tanquam ad turrim fortissimam contulit.

Veniens inde ad colloquium die statuto, stansque in conuentu dixit. *Obsecro regiam dignitatem & Poloniæ principum æquitatem, quandoquidem migrauit è terra veritas, vt dentur mihi trium dierum induciæ & sistam coram Rege, & vobis eum, qui mihi prædium vendidit, vt testetur ipse, cuius sit hæc hæreditas.* Ea S. viri oratio quibusdam stupenda, alijs verò delirantis esse videbatur: at nihilominus e concilij sententia permissum est ei triduo dierum spatium. Tum vir Dei fide Christi confirmatus, dixit eis, qui ipsi aderāt, pijs & religiosis viris. *Fratres & commilitones mei, vos scitis istud negotiū esse Dei & Ecclesiæ, Crucifixi esse patrimonium, pro quo certamus, a quo sanè egreditur singulorum iudicium. Illi ergo hanc causam committamus, atque toto hoc triduo in ieiunijs, vigilijs, & preces incumbamus, faciemq; Domini in confessione præoccupemus. Quod si fidem habuerimus* (Matth. 17.) *instar grani sinapis, sicut ipse Dominus ait. Quicquid sine hæsitatione petierimus haud dubie accipiemus. Petamus ergo fidenter, quæramus instanter, pulsemus perseueranter, vt quod fideliter petimus, efficaciter consequamur.* Imminente iam tertio die Episcopus cum suis Petrouiensi intrauit diuina celebraturus. Aderat quoq; ibi Rex, & milites, & multa populi frequentia, qui ad colloquium confluxerant. Diuino peracto ministerio, Episcopus ita vt erat Pontificalibus indutus egreditur ad fores Ecclesiæ. vbi Petrus erat humatus, iubetq; terram ejici è tumulo, & sepulchrum aperiri. Deinde flexis genibus, ita Dominum lachrymans precatus est. *Miserere nostri Deus omnium, qui viuorum dominaris simul & mortuorum, defende causam tuam, & educ ad victoriam iudicium tuum quoniam diminutæ sunt veritates à filijs hominū. Reuoca quæso Domine à morte ad vitam hunc Petrum famulum tuum suscita de puluere iam triennio sepultum, vt veritati testimonium perhibeat, qui suscitasti de monumento Lazarum iam fœtentem & quatriduanum vt glorificetur nomen sanctum, & laudetur* in sæcula sæculorum. Respondentibus illis qui aderant, *Amen.* Surgit vir sanctus à terra, Pontificali pedo cadauer tangit, dicitque clarâ voce, *In nomine Patris, & Filij, & Spiritus S. Surge Petre, qui dormis, & exurge à mortuis, vt declaretur in te virtus & potētia Sanctiss. Trinitatis. Surge, surge, surge, sta in medio, & dans honorem Deo, redde testimonium veritati, vt augeatur fides credentium & obstruatur os loquentium iniqua.* Mox coram omnibus surgit Petrus, & manum illi porrigente Episcopo, viuus prodit è sepulchro, abitque cum eo ad colloquium. Quo cum peruenisset S. Stanislaus, dixit Regi, & cunctis qui aderant. *En hic est Petrus ille qui mortuus fuit, nunc vero coram vobis viuus assistit, cuius viua vocis testimonium plus apud vos valere debet, quam vel testium, vel instrumentorum probatio. Quæratur igitur ab illo, num mihi prædium vendiderit, & iustum pretium à me acceperit. Si hunc hominem, patet monumentum, cuius excitatio sub oculis vestris per Dei virtutem iam facta est. Facessant procul tenebræ infidelitatis, abigatur ab oculis vestris omnis caligo ambiguitatis. Non putetis esse Phantasma, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut hunc videtis habere.* Rex autem & cæteri omnes stabant stupefacti & attoniti tanti miraculi nouitate. Porro cognati eius, & omnes qui antè eum nouerant, his verbis viuis, nec tergiuersandi locum, nec Spiritum vllum habebant. Monuit deinde Petrus cognatos, vt eo nomine agerent pœnitentiam, quòd viro sancto & iusto multos labores & iniurias attulissent, quod si id non facerēt, multis eos supplicijs affectos iri prædixit, addens. *Vos scitis, vos nihil iuris habuisse in patrimonio meo, quod Stanislao Episcopo vendidi, modo verum fateri velitis.* Deinde conuersus ad Regem & populum dixit, *Ego precibus & meritis B. Stanislai excitatus sum, & Dei voluntate huc veni, vt testimonium perhibeam veritati. Protestor ergo coram omnibus vobis, me Stanislao Cracouiensi Episcopo Petrouiensi meum quondam patrimonium vendidisse, & pecuniam quam exegi, recepisse, propinquosq; meos nihil vnquam iuris in eo habuisse. Testes autem qui huic negotio interfuere, & se ducendo testimonio subduxere, timore, munere, gratia, odio adducti, nisi pœnitentiam egerint, nouerint se veritatis, qua Deus est, consortio nunquā fruituros.* Atq; ita Rex cum omnibus reliquis plenam quietamq; prædij possessionem concesserunt S. Stanislao: qui conuersus ad Petrum dix. *Si places, & tibi expedire videtur, rogabo Dominum, vt pro tuo labore & merito aliquot annorum spatia tibi largiatur, quibus possis apud nos viuere.* Qui respondit, *Gratias ago sanctitati tuæ, venerande pater, sed mihi nūc id optatum est, vt me meo restituas sepulchro. Nam exiguo adhuc tempore pro erratis meis in Purgatorij locis mansurus sum atque ita per Dei misericordiam, lætus proficiscar ad requiem sempiternam.* Quod vt audiuit B. Stanislaus, comitantibus eum turbis, reduxit illum ad tumulum, quem ille cunctis cernentibus ingressus, membra composuit, pro se Deum rogare petijt, terraq; opertus, rursus in Domino obdormiuit. Eius vero animam Stanislaus precibus Domino commendauit, habitaq; ad populum exhortatione, & Pontificia eis impertita benedictiōe, cum comitibus suis domum reuersus est, gratias agens Deo omnipotenti pro vniuersis beneficijs eius. Hæc historia, vt est inaudita & miraculosa, ita est multæ virtutis & doctrinæ, cōfirmantis fidē Catholicā. Primum obseruandum quanta sit vis Veritatis, vt pro ea Christus descenderit in terram, pro ea & passus sit, & pro ea hoc miraculum factum sit, vt discamus inter omnia fortiorem esse veritatem, Deum ipsum esse veritatem & quā à .it futuro responsio loquentiū iniqua, & mendacia, & falsa iuramenta, qđ illi planè non erunt in statu fœlicitatis æternæ. Secundum, Quantum malum sit in principibus & quā nulla eorum fœlicitas, qui Ecclesiarum & Ecclesiasticorum libertates impugnant, eorū iura impediunt, domus & possessiones diripiunt, vt alijs donant. Exemplum est in Friderico Duce Bohemiæ, de quo in translatione S. Wenceslai diximus, & qui ab Ecclesia ad has dignitates promouentur, easdem non, vt iurant, defendunt, sed prostituunt, denudant, pessundant. Tertium, Quantum malum sit in principibus qui iura regni & terræ impediunt æquitatem & iustitiam non administrant, vt hic rex Boleslaus, prohibens ne testes ad deponendum veritatis testimonium accederent. Quartum, Quanta malitia sit hominum, qui in casu necessitatis veritatē nolunt fateri, aut simulant, aut contrarium asserunt nomē Dñi in vanum assumūt, & fœæ malitiæ & falsitatis testem inuocant Deum. Quintum, Quanta malitia in contractibus, vt ētsi omnia ponātur expressissimè, tñ sunt, qui inueniunt in quo contractus illos audent confundere aut irritos facere. Sextum, Quantæ sit virtutis Spes, quæ ad Deum firmiter dirigitur, q̄ nunq̄ fallit. Septimum, Quantæ fides, ēt vt granum sinapis. Octauum, Quantæ Oratio. Nonum, Quantæ ieiunium, & vigiliæ. Decimum, Quantę bona causa. Vndecimum, Quam mirabilis Deus in operibus suis, q̄ iustus & verax, q̄ omnibus timentibus se & diligentibus succurrat. Duodecimum, Quantum sit sacrificium Missæ Deoque gratum. Decimum tertium, Quanta sit & q̄ vera Religio, fidesq; Catholica, in qua S. Stanislaus fuit Episcopus qui mortuū Petrum suscitauit, vt & S. Martinus, & alij, q̄ extra Ecclesiā nemo facere potuit, vnde hæretici oēs confunduntur. Decimum quartum, Illum Petrū fuisse Catholicum, alias fuisset in damnatione, præterea cōfessum ad minus, & à peccatis absolutum, vnde pœnā pro satisfactione in purgatorio sustinere debuit, vt Catholici hic intelligāt, nō satis esse, cōfessū esse & absolutū, nisi ēt satisfactiōē adhibeat & hunc iam trienniū fuisse in purgatorio, vt tibi nō blandiaris exiguum tēpus permanēdi in purgatorio. Decimum quintum, Purgatorium, q̄ negatur esse oēs hæreticis, de quo paulo inferius plura dicemus. Decimum sextum, Dei iudicia arcana esse, neq; aliud quid dixisse Petrum, nisi cuius causa excitatus fuit, & hęc paucis verbis. Sicut & de S. Brixio legimus q̄ adiurauit infantem, cuius cum malitiose patrem incusabāt, vt diceret, an ipse pater suus esset, cumq; negasset infans, noluit, rogatus ēt, quis esset pater suus, vltra exquirere: & si ēt multa de purgatorio, & de similib. retulisset, adhuc nō crederēt hæretici. Decimum septimum, Cōfusos oēs suscitatione & testimonio Petri, ēt prius q̄ loqueretur, nec cōfundi eos qui cōtra veritatē & æquitatē agūt, aut scribunt: eumq; q̄dā dixisse Regi & iudicib. & cognatis, q̄ nec illos multum in cōscientia mouerunt. Nam & Rex S. Stanislaum occidi fecit, & illud p̄dium iterum ab Ecclesia abalienatū fuit. Decimū octauū, Licet purgatorij pœna sit acerrima, maluit tñ eo redire, vt ad fœlicitatē æternā citius & lętius perueniret. Quis vellet manere cū tali rege, cognatis & populis, vt illi erant? Sed à 1072. anno, quo Cracouiens. Episcopus electus fuit, vsque ad hoc tēpus nostrū, quātum mutatus est oīs popul⁹, vt null⁹ mortuorū vellet redire, imò optabile est multis ca hac vita discedere, propter mūdi malitiam,

B. Stanislaus trium dierum potest inducias à Rege & consilio.

S. Stanislai oratio ad sepulchrum defuncti, pro illo à morte excitando.

E tumulo B. Stanislaus excitat mortuum.

Regis & totius populi stupor ex miraculo B. Stanislai.

Plenaria B. Stanislao adiudicatur prædij possessio.

Historia B. Stanislai de prædio Ecclesiastico, multæ virtutis ac doctrinæ.

Quanta malitia hominum, in casu necessitatis veritatem non fatentium.

Sacrificium Missæ Deo gratum.

Purgatorium astruitur, vt nolint inficiari hæretici.

Petrus à quo B. Stanislaus emerat prædium, ad purgatorium vult redire, malens, breui salutandus, quam ad tempus in mundo superesse.

tiam,

riam, infidelitatem, & alia quæ vix dici possunt. Decimum nonum, Piè credendum est, Petrum illum meritis & precibus S. Stanislai & pij populi tum temporis à purgatorij pœnis liberatum, & æternitate fœlicitatis donatum. Vigesimum, Pro se rogari petijt, vt videas illos in purgatorio nostris precibus, ieiunijs, & Eleemosynis pro se factis delectari & adiuuari. Hæc breuiter videbantur mihi enumeranda, tam quoad fidem, quam quoad mores. Purgatorium autem esse, vt supra notatum est, ea scriptura ostenditur, cum dicitur 2. Mach. 12. *Sancta & salubris est cogitatio, pro defunctis exorare, vt à peccatis soluantur.* Hoc enim nec de damnatis, nec de beatis intelligi potest: hi non indigent, illi non adiuuantur. Cum enim per contritionem deleta culpa, non ex toto tollatur semper reatus pœnæ, nec etiã semper venialia, dimissis mortalibus tollantur, & iustitia Dei hoc exigit, vt peccatum per pœnam debitam ordinetur, oportet quod iste qui post contritionem de peccato decedit ante satisfactionem debitam, vel etiam cum venialibus, post hanc vitam puniatur. Et ideo qui negat purgatorium, cum vniuersalis Ecclesia hoc tribuat, orans pro defunctis illis qui ibi sunt, hæreticus est, & authoritati Ecclesiæ resistit, vt ait D. Thom. in 4. distinct. 21. Hinc & Gregorius dic. *De quibusdam paruis culpis ante diem iudicij, purgatorius ignis credendus est.* distinct. 25. *Quala.* Et August. *Si conuersus, scilicet peccator fuerit, vita viuet, & non morietur. Non tamen promittimus, quod euadet omnem pœnam. Prius est enim purgandus igne purgatorio.* de pœn. dist. 7. ca. vlt. Locus purgatorij animabus dupliciter assignatur. Aut secundum legem communem, & sic purgatorium est circa limbum. Aut secundum dispositionem specialem, & sic puniuntur animæ aliquando in diuersis locis, in quibus peccauerunt, aut propter aliquam suam reuelationem per suffragia eorum, quibus apparent, aut propter aliquam viuentium ædificationem: hoc aũt non est secundum legẽ cõmunem simul puniuntur. Exempla plurima habet B. Gregorius, & historia Sanctorum. Est autem duplex pœna ibi. Prima est pœna damni, vt est carentia diuinæ visionis, & ista est maxima. Secunda est pœna ignis, & ista excedit omnem pœnam temporalem. Huius causam assignat D. Thom. in 4. dist. 21 dic quod cum dolor non sit læsio, sed sensus læsionis, tanto magis aliquis dolet de aliqua læsione, quanto magis est sensitiuus: cum læsiones quæ fiunt in locis maximè sensibilib⁹, sunt maximum dolorem causantes. Et quia totus sensus corporis est ab anima, ideo si in ipsam animã aliquid læsiuum agat, de necessitate oportet, ꝙ maximè affligitur. Quod aũt anima ab igne corporali patiatur, certũ est. Etenim eodem igne cruciantur animæ, quæ sunt in purgatorio, & in inferno, nisi quod in purgatorio se sciant saluari. Purgantur autem ipsę animæ, sola diuina iustitia ignem accendente, non ministerio dæmonum, quorum victores extiterunt, nec ministerio Angelorum, qui conciues suos non tam vehementer affligerent. Sed tamen possibile est, quod Angeli eas ad loca pœnarum deducant, & etiã ipsi dæmones, qui de pœnis hominum lætantur, eas comitantur, & assistunt purgandis, tum vt eorum pœnis satientur, tum vt in eorum exitu à corpore suum aliquid ibi reperiãt, vt ait D. Th. Notandum etiam quod quędam venialia sunt maioris adhærentię, quam alia, secundum ꝙ affect⁹ magis ad ea inclinatur, & in eis fortius figitur. Et ea q̃ sunt maioris adhærentiæ tardius purgantur, ideo quidam in purgatorio diutius quã alij torquẽtur, secundum ꝙ affect⁹ eorũ ad venialia fuerit magis demersus. Et acerbitas quidẽ pœnæ respondet quantitati culpæ ꝓpriæ, sed diuturnitas respondet radicationi culpæ in subiectu. Ex duabus autem causis, anima recedens à corpore sustinet pęnam purgatorij. Vel quia moritur cum venialib⁹, & de hoc Apost. 1 Cor. 3. *Si quis super ædificauerit, super hoc fundamentũ,* i. fidem viuã, *lignum, fœnum & stipulam, ipse saluus erit, sic tamen quasi per ignẽ.* Nomine autem ligni fœni, stipulæ diuersa venialia designantur, secundum Aug. Alia causa est ex eo, ꝙ quis nõ satisfecit plenè pœnis debitis, pro peccatis suis, moriẽs tñ in statu gratiæ. Et quia de tali nõ possum⁹ definire nisi notorio in delicto moriatur, ideo pro omnib⁹ baptizatis orare debemus. Iterum obseruandum est, suffragia quidẽ prodesse defunctis ad absolutionem pœnarum, à qua possunt absolui quatuor modis. Primo per intercessionem ipsius capitis Christi, & sic iuuantur per oblationẽ altaris. Secundo p intercessionẽ quasi priuatorum membrorum, i. per orationes Sanctorum. Tertio p modum redemptionis pœnæ sc. per Elẽẽmosynas. Quarto per modum solutionis pœnę sc. p ieiuniorum afflictionẽ. Et ad hos 4. modos oẽs alij reducũtur. Quę tamẽ horum sunt maiora suffragia? Dicit Raimundus, quia melius est opus Charitatis, ꝙ dirigitur in Deum, q̃ in hominẽ, ideo duo primi modi, qui diriguntur in Deũ, meliores sunt, quã secundi vltimi, nisi per accidens, inquã Elẽẽmosyna impetrat oratiões. Quia vero melius est opus charitatis cõmunis quã priuatæ specialis, ideo melius suffragium sacramẽti altaris, quam orationes. Iterum quia bonum, quanto communius, tanto melius, ideo Elẽẽmosyna est melior ieiunio. Iuuat tñ multum, si ea q̃ fiunt ab eo qui est in charitate, fiant. Plus etiam prosunt, si cum pro vno defuncto fiant, alijs in charitate existentibus, plus q̃ ei, qui in maiori charitate est. Nota etiã quod valor suffragiorum ex virtute charitatis prius sit singulis. In quãtum autem sunt satisfactiones quædam p intentionem facientis transfusæ in mortuos, sic magis valent ei, pro quo spiritualiter fiunt, & sic effectus suffragij diuiditur ex diuina iustitia inter eos, p quib. fiunt. Et hęc quidem pro præsenti loco & pro confirmatione 19. articuli ex hac historia collecti, quo I Petrus liberatus à pœnis in cœlum euolauerit. Confundantur itaq; hæretici contrarium asserentes & misericordiam Dei blasphemantes, quę propter leue peccatum, quod pœnam inducit, statim ex hac migrãtem vita in infernum deijciat, cum qui ita innocentes & puri hinc discedant, ex tribus millibus via vnus inueniatur. Habent ipsi in hac terra quomodo varij carceres & pœnæ sint pro delinquentibus, & nõ oẽs statim gladio, aqua, aut igne puniũtur, sed donec extremum quadrantẽ exoluerint detineantur. Arguit illos illorum cõsuetudo à Catholicis recepta, dum Epitaphijs suis inscribunt, & etiam publicè precantur, Deus sit illi propitius, quia si in cœlis est anima defuncti, iam non eget, si in damnatione, nihil illi prodest, cum in inferno nulla sit redemptio.

Purgatorium dupliciter animabus assignatur

Animæ cruciantur in purgatorio, vtra . . . . damnati.

A pœnis defuncti possunt absolui quatuor modis.

Hæretici confunduntur asserentes non esse purgatorium.

Illustre & pastoralis officij sui exemplum S. Stanislaus exhibuit, cum Regis Boleslai gentilium opera impia, luxuriam, Tyrannidem & similia exercentem redarguit. Charitate motus erga eum, & populum suum, qui magis exacerbatus misit satellites ad templum, vt S. Stanislaum occiderent, qui cum tertia vice tentassent, & infecta repulsi corruissent, ipse rea non ordinis, non diuini officij, nõ loci, nõ temporis, nec diuinæ maiestatis, nec prius ostensi, tam stupendi miraculi, & producti testimonij, in quo Stanislaus à suscitato Petro Sanctus est nominatus, & iustus, vlla habita ratione, nec præsentem Dei vultum reueritus, cum summa indignatione ipse Tyrannus in aram irruens, in Christum Domini manus inijcit violentas, illico irrumpunt etiã satellites, dominum suum secuti, sustatimq; cæsum S. Põtificem discerpunt, regeq; iubente foras proijciunt canib. deuorandum. Certe S. Maria Ægyptiaca prohibebatur ab ingressu ad Sancta Sanctorum Ierosolymis, propter peccata sua multifaria, vt ad pœnitentiam reuocaretur, hic admittitur Boleslaus, suam impietatem non agnoscens, vt satiatus suis scelerib. maiorem damnationẽ subeat. Considerate iterum omnipotentis Dei benignitatem, prouidentiã, & gratiam, qui Sanctus est in omnibus operibus suis, & mirabilis in sanctis suis, ad declaranda B. viri merita, eiusq; cõseruãdas sacras reliquias, & cœlestes, & terrenos subito custodes apponit. Nam cominus à 4 Vistulæ partib. visæ sunt 4. aduolare aquilæ, locumq; cædis eius sublimius circumuolantes, à sacri corporis contactu abigere volucres, cæterasque carniuoras feras. Cuius stupendi miraculi nouitate perplures animati ac Zelo pietatis incensi, sparsas mẽbrorum particulas auidè colligunt, inde ad locum passionis eius accedunt, & magno præpotentis Dei miraculo corpus, paulò ante miserandum in modum dissectum, vident integerrimum, nullis cicatricum vestigijs in illo apparentibus. Itaque multis conditum aromatibus absportant, & ad eiusdem basilicæ S. Michaëlis aditum reponunt. Cumque in ea Ecclesia vir Sanctus humatus esset, iugis lampadum splendor ab eius monumento non recessit. Postea verò, quædam matrona nobilis in Ecclesia orans,

B. Stanislaus impium Regem Boleslaum audacter de sua tyrannide corripuit.

Maria Ægyptiaca ingredi ad Sancta sanctorum est prohibita, scelestum Boleslaum altare, Episcopi sanctissimo . . ., non veritus est contaminare.

vidit

Nobilis matrona B. Stanislaus à morte apparuit.

vidit B. Stanislaum Antistitem ad aram S. Michaelis visibiliter astare, & quasi Missarum celebrare solemnia, eumque in coronæ modum multas personas venerabiles circumsistere. Peracto autem diuino ministerio, hunc in modum se alloquentem audiuit. *Ego sum Stanislaus Cracouiensis Episcopus. Vade dic Episcopo & Canonicis fratribus meis, vt corpus meũ transferant ad Ecclesiam Cathedralem, hinc enim sine debito iacet honore, & ossa mea puluere teguntur.* Abijt illa & indicauit, vt iussa erat. Ecce quomodo terna illa retrocessio, & ista apparitio, conueniant cum Christi passuri & resurgentis historia, vnde S. vitæ agnoscas dignitatem. Porro Episcopus & Canonici de religiosæ matronæ reuelatione nihil hæsitãtes, anno patriæ salutis millesimo octogesimo octauo, factum illud corpus ad summam ædem, cum ea, qua par erat, reuerentia transtulerunt. Boleslaus autem hæc audiens, tantæ gloriæ, tanti Pontificis, vt Boleslaus S. Wenceslai, inuidit, ingentiq; timore correptus est, iamque & Deo, & hominibus iuxta inuisus, in Vngariã fugit parricida crudelissimus. Eius quoq; filius Miesco cum illo pariter aufugiens, in ipso ætatis flore veneno periit. Anno autem secundo exilij sui rex impius, inaudito languore percussus, miserrimè decessit è vita. Ecce quam dispar vita, quam dispar vtriusq; exitus, persecuti & persecutoris, vt illius in cælis, & in terris honos nomenque, & meritum colatur, quamdiu Ecclesia steterit, huius verò impietas & maledictio in terris, & in inferno, & in cælo habeatur execrabilis. Accedit & hoc laudis, quod Pilsna ciuitas regia omni anno Dominica post S. Stanislai festum celebret, cum processione extra ciuitatis muros, cum vexillis & tormentis bellicis, & *Te Deum laudamus* cantico, ob insignem de Ziska Taboritis & alijs eam obsidione cingentibus, reportatam victoriam, vbi & in patrocinio, & honori S. Stanislai meritisque suis multum tribuitur,

Boleslai Deo & hominibus inuisi fuga.

Ad sufferendum tribulationes natura humana, tanquam ad reddendũ tributum, est obligata.

Ideoque Auditores mei Charissimi Tribulationes sunt census & tributum, ad quod reddendum natura est obligata, onus ad quod portandum est subiugata, iugum, ad quod trahendum est allegata, debemus sicut Cameli, ad sustinendum onus voluntarie nos inclinare, sicut formicæ, etiam maius nobis portare. Gal. 6. *Vnusquisq; onus suũ portabit*, sed faciamus hoc voluntariè, & maius etiam non fugiamus, nisi planè infirmos nos sentiamus, sicut apes quæ in hyeme latitant propter virium imbecillitatem. Nam & Sancti subinde se abscondebant, quando Tyrannorum rabies se in eos seuiebat, in quibus S. Stanislaus tamen sufferendis, fuit promptissimus & robustissimus. At quæ quidem omnes excitare & accendere debet Gloria, ad quam per eas tribulationes peruenire necesse est. Illæ mentem eleuant. *Mala quæ nos hic premunt*, ait D. Gregorius, *ad Deum citum ocurre compellunt.* Sicut enim per impulsum venti ignis premitur & turbatur, inde tamen fortius accenditur, sic homo per tribulationes. Illę nos faciunt humiliter inclinari. Sicut enim limax, si tangitur, statim in propriam testudinem, recluditur, quæ tamen antea elatis cornibus ferebat. Sic homo se in testam humilitatis reponit. Soph. 1. *Tribulabo homines, & ambulabunt vt cæci.* Et Psal. *Iuxta est Dominus his qui tribulato sunt corde, & humiles spiritu saluabit.* Illæ nos vtiliter castigant, sicut leo castigatur videns catulum verberari, & elephas verberibus castigatur: Sic Sapiens castigator & timet à malo quo abstinet. Tob. 3. *In tempore tribulationis peccata dimittis.* Illæ nos facilè iuuant. Sicut enim apes socias fatigatas solent portare, & elephãtes socios vulneratos defendere, ita Deus tribulatos, de quibus dic. Psal. *Cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum.* Et iterum, *in tribulatione dilatasti mihi.* Illæ nos glorificant. Sicut enim aurum optimum, quod sine diminutione ignem sustinet in thesaurum reponit, sic probati tribolationibus. *Beatus vir qui suffert tentationẽ, quia cum probatus fuerit, accipiet coronã quã repromisit Deus his qui diligunt illum.* Tribulationes elegit Christus, & omnes sancti & electi Dei, tanquam viam certam & necessariam ad gloriam æternam, hanc cum S. Stanislao ineamus, ambulemus, & fortiter calcemus, vt & nos coronam gloriæ & vitam æternam tandem aliquando consequamur.

Per tribulationes vtiliter castigamur.

Laus Deo & Beatæ Mariæ Virgini, & omnibus Sanctis,
Finit vltimo die Octob. Iterum Laus Deo.

INDEX
VERBORVM, RERVM, ET SENTENTIARVM, QVÆ IN TOMO TERTIO CONCIONVM PONTANI CONTINENTVR.

PRIOR NVMERVS PAGINAM, POSTERIOR COLVMNAM DEMONSTRAT, ADVERTE HIC, COLVMNAM DIVIDI IN TRES

æquales partes, quarum cuilibet viginti quinque assignantur lineæ. Prima pars principium, secunda medium, tertia finis appellatur.

A.

D.

E.

F.

G.

H.

Hominem

N.

O.

Oliua

P.

in Præ-

San-

Tactus

T.

V.

Vir-

F I N I S.

H 2.